


3.
41542


MEDINAE
DE
Penitentia

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala 3. Est. 7. Tab. 5. Num. 8.




D. IOANNIS MEDINAE,
 Sacrae Theologiae Professoris Illu-
 stris. in Titulum de Pœnitentia eiusq;
 partibus Commentarij.





PRIORI EDITIONI, PRÆTER-
QUAM QVOD AB INNVMERIS DENVO
est repurgata mendis, accessit quoq; in omnes Titulos Index
Alphabeticò ordine constructus, studiosis
omnibus haud parum profuturus.

Esta repurgada segun el
Tratado de purgatorio
del año de 1407.
Dr. Com. del. 10
oficio.

Dr. Com. del. 10
oficio.



Esta corrigida e feautor confor
me al nuevo Expositio, de la
de 40 por com. de España, de la
Dr. Com. del. 10
oficio.


CATALOGVS TITVLORVM
 qui in hoc Codice continentur.

De	{	Pœnitentia cordis.	De	{	Ieiunio.
		Confessione.			Eleemosyna.
		Satisfactione.			Oratione.

Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,
 Excudebat Andreas à Portonariis.
M. D. LIII.

Esta tassado el pliego a tres maravedis.

618482582 (1)
 618483197 (2)

EL PRINCIPE.



POR QUANTO POR PARTE DE VOS Andrea de Portonaris mercader de libros, vezino de la ciudad de Salamanca, me fue fecha relacion que por vna mi cedula fecha en Valladolid a treynta y vn dias del mes de Oçtobre del año passado de mil y quinientos y quarenta y quatro, di licencia y facultad al Doçtor Iuan de Medina, Canonigo, y Cathedratico en la Vniuersidad de Alcalá, defunto, para que por tiẽpo de diez años, el o quiẽ fu poder ouiesse, pudiesen imprimir y vèder en estos Reynos ciertos Tratados que el dicho Doçtor compuso sobre el quarto de las Sententias de Pœnitentia y limosna: con tanto que la dicha obra fuesse tassada por los del nuestro Consejo: Y que en cumplimiento dello se tassó por los del nuestro Consejo a tres marauedis cada pliego de molde de la dicha impresiõ. Y que por ser muerto el dicho Doçtor Iuan de Medina, Francisco de Medina Canonigo de la yglesia de Alcalá su hermano y heredero vos cedio y traspassó el derecho que a la dicha merced tenia como nõs constaria por ciertas escrituras de que ante algunos del Consejo de su Magestad hizistes presentacion. Y que en la primera impresiõ que de las dichas obras hizistes auia des perdido muchas quantias de marauedis: Y en otra que al presente quereys hazer auia des de gastar otras muchas quantias de marauedis, suplicãdo me que atento lo fuso dicho, y a que las dichas obras son muy vtiles y prouechosas, mandasse prorogar el dicho termino por otros diez años, o como la mi merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, fue acordado que deuia mandar dar esta mi cedula, e yo tuuelo por bien: Y por la presente por õs hazer bien y merced os prorrogo y alargó el termino contenido en la dicha mi cedula por cinco años: los quales corran y se cuenten despues de ser cumplido el termino contenido en la dicha mi cedula en adelante durante el qual dicho tiempo. Vos doy licencia para q̄ vos o quien vuestro poder ouiere, podays imprimir y vender en estos nuestros Reynos el dicho Tratado, al precio que por los del nuestro Consejo esta mandado. Y mando que durante el dicho tiempo ninguna persona lo pueda imprimir ni vender, sin tener vuestro poder, so pena que pierda la impresiõ q̄ hiziere y vendiere, y los moldes y aparejos con que lo hiziere, y mas incurran en pena de diez mil marauedis, la tercia parte para la persona que lo accusare, y la otra tercia parte por la justicia que lo sentenciare, y la otra tercia parte para nuestra Camara y fisco. Y mandamos a los del nuestro Consejo Presidentes, y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra Casa y Corte y Chancillerias, y a otras qualesquier nuestras Justicias de los nuestros Reynos y Señorios, y a cada vno dellos en su jurisdiccion, que vos guardẽ y cumplan, y hagan guardar y cumplir esta mi cedula por el dicho tiempo de los dichos cinco años: y contra lo contenido en ella no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar. Fecha en Aranzuez, a tres dias del mes de Abril, de mil y quinientos y cinquenta y tres años.

Yo el Principe.

Por mandado de su Alteza.
Francisco de Ledesma.

PROLOGVS.

Ad Reuerendissimum Patrem ac Principem Illustrissimum, D. D. Ioannem Tauera, P. Cardinalem titulo S. Ioannis ante portam Latinam, Archiepiscopum Toletan. Hispaniarum Primatem, Summum de rebus fidei censorem. &c. Dominum suum, Doct. Ioannis Methinæ Præfatio in sua Commentaria de Pœnitentia & eius partibus.



PVIDEM SATIS ARBITROR PRÆSVL Reuerendissime, ac Princeps Illustrissime, cum primùm hoc nostrarum elucubrationum quasi specimen in lucem prodierit, quod ego nominis tui auspicijs consecratum, patrociniõq; munitum, in manus hominum venire cupio, plerosq; futuros, qui huius nostri instituti causam, vel taciti apud se requirant, vel, ut sunt hominum ingenia alienis de rebus sollicita, a nobis diligenter efflagitent. Quorum ego & desiderijs satisfaciendum, & percontationibus occurrendum ratus, consilium animi mei paucis aperiam. Ego verò, P. Illustrissime, cum multis iam annis professorium laborem in Academia celeberrima sustinuissem, nostraq; opera & vox in hac diuina philosophia, sacrarumq; literarum enarratione publicis vsibus, quantum in me fuit, & nostrorum hominũ studijs inseruisset: existimabant decurso hoc ætatis spatio, posse me vacationem à tam laborioso munere, iamq; otium meo quasi iure postulare. Neq; verò concessam duntaxat mihi quietem istam, vel diuturnitate insumpti temporis, vel difficultate tolerati laboris: sed necessariam multò magis existimabant affecta iam & valetudine, & ætate: totq; subinde ac tantis corporis incõmodis ad portum nos quietis & otij reuocantibus. Hunc tamen meum secessum ætati non indecõrum, laboribus propè debitum, valetudini necessarium, hominum voces, amicorum monita, cura & solitudine carere nõ sinunt: non honestè, dictitantes, vacationẽ peti, quàm diu tua opera republica egeat: hanc ità demum honestam fore, si honestè collatam editi fructus testentur: si quos voce, per infirmitatem valetudinis iuuare non liceat, eosdem domesticis studijs, & publicatione scriptorum iuuare non intermittas: esse hanc etiã vel vtiliorem rationem publicis commodis consulendi: scripta etenim ad plures propagari, vocem nisi ad paucos peruenire non posse. Videbantur illi non iniquissima postulare, si tanti ego, vel me, vel meas commentationes facerem, ut in hac tanta scribentium turba, & operum subinde proceduntium felicitate, aliquid me, vel noui allaturum, vel explicatiũs traditurum putarem. Pergebant tamen illi hanc meam deprecationem noua depulsione, & quidem vrgentiõssima, refellere: non esse iam mihi liberum, nè si velim quidem, hunc laborem detrectare, ablato mihi quasi pignore nominis & existimationis meæ, quo me ad publicè hoc debitum persoluendum studiosi nimium nostri homines coëgerunt. Superioribus nanq;, & proximis annis nihil ferè est à nobis in publicis prælectionibus traditum, quod studiosorum diligentia, nimia in nos voluntate, & iudicio magis amico quàm vero, pateretur excidere: ut quicquid mihi in scripnijs sit, in chartis & cõmentarijs circumferatur. Ità dum præmaturus nobis aditionis hono-

A 2 res lar-

I N D E X.

- Celanda quæ sunt à confessore. fol. 3. col. 3. E.
 Charitate singulorum instituta, ea tamen cõtra charitatem boni publici, militare non debent. fol. 109. col. 3. E.
 Charitatem nõ habens, an Deo placere possit. fol. 43. col. 3. E.
 Christus, an satisfecit de pura iustitia. fol. 117. colum. 2. D.
 Christus an fuerit ab omni obligatione liber. fol. 117. col. 4. G.
 Christus num sufficienter pro humano genere satisfecerit. fol. 1. 8. col. 1. A.
 Christus absolutè & non conditionaliter voluit mori pro nobis. fo. 2. col. 3. F.
 Ciborum distinctio, seu discretio in diebus ieiunij optima ratione est instituta. folio 135. colum. 3. F.
 Circumstantia loci, & temporis, an semper inducant nouum peccatum. fol. 54. col. 1. B.
 Circumstantiæ speciẽ peccati mutant quæ sint, yt sciatur quomodo integrè sit facienda confessio. fol. 53. col. 2. D.
 Circumstantiarum an sit facienda confessio. fol. 52. col. 4. G.
 Clericus vnica vice dicendo horas canonicas satisfacit, quanuis ex duplici causa, scilicet, ratione ordinis, & beneficij teneatur eas recitare. fol. 128. col. 4. G.
 Confessio ficta, an sit iteranda. fol. 71. col. 1. B.
 Confessio absque vera pœnitentia facta, an præcepto de confitendo satisfaciatur. fol. 72. colum. 1. B.
 Confessio dimidiata, an sit iteranda. fol. 68. colum. 2. C.
 Confessio an dimidiari possit scienter ab eo, qui casus commisit, à quibus non potest à suo sacerdote absolui, sed à Papa, aut à prælato, opiniones quatuor. fo. 55. col. 3. F.
 Confessio an facienda sit quàm primùm potest. fol. 59. col. 2. C.
 Confessio, quo tempore sit facienda. fol. 60. colum. 3. E.
 Confessio dimidianda non est ob scandalum ex sacerdotis malitia euenturum. fol. 55. colum. 2. C.
 Confessio potest dimidiari ob scãdalu ex ignorãtia sacerdotis euenturum. folio. 55. colum. 2. D.
 Confessio, an sit dimidianda, aut omninõ nõ facienda propter peccata, quæ sine vitæ corporalis periculo, aut famæ, confiteri non possunt. fol. 55. col. 3. E.
 Confessio proprio curato facienda est, aut alteri sacerdoti de licentia curati. folio. 80. colum. 2. C.

- Confessio peregrinantium, & vagabundorũ alieno sacerdoti absq; proprij curati licentia facta, an valeat. fol. 84. col. 4. G.
 Confessio vocalis sacerdoti facta, an diuino, vel humano iure introducta fuerit, opinio nes septem. fol. 45. col. 1. A.
 Confessio integra, an sit vni sacerdoti facienda. fol. 51. col. 1. B.
 Confessio, an sit necessaria ex præcepto. cap. omnis vtriusq; sex. fol. 62. col. 2. D.
 Confessio quando sit iteranda. folio. 66. colum. 3. E.
 Confessio sacerdoti simplici facta, cum proprius sacerdos haberi non potest, an sit valida. fol. 80. col. 1. A.
 Confessio, an sit ad necessitatem salutis sacerdoti faciendã? fol. 48. col. 1. A.
 Confessio ab vno pluribus facta, an sit alicuius momenti. fol. 63. col. 4. G.
 Confessio, quando peccator habet casus superiori referuatos, an sit necessaria. fol. 58. colum. 1. A.
 Confessio necessariõ semel est in anno faciendã, etiam si non sumatur Eucharistia. fol. 61. col. 4. H.
 Confessio à quo, & quando instituta fuerit. fol. 44. col. 1. A.
 Confessio an sit reuelanda, pro saluanda re publica, vel morte alicuius priuati. fol. 110. colum. 2. C.
 Confessio cui sit de necessitate faciendã. fol. 79. col. 1. A.
 Confessio in articulo mortis sacerdoti nominatim excommunicato facta, an valeat, si alterius copia haberi non possit. fol. 79. colum. 2. D.
 Confessio excommunicato nescienter facta, an valida sit, & an eius absolutio valeat. folio. 74. col. 2. D.
 Confessio quæ iteranda est, an fieri debeat explicitè, aut generaliter. fo. 75. col. 2. D.
 Confessio legitimè facta, an fructuosè iterari possit. fol. 75. col. 4. H.
 Confessionis dimidiatio scienter facta absq; causa legitima, peccatũ est. fol. 68. col. 2. C.
 Confessionis secretum à quibus personis sit obseruandum. fol. 11. col. 2. D.
 Confessionis secretum de necessitate tam iuris naturalis, quàm diuini & humani esse ostenditur. fol. 106. col. 3. F. & col. 4.
 Confessionis integræ obligatione cessante, non tamen cessat eorũ, quæ confiteri possunt, obligatio. fol. 55. col. 3. F.
 Confessionis integritas, an semper sit seruanda. fol. 54. col. 3. F.

Con-

I N D E X.

De litera. D.

- Confessionem dicere ad salutẽ necessariã nõ esse, an sit hæreticum. fol. 49. col. 1. A.
 Confessionẽ de iure diuino vocaliter faciendam non esse dicens, an hæresim proferat. fol. 49. col. 2. D.
 Confessor & cõfessus cũ sunt in cõtraria voluntate, quid agendum? fol. 70. col. 3. F.
 Confessor, an veritatẽ confessõ, anteqũ eũ absoluat declarare teneatur. fol. 69. col. 1. B.
 Confessus pœnitentiã non implens, an sit in futuro seculo soluturus. fol. 104. col. 2. D.
 Confessus omnia peccata, & plenè absolutus, & rursum propter peccati odium cõfitemens, an eam cõfessionem, sine peccato dimidiare poterit. fol. 59. col. 1. A.
 Confitens omnia peccata absq; cordis contritione, an præcepto de confitendo satisfaciatur. fol. 65. col. 2. D.
 Confitens vni sacerdoti qui noluit eum absolute, an eum alius sacerdos, qui etiam suam confessionem audiuit cum alteri cõfiteretur, non iterata confessione absolute possit. fol. 53. col. 4. G.
 Confitens quocunq; anni tempore, an satisfaciatur præcepto de cõfitando semel in anno, etiam si in quadragesima nõ confiteatur. fol. 62. col. 4. H.
 Confiteri in quadragesima qui oblitus est, an ad aliam vsq; sine nouo peccato expectare poterit. fol. 63. col. 1. A.
 Confiteri per interpretem, an sit licitum? fol. 63. col. 4. G.
 Confiteri prius tenetur, qui celebrare vult, nisi eum cogat necessitas. fo. 62. col. 2. C.
 Confiteri quis teneatur? fol. 76. col. 4. H.
 Confitendi obligatio, an se extendat ad omnes fideles. fol. 77. col. 2. C.
 Confitendi obligatio, currit in quinq; casibus. fol. 60. col. 3. E.
 Contritio prima an sit satisfactoria. fol. 126. colum. 3. F.
 Contritione & confessione præcedente, sub pœna noui peccati, quis nõ obligatur ad aliam satisfactionem. fol. 132. col. 2. D.
 Conuerti ad Deũ quis dicatur. fol. 10. col. 1. B.
 Creationis beneficium, an redemptione sit præstantius. fol. 30. col. 4. G.
 Creditore inuito aliud pro alio nõ potest solui. fol. 119. col. 3. E.
 Culpa per pœnitentiã remissa sacerdotis absolutione deficiente, an maneat reatus aternæ pœnæ. fol. 24. col. 1. A.
 Curatus vtrũ teneatur cõfessionem omnitemporẽ etiam extra quadragesimam audire. fol. 91. col. 2. D.

- D**ebitum duplex, pœnale, & reale. fol. 186. colum. 2. D.
 Defectus omnes ad perfectum reducit pœnitentia. fol. 26. col. 4. H.
 Defunctorum animæ quatuor modis liberantur. fol. 183. col. 4. H.
 Delinquens contra diuinam aut humanam maiestãtẽ, an bona sua alienare possit. fol. 155. col. 1. A.
 Deus vtrũ puniat hominẽ pro culpis aliorum. fol. 129. col. 4. H.
 Dilectio inimici plus est meritoria quàm amici. fol. 30. col. 4. G.
 Dispensare Deus an possit nõ de peccatis doliere sit astrictus peccator. fol. 6. col. 2. C.
 Diuitias habentibus, an licitum sit in extrema necessitate viuere & opes deferere. fol. 158. col. 4. H.
 Diuites complures si videant aliquem fame perire & ei non succurrant, quis eorũ peccat. fol. 153. col. 2. D.
 Dolere de peccatis est maximè apud Deum meritorium. fol. 2. col. 2. C.
 Dolere in particulari de singulis commissis esse necessarium tripliciter interpretatur. fol. 8. col. 4. G.
 Dolor aliquantulus de peccato perpetrato non adimit peccata, nisi ob Dei amorem id fiat. fol. 11. col. 2. C.
 Dominica die, an sit de peccatis cõmissis necessariõ pœnitendum. fol. 20. col. 2. C.
 Dominica dies quare sic dicta. folio. 20. colum. 4. G.
 Donatio duplex est. fol. 156. col. 3. F.

De litera. E.

- E**ccllesia potest obligare ad actus mentis exteriores. fol. 177. col. 2. D.
 Eleemosyna, an sit facienda de bonis sibi, & alijs communibus? fo. 153. col. 4. G.
 Eleemosyna, an ritè facta est de bonis alienis absq; domini consensu occupatis, cum diuitias habeat. fol. 153. col. 1. B.
 Eleemosyna sanis & robustis, qui possunt suarum manũ labore sibi necessaria cõparare, an sit eroganda? fol. 158. col. 1. B.
 Eleemosyna, an sit facienda donãdo, aut mutuando? fol. 155. col. 3. E.
 Eleemosyna quibus sit eroganda. folio. 157. colum. 2. C.

A 4 Eleemo-

Eleemofyna an fit potiùs dáda bono quàm malo cum vtriq; subueniri non pofsit. folio. 157. col. 4. H.
 Eleemofyna quæ, & quotuplex fit? fol. 147. col. 4. G.
 Eleemofyna de quibus bonis facienda, & à quibus perfonis. fol. 152. col. 4. H.
 Eleemofyna facta pauperi in extrema neceffitate exiftenti, an fit fatifactoria. fol. 148. col. 3. E.
 Eleemofyna prodeft ad tēporalia, fit tribuēt erat in mortali peccato. fol. 102. col. 2. C.
 Eleemofyna an fit neceffario de præcepto conferenda voluntarijs pauperibus fanis & robustis. fol. 160. col. 2. C.
 Eleemofyna an fit facienda, de bonis turpiter & illicitè acq;uifitis. fol. 154. col. 1. E.
 Eleemofyna facta pauperi in extrema neceffitate exiftenti, ab eo qui nil habet quod non fit obnoxium reftitutioni, an à reftitutione deobligetur. fol. 154. col. 4. G.
 Eleemofyna propriè fumpta ea dicitur quæ non fit intuitu remunerationis. folio. 156. colum. 1. B.
 Eleemofynam dare an pofsit abbas de bonis comunibus. fol. 153. col. 4. H.
 Eleemofynā dare an monachi pofsint abfq; superiorum confenfu. fol. 153. col. 4. H.
 Eleemofynam de bonis cōmunibus an pofsit Capitulum conferre. fol. 154. col. 1. B.
 Eleemofynam de fuperfluis facere, citra pauperis extremam neceffitatem, vtrū quis teneatur. fol. 149. col. 4. H.
 Eleemofynæ acceptio qualis eft? fol. 120. colum. 2. D.
 Eleemofynæ erogatio, quando fit neceffaria, fub pœna peccati mortalis. fol. 149. colum. 1. A.
 Eleemofynæ vtilitas, & effectus. fol. 148. colum. 2. D.
 Eleemofynæ prælatio quot cafus contineat. fol. 158. col. 1. A.
 Excōmunicatio quare fic dicta. fo. 67. co. 1. B.
 Excōmunicatus an fub pœna peccati mortalis eft in facris euitādus? fol. 72. col. 4. G.
 Excōmunicatus particulariter, an morientem abfoluere poteft? fol. 74. col. 3. F.
 Excōmunicatus facramenta ministrare, quæ aliquem habeant effectum nō poteft, excepto baptifmo. fol. 67. col. 3. F.
 Excōmunicatus non minùs quàm hæreticus euitandus eft. fol. 72. col. 4. H.
 Excōmunicatus, an verè abfolui à peccatis pofsit priufquam ab excommunicatione abfoluatur. fol. 66. col. 3. F.

Excōmunicatus fi per eum non fiet quo minùs abfoluatur ab excōmunicatione, an poteft abfolui à peccatis. fol. 66. col. 4. G.
 Extremæ vnctionis effectus. fol. 97. col. 3. E.

De litera. F.

Filij vtrū aliquando propter delictum patris, etiā non eum in fequuti puniuntur. fol. 31. col. 2. C.
 Filius de bonis patris an eleemofynam facere, extra extremam neceffitatem fine eius confenfu pofsit. fol. 153. col. 4. H.
 Filius patris iniquitatem non portabit, itaq; nec iuftitiam. fol. 187. col. 4. H.
 Flendum femp̄ & pœnitendū quo modo interpretandum fit. fol. 20. col. 1. A.
 Futurorum peccatorum, an fit habenda pœnitentia. fol. 9. col. 2. D.

De litera. G.

Gratix ftatus de neceffitate, an requirat implementū pœnitentiæ. f. 101. col. 2. C. & an fit fatifactoria pro commiffis impleta in mortali, ibi colum. 4. H. & vtrū talis pœnitentia neceffario fit iteranda? fol. 102. colum. 2. D.
 Gratiam primam, an abfolutio sacramentalis operatur. fol. 97. col. 1. B.
 Gremium Deus omnibus aperit. folio. 38. colum. 2. C.

De litera. H.

Habitus virtus eft cuius actus eft bonus, folio. 2. col. 1. B.
 Hærefis definitio. fol. 49. col. 1. B.
 Homo purus, an Deo pro peccatis fatifacere pofsit. fol. 119. col. 2. D.
 Homo ad æqualitatem pro culpis vtrū fatifacere queat. fol. 116. col. 4. H.
 Horæ Canonice funt ob duas caufas reiterandæ, fol. 180. col. 2. D.
 Horæ an funt reiterandæ propter earum interruptionem, ibidem. E.
 Horæ per optimarū rerum meditationem, aut caufam neceffariā interruptæ, an funt reiterandæ, ibidem. F.
 Horæ deuotè & attentè recitatæ, an funt reiterandæ fi dictæ funt animo nō foluendi debitum officium. fol. 180. col. 1. A.

Horas

Horas dicere quibus perfonis conueniat ex præcepto ecclefiæ. fol. 169. col. 1. B.
 Horas vocaliter dictas, an clericus aliquādo redicere teneatur. fo. 179. col. 1. A.
 Horas canonicas dicens fine attentione, an fatifaciat præcepto ecclefiæ de horis recitandis. fol. 176. col. 3. F.
 Horas canonicas recitans tempore quo audit miffam debitam ratione præcepti, an fatifaciat. fol. 105. col. 2. D.
 Horas canonicas dicere tenetur cui Capellania collatiua data eft. fol. 169. col. 3. F.
 Hostia, voluntariè peccantibus poft veritatis acceptam notitiam, pro peccato nō relinquitur: quo modo fit interpretandum. fol. 37. col. 3. F.

De litera. I.

Ieiunans qua hora poteft fumere refectionem, & an fit differenda ad tempus quo per efuriem neceffitetur, & affligatur. fol. 138. col. 3. F.
 Ieiunans, femel frangens ieiuniū tertia vice comedens, & 4. & fic de alijs peccat mortaliter. fol. 136. colum. 4. H. cum quatuor fequen. Durandus tamen eft in contraria fententia in. 4. fenten. diftinct. 15. quæft. 11. Et eft verior & communior fecundū Antoninum. 2. par. tit. 6. cap. 2. §. 9. Vbi fic formaliter dicit. Sed Durandus dicit in. 4. hoc ef fe tantū vnum peccatum mortale, quia fractio vnus præcepti pro vna die: fed tātò grauius, quantò pluribus vicibus comedit illa die, & iftud communiùs tenetur, & hoc nifi nouo cōtemptu pluries comederet, quia tunc verum effer dictum Ioannis. Idem firmat Ange. Syluefter, & Caieta. in verbo, ieiunium. Ille num. 22. Alter quæft. 8. Iste in capi. fina. & eft notanda, & tanquàm æquior opinio tenenda.
 Ieiunandum de neceffitate quo tempore. fol. 143. col. 3. F.
 Ieiunandi præceptum, an tollatur per confuetudinem oppofitam. fol. 141. col. 1. B.
 Ieiunare diebus Dominicis vtrū fit licitum. fol. 143. col. 4. G.
 Ieiunij fractio, an inducat diftinctum peccatum in vnoquoq; die quadragesimæ. fol. 137. col. 4. H.
 Ieiunium triplex, naturæ, virtutis, & ecclefiæ. fol. 133. col. 3. F.
 Ieiunium à quo, & quo tēpore inftitutum fuerit. fol. 134. col. 1. A.

Ieiunium eft parfimonia victus, abftinentiaq; ciborum. fol. 133. col. 3. F.
 Ieiunium vtrū fit virtus, & quæ eius fit qualitas & vtilitas. fol. 145. col. 2. C.
 Ieiunium vitam abbreviat. fol. 146. col. 1. B.
 Ieiunium quando vitā euidenter abbreviat, an in his fit licitum perfeuerare. Ibidem col. 2. C.
 Ieiunium, vel Miffam iniunctam pœnitenti certo die in quo aliàs erat obligatus, an ieiunando, vel vnam Miffam audiendo fatifaciat vtrique præcepto. fol. 105. col. 3. F.
 Ieiunium ecclefiasticum quibus modis foluitur. fol. 144. col. 2. C.
 Ieiunium ecclefiasticum qui adimplere teneantur, & qui non. fol. 142. col. 1. B.
 Ingratitudo in recidiuante quando eft fpeciale peccatum. fol. 33. col. 3. F.
 Ingratitudo an maior eft cadere ab innocētia quàm à pœnitentia. fol. 30. col. 3. F.
 Inimici quando funt diligendi. fol. 168. colum. 4. G.
 Innocens an plus mereatur quàm pœnitēs. fol. 31. col. 1. A.
 Iudex an fententiam ferre poteft quæ iufta fit abfq; caufæ cognitione. fol. 98. colum. 1. B.
 Iufti indigent gratia Dei nē cadant. fol. 164. colum. 4. H.
 Iuftificari apud Deum quis dicatur. fol. 34. col. 1. A.

De litera. L.

Laborantes, qui ieiunare teneantur & qui non. fol. 142. col. 3. E.
 Licentia cōfentis ad reuelandum fecretum confeffionis valet, & confefforem eximit à præcepto de celandi confeffione. fol. 114. col. 1. A.

De litera. M.

Mala committenda non funt vt eueniāt bona. fol. 55. col. 4. G.
 Malitia cōfefforis an reddat abfolutionem nullam. fo. 74. col. 4. G.
 Mendicus an aliquando Chriftus fuerit. fo. 159. col. 3. E.
 Mendicare tripliciter contingit. folio. 159. colum. 3. F.
 Merita antiqua, abfq; pœnitentiā peccatorum

A 5 rum

I N D E X.

rum postea commissorum, an peccatori profint. fol. 26. col. 4. G.
 Meritoria esse non potest oratio quin satisfactoria existat. fol. 181. col. 3. E.
 Missa à curato, die qua debebat pro populo dici non celebrata, an alia die eam dicere teneatur. fol. 190. col. 2. C.
 Mortem alterius, aut propria, an in oratione petere sit licitum. fol. 161. col. 4. H.
 Mulier fornicata cum suo curato, an alieno sine eius licentia confiteri poterit. fol. 86. col. 1. A.

De litera. N.

Nolitio quæ ad tristitiam caufandâ sufficit, an sit conditionalis vel absoluta. fol. 2. col. 4. H.
 Nolitio qua quis nollet se peccasse, an sit conditionalis, an absoluta. fol. 2. col. 3. E.
 Nolitiones, & volitiones, an in actu sunt potestiu voluntatis. fol. 2. col. 3. F.

De litera. O.

Obex peccati non tollitur, nisi peccatum commissum exuat. fol. 26. col. 3. F.
 Obligatio qua quis ad aliquid tenetur duplex est. fol. 153. col. 3. E.
 Obstinati orare proprie non dicuntur. fol. 165. col. 2. D.
 Offendere Deum qui non formidat dum iuuenis & farus est, in morte diuinam obtinere indulgentiam an mereatur. fol. 43. col. 3. F.
 Officium suum indignè exercens, an ob id de nouo peccat. fol. 21. col. 3. E.
 Opera extra charitatem facta, non reconualescunt ad æternum præmium, etiam superueniente gratia operantis. fol. 123. col. 3. F. & an per nouam complacentiam gratia superueniente reddantur satisfactoria. fol. 125. col. 3. F.
 Opera facta in peccato, an operanti profint ad aliquam remunerationem. fol. 120. col. 3. E. & an valeat de iustitiæ rigore, vel de gratia, & liberalitate Dei. fol. 121. col. 2. C.
 Opera extra charitatem impleta, vtrum operanti profint ad molliendam pœnam, quæ est pallurus in inferno. fol. 122. col. 1. B.
 Opus bonum extra charitatem factum ad dilutionem culpæ prius commissæ an valeat operanti, quanuis vera pœnitentia nõ

præcesserit. fol. 119. col. 4. H.
 Opus humanum triplici modo de iustitia valere potest ad præmium. fol. 121. col. 3. F.
 Opus bonum impletum à constituto in peccatis, an de lege ordinata sit satisfactorium. fol. 122. col. 3. E.
 Orandos sanctos esse, an per solam scripturam sacrâ possit probari. fol. 163. col. 3. F.
 Orandum pro peccatis non est. fol. 165. col. 3. E.
 Orandum est pro existentibus in purgatorio. ibidem. F.
 Orandum est pro inimicis. fol. 168. col. 4. G.
 Orandum semper, quam interpretationem recipiat. fol. 172. col. 1. A. & B.
 Orandum quando sit nobis necesse. fol. 171. col. 4. H.
 Orans Deum vt id assequatur quod sua diligentia consequi potest, & in eo est negligens, non orat sed Deum têtat. fol. 183. col. 2. C.
 Orare an cõueniat damnatis. fol. 165. col. 3. E.
 Orare omnibus licet, oratione largè accepta, ibidem.
 Orare sanctos qui in via sunt, an debeamus. fol. 164. col. 2. C.
 Orare cui cõueniat. fol. 164. col. 3. E.
 Orare an sit necesse secundum formam à Deo in oratione Dominica traditam. fol. 171. col. 1. B.
 Orare an conueniat existentibus in peccato mortali. fol. 165. col. 1. A.
 Orare sanctos an conueniat. fol. 163. col. 1. B.
 Orare pro se necessitas cogit, pro alio vero charitas admonet. fol. 170. col. 4. H.
 Orare pro sua salute an quis possit, cum eius suam reuelauit Deus damnationem. fol. 173. col. 4. H.
 Orare vtrum debeamus pro omnibus viatoribus. fol. 167. col. 3. F.
 Orare pro peccantibus contra Spiritum sanctum, an debeamus. Ibidem.
 Orare Deum an debeamus. fol. 162. col. 1. A.
 Oratio an sit pro viatore ab altero effundenda. fol. 184. col. 2. D.
 Oratio quæ requirit ad eius efficaciam. fol. 182. col. 3. E.
 Oratio pro alio fusa an ei alteri profint. fol. 183. col. 3. F.
 Oratio ab iniusto facta, an profint ei pro quo fit. fol. 186. col. 1. B.
 Oratio extra charitatem facta, quæ meritoria non est, an sit satisfactoria. fol. 181. col. 4. H.

Oratio

I N D E X.

Oratio extra charitatem facta, quæ meritoria non est, an sit satisfactoria. fol. 181. col. 4. H.
 Oratio quid frugis afferat. fol. 182. col. 2. C.
 Oratio pro multis iustis fusa, an æquè omnibus eis per viam satisfactionis valeat. fol. 188. col. 3. E.
 Oratio ad Deum facta an nullius sit momenti, & peccet propter feruidæ deuotionis defectum. fol. 174. col. 1. B.
 Oratio pro multis facta, an sit plus meritoria quàm ea quæ pro paucis aut vno facta est. fol. 189. col. 1. A.
 Oratio publica an necessariò sit vocaliter facienda. fol. 169. col. 1. A.
 Oratio an deprauet, cum quis absolute à Deo quod vult petit. fol. 173. col. 4. G.
 Oratio an vitietur, cum facta est ab eo qui in peccato mortali existit. folio. 172. col. 4. G.
 Oratio priuata, an sit necessariò vocaliter fundenda. fol. 170. col. 1. A.
 Oratio mentalis an saltem sit necessaria. fol. 170. col. 3. F.
 Oratio pro multis fusa, an tantum profint quantum si pro vnoquoque eorum separatim fusa esset. fol. 186. col. 3. E.
 Oratio pro damnatis scienter facta, an sit alius cuius ponderis, & voluntati diuinæ contraria. fol. 183. col. 4. G.
 Oratio nostra an ad animas quæ in purgatorio sunt sit dirigenda. folio. 164. col. 1. A.
 Oratio an vitietur ob attentionis defectum. fol. 175. col. 2. C.
 Oratio quid sit. fol. 175. col. 3. E.
 Oratio quæ fit quam sæpe Christus ait à Patre exaudiri, an viua, an mortua, aut mortifera. fol. 182. col. 3. F.
 Oratio quando fit, quid in ea petendum sit. fol. 161. col. 2. C.
 Oratio ad Spiritum sanctum an sit dirigenda. fol. 162. col. 4. H.
 Oratio cuius potentia & virtutis sit. fol. 160. col. 4. G.
 Oratio pro quibus sit effundenda. folio. 165. col. 3. E.
 Oratio quibus modis vitietur. folio. 172. col. 3. F.
 Orationes ab ecclesiasticis fuscæ cum horas canonicas dicunt, an vitietur si illi in peccato existant. fol. 173. col. 1. B.
 Orationes an sint pro damnatis effundendæ. fol. 165. col. 3. E.
 Orationis multiplex est valor secundum quos

dam. fol. 187. col. 2. C.
 Orationis definitiones variæ. folio. 160. col. 3. F.
 Orationis pro seipso fuscæ valor. folio. 180. col. 4. G.
 Orationis pro alio fuscæ valor. folio. 183. col. 3. F.
 Ordines minores qui susceperunt, an aliquid vocaliter recitare teneantur. folio. 169. col. 4. H.

De litera. P.

Papa dispensare potest bigamum vt ad superiores ordines ascendat. fol. 135. col. 1. B.
 Secundo facit & eiusdem sententiæ est Durandus in. 4. distin. 27. quæst. 4. & Ioannes Maior similiter in quæst. 4. & Antoninus in. 3. parte, titul. 28. cap. 3. Angel. & Syluester in verbo, Bigamia. Primus nu. 8. Secundus quæst. 7. & Petrus Ancharra. consil. 124. incipienti, circa bigamos non promouendos.
 Papa an dispensare possit cum confessore, vt confessionem reuclat. fol. 113. col. 1. B.
 Papa dispensat in ieiunio, & in statutis Apostolorum. fol. 135. col. 1. A.
 Pauper in extrema necessitate aliena occupans & consumens, an ea restituere teneatur. fol. 155. col. 3. E.
 Pauperes veri qui dicantur. fol. 156. col. 2. D.
 Pauperi robusto nil penitus habenti succurrens, qui alioqui fame periret, an teneatur donare aut mutuare. fol. 155. col. 4. H.
 Paupertatem voluntariam assumptibus, an sit licitum mendicare. fol. 159. col. 1. B.
 Paupertatem summam an Christus habuerit. fol. 159. col. 2. D.
 Peccata commissa quibus homo non periclitatur, an sint confitenda. folio. 50. col. 1. B.
 Peccata venialia nõ comprehendit Caput, Omnis vtriusque sexus. fol. 50. col. 1. B.
 Peccata mortalia ante baptismum commissa, an sint necessariò confitenda. folio. 50. col. 3. E.
 Peccata quoties memoriæ obueniunt, an sint necessariò confitenda. fol. 19. col. 2. C.
 Peccata venialia confiteri volens, an necesse sit copiam à proprio curato habeat, si velit alieno confiteri. fol. 90. col. 2. C.
 Peccata prius per confessionem dimissa, an per reciduum iterum sint confitenda. fol. 32. col. 2. D.

Peccata

I N D E X.

- Peccata cōfessa absque cordis cōtritione, an iterum confiteri debeant. fol. 11. col. 2. C.
- Peccata quantumvis grauia, an per pœnitentiam deleri possint. fol. 35. col. 3. F.
- Peccata vetera an per recidiam redeant. fol. 28. col. 3. E.
- Peccati noui an pœnam is incurret quem cōmissorum non tēdet. fol. 4. col. 3. F.
- Peccati venialis remedia. fol. 49. col. 4. H.
- Peccato mortali exteriori carens & nō mēta li, an cōfiteri teneatur. fol. 77. col. 4. H.
- Peccator vtrum quā primū potest, pœnitentiam agere tenetur. fol. 16. col. 3. E.
- Peccator an per pœnitentiam possit resurgere, quæcunque & qualiacunq; crimina commiserit. fol. 37. col. 3. E.
- Peccatores duplices, obstinati & pœnitentes. fol. 167. col. 1. B.
- Peccatorum venialium remissionem, an in alio sæculo quis possit obtinere. fol. 50. col. 1. A.
- Peccatorum pœnitentia quorum sit necessaria habenda. fol. 6. col. 3. F.
- Peccatorum obliuorum an sit in genere an in specie pœnitendum. fol. 9. col. 1. B.
- Peccatorum venialium an sit necessariò pœnitendum. fol. 6. col. 4. H.
- Peccatorum contritione prius habita, & ea per negligentiam sacerdoti non confessa, an sic decedens perpetuò à cœlo excludatur. fol. 96. col. 4. H.
- Peccatorū mortalium an sit in genere an in specie pœnitendum. fol. 8. col. 1. A.
- Peccatorum mortalium ante baptismum commissorum, an sit necessariò pœnitendum. fol. 6. col. 3. F.
- Peccatorum commissorum an sit generaliter an particulariter pœnitendum. fol. 7. col. 4. G.
- Peccatum cōtra Spiritum sanctum an est irremissibile. fol. 36. col. 3. F.
- Peccatum reassumens an possit per pœnitentiam iteratam ab eo releuari. fol. 34. col. 4. G.
- Peccatum vnum mortale an sine alio à Deo remitti potest. fol. 98. col. 1. A.
- Peccatum originale an necessariò sit confitendum. fol. 49. col. 3. E.
- Peccatum originale particulare remediū habet. ibidem col. 3. F.
- Peccatum per diuini numinis potentiam an deleri possit absq; peccatoris pœnitentia. fol. 23. col. 2. C.
- Peccatum in confessione ignoranter omis sum, an confessor cum scit à confitente esse perpetratum, ei in memoriam reducere debeat. fol. 68. col. 3. F.
- Peccatum cōmittendum, an cadat sub sigillo confessionis. fol. 3. col. 4. H.
- Pœna à Deo immixta an sit satisfactoria. fol. 130. col. 2. D.
- Pœnitendi facultatem an Deus aliquando deneget. fol. 35. col. 3. F.
- Pœnitens nolens acceptare pœnitentiam illi impositam, sciens intentionē confessoris esse non aliter eum absoluturum nisi acceptata pœnitentia, an hoc casu teneatur illam acceptare. fol. 100. col. 1. B. C. D.
- Pœnitens pœnitentiam sibi iniunctam implens dum Missa celebratur, an satisfacit. fol. 105. col. 2. C.
- Pœnitentia iniuncta pœnitenti de ieiunando, vel elemosynam erogando, an satisfaciatur id faciendo in diebus alioqui debitis, vel dādo elemosynam constituto in extrema necessitate, cui aliās de iure teneatur. fol. 128. col. 3. E.
- Pœnitentia cordis vnde originē sumpserit. fol. 11. col. 1. B.
- Pœnitentia cordis an formata, an informis esse debeat. fol. 11. col. 3. F.
- Pœnitentia quantumvis breuiter facta à Deo non repellitur. fol. 12. col. 4. H.
- Pœnitentia an tempus aliquod continuum desideret. fol. 14. col. 3. E.
- Pœnitentia tripliciter finitur. fol. 19. col. 4. H.
- Pœnitentia cordis an deleatur peccata quo ad pœnam æternā & temporalem. fol. 23. col. 3. F.
- Pœnitentia cordis etiam si excessiua non sit, an quidpiā de temporali pœna remittat. fol. 24. col. 2. C.
- Pœnitentia vera triplex est. fol. 34. col. 1. B.
- Pœnitentia veritate existentis quando vera dicatur. ibidem.
- Pœnitentia solēnis vnica est. fol. 34. col. 3. F.
- Pœnitentia interior, & exterior. folio. 1. col. 2. C.
- Pœnitentia quid sit. fol. 1. col. 3. E.
- Pœnitentia an sit virtus moralis, an theologalis. fol. 2. col. 1. A.
- Pœnitentia tres habet partes. fol. 1. col. 2. D.
- Pœnitentia cordis, an sit dolor voluntarius. fol. 1. col. 3. E.
- Pœnitentia cordis, an sit necessaria de iure natura: sicut de iure diuino. fol. 5. col. 4. H.
- Pœnitentia ex metu proueniens quando bona sit, & quā detestabilis. fol. 10. col. 4. G.
- Pœnitentia vana est homini si peccata iterū assumat. fol. 10. col. 1. A.

Pœni

I N D E X.

- Pœnitentia ab alio sacerdote quàm ab eo à quo fuit iniuncta, an cōmutari possit. fol. 100. col. 3. F.
- Pœnitentia in statu gratiæ adimpleta, an liberet pœnitentem ab omni pœna, si decedat ab hoc sæculo. fol. 103. col. 2. D.
- Pœnitentia fructus presentancii quando vera dicatur. fol. 34. col. 1. B.
- Pœnitentia quæ in fine vitæ agitur sacrificiū vespertinum appellatur. fol. 43. col. 2. C.
- Pœnitentia verè & propriè sumpta, de futuris non intelligitur. fol. 9. col. 2. D.
- Pœnitentia vana tripliciter dicitur. fol. 34. col. 1. B.
- Pœnitentia vsq; ad extremū dilata, quatuor rationibus est periculosa. fol. 43. col. 2. D.
- Pœnitentia quatuor modis imperfecta fit. fol. 93. col. 4. G.
- Pœnitentia vtrum per tertiam personā impleri valeat. fol. 106. col. 2. D.
- Pœnitentia an sit imponenda secundum grauitatem commissorum. ibidem. col. 1. A.
- Pœnitentiam vnius peccati alijs relictis an quis possit agere. fol. 40. col. 2. D.
- Pœnitentiam vsq; ad extremum diem differre an sit periculosum. fol. 43. col. 2. D.
- Pœnitentiam iniunctam à sacerdote an pœnitens acceptare teneatur. fol. 99. col. 3. E.
- Pœnitentiam agere vsq; ad extremū ex proposito differens, an de nouo peccet. fol. 43. col. 3. F.
- Pœnitentiæ omisio sine iusta causa, an inducat mortale peccatū. fol. 101. col. 1. A. B.
- Pœnitentiæ sunt arbitrariæ. fol. 99. col. 3. E.
- Pœnitentiæ absoluta an possit Deus aliquid agere, quod de ordinata non possit. folio. 41. col. 2. C.
- Pœnitentiæ summi vigilijs subditorum vitia expellere tenentur. fol. 32. col. 4. G.
- Pœnitentiæ parēdum est ex necessitate salutis. fol. 48. col. 1. B.
- Purgatorium inhabitates vtrum pro nobis orent. fol. 164. col. 3. F.
- col. 4. H.
- Religiosi nec in sacris constituti, nec beneficiati, an horas dicere teneantur. ibidem.
- Religioso facta confessio, an valeat si à curato licentia data est vt cui vellet cōfiteatur. fol. 83. col. 2. C.
- Religioso priuilegiato confessio facta sine proprii curati licentia, an sit iteranda. fol. 80. col. 2. D.
- Religiosorum quæ sit facienda differentia cum de confessione sit sermo. folio. 87. col. 2. C.
- Reprobat Deus aliquem dupliciter, simpliciter & absolute. fol. 168. col. 2. D.

De litera. S.

- S**acerdos proprius secundum Decretalē, Omnis vtriusq; sexus. an solus parochiæ curatus dici possit. fol. 82. col. 4. H.
- Sacerdos sacerdoti confiteri an possit absq; proprii curati licentia. fol. 84. col. 4. H.
- Sacerdos simplex, nec de iure, nec de facto, nisi licentiam assequutus fuerit, an absolueri possit. fol. 90. col. 1. B.
- Sacerdos in testem productus an teneatur reuelare & deponere ea, quæ scit ex confessione sibi facta. fol. 109. col. 2. D.
- Sacra immundis tractare, nephas est. fol. 74. col. 1. B.
- Sacramentalis absolutio verbali cōfessione nō præcedente ob infirmitatis oppressio nem, an conferri possit. fol. 98. col. 4. H.
- Sacramentum quid sit. fol. 93. col. 1. A.
- Sano & robusto an sit necessarium manualiter operari. fol. 158. col. 3. F.
- Satisfacere quis num possit pro vno peccato sine satisfactione aliorū. fol. 130. col. 4. H.
- Satisfacere quis potest per opera alioqui debita ex obligatione legati: non tamen reali. fol. 127. col. 4. H.
- Satisfacere nunquid possit homo pro peccatis de pura iullitia, quo ad pœnam temporalem. fol. 119. col. 2. D.
- Satisfacere an possit homo vn° pro alio. fol. 128. col. 4. H.
- Satisfactio peccatorum an in hac vita sit necessariò peragenda. fol. 131. col. 1. B.
- Satisfactio quid sit. fol. 131. col. 2. D.
- Satisfactio an sit adimplenda per opera pœnalia. fol. 131. col. 3. E. De quo adde Durandum in. 4. dist. 15. q. 5.
- Satisfactio vtrū vniciq; pro peccato sit correspondens. fol. 130. col. 3. F.

De litera. Q.

- Q**ualitas pœnitentiæ. fol. 10. col. 1. A.
- Q**uantitas pœnitentiæ. fol. 12. col. 2. D.

De litera. R.

- R**eligionis essentia est vouere castitatem, paupertatem, & obedientiam. fol. 169.

Satisfa-

I N D E X.

Satisfactoria an possit esse oratio quæ meritoria non sit. fol. 181. col. 3. F.
 Scholasticis vbi confitendum sit. fol. 85. column. 1. A.
 Scholasticus peregrinans an sine proprii curatili licentia alieno sacerdoti confiteri possit. fol. 84. col. 4. G.
 Secretum nudum an sit celandum. fol. 115. el segundo. col. 1. A.
 Seru⁹ de bonis domini an elemosynâ pauperi in extrema necessitate existenti sine eius consensu conferre poterit. folio. 153. col. 4. G.
 Solennis pœnitentia quæ, & quibus imponenda, & quid de publica sit. fol. 98. col. 4. G. & fol. 99. col. 1. A. & B.
 Statuta humana per quid cognoscantur, & quando obligent ad mortale peccatum. fol. 140. col. 1. B.
 Statutum ecclesiæ an possit obligare ad ieiunium sub pœna peccati mortalis. fol. 139. col. 2. D.

De litera. T.

Tempus pœnitentiæ. fo. 16. col. 3. E.
 Testator mandans rem restitutioni obnoxiam restitui, negligentia hæredis vel executoris non ei nocet, vt ex hoc detineatur in purgatorio. fo. 104. col. 4. H.
 Testis qui scit crimē omnino occultum suæ fidei commissum, an interrogatus à iudice teneatur illud aperire sub pœna perurij. fol. 110. col. 4.
 Theologalis virtus an habet cordis anxietatem annexam de necessitate. fo. 3. col. 2. D.
 Turpis est pars quæ suo toti non conuenit.

fol. 143. col. 4. H.

De litera. V.

Veniã peccatorū qui per sacramentalē absolutionē est assequutus, & de peccatis postea memoriæ occurrentibus pœnitere non vult, an ei iudicij periculū imminet. fo. 5. col. 3. E.
 Vendens comestibilia in diebus ieiunij, an peccat. fo. 144. col. 4. H.
 Vendens venenum, arma, fucos, taxillos, & alia instrumenta iustoria, quibus homines ad malum solent vtī, an peccet. folio. 145. col. 1. B.
 Viatoribus iustis & peccatoribus orare conuenit. fol. 164. col. 4. H.
 Viduæ veræ quæ dicantur. fo. 158. col. 3. E.
 Virtus generalis dupliciter accipitur. fol. 3. col. 2. C.
 Voluntarius doior pœnitentis quæadmodū sit interpretandus. fol. 1. col. 3. F.
 Voluntas humana duplex. fol. 2. col. 2. D.
 Voluntas Dei multiplex est. fol. 2. col. 4. H.
 Volūtas diuina quomodo sit regula humanæ voluntatis. fo. 3. col. 1. A.
 Voluntatem suam præceptiuæ Dei voluntati necessariò cõformem homo redderet. fol. 2. col. 4. H.
 Volūtatē suæ arbiter constitutus arma lucis induere non potest, nisi prius opera tenebrarū per pœnitentiã arceat. fo. 4. col. 1. B.
 Vxor de bonis mariti an elemosynam extra extremā necessitatem possit sine eius consensu erogare. fol. 153. col. 4. G.

FINIS.

ANDREAS APOR-
 tonarijs sincero Lectori. S.



SOLENT BONARVM ARTIUM studiosi ciues, candidissime Lector, toto molimine nulum non mouere lapidem vt ciuitatem protegant, atq; conseruent, & quæ in ea serpunt vitia profligent. Quorum ego semper imitatus vestigia, tanto ardore Reipublicæ cõmodum sitiui, indiesq; sitio, vt eum nullo aptiori remedio refrigerandū stauerim, q̄ literatis hominibus (qui Reipublicæ moderatores existunt) nouis his meis characteribus, nouo veluti sydere, aliquid opis adferendo. Cũ enim Galliam, Germaniam, Italiam, cæterasque innumeras regiones, tot tamque præclaris elucescere characteribus conspicerem, mouit me (haud sanè immeritò) Hispaniæ nostræ infelicitas, quæ cùm in omni scientiarū genere bene versatos tot homines sub imperio suo enutriet, & multitudine earū rerum quæ exportantur facillè omnibus terris antecellat, præclaris characteribus prorsus destituta remaneret. Quod tam inauditū facinus, sine cõpetenti emendatione diutiùs tolerare non potui: imò verò omni Hispaniã nostrã (Superis tamen fauētibus) characterum genere cæteris imparē, aut saltem pari gressu hac in arte Typographica incedentem reddere, & relictis veluti glandibus, eam tritico ad fauces vsque saturare. Quid enim eruditus, nè dicam hominibus, verum etiam impolitis & agrestibus suauius esse potest, quàm cùm amicorum, hoc est librorum suorum consuetudine vtī desiderant, eos præclaris adornatos characteribus inueniant? Quorum beneficio, non solum luminibus, verum etiam toto corpori incredibile iucunditatis ac suauitatis præbetur solatium. Quare cùm aliquot iam annis (vt te non præterit) fidem liberarim meam, tamquet tibi acceptos elucubrationum mearum labores cognouerim, præsens hoc Opus tibi excudendum (vt fidei liberatæ fauorem me exhiberem) delegi. In quo non pedem tantum, vt aiunt, sed & mentem & cogitationem fixi, quod tum ad bene merendum de quouis hominū genere, tum ad animæ salutem, tum ad nominis mei laudem plurimū momenti inter cætera habere videtur. Quandoquidem quæstiones non inutiles, imò perquam necessariae & quotidianæ de pœnitendi & confitendi via in eo cõtinentur: quæ non tantum à Theologis, verum etiã à Iurisperitis, Medicis, Philosophis, Poëtis, Historicis, omnibus deniq; qui ad summi Tonantis tribunal conuolare desiderant, non modò legi, sed edisci debent. Nam cùm confessio & pœnitentia ea sint quæ ad bene beateq; viuendum hominem inuitant,

& cum ad Christi benevolentiam reducunt: non visus sum rectius laborem
 meum collocare posse, quam in hoc Medinæ volumine, in quo de poenitendi,
 & confitendi ratione, cæterisque alijs materijs tanta est orationis suauitas,
 tanta vbertas, tamq̃ dilucida in disputando methodus, vt ab omnibus, quæ
 maximè obscura sunt & implicata, intelligantur. Quamobrem (humanissi-
 me Lector) cum non mediocre sit huius Operis emolumētum (vt eo perlecto
 exactius dignoscere poteris) te vnice oratum velim, vt hoc summa cura
 summisq̃ vigilijs perlegas, perlectum memoriæ inculces, inculcatum exequu-
 tionem mandes: quod si à te factum animaduertero, beatam æternamq̃
 tibi comparasse vitam non hæsitabo: addesq̃ mihi calcar haud
 exiguum ad grauiora in posterum tuum in usum subeun-
 da. Vale, & meo, vt assolens, labori gratulare. Ex
 ædibus nostris typographicis, Anno
 M. D. L.



A **D** E Poenitentia

D tractat Magister Sētē-
 tiarū dist. 14. in quarto,
 & doctores ibidē. Vbi
 nonnulla p̃dicata, q̃ de
 p̃nā dicunt, proponit:
 in quo etiā cū baptismo cōueniat: in quo iti-
 dē ab eodē differat, ostēdit. Cōueniunt qui-
 dem: quia sicut baptismus est prima tabula
 post naufragium, ita & poenitētia est secun-
 da, vt tradit Hieronymus super Daniele:
 & habetur de poenitētia, dist. 1. c. Secun-
 da. Est autē hęc locutio metaphorica, ex si-
 militudine quā baptismus & poenitētia cū
 tabulis nauis in mari fractę habēt: per quas
 homo nitit̃ ab illo naufragio liberari: quan-
 do quidem homini nauiganti si oborta tem-
 pestate & concutientibus fluctibus nauis
 frangitur, hoc vnicum remedium superest,
 scilicet tabulas nauis fractę arripere, & eis dē
 rimari & inniti, vt saluari possit. Qui nauigat,
 homo est: nauis, quam primò ingref-
 sus est, & in qua primò nauigare cœpit, sta-
 tus fuit innocentie, & rectitudo, at que inte-
 gritas vite, in qua homo conditus fuit: fra-
 cta est nauis quando vita hominis per ino-
 bedientiam, & præuaricationem corrupta
 fuit: fluctus maris nauem concutientes, ten-
 tationes sunt vite præsentis, quę magno im-
 petu in hominem irruunt: mare autem in
 quo nauigatur, hic mundus est. Tabulæ au-
 tem quibus à procella huius pelagi homo li-
 berari potest, baptism⁹, & poenitētia sunt: è
 quibus cum prior sit baptismus, qui ianua
 aliorum sacramētorum esse dicitur: ideo pri-
 ma tabula nūcupatur, poenitētia autē secun-
 da: his enim sacramentis nobis in peccatū la-
 psis rimādū est, si volum⁹ peccati periculū,
 & damnū quod affert, incolumes euadere.

B **D**ifferūt autem, quia p̃nā potest fre-
 quēter cum sp̃uali fructu ite-
 rari, baptism⁹ autē non nisi semel suscipi po-
 test. Primū satis significat Christus, q̃ Petro
 de peccatis fratri remittēdis, interrogāti: Quo-
 ties peccabit in me frater, & dimittam ei?
 an septies? &c. respondit: Non dico tibi sep-
 ties, sed septuagies septies. Vbi numerus
 determinatus pro indeterminato ponitur:
 ac si dixisset, quoties peccauerit in te, si poe-
 nituerit dimitte illi. Secundum etiam Pau-
 lus docet ad Hebrę. 6. vt colligunt cōiter do-
 ctōres, cū ait: Impossibile est eos, qui semel
 illuminati sunt, gustaueruntq̃ bonū verbū,
 & Spiritum sanctum, scilicet per baptismū

Matth. 18.

susceperunt, si prolabantur, rursus renouari
 &c. Quod de renouatione baptismali solet
 intelligi. Est. n. sacramētū regeneratiōis &c.

Differūt præterea, quia p̃nā duplex
 est. s. interior, & exterior.

Baptismus autē vnicus est in exteriori ope-
 re consistens. De interiori poenitentia dixit
 Dauid: Sacrificium Deo sp̃s cōtribulatus:
 cor cōtritū & humiliatū Deus nō despiciet.

Psal. 50.

Exteriorē verò poenitentiam, quam sacerdo-
 tes poenitētib⁹ & cōfessis iniungunt, Chri-
 stus nobis significauit, quando curatos à se

Luc. 17.

leprosos misit ad sacerdotes, vt se illis p̃sen-
 tarent, ab eisdem iudicandi. & eandem insti-
 tuit quando ad sacerdotes loquens dixit,

1041. 20.

quorū remiseritis peccata, remittent̃ eis &c.

Cōueniūt præterea, quia p̃nā peccato-
 rib⁹ necessaria est, sicut

& baptismus. Nam Ioannis p̃dicatio à poe-
 nitentia cœpit, cum dixit: Poenitentiam agi-
 te, appropinquabit enim regnū cœlorum.

Matth. 3.

Et Petrus etiam eandem prædicauit, vt ex
 Actibus constat: dixit enim: Poenitentiam

Act. 2.

agite, & baptizef̃ vnusquisq̃; vestrū. Ex qb⁹
 apparet utilitas, simul & necessitas p̃nā.

Cōuenit tñ hęc particulari⁹ tracta-
 re, & distincti⁹ procedere,

nè equiuocatio cōfusiōē, cōfusiō verò igno-
 rantiam pariat. Accipitur enim poenitentia

D

ad p̃sens dupliciter: vno modo pro ea, quę
 in corde est: alio verò pro ea, quę in opere
 exteriori consistit. Et hęc rursus est multi-
 plex: quædam est sacramentalis, & in abso-
 lutione consistit, qua cōfessor poenitentē, &
 prius confessum à peccatis absoluit. Quæ-
 dā verò est poenitentia ab eodem sacerdote

iniuncta: quę iterum triplex est, scilicet solē-
 nis, publica, & occulta. Quædā autē est poe-
 nitētia voluntariē ab ipso peccatore assump-
 ta: & hoc est, quod cōiter à doctoribus tra-
 ditū est, scilicet, tres esse poenitētie partes, pu-
 ta cōtritiōē, cōfessionē, & satisfactionem:

cuius satisfactionis totidem similiter partes
 esse dicūtur: hęc autē sunt oratio, ieiunium,
 & elemosyna, de quibus omnibus nonnulla
 in p̃senti Codice tractanda sunt: in primis
 tamen de contritiōe, seu generalius de cor-
 dis poenitentia agendum est. Hęc autem est
 duplex: quædam vera poenitentia, quę ad sa-
 lutem valet, & bonorum est: alia verò, q̃ ad
 salutem non valet, & malorum est: talem ha-
 buit Iudas, quando doluit q̃ Christum tra-
 didisset, qui nō sicut debuit, poenituit: talem
 habuit Antiochus, de quo, cum de cōmissis
 sceleribus poeniteret & Dominum depreca-

Matth. 27.

A retur,



E retur, scriptū est: Orabat scelestus Dominū, à quo non erat misericordiam consequuturus. Et de Esau similiter inquit Paulus, q̄ nō inuenit pœnitentię locum, etiam si cum lachrymis inquisiuisset eam &c. Talem etiam habent damnati, de quibus legitur Sapientię. 5. Dicēt intra se pœnitentiā agentes &c.

Est autem pœnitentiā vera, dolor voluntarij de peccatō p̄pter Dei ofensam cū emendationis propolito in futurum. Et hoc est, quod ait August. p̄niam definiens in libro de pœnitentia: Pœnitentia inquit est, quædam dolētis vindicta puniens in se, quod dolet cōmississe. Vnde & Grego. ait: Pœnitentia est antē acta mala deslere, & sēda iterū nō cōmittere. Et Ambrosij: P̄nia, est præterita mala plāgere, & plangenda iterum nō committere &c. Itaq; illum dicimus pœnitere, cui displicent & molesta sunt quę fecit flagitia, quaten⁹ offensua Dei sunt &c.

Sed dubitaret hic aliquis quō potest esse, vt sit dolor voluntarius: si enim dolor est, pœna est, & cruciat animū: pœna autem non est, nisi inuoluntaria sit. Quod enim nullatenus est inuoluntarium, nō cruciat, nec punit. Quod autem pœnitentia pœna sit, ex vocabulo ipso patet. Pœnitentia enim pœnæ tenentiam sonat, & (vt ait Augusti.) à puniendo dicit. Respōdetur: Id facile soluitur, si in homine duplicē affectionē attendamus: scilicet iusti, & commodi. Per primā homo appetit quod iustū, & rectum, & honestum est: per secundam verò quod vtile, delectabile, & cōmodum est. Bene igit stat, q̄ id quod secundum affectionem commodi est inuoluntarium, sit secundum affectionem iusti voluntarium. Ad quod multa possemus afferre exempla, nisi res de se factis nota esset. Aut dicatur non esse necessarium, pœnam inuolūtariam esse, vt cruciet: satis est id inuolūtarium esse, de quo ipsa pœna habetur: sicut in proposito inuolūtariū est homini pœnitenti se Deū offendisse &c.

Nota tamen dolorem huiusmodi nō dici voluntarium in se, cū sit passio naturaliter consequēs actū voluntatis: est tamē voluntarius causaliter, seu antecedenter: pro quanto ex libera voluntate ipsi⁹ pœnitētis procedit. Peccator enim considerans se Deum peccatō offendisse, dignumq; esse qui pro peccato puniatur, voluntatem elicit, qua vult in se punire, quod cōmissit: inde voluntariē elicit actum detestationis, quo displicet sibi cōmissum: hūc sequitur naturaliter tristitia de cōmissio: deinde tristitiam sentiēs, eam volū-

tariē acceptat, & sustinet: inde facile patet quo pacto dolor de cōmissis volūtari⁹ sit &c.

De cordis ergo p̄nia nōnullas cōuenit quęstiones tractare, in quib⁹ viros doctos cōstat contraria sensisse: & vt à facilioribus incipiamus, de qualitate pœnitentię cordis libuit tractatum inchoare.

Quęstio prima.



Solet de huiusmodi pœnitentiā quęri, an sit virt⁹, & qualis virtus. Et arguit primò cōtra id quod supponit, q̄. f. hom. o possit de cōmissis pœnitere. Cōtra quod arguitur: quia si p̄nia est dolor de peccatis cōmissis, necesse est q̄ p̄cedat ex actu volūtatis, quo homo vult se nō peccasse, aut non vult se peccasse: cū secundū Augustinū tristitia sit de his, q̄ nobis nolētibus accidūt: hominem autē nō peccasse, si ita est q̄ peccauit, est iam impossibile: quod autē impossibile est, homo id sciens velle non potest: nō em̄ efficaciter volumus nisi q̄ possibilia esse putamus: vnde homo efficaciter volens aliquid obtinere, quā primū scit illud esse sibi impossibile, cessat à volitione efficaci eiusdem: vt experientia docet.

Secundò, demus q̄ sit hōi possibile velle se nō peccasse, quis factū sit iam impossibile: attē talis volūtas nō videt licita, sed illicita, & deordinata: eò q̄ recedit à sua regula. Quadoquidē humana volūtas in actionibus suis debet diuinā voluntatem pro regula tenere, & se illi per oīa conformare: Dei autē volūtas nō est, vt non præcesserit, quod actu p̄cessit: est enim illud impossibile etiā ipsi Deo. De quo Arif. in Ethic. Hoc solo priuatur Deus, ingenita facere, q̄ genita sunt. Et Hiero. virginitatē semel amissam reparari nō posse affirmat &c. Quod autē Deus id quod impossibile est non velit, nec velle possit, hinc patet: Quia tātū potest, quantū vult. Omnia enim q̄cunq; voluit, fecit. Si enim posset velle aliquid quod facere non posset, eius voluntas cassaretur: & ex hac parte finita redderetur, & impotens.

Tertiò admisso q̄ p̄nia cordis possibilis sit hōi, & eidē licita: non tamen videtur virtus esse: quia virtus omnis est per se, & secundum se expetibilis: pœnitentia autem non est huiusmodi: quia illud nō est per se, & secundū se expetibile, quod sine peccato haberi non potest: pœnitentia autem

A autem cordis sine peccato saltem p̄uio haberi non potest, vt constat.

Deinde si pœnitentiā esset virtus, illa fuisset in Christo, qui plen⁹ donis & virtutib⁹ fuit: in Christo autē nunq̄ fuit pœnitentiā, qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Præterea virtus est habitus electiuus, & per consequens est de obiecto cadente sub electione: pœnitentia autem non habetur de eo quod sub electione cadit, cū sit de eo quod impossibile est nō fuisse. f. de hoc, quod est nos peccasse, quod nobis impossibile est nō fecisse, vt patet ex dictis: electio autem non nisi de possibili est, quæ in nostra sita sunt volūate.

Quartò, esto p̄nia sit virtus, vel ergo est cōis, vel particularis: & videtur q̄ sit cōis, & non particularis: quia dolere de peccato cōmissio, commune est omni virtuti: omnis enim virtus inclinatur ad amorem boni sui, & ad odium mali sibi oppositi: & si tale malum contingat, inclinatur ad displicentiam, & dolorem de eodem: non igitur virtus particularis est, sed generalis.

Quintò, quia si pœnitentiā cordis virtus esset, aut igitur moralis, aut theologalis, quorū neutrum videtur: theologalis enim nō est, cū nec charitas sit, nec fides, nec spes: moralis etiā non est, cū nec ad prudentiā, nec ad temperantiā, nec iustitiā, nec ad fortitudinē reducat: quadoquidē huiusmodi morales virtutes viris bonis & iustis cōpetunt, seu competere possunt: pœnitentia autem non nisi peccatoribus &c.

Respondeo. His non obstantibus tenendum est p̄niam cordis, si habitus sit, virtutē esse: ille em̄ habitus virtus est, cuius actus est bonus, & laudabilis: talis est actus p̄niæ. Probat hoc, primò: quia actus human⁹, qui potest ex electione & deliberatione fieri, qui etiam cadit super materiam ipsi actui conuenientem, & propter bonum finem cum honestis circumstantijs, est bonus, & laudabilis: sed talis est act⁹ pœnitendi: quia habetur ex electione & deliberatione qua peccator deliberat, & cōcludit esse de cōmissis pœnitendum, & cadit super materiam sibi conuenientem, puta super peccatum cōmissum, quod quidē odio & detestationi cōuenit. Sicut enim bonum amabile est, ita malum est detestabile, & odibile: elicitur etiam huiusmodi actus pœnitentiæ propter Deum, vt suppono, cum bonis circumstantijs alios bonos fines respicientibus, puta, vt scilicet peccator Deo satisfaci-

at, & ab eodem veniā obtineat: igitur erit vndique actus bonus.

Secundò actus pœnitendi, & p̄nia ipsa tenet mediocritatē inter duo extrema vitiosa, igitur est virtus ex doctrina Aristo. & cōmuni. Antecedens patet, quia hominem gaudere de omnib⁹ operib⁹ à se factis, tam de bonis q̄ de malis, extremū vitiosum est: dolere etiam de omnibus operib⁹ à se factis, tam de malis quam de bonis, extremū est etiam vitiosum. Inter hæc autē mediat dolere de malis tantum à se cōmissis eo modo quo dolendum est, & hoc est pœnitere: igitur pœnitentia est virtus.

Tertiò quod Deus in lege sua iubet, & ab hōibus exigit bonū est, & laudabile: quod si fiat, quæadmodū fieri debet, ipsi Deo gratū & acceptū est, cui nil nisi bonum gratū esse potest: sed ipse Deus frequenter in lege sua tam veteri q̄ noua iubet, & exigit pœnitentiam, quod certū esse suppono: igitur non solum erit bonū & laudabile pœnitere, sed & apud Deum erit valde meritorium &c.

Nec obstat quod habetur Eccl. 30. Tristitia lōgē expelle à te. & subditur causa: multos em̄ occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Et hoc idē exp̄sē dicit Aristo. 7. Ethic. & 10. Nā Ecclesiasticus loquitur de tristitia sæculi, quę de rebus alijs mundanis haberi solet: nō de ea, q̄ de peccatis est. Aristo. autē loquitur de dolore, qui solet esse excessiuus, quo quidē moderatē vtendum est ad finem, ad quē assumitur: nō autem de displicentia de peccatis commissis &c.

Ad rationes autem superius in oppositum factas, dicendum: Ad primū, in quo id quæratur, an. f. humana voluntas possit velle aliquid impossibile sibi scitum esse tale, distinguendū breuiter est de voluntate. Quia est volūtas desiderij, & est voluntas efficax ipsū desideratū obtinēdi. De voluntate desiderij, aut simplicis appetit⁹, nō dubitat, quin possit de impossibili haberi: voluntas enim impossibile est, vt ait Aristo. Sic enim dicitur angelus malus impossibile appetiuisse, quādo cupiuit Deo equalis esse, & eidē assimilari: sic etiam dānati in inferno existentes desiderant mori, scientes id ipsis de lege impossibile esse, de quibus scriptū est: Desiderabūt mori, & mors fugiet ab eis. Sic etiā cæci desiderant videre, cū sciāt id illis p̄ naturā impossibile esse. De voluntate tū efficaci (qua. f. quis de medijs inquirat, & ea eligit, & opere exequat ad finē obtinēdi

A 2 nendi

E nendi quod cupit) verum est quod haberi non potest de impossibili cognito: quoniam quidem electio non nisi possibili est, ex eodem Aristotele.

Verum dubitaret, qualis sit illa nolitio qua quis nollet se peccasse, cum id sciat sibi esse impossibile, an absoluta, an conditionata? Et dixerunt aliqui quod non potest conditionata esse: quia nemo potest velle aliquid sub aliqua conditione quam scit illam conditionem non existere: & huiusmodi conditionales, scilicet velle aliquid sub tali vel tali conditione, aut nollet aliquid sub tali conditione, non importat actum voluntatis, quando scitur conditiones non subsistere. Secundo si creditur, vel saltem dubitatur eas subsistere: ut si credatur, vel saltem dubitatur Petrum esse pauperem, possum actum voluntatis habere quo velim dare Petro elemosinam si sit pauper. Attamen quod primum sciuerim Petrum non esse pauperem, cessat in me talis volitio, & adhuc manet hæc conditionalis vera, velle dare Petro elemosinam si esset pauper: & ita conditionalis est vera sine actu voluntatis. Id videtur posse confirmari: quia hæc conditionalis est vera in eodem casu, ego darem Petro elemosinam si esset pauper, cum quo stat quod non dem: ego legerem si mihi daret aliquid, cum quo stat quod non legam: ita igitur stat quod ego vellem aliquid facere si mihi aliquid daret, & tamen quod illud non velim: sicut enim quod daret non dat, qui legeret non legit, ita qui vellet non vult: ac proinde huiusmodi conditionales non dicuntur aliquem actum positivum voluntatis, maxime quam scitur conditiones non subsistere: & ita illa nolitio, quam nollet quod se peccasse, non potest esse conditionalis, quia maxime sub conditione possibilitatis, scilicet si fieri posset se non peccasse: sed constat in casu conditionem illam non posse subsistere, ideo illa conditionalis nullum actum ponit in voluntate: & pro consequens si actus voluntatis est, oportet sit nolitio absoluta.

Sed hæc positio non videtur vera: quia si conditionalis huiusmodi non ponit actum voluntatis, quam scit conditionem non subsistere, etiam non poneret actum voluntatis quam dubitatur, seu creditur posse subsistere: patet ex ratione supra facta, quam dicebat diuersum quod esse, legerem, & lego: dare, & do: velle, & volo: pro quod equè probaret nullum actum voluntatis haberi pro illas conditionales subsistere conditione sicut ea non subsistit, ut constat. Deinde sequitur quod Christus non fuit tristis de morte: quia vel tristitia sequente nolitioem mortis absolutam: & hoc non, quia absolute voluit mori: vel conditionatam: & si sic, habeo intemum quod conditionalis illa ponit actum voluntatis: nam sine actu voluntatis non potest tristitia in aliquo causari, actum autem con-

ditionalem causatiuum tristitie videtur Christus significasse quam dixit: Pro si possibile est, trahat a me calicem hunc, cum tamen sciret conditionem non subsistere. Denique, posse dari actum voluntatis conditionales ubi scitur conditionem non subsistere, imò nec subsistere posse, apparet si tribus hominibus proponatur aliqua conditio impossibilis: puta si vobis darentur alae naturales, aut si conuerteremini in aues volantes, & quaeratur sub eadem conditione, quomodo vnusquisque eorum ire eligeret, Romam, scilicet Hierusalem, aut Insulas: vnus diceret, ego si auis essem Insulas ire: alter diceret, ego si auis essem in Hierusalem me conferrem: alter verò diceret, ego si auis essem, nec huc, nec illuc abire: sed in patria propria permanerem. Re vera hi homines scientes conditionem esse impossibilem, diuersos habent affectus pro quos non voluit absolute ea, quibus afficiuntur: sed ea vellent efficaciter si staret conditio, ac proinde huiusmodi velleitates actum voluntatis: de his tamen alibi latius.

Ad propositum igitur redeundo videtur, quod peccator potest actu absoluto desiderare velle se non peccasse absque vlla conditione, aut absolute nolle se peccasse: potest etiam hoc ipsum velle sub conditione aliqua, etiam si sciat conditionem non subsistere, seu impossibilitatem. Quæ autem nolitio est quæ tristitiam causare sufficit, absoluta scilicet an conditio nata? crederem id de absoluta, non tamē de sola conditionata verificari, ut alibi deduximus, cum de tristitia Christi ageremus.

Ad secundum, in quo arguebatur actum poenitentiae illicitum & deordinatum esse, quia dissonat à diuina voluntate, dicendum ad id, quod ratio supponit, scilicet tenere nos voluntatem nostram diuinæ voluntati conformare, id non esse vniuersaliter verum: cum enim multiplex dicatur esse Dei voluntas, permissiua, præceptiua, & complacentiæ, soli præceptiue tenemur de necessitate nostram voluntatem conformare: in alijs, & si à diuina voluntate discrepamus, non erit illicitum, imò sæpe accidit esse bonum. Sic enim ait Augustinus: Aliquando bonus filius vult patrem suum viuere, quem tamen Deus vult mori. Abraham etiam voluntatem habuit immolandi filium suum, cuius tamen oppositum Deus voluit. Et si videamus domum proximi comburi, scientes id fieri non posse nisi Deo volente, possumus tamen licite, imò meritorie occurrere, & domus combustionem, si possumus, impedire. Tenemur itaque nos diuinæ voluntati conformare, non volendo id quod Deus vult, sed volendo id quod Deus vult

A vult nos velle: ac proinde cum Deus velit quod de commissis doleamus, & id à nobis exigit, dolendo de commissis, nos suæ voluntati conformamus. Est etiam diuina voluntas regularis humanæ voluntatis: non quidem qualiscumque Dei voluntas, sed voluntas qua vult nos aliqua velle aut nollet: quod quidem Dei voluntas nobis intimat tam in lege naturali quam in lege diuina scripta, interdum etiam per specialem reuelationem. An autem Deus velit, aut velle possit, præteritum non fuisse, vel aliud impossibile, idque voluntate absoluta aut conditionata, alterius est negotij.

Ad tertium, quo arguebatur poenitentia non esse virtutem, dicendum, ad primum, quod omnis virtus est secundum se expetibilis in eo in quo est virtus, actus etiam virtutis est secundum se expetibilis in eo, in quo est talis: ideo & poenitere in eo in quo est actus virtutis, est secundum se expetibile ob sui bonitatem & honestatem, etiam si inde non esset alia utilitas euentura. Et quando arguitur, illud non est secundum se expetibile quod non potest sine peccato haberi, verum est si haberi non potest sine peccato concomitante, vel sine peccato committendo: secundo si haberi non potest sine peccato iam commissio: cuius exemplum est clarum de actu iustitiæ punitiue: qui cum actus virtutis sit, sine peccato tamen ab eo qui punitur commissio exerceri non potest.

Ad secundum, dicendum, falsum esse quod Christus habuit omnes virtutes saltim in speciali: nam fide de credendis, ut communiter dicitur, non habuit, cum omnia clare in verbo videret: iustitiæ commutatiua, aut vsum eius non habuit, qui nulla bona tempora lia habuit, quæ commutare valeret: nec iustas negotiationes, siue contractus exercuit: castitatem item coniugalem, aut vidualem non habuit, qui semper virgo permanit: nec bellicam fortitudinem, qui nec arma vnquam sumpsit, nec armis, aut vi inuadentibus resistit: sed tanquam ouis ductus: ideo non mirum si poenitentiam non habuerit, qui nil admisit, de quo sibi dolendum foret: habuit tamen virtutes omnes in genere, seu principiatiue, cum summum habuerit amorem honesti.

Ad tertium, dicendum, quod licet non sit in potestate peccatoris quod non peccauerit post a se commissum peccatum, est tamen in eius potestate poenitere commissi: & hoc quod est poenitere, eligibile est conformiter ad rectam rationem deliberantem, an conueniat poenitere, & concludentem quod sic: nec tamen ita

poenitet, ut det operam quod non peccauerit. Hoc enim imprudentiæ esset non discretionis: sed poenitet odiendo, & detestando quod male perpetravit: & quauis hoc, quod est hominem non peccasse non sit eligibile, quia impossibile: de commissio tamen peccato poenitere eligibile est sicut & possibile: & medium quoddam est ad finem satisfaciendi Deo, & eum placandi, & ex consequenti veniam ab ipso Deo offenso impetrandi &c.

Ad quartum, quo quærebatur, an poenitentia sit virtus generalis an specialis, dicendum, quod potest generalis virtus dici dupliciter: vno modo quod non sit dabilis habitus proprius ad dolendum de commissis inclinans: sed dantur habitus aliarum virtutum, quibus peccata contrariantur, per quos habitus homo inclinatur ad odiendum omnia peccata commissa cuiuscumque generis sint. Et hoc videtur falsum: quia sicut dabilis est habitus vnus generaliter inclinans ad amorem honesti in communi, ita est dabilis habitus vnus inclinans indistincte ad odiendum inhonestum, & vitium, quodcunque: illud sit: ita similiter potest dari vnus habitus, qui similiter indistincte inclinatur ad odiendum omne vitium ab homine commissum, quodcunque illud sit: & ita dabilis est poenitentia virtus generalis, tam ex parte obiecti, quam ex parte inclinationis habitus. Secundo modo potest intelligi quod poenitentia sit virtus generalis, & non specialis: quia de commissis dolere, commune est omnibus virtutibus: quia omnes virtutes inclinant ad dolendum de commissis, vnaquæque scilicet de peccato commissio sibi contrario: & hoc verum est. Cum hoc tamen stat, quod poenitentia in se virtus propria sit à cæteris distincta, habens aliquid sibi peculiare & proprium: quia scilicet est detestatio peccati, ut expiabile est & remissibile per actum poenitentis, ut dicit Doctor sanctus: & in hoc non communicat cum alijs virtutibus &c.

Ad quintum, quo quærebatur, an poenitentia sit virtus theologalis, an moralis, dicendum, quod theologalis non est: tamen quia non habet Deum pro obiecto primario, licet habeat eum pro obiecto finali: ad hoc enim poenitet peccator, ut Deo reconcilietur: tum etiam, quia virtutes theologales non necessario habent passionem, seu cordis anxietatem annexam, qualem habet cordis poenitentia: tum denique, quia virtutes theologales communes sunt peccatoribus & innocentibus, quoniam fuerunt in Virgine gloriosa: poenitentia

Enitentia autē nō nisi peccatoribus conuenit.

Secundō videtur q̄ p̄n̄a non sit virtus moralis, de his saltem quas cōiter philosophi tradiderunt: tū quia virtutes morales de quib⁹ philosophi, non p̄supponunt cognitionem supernaturālē, quē rationē naturalem excedat: sed habentur & fiunt conformiter ad prudentiam & rationem quē naturaliter haberi potest, vt patet discurrendo per eas: pœnitentia autem p̄supponit cognitionē, quā rationē naturalem excedit, ex quo fidem reuelatam p̄supponit. s. q̄ De⁹ per nostra peccata offensus non placat, nec peccata remittit, nisi mediante actū pœnitendi, quod per fidem potius q̄ per naturalem rationē cognoscimus: vnde pœnitere, est peccata cōmissa detestari, ad satisfaciendū Deo offenso, & veniā cōsequendū. Tum deniq; quia virtutes morales cōmuniter assignatę, cōmunes sunt peccatoribus & innocētibus, vt constat: pœnitentia autē non nisi peccatoribus cōuenit: non igitur est moralis virtus pœnitentia cordis, de qua loquimur, nisi moralis virt⁹ dicatur ea, quā ex more, & cōsuetudine acquiritur: nā sic moralis esset dicenda, & si nō de his, quā cōmuniter assignantur. Quod si velis pœnitentiam ad aliquā virtutē ex notis reducere, id facile poteris, si obiectū ipsius pœnitentię attendas simul & finem quē pœnitens principaliter intendit, ex parte quē obiecti quod homo detestatur & odit, ad illā virtutē pertinet cui contrariat ipsum peccatū, de quo pœnitet homo. Non obstat, q̄ sint habitus realiter differentes, ex parte etiā finis ad illā reducit virtutem, quā ad illū finē directē inclinat: vt si homo de peccatis cōmissis doleat, intēdēs principaliter in se punire qd̄ male fecit, ad iustitiā pertinet: si verō principaliter intēdat Deo reconciliari, ad amicitia seu Dei charitatē videtur reduci: si autē principaliter intēdat veniā peccatorū impetrare, ad charitatē sui, seu elemosynā, aut misericordiā reduci videt: quā non solū proximis, sed nobis ipsis debemus impedere, put scriptū est: Misere anime tuę placēs Deo &c. Pro his facit quod Ambrosius ait, affectus tu⁹ (i. q̄) operi tuo nomē imponit. Hęc igitur q̄ facilia sunt rescidētes, ad alia trāseant.

Ecclesi. 30.

Quæstio secunda.



Uterius de necessita

te pœnitēdi solet similiter quæri, an sit necessaria pœnitentia

cordis ad remissionem peccatorum: & dixerunt aliqui q̄ nō: sed satis est, si peccator veterem vitam in meliorem commutet: nam Christus nouā vitā videt à peccatoribus exigere, vt eis sua cōdonet delicta. Vnde ad Galatas. 5. & 6. ait Paulus: In Christo em̄ Iesu, nec circūcisio aliqd̄ valet, nec p̄putium: sed noua creatura. Paulus etiā q̄n̄ ad Christū cōuersus est, nec pœnituisse legitur, nec Christum illi huiusmodi pœnitentiam ab eodē exegisse videt, etiam si Christum interrogauit dicens: Domine quid me vis facere? De quo Actuum. 9. Præterea idem probant ex Psalmo. 31. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti. Vnde apparet sufficere peccatori propositum confitendi, & si de commissis non doleat.

Item tertio ad salutē sufficit hōi mandata Dei custodire, iuxta verbū Christi: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Cū tamen in dininis mandatis, scilicet Decalogi, de quibus Christus loquebat, nulla de pœnitentia cordis fiat mentio. *Matth. 29.*

Item quarto sufficit dilectio Dei ad habendam gratiam eius, & ex cōsequenti ad obtinendum peccatorum remissionē, iuxta illud Christi: qui diligit me, diligetur à patre meo, & ad eum veniemus &c. *Ioh. 14.*

Item quinto sufficit hōi ad salutē si fidem veram habeat, vt passim docet Paulus ad Rom. & ad Galat. dicēs: Per fidē nos esse iustificatos, simul & saluos: nec hōiem saluari per legem factorum, sed per legem fidei. Vnde & Psal. 24. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo.

Item sexto facit qd̄ ait Ambrosius, & habet in textu Magistri, dist. 14. quarti: Vera pœnitentia hæc est, cessare à peccatis, & in nouitate vitæ ambulare. vnde & Paulus ad Roman. 6. docet nos ita à peccatis debere cum Christo resurgere: vt scilicet in nouitate vitæ ambulemus: ac proinde videtur excludi necessitas dolendi de peccatis cōmissis. His nonnulli hæretici suam sententiam probatam esse putant.

Verūm his nō obstatibus tenēda est opposita sententia tanq̄ catholica, q̄ scilicet necessaria est peccatori, saltē de lege ordinata, cordis pœnitentia, vt remissionem peccatorum consequamur. Non enim legitur Deus salutem & veniam peccatoribus promississe, nisi pœnitentibus, & contritis. Dixit enim per Iohēlem. 2. Conuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu, & scindite corda vestra. & additur ibidem: Conuer-

A Couertimini ad Dominum Deū vestrum, quia benignus, & misericors est, & p̄stabilis super malitia. Vnde patet Dominum non fore p̄stabilem super malitia hominum, nisi corde de peccatis doleant. Ezechiel. 18. dicitur: Si impius egerit pœnitentiam ab oibus peccatis suis, vita viuet, & nō morietur. & postea: Conuertimini igitur, & agite pœnitentiam. Per Isaiam etiā dixit. c. 56. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum contritum corde, & trementem sermones meos: vbi vtrumque significat esse necessarium, scilicet de commissis dolere, & p̄cepta Dei custodire: quod clari⁹ dixerat per Ezechielē, vbi supra.

Idem etiā patet ex nouo testamento: nam Ioānis p̄dicatio à p̄n̄a cōuenit: dicebat enim, agite pœnitentiam. Christus etiā eiusdem pœnitentię necessitatem satis docuit, & p̄dicauit: dixit enim, *Luc. 5.* Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et alibi. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et iterū: Si peccauerit in te frater tuus, dimitte illi: si septies peccauerit, & pœnituerit, dimitte illi &c. *Matth. 18.*

Postremo idē patet ex doctrina Apostolorū: ait em̄ Petrus **A** Actū. 3. Pœnitimini ergo, & conuertimini, vt deleatur peccata vestra. Et Paul⁹ ad Ro. 2. cōmendans patientiam Dei peccatores impœnitentes arguit, dicens: Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die Domini. Ioānes etiā Apocalyp. 2. ad angelum Ephesinum dicens: Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & priora opera fac. Vbi rursus docemur, non satis esse bene operari, nisi de commissis doleamus. Rursus de muliere Iezabel, quo nomine nonnulli hæreticos intelligunt, dicitur ibidem: Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere. & sequitur: Ecce ego mittam eam in luctum, & qui mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. Quibus omnibus, & innumeris alijs scripturæ sacræ testimonijs edocemur, non posse peccatores veniam cōsequi peccatorum, nisi pœniteant de commissis: nec satis esse veterem vitam in meliorem commutare: vnde & Augustini decretum apertum est, & canonizatum: Omnis qui suæ voluntatis arbiter cōstitutus est, nouam vitam inchoare non potest, nisi pœniteat eum veteris vitæ. In re tamen tam pro-

De cōsec. dist. 4.

bata superuacaneum videtur sanctorum testimonio afferre &c.

Ad rationes, pro priore sententia supra citatas respondeo. Ad primū dicendū q̄ in illis locis Paulus non intendit excludere necessitatem pœnitēdi de commissis: sed potius Iudæorum errorem explodere, qui adeo operibus legis fidebant, vt per ea se sufficienter salutem allequuturos esse putarent: cū Deus veterem legem aboleuit, & noua data nouam exigit ab hominibus vitam: quam tamen nemo inchoare potest, nisi pœniteat eū veteris vitæ, vt patet ex decreto Augustini supra citato. Quod etiā de Pauli conuersione citatum est, nil illis suffragatur: nullo enim modo verisimile est Paulum in se omisisse, quod alijs peccatoribus necessarium esse docebat, cū sciret, & fateatur se peccatorem fuisse: docuit autē esse hominibus necessariam pœnitentiam, vt patet. Igitur, esto expressē non legatur, credendum est eum pœnituisse.

Ad secundū ex Psalmo allegatū, Dixi cōfitebor. dicendū, q̄ potius est cōtra arguentes: si enim peccator debet confiteri, saltem Domino, sua peccata, ipsamet cōfessio Domino facienda p̄supponit cordis pœnitentiam: nil enim valet apud Deū confessio, nisi ex corde contrito procedat: & q̄ id sit ad mentem ipsiusmet dicendum, cōstat ex Psalmo. 50. Misere mei Deus &c. vbi docet quid sit sacrificium Deo acceptū, dicens: Spiritus contribulatus, cor contritum Deus acceptat. Constat etiā ex alio Isaiæ Psal. vbi dicit: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. & ex alijs multis. non igitur intendit Dauid excludere necessitatem pœnitendi.

Ad tertium, quartū, & quintū dicendū, nil pro illis facere: nam si per hoc excludunt necessitatem pœnitēdi, quia scilicet sufficit mandata seruare, eodem modo deberent excludere necessitatem credendi: nam per eos ad vitam sufficit seruare mandata in quib⁹ de fide nulla fit mētio, & e contra si sufficit fides: non igitur esset necessarium mandata seruare, nec vlla opera facere. & iterum, si sola dilectio sufficeret, & inde vt dicunt, excludatur necessitas pœnitendi, pari forma excluderetur necessitas fidei, & mandatorum obseruantia. Dico igitur, q̄ non solū necessarium est mandata seruare, quo ad ea, q̄ expressē sonant: sed vltra necessaria est fides credendorū, necessaria etiā sunt aliqua sacramenta, necessaria etiā est

A 4 cordis

E cordis pœnitentia, & multa alia etiam si de illis expressa in Decalogo mentio non fiat: nam ad illorum omnium necessitatem asserendum, sufficit per alia scripturæ testimonia doceamur. Adde q̄ virtualiter in præceptis Decalogi continetur Dei dilectio, quæ si vera sit, includit propositum seruandi quicquid Deus iubet, & reddendi quicquid Deus à nobis exigit: in eo enim quo præcipit, vt Deum colamus & timeamus, tacite præcipitur nobis, vt cum reuereamur, eidem obediamus, & obtemperemus: & ita cum ipse à nobis exigit hæc omnia, quæ dicta sunt, similiter & pœnitentiam de commissis, sequitur peccatorem non plenè diuina mandata Decalogi adimplere, nisi de commissis doleat.

Ad sextum, qd̄ ex Ambrosio & Paulo citatur: respōdeo, q̄ nec Paulus nec Ambrosius excludunt necessitatē pœnitendi de commissis: id patet, cum ipsemet Ambrosius definiens pœnitentiam, quam ad remissionem peccatorum necessariam esse dicit, ait quod est præterita mala plāgere, & plangenda iterum non committere: vbi satis docet non satis esse à peccatis postmodum abstinere, sed de commissis etiam esse dolendum. Quando igitur ait: vera pœnitentia est à peccatis cessare: significat veram non esse pœnitentiam, si homo de commissis doleat, nisi à peccatis abstinere firmiter proponat: quod longè aliud est quàm dicere, q̄ ad veram pœnitentiam sufficit cessare à peccatis. Quod autē non satis fit à peccatis comitēdis cessare mādata custodiendo, sed etiam opus sit de commissis dolere, ex dictis apertum esse puto, ex his quæ citauimus ex Ezechiel. ex Isaia, & ex Apocalypsi, & ex alijs: in quibus apertè Deus vtrumque à peccatore videtur exigere &c.

Sto sit necessaria pnia cordis ad veniā obtinendū, an tñ sit necessaria ex præcepto: ita, vt q̄ nō pœnitet, nō solū nō assequat veniā commissorū: sed non pœnitēdo tpe debito, de nouo peccabit. Et cōtēderūt aliq̄ partē negatiuā defendere, putātes in hoc sequi doctore sanctū, vt dicebāt. Quorū fundamentū hoc erat, quia in scriptura nō imponit peccatori pnia per modū præcepti obligantis: sed per modū statuti salutaris, seu cōditionaliter. Si scilicet velit aliquis ingredi regnū Dei, aut peccatorū remissionē cōsequi, agat pniā,

alioqui veniā nō cōsequitur de commissis: quorum sententiæ scriptura sancta quodāmodo fauere videt. Sic em̄ Hierē. 18. dixit Deus: Si pœnitentiam egerit gens ista de malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi, vt facerem ei. Et Ezechiel. 18. vt supra citauimus: Si impius egerit pœnitentiam, vita viuet, & non morietur. & postea: Conuertimini, & agite pœnitentiam, & non erit vobis in ruinam iniquitas. & Luc. 3. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis. In quibus & multis alijs nō videtur imposta peccatori pœnitentia absolutè: sed cōditionaliter, scilicet si velit à peccatis liberari. Ex quibus colligitur necessitas pœnitentiæ ad cōsequendū finē, scilicet ad assequendum remissionem commissorum, prout dixit Petrus: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum. Et ita putant id quod prætentunt probare.

Sed salua pace, videtur mihi eos decipi, nec sufficienter fundare, qd̄ putant esse probatū: quia tunc sequitur q̄ non esset de pcepto confiteri: sed posset quis sine nouo peccato confessionē ommittere, ex quo etiā est à Deo instituta ad finē consequendi veniā, quæ admodū & pœnitentia cordis. Sic enim dixit Ioan. 20. Quorū remiseritis peccata, remittentur eis: quorum retinueritis, retenta erunt. Vnde colligitur cōditionalis hæc: si peccator vult à Deo consequi peccatorum remissionem, eam à sacerdote consequatur. Sequitur etiam, q̄ sine nouo peccato posset adultus baptismum non accipere: quia similiter ad finem consequendi veniā est institutus. Sic enim dixit Petrus: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum. Vbi ad eundem finem dicit esse necessarium pœnitere, & baptizari: ac proinde idem esset de vtroque iudicium. Sequitur etiā, quod nō esset nouum peccatum adultis, si fidem Euangelicam auditam admittere nolunt: cum similiter ad finem habendi æternam salutem sit tradita: sic enim dixit Christus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Paulus: Oportet accedere ad Deū credere, quia est. Imò amplius sequitur, q̄ non esset nouū peccatū violare diuina mandata, aut saltem eorū obseruantia ommittere: quia etiā cōditionaliter dictū est, Si vis ad vitā ingredi, serua mādata. quod tamen erroneū esse nō dubitatur. Nec etiam puto diuum Thomam, vt isti autumant, huiusmodi assertionem tenuisse, vt patet ex prima. q. quam mouet de pœni-

A pœnitentia, distin. 14. in. 4. vbi dicit, q̄ pœnitentia cordis est de præcepto legis. &c.

Secundo, cōtra positionē in se arguitur, q̄ pœnitentia sit sub præcepto tradita, si verba legis attendamus: nam per verbū imperandi tradita est: id patet ex Ioānis prædicatione, Pœnitentiā agite. Matthæ. 3. & Actu. 2. De pœnitentiā, & baptismo, si militer loquutus est Petrus, dicēs: Pœnitentiā agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum: & quis dicat, in remissionē peccatorū, nō tamē excluditur per hoc quin peccatoribus in iungatur pœnitentiæ præceptiue, sicut & baptisimus, etiā si vtrūq; sit ad illū finē ordinatū. Apocal. etiam. 2. verbo imperandi vsus est Ioan. dicēs: Age pœnitentiā, & prima opera fac. & Marc. 1. dicitur: Pœnitentiam agite, & credite Euangelio. vbi vtrūq; eodē tenore, & verbo præcipitur, scilicet pœnitere, & credere: cum tamē credere, necessariū sit sub pœna noui peccati, puta infidelitatis. Itaque passim in scriptura iniungitur peccatoribus pœnitentia sub verbo imperatiuo. Quod si ratio hæc non concludat vniuersaliter, eò quod verbū imperatiui modi non semper obligationem iuducit, ideo aliter propter contentiosos, seu proteruos, libet arguere.

B **Tertio** arguitur, quia peccatū nouum est pro quo Dñs mortē cōminatur æternā: hæc autē cōminatur his, qui nō pœnitent: quia, s. vocati à Domino nō respondent, maxime cum vocentur ad id, quod illis est necessariū. Hoc patet Esai. 65. Omnes in cæde corruetis, pro eo q̄ vocaui, & nō respōdistis: clamaui, & nō audistis. Christus autē vocauit peccatores ad pœnitentiā, vt testatur Luc. c. 5. dicēs: nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. Illos autē vocauit ad pœnitentiā, nō modò per seipsum prædicando: sed etiā per ministros suos: quia per Ioā. Bap. præconē suū. De quo scriptū est, q̄ erat vox clamantis in deserto. similiter per Petrum vicariū suū, similiter per Paulū vas suū, & per alios Prophetas, & discipulos suos, aliosq; doctores, & prædicatores verbi Dei. Præterea idē videtur ex Ieremia confirmari, cap. 8. vbi Deus nō solūm cōquiritur de peccatoribus pro eo q̄ in peccatum lapsi sunt: sed etiam pro eo q̄ nō pœnitent, nec cōuertuntur. Ait enim: Hæc dicit Dominus, nunquid qui cecidit non resurget? & qui auersus est non reuertetur? vbi directè conqueritur, eò q̄ non conuertuntur. & sequitur, apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. vbi rursus videtur quod directè conqueritur, q̄ non

reuertuntur, quàm q̄ apprehenderint mendacium. & sequitur: attendi, & auscultari, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? Ex quibus apertè videtur nostrum propositū colligi. Si dicas q̄ Deus hic magis conqueritur de perseverantia in peccato, q̄ de non pœnitendo de commissis: ita q̄ in præsentī non reuerti, & non pœnitere, idem sit quod à peccatis non cessare. Contra, quia si pœnitere non esset nisi à peccatis cessare, nō igitur esset cuiquam necessarium de commissis dolere, quod est error contra Lutherum damnatus, & merito, vt ex præcedente quæstione patet. Adde q̄ authoritas Ieremiæ modò citata, apertè videtur oppositum sonare, dicens: Nullus est, qui agat pœnitentiam de peccato suo, dicens, quid feci? vbi pœnitentia, quam Deus exigit, præterita peccata respicit nō futura: & ita pœnitentia aliud dicit in præsentī loco, quàm cessare à peccatis, nā cessatio huiusmodi futura respicit non præterita. Facit etiam pro hac sententia quod supra ex Apocalyp. 2. citauimus de muliere Iezabel, de qua dicitur: Dedi illi tempus ad pœnitendum, de fornicatione sua, & non vult pœnitere. & statim sequitur: Ecce ego mittam eam in luctum. vbi significatur, causam, quare in luctum mittebatur, esse in pœnitentiam ipsius de fornicatione commissa.

Quarto, arguitur ad idē: sit casus, quod peccator per dilectionē Dei, vel alium bonum motum acquirat gratiam, non præuia contritione peccatorū, eò quod memoriæ eius non occurrerint, occurrunt tamen postea: ex sententia omnium est illi necessarium de peccatis dolere, sicut & ea tempore debito confiteri. Quæro iam, vel est id necessarium ad finem consequendive niam peccatorum, & gratiam: & hoc non, quia iam supponitur eam per dilectionem Dei acquisitam: vel est id necessariū, vt præceptum compleat de pœnitendo: & si sic, habeo intentum, quod pœnitentia cadit sub præcepto obligante. Quod inde confirmatur, quia si talis postquā ad memoriā eius peccata occurrant, noluerit pœnitere, & impœnitens decedat, damnabitur æternaliter, & non propter peccata priora, quæ fuerint per gratiam præhabitam condonata: igitur propter peccatum non pœnitendi: & ita intentum. Potest etiam poni casus, q̄ peccator per contritionem, & sacramentalem confessionem fuerit veniā assequutus, &

A 5 tamen

Etamē quortindam commissorū olitus, quæ post assequutā gratiā sacramentalē eius memoriæ occurrunt, nō vult illorū pœnitere, & decedat, iam ex sententia omniū ille damnabitur: & non ob aliud, nisi quia de peccatis suis occurrentibus pœnitere nō vult: igitur.

Ad id dicebatur, in his casibus eo ipso q̄ pœnitentiam, quæ in ipsa Dei dilectione includitur: & ita satisfacit quis pro commissis si virtualiter pœniteat, sicut & virtualiter pœnitet, Deum diligendo: itaq; si pœnitentia cadit sub præcepto, intelligatur de pœnitentia virtuali non de formali. contra hoc procedit ratio: quia quæro, qualis est illa dilectio Dei, in qua dicunt virtualiter pœnitentiam contineri? Nam vel est simplex dilectio quæ alia sit à dilectione obedientiali, & tum falsum est, quòd in tali dilectione contineatur virtualiter pœnitentia de commissis: quandoquidem cum tali dilectione se cōpatitur nolle pœnitere. Vel est dilectio quæ obedientialis dicitur, quæ scilicet homo ita Deum diligit vt proponat Deo per omnia obedire: & tunc sequitur pœnitentiam formalem sub obedientia cadere, alioqui non contineretur virtualiter in dilectione obedientiali, sicut nec in ea virtualiter contineri dicuntur opera consilij: & ita sequitur apertè formalem pœnitentiam cadere sub præcepto in se & secundum se, quod est intentum. &c.

Matth. 22. **Quintò,** præceptū est datū vnicuiq; de diligēdo se, & proximū sicut seipsum: peccat igitur cōtra præceptū, qui ea quæ sibi ad salutē sunt necessaria, negligit vel omittit: cū igitur pœnitentia sit ad salutē necessaria, vt ex dictis constat, sequitur q̄ peccat de nouo qui debito tēpore de commissis nō vult pœnitere. Si dicas q̄ præceptum hoc, præceptū charitatis est ad se & ad proximū habenda, sub quo cadit, ea curare quæ ad salutē sunt necessaria, & ea vitare quæ salutē cōtrariantur, & ita in casu, quo quis pœnitentiam negligit, peccat cōtra præceptum de charitate ad se habendam: nō tamē quia non pœnitet, ita scilicet, quòd non sit præceptū datū immediatē de pœnitendo, sed de seipsum diligendo: cōtra, esto id ita esset, nō potest negari, quin de nouo peccet homo, si tempore debito pœnitere de commissis negligat, cum huiusmodi negligentia cōtrarietur ipsius spirituali salutē: & ad propositū nostrum satis est aduersarios compellere, vt fateantur peccatū esse nouū in casu, pœnitentiam cordis de commissis negligere, quodq;

ipsa pœnitentia cadat sub præcepto, siue generali, siue particulari: modò autē ostensum est suprā, non solūm generaliter per præceptum charitati iussam esse pœnitentiā cordis: sed particulariter ipsa in se iussa est.

Sextò, & vltimò arguitur: quia impœnitentia peccatū est, vt docet Paulus ad Ro. 2. vbi increpat hoies duritiā cordis habentes, similiter & cor impœnitēs: & si sit finalis impœnitentia, dicitur peccatum in spiritum sanctum ex sententia communi.]

Si dicas, id intelligi de impœnitentia positua, qua quis proponit non agere pœnitentiā, non autē de negatiua, qua. f. aliquē nō pœnitet: cōtra, quia si licita est impœnitentia negatiua, etiā erit licita impœnitentia positua: nam si licitū est nō pœnitere, licitū etiā erit velle nō pœnitere: qd' em̄ licitū est exterius agere aut nō agere, etiā erit licitū id ipsum velle, vt de se notum est: ac proinde si peccatum nouū est impœnitentia positua, etiā erit peccatū suo tempore impœnitentia negatiua. Concluditur ergo cordis pœnitentiā non solūm esse peccatoribus necessariam conditionaliter: sed etiam esse simpliciter necessariam sub pœna noui peccati.

Supposito igitur q̄ pœnitentia cordis sit necessaria de iure diuino, q̄ritur, an sit similiter necessaria de iure nature: Et dicebāt nōnulli q̄ sic. Primò, q̄a omni iure positiuo secluso, necessariū est voluntatem, quæ se per vitium deordinauerat, per oppositā voluntatē reordinari. Nec videtur melius reordinari, quàm si displiceat ei id quod malè placuerat. Secundò, quia iure nature tenetur is, qui iniuriam seu damnū alteri iniuste irrogauit, eidem satisfacere: nō autē videtur quomodò conuenientiū Deo offenso ipse peccator satisfaciat, quàm dolendo de offensa cōmissa, & se Deo humiliter subiiciendo: quandoquidem si alius esset conuenientior satisfaciendi modus, illum, vt videtur, Deus exegisset. Tertio, iure nature omni etiam positiuo secluso, iustum est delinquentem puniri, ex quo iustitia exigente vnicuiq; culpæ suæ debet respondere pœna: cum igitur huiusmodi iustitiæ punitiue, saltem quo ad peccata cordis, nemo alius videatur esse minister, nisi ipsemet qui peccauit, consequens est eum teneri seipsum punire, pœnam pro commissis luendo: hæc autem non nisi præuia commissorum detestatione procuratur: igitur.

Quibus tamē nō obstatibus videtur oppositū tenendū. f. q̄ nō sit necessariū de iure nature

Atura strictè sumpto de commissis pœnitere. Et probat primò: quia ius nature neminem obligat ad impossibile, nec ad volendū, seu optadum aliquod impossibile. Si enim quis velit impossibile per intētionem seu desiderium, cum scitur esse impossibile, vanum videt & superflū stādo in solo lumine naturali: si verò illud velit per electionem, temerarium est & stultum. Cum igitur pœnitere de commissis sit, vel saltē præsupponit, velle hominem non peccasse, quod constat sibi postq̄ peccauit impossibile esse: sequitur &c.

Secundò, quia si iure nature teneremur de commissis dolere, vel hoc esset ad finem reordinandi voluntatem, quæ per vitium fuerat deordinata, vel ad finem satisfaciendi Deo per nos offenso: neutrum tamen videtur necessariū. Non primū: quia voluntas aliter potest reordinari, q̄ dolendo de commissis, vt patet, si à vitijs omnino abstineat, virtutū opera exerceat, & sic se virtutib' ornet, omnibus vitijs à voluntate prorsus explosis. Nec etiam videtur secundū, scilicet quòd sit necessariū de iure nature dolere de commissis ad finem satisfaciendi Deo offenso: tum quia huiusmodi dolor, & peccati detestatio nō est à natura sua satisfactorius Deo pro offensa cōtra Deum cōmissa, vt suppono: alioqui posset pur' homo ex natura, seu ex iustitiæ rigore Deo pro peccatis satisfacere, quod est absurdum.

Tum etiā, quia nullū opus nostrū potest apud Deū satisfactorium esse, nisi quod ipse Deus dignatur acceptare, & à nobis loco satisfactionis pro peccatis contra eū commissis exigere. Tolle enim Dei gratiosam & misericordem acceptationem, certè nullum nostrum opus esset, nec meritorium, nec satisfactoriū, quātumuis alioqui iustum: ac proinde nisi Deus statuisset modum, quo debeamus eidē satisfacere, certè ius nature nullum talem determinare potuisset, qui satisfacere suffecisset: vnde ipse Deus modū satisfaciendi statuit, scilicet per contritionem, per confessionem, & per operis satisfactionem. Quē quidem modum, nec ius nature statuit, nec illū attingere potuit, nisi De' eū tradidisset.

Tertio, idem apparet de offensa, aut iniuria proximo illata. Nam ius nature non obligat nos detestari offensam proximo illatā hac ratione, quia scilicet illum offendimus: sed satis erit, si illi ope satisfaciamus iuxta qualitātē, & quantitatem dāni, aut iniuriæ offenso illatæ, nec ad aliud obligat nos ius nature: igit' etiā si Deū offen-

derimus, ius nature nō ad dolendum de huiusmodi offensa nos obligat: sed ad Deo offenso satisfaciendū: & cum Deo per naturā satisfacere nō possumus, nisi satisfactionem ipse Deus assignet, nō igit' ius nature aliter obligabit satisfacere, nisi prout De' à nobis exegerit, qui ipsum offendimus: siue interio rem exigat satisfactionem, siue exteriorem. Quòd si omne ius positiuum secludatur, & Deus à peccatore nil loco satisfactionis exigat: sed eum relinquat, vt lumen naturale se quatur: non video ad quid peccator iure naturali teneretur, nisi ad corrigendum vitā, & habendum animi præparationem, qua paratus sit Deo reddere, quod ipse loco satisfactionis exegerit.

Corollarie sequit' ex his Deū posse cū peccatore dispēfare, nē teneat de peccatis dolere. Id patet, quia potest De' dispēfare in iure positiuo à se volūtariē tradito, seu à sua volūtate manente: cum igitur ius, quo astringimur de commissis dolere, sit positiuum ex diuina voluntate ortum habens, sequitur intentum &c.

Si quæras, an dispensando cū peccatore, nē teneatur de commissis pœnitere, ex cōsequenti dicatur dispēfare in iure nature hominem obligatē ad satisfaciendum Deo pro peccatis. Respōdeo, q̄ non: nam ius nature non obligat ad satisfaciendū Deo pro peccatis, certo, & determinato modo, nisi eo modo, quo De' satisfactionē exegerit: si igitur Deus nullam talem exigat, sed spōte velit peccata condonare, non ideo ius nature reuocatur, nec in toto, nec in parte, cum semper idem ius maneat inuariatum: scilicet si alicui offensa, vel iniuria est irrogata, satisfaciendū est ei, excepto, nisi velit ipse offensus remittere, & spōte cōdonare. Accipe ad id exēplum: si à Petro abstuli iniuste decē aureos, ius nature obligat me ad reddendum eidē illos decē, nisi ipse Petrus debitum sponte remittat. Ponatur iam quòd remittat, cessat in me obligatio præfata: non tamen ob id Petrus dicitur dispensare in iure nature dictante vnicuiq; esse reddendum, quod illi debitum est. Itaq; videtur probabile, & verum, q̄ non tenetur peccator puro iure nature strictè sumpto pœnitere de commissis, nisi præsupposita Dei ordinatione, qui loco satisfactionis sibi debita, hanc pœnitentiā à peccatoribus exegit, qua præsupposita, ius nature obligat ad pœnitentiam &c.

Iam ad rationes prius in oppositum factas responso patet ex dictis ad primam,

E primam, & secundam: quod scilicet nec necessaria est pœnitentia cordis ad reordinandam voluntatem, nec ad Deo satisfaciendum, stando in solo lumine naturali: quavis ad utrumque necessaria sit, stante Dei voluntaria ordinatione.

Ad tertiam etiam dicendum, quavis iustum sit etiam omni iure positio secluso, ut culpam cuiuslibet sua poena respondeat: non tamen de iure naturae poena debet esse contritio, aut dolor de commissis, maxime cum omnis culpa secum habeat suam poenam annexam, dicente Augustino: Iussisti Domine, & ita est, ut poena sit sibi omnis inordinatus animus. sed nec ius naturae obligat peccatorem, ut ipse in se puniat culpam: alioqui si homo clam commisit, unde mortem mereretur, ipse sibi deberet mortem infligere, cum occultorum nemo alius iustitiae punitivae videatur esse minister.

Quaestio tertia.



Veri in super fo

Quod de quibus peccatis sit necessarium poenitendum, an de peccato originali, an de peccatis venialibus, an de mortalibus ante baptismum commissis, an de oblitis, & post acceptam gratiam etiam poenitentialem memorie occurrentibus, an de omnibus mortalibus commissis in particulari, an etiam de peccatis futuris. &c.

Respondeo ad primum, de peccato originali sine disputatione dicendum, quod poenitentia accipitur dupliciter. Vno modo proprie, & est dolor de peccatis commissis ab ipso poenitente, & poena hoc modo sumpta non est necessaria de peccato originali: quia originale peccatum non est de commissis ab ipso homine poenitente: non enim a nobis commissum est, sed propagatione contractum. Alio modo accipitur largè, & est displicentia de peccato praeterito, siue commissum sit, siue contractum. Et sic dixerunt quidam, esse de peccato originali poenitentiam, eo quod de omni illo, quod est impeditivum gloriae assequendae, est displicendum: tale est originale peccatum. Aliter tamen videtur respondendum, quod siue proprie siue largè accipiatur poenitentia, prout dictum est, non est necessarium de originali peccato poenitere. Quia, vel esset necessarium ex praecipito: & hoc non, quia non dabitur tale praecipitum: quandoquidem auctoritates supra citatae, per quas ostensum est Deum a nobis exigere poenitentiam, omnes

de peccatis a nobis commissis procedunt, ut patet eas intuenti. Vel esset id necessarium ex suppositione, id est, ad finem consequendi veniam illius peccati: & hoc etiam non, tum quia per baptismum, & per actum charitatis sufficienter deletur tale peccatum: tum etiam quia ad remissionem peccati, quod sine consensu proprio fuit contractum, seu per alium commissum, non requiritur proprius consensus: tale est originale peccatum. Et in hoc ponit Innocentius differentiam inter originale, & actuale peccatum, ut patet cap. maiores. de baptismo & eius effectu. Tum etiam, quia poenitentia, siue proprie siue largè sumpta, poena sensus est: pro originali autem peccato non poena sensus, sed sola poena damni debetur, ut est communior doctorum sententia, quam etiam approbat Innocentius, ubi supra. &c.

Ratio autem pro Tho. supra facta, non probat esse necessarium de originali poenitere, etiam largè: quia si ob id esset de illo poenitendum, similiter esset poenitendum de vita hac praesenti, qua hic vivimus, cum etiam haec vita mortalis impedimentum sit gloriae: quandoquidem non potest homo hic vivere & Deum videre, ut tradunt doctores post August. super illud, Non videbit me homo, & vivet. Exod. 33. Praeterea quod hac ratione sit de originali peccato dolendum quia est impedimentum gloriae, apparentiam habet, & verum esset, si huiusmodi impedimentum non posset nisi mediante dolore de eodem remoueri: cum autem possit aliter quam per dolorem de illo habitum tolli, ut constat, consequens est, ut non sit necessarium ob illam causam de illo dolere. &c.

Nec obstat quod dixit David Psal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. quod dixit, cum poenitentiam ageret de peccatis suis. Non enim obstat: quia non hoc dixit de hoc poenitendo, sed suam fragilem conditionem Deo representando, ut illum ad misericordiam facilius inclinaret: nam etiam ibidem dixit, Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. Quod non poenitendo dixit, sed Dei veritatem, & bonitatem confitendo ad eundem finem.

Ad aliud, quod de peccato veniali commissum querebatur, an sit necessarium de illo poenitere: Dixerunt aliqui quod sic: tum quia peccatum veniale propria voluntate commissum fuit, igitur propriae voluntatis actu venit tollendum, & non nisi poenitendo: tum etiam, quia peccato veniali debetur poena sensus, igitur de illo est poenitendum

Atendum necessarium, saltem si homo vult in hac vita consequi peccatorum venialium remissionem. Pro quo facit Augustinus libro de vera, & falsa poenitentia, sermone 8. ubi ait, non posse hominem a peccato recedere, nisi per voluntatem dolentem de illo. Et quod etiam de veniali loquatur, patet: quia ibidem ait, esse tam de maioribus quam de minoribus peccatis poenitendum.

Oppositum tamen videtur tenendum: quod si non sit necessarium de venialibus poenitere: quia vel id esset necessarium necessitate praecipiti, & hoc non: quia auctoritates scripturae, ex quibus videtur praecipiti necessitas colligi, non de venialibus, sed de mortalibus peccatis videntur: quandoquidem comminationes, quae in scriptura contra non poenitentes scribuntur, locum in venialibus habere non possunt, ut suppono: vel esset id necessarium necessitate suppositionis, scilicet ad finem reordinandi voluntatem, vel ad finem consequendi eorum remissionem, vel ad finem satisfaciendi Deo pro huiusmodi offensis &c. Non primum, quia voluntas aliter potest reordinari quam de venialibus poenitendo. Non secundum: quia venialia aliter possunt remitti etiam in hac vita quam per poenitentiam, cum ex communi doctorum sententia multa sint remedia spiritualia & ecclesiastica, per quae venialia remittuntur. Non etiam tertium: quia ut supra dicebatur, nil est necessarium ad satisfaciendum Deo pro peccatis, nisi quod Deus ipse offensus loco satisfactionis exegerit: cum igitur de venialibus non exigat a nobis poenitentiam, sequitur &c. Adde quod transeunte actu peccati venialis nil in peccatore relinquitur nisi reatus poenitentiae temporalis: hac igitur in se, vel aequivalenti soluta, manet homo liber a peccato veniali. Attamen quia de hac quaestione alicubi, quando de venialibus peccatis agebam latius, quod videbatur dictum est, super sedeo.

Ad rationes tamen supra factas dicendum ad primum, quod quis venialia propria voluntate commissa sint, non ideo ad eorum remissionem est necessarius dolor de eisdem: cum Deus huiusmodi dolorem non exigat, & alia sint ad venialium remissionem sufficientia remedia. Ad secundum, quavis pro peccato veniali poena sensus debeatur, non inde fit ut huiusmodi poena sit cordis poenitentia: quandoquidem per aliam poenam inflictam, seu per aliam a Deo ad eundem finem acceptam possunt remitti venialia &c. Quod etiam ait Augustinus, esse scilicet de minori-

bus & maioribus peccatis poenitendum: non oportet accipere, quasi velit id esse ad salutem, seu ad eorum remissionem necessarium: sed veluti conueniens, & valde congruum. An autem sit veniale peccatum non poenitere venialium commissorum, saltem in fine vitae, cum venialia licet gloriam non impediant, saltem retardant eam, vide ubi supra in tractatu de venialibus peccatis.

Restat igitur, ut necessitas poenitendi sit de mortalibus commissis &c. Sed an sit huiusmodi poenitentia necessaria de commissis ante baptismum &c. Et videbat quibusdam putantibus se Scotum imitari, quod non: eo quod commissis ante baptismum sufficienter delentur per ipsum baptismum, nisi ipse baptizatus obicem gratiae ponat: ergo omni poenitentia seclusa, obice male voluntatis secluso, consequitur baptizatus gratiam baptismalem: tum quia alioqui baptismus non conferret gratiam ex opere operato, si ad eam obtinendum esset necessarium proprium meritum baptizati: tum etiam quia omne agens potest introducere effectum suum in passum omni impedimento seu obice secluso: igitur & baptismus potest suam gratiam baptizato prestare obice male voluntatis secluso &c. Pro quo etiam videtur Ambrosius facere dicens, quod gratia baptismalis non requirit gemitum, aut planctum: sed omnia gratis condonat, quod ait super illud ad Romanos 2. Sine poenitentia sunt dona Dei, & vocatio &c. Sed his non obstantibus tenendum est oppositum, scilicet quod non solum baptizatis, sed etiam baptizandis est necessaria poenitentia futurorum commissorum, nec sine illa poterunt eorum veniam consequi. Tum quia his, qui baptizandi erant & nondum baptizati, intimauit Ioannes Baptista, quid illis necessarium foret, dicens: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum. Ad eosdem etiam baptizandos, dicebat Petrus: Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Ad eosdem etiam dixit Christus: Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis &c. Ad huc modum possent alia testimonia adduci. Tum etiam idem patet ex decreto Augustini de consecra. distin. 4. Omnis homo, cui suae voluntatis arbiter constitutus est, novam vitam inchoare non potest, nisi poeniteat cum veteris vitae. Et ne per poenitentiam intelligamus non complacentiam in peccatis, statim subiecit, a qua poenitentia soli parvuli immunes sunt &c. Et idem Augustinus ait cap. octavo, de vera & falsa poenitentia ait sine

E Sine pœnitentia nulli profuit baptismus, qui peccauit spontaneus.

Ad rationes verò ante oppositum factas, Respondeo. Primo fallitur, qui dicunt opinionem Scoti fuisse, baptismum adultis peccatoribus prodesse, oī pœnitentia & bono motu voluntatis secluso. &c. Quod enim ipse vertit in dubium, hoc est, an sit necessaria baptizando pœnitentia praua ad gratiam sufficiens, & cum de pœnitentia distinguat, seu de dispositione positua voluntatis, dicit esse aliquam perfectam seu sufficientem ad gratiam, aliam verò non sufficientem, cōcludit non esse necessariam dispositionem sufficientem: & ita per hoc quod ait, satis esse baptizando non ponere obicem malæ voluntatis, non excludit necessitatem posituæ dispositionis, vt patet in quarto, distinctione decimaquarta, quæstio. 2. & alibi: sed de hoc postea in parte dicitur. Ad rationem igitur qua arguitur quod ex parte baptizati satis est quod non ponat obicem malæ voluntatis, fateor: attamen eo ipso quod adultus suorum peccatorum recordatus non pœnitet quando baptizandus venit, ponit obicem, si non committendo, saltem omittendo prærequisitam di-

F spositionem: alioqui etiam dabis, quod adultus cui fides Christi est sufficienter intimata, & non credit, si baptizetur consequitur gratiam: quia non ponit obicem posituum, vt suppono. Consequens autem est falsum: cum sine fide impossibile sit Deo placere. Quod de acquisita fide & de adultis esse intelligendum, patet ex Abacuc. 2. dicentis: Iustus ex fide viuet. quod ad propositum citat Paulus in Epistola ad Hebræos. Et declarat Innocentius in cap. Maiores. de baptismo. &c.

Ad secundum, quo arguitur, quia præstaret gratiam ex opere operato. &c. Dicendum consequentiam non valere: quia sacramenta gratiæ præstare gratiam ex opere operato, non est eam præstare omni bono opere ex parte suscipientis secluso: Cum certum sit pœnitentiam, sacramentum, & Eucharistiam in suscipiente prærequirere bonam voluntatis dispositionem: sed est, sacramenta huiusmodi in præstando gratiam non inniti merito suscipientis, sed Christi, & ecclesiæ. &c. Ita scilicet quod ultra gratiam, quam baptizatus ex proprio merito consequitur, acquirit aliam ratione sacramenti suscepti: nec ad præsens vim facio, an huiusmodi gratiæ speciem differant necne: aut si sacramenta præstent gratiam eam præhabenti. &c. De quibus alibi. &c.

Ad tertium, in quo arguitur de agente naturali, quod sufficit suum effectum in passum introducere, modo impedimentum non reperiat. &c. Respondeo, multa esse agentia, quæ effectum suum principale introducere in passum non possunt, nisi passum sit positiuè dispositum. Ignis enim formam substantialē inducere non potest, nisi passum sit prius sufficiens calefactum: nec natura animam in corpus inducit, nisi prius sufficienter sit qualificatum, & organizatum. &c. Ita igitur sacramentum baptismi in adultis gratiam non operatur, nisi prius sint sufficienter dispositi.

Ad id verò quod ex Ambrosio citatum est: Respondeo quod loquitur de gemitu, & placentia exteriori, vt exponit Magister: in quo notat differentiam inter baptismum, & pœnitentiam sacramentalem, nam hæc vltra interiorē gemitum requirit exteriorē satisfactionem, nisi interior cōtritio tanta sit, quæ peccata omnino extinguat. &c. Baptismus autem cum quantulacumque pœnitentia cordis susceptus, vltiorem satisfactionem non exigit: & hoc significauit Ambrosius dicens, quod baptismalis gratia omnia gratis condonat. &c.

Ad aliud quod quærebatur, an sit necessarium pœnitendum de commissis in particulari, an sufficiat in genere pœnitere. &c. Quæ quæstionem nonnulli, è quibus Caietanus, sub nomine cōtritionis mouentes, dixerunt non esse necessariam cōtritionem omnium mortalium commissorum in particulari: sed sufficere vnicam cōtritionem generalem: & hoc asserunt, tam post sacramentalem confessionem institutam, quam etiã antea. Et loquuntur de cōtritione accepta pro detestatione peccatorum sufficiente ad gratiam. Hæc enim est, quæ peccata committit, cum omnia mortalia tollat, ideo & proprie cōtritio dicitur. Si tamen loquamur de detestatione peccatorum, quæ ad gratiam est insufficientis, quæ nec cōtritio proprie dicitur: sed attritio, seu pœnitentia saltem imperfecta: hanc dicunt esse necessariam de omnibus commissis mortalibus, saltem post institutam confessionem, licet non antea. Quod enim ante confessionem institutam vnicam peccatorum pœnitentia in genere suffecerit, ideo dicunt, quia si necessaria est pœnitentia particularis de singulis, est ratione confessionis, quæ de singulis fieri debet, saltem in specie. Quæ confessio cum ante legem Euangelicam in particulari necessaria non fuerit, sequitur. &c. Quod etiam non sit, nec ante legem

A te legem Euangelicam nec post, necessaria cōtritio proprie sumpta de singulis, probat: quia vnicam detestatio propter Deum summè dilectum sufficit ad gratiam: & ex consequenti ad remissionem omnium mortalium: cum ad id sufficiat vnicam Dei dilectio, iuxta illud Christi de Magdalena, Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Non dixit, quoniam pœnituit de multis. Secundo idem probant ex eo, quod per Ezechiel. dicitur est: Quacumque hora ingemuerit peccator, non recordabor suorum peccatorum. &c. Vnde patet momentaneam pœnitentiam sufficere ad generalem peccatorum remissionem, & per consequens non est necessaria pœnitentia particularis de singulis.

Luca. 7.

Ezechiel. 18.

Nos autem sub nomine pœnitentiæ ad propositam quæstionem respondentes dicimus necessariam esse peccatori pœnitentiam in particulari de commissis memoriæ occurrentibus.

Primo, quia pœnitentia exterior, quæ confessio dicitur, debet esse de singulis mortalibus in specie: nec satis est in genere cōfiteri, vt patebit quando de confessione agitur &c. Ergo etiam pœnitentia cordis de singulis habenda est, nec sufficit in genere dolere: & consequentia patet, quia confessio oris pœnitentiæ cordis præsupponit tanquam causam, ex qua procedit si vera sit & non ficta confessio. Est enim confessio signum interioris pœnitentiæ: signum autem si verum est, opus est suo signato cor respondeat, alioquin non vera, sed falsa erit huiusmodi pœnitentia.

Isaia. 38.

Secundo, idem videtur ex eo, quod scriptum est: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee &c. Vnde docemur esse necessarium peccatori suam cōscientiam & vitam exactè discutere, ac recogitare. Iam quæro ad quid requiritur in nobis hæc exacta conscientia & vitæ discussio seu examinatio? An vt in ipsa recogitatione sistamus? An potius vt cum peccata recogitauerimus de illis doleamus? & si sic, sequitur necessariū esse peccatori de singulis peccatis ad memoriam reuocatis dolere: nec valet dicere non esse sistendum in præfata recogitatione, sed ad dolorem transfundendum: sufficit tamen generaliter de illis omnibus occurrentibus dolere &c. Non valet inquam: quia ad dolendum de omnibus commissis in generali non est necessaria illa tam exacta conscientia examinatio: possumus enim hunc actum pœnitentiæ in genere habere. s. pœnitet me vt cunq; Deū offen-

D disse, etiam si singula peccata ad memoriam non reuocemus. Cum igitur sit necessariū singula peccata ad memoriam reuocare, & non vt illic sistamus, sed vt de illis doleamus: sequitur esse necessariū de singulis pœnitere &c. Nec valet dicere singula esse recogitanda, vt singula confiteamur. Nam Propheta non de confessione particulari loquutus est loco allegato, sed de cordis pœnitentia, quando dixit: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime &c.

Tertio, ad idem facit quod ex Ezechiele citatum est supra. Dixit enim: Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia mandata mea, vita viuet, & non morietur. In quo videtur pariter de duplici vniuersalitate loquutus. s. de pœnitentia agenda ab omnibus peccatis, & de omnibus mandatis custodiendis: sed non satis est homini omnia mandata Dei in generali proposito custodire, nisi particulariter cum materia occurrerit, custodiantur: ergo nec sufficit in genere de omnibus commissis dolere, nisi cum menti occurrerint de illis particulariter doleatur.

Quarto, ad idem facit Augustinus de vera, & falsa pœnitentia, quæ citat Magister in quarto, dist. 16. dicens: Peccator debet cōsiderare peccata omnia quæ fecit, & in super tempus, & locum, & ceteras circumstantias, per quas peccatum vel aggrauatur, vel saltem nouam speciem peccati inducunt: & addit quod debet de his omnibus, & singulis dolere, vt verè pœnitere dicatur.

Iam sequitur corollarie necessariam esse cōtritionem de singulis mortalibus memoriæ occurrentibus, accipiendo cōtritionem pro detestatione peccati propter Deum: id patet, quia necessaria est pœnitentia cordis de singulis, vt ex dictis patet. Illa autem pœnitentia cordis, quam Deus à nobis exigit, est detestari peccatum propter Deum: nam si propter Deum non fiat huiusmodi pœnitentia, non liberabitur homo à morte, vt suppono: & patebit etiam postea, quando tractabitur de qualitate pœnitentiæ. Et patet etiam: quia secundum communem sententiam in definitione pœnitentiæ includitur amor Dei &c. Ergo ita de singulis occurrentibus est pœnitendum, quod propter Deum id fiat, & hæc est pro nunc dicenda cōtritio.

Secundo etiam patet, quia ex scriptura, & cōmuni sententia omnium necessaria est homini cōtritio suorum peccatorum: hæc autem de omnibus peccatis esse debet: vel forma-

liter

E liter, si occurrunt: vel virtualiter, si à memoria exciderunt. Quòd si in contritione generali virtualiter cõtineatur cõtiritio de singulis in particulari, consequens est virtute huius generalis contritionis subsequi formalem contritionem: particularem, si particulariter occurrant. Hoc enim est per aliquem actũ virtualiter pœnitere, aut cõfiteri velle, aut aliud quid facere proponere: quod est stante prædicto actu: inde naturaliter consequi pœnitere, confiteri, & aliud quid facere, quando oportuerit: & ita intentum.

Corollariè sequitur, nõ solũ propter confessionem particulariter agendam, esse necessariã particularem cordis pœnitentiam: sed etiã seclusã cõfiteudi necessitate, idq; tam in lege Euãgelica, q̃ ante eam: patet id ex autoritatibus supra citatis ex veteri Testamento. Quod etiã rationi cõsonat: quia non solũ post confessionem institutã, sed etiã antea singulis mortalibus sua particularis pœna eter na sensus debebatur: igitur de singulis erat tunc sicut & nunc particulariter pœnitendum, idq; propter Deum dilectum, vt dixit per Iohel. 2. Cõuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu. parũ enim proderat flere, & plangere, nisi ad Deum se conuerterent.

F Ac proinde si talis fletus, & animi dolor propter Deum sumptus dicitur cõtiritio, sequitur contritionem de singulis esse & fuisse necessariam, etiam ante confessionis institutionem.

Ratio autẽ superius facta pro his qui dicunt oppositũ, non valet. Fundat em̃ se in hoc, qd̃ sufficientia vnus excludit necessitatem alterius: & ita, cum conteri in genere propter Deũ summẽ dilectum sufficiat ad gratiam, & remissionem peccatorum, inde excludi colligunt necessitatem conterendi in particulari. Si enim ratio hæc valeret, sequitur, quòd non esset necessariũ in genere, nec in specie de commissis dolere: quia sola Dei dilectio sufficit ad remissionem, & gratiam. Sequitur, quòd baptisimus aquæ non esset necessarius: quia solus baptisimus flaminis sufficit ad tollendum originale, & reliqua mortalia. Sequitur, quòd nõ esset necessarium cõfiteri vocaliter sacerdotibus, cũ ad gratiam sufficiat præuia contritio: quæ omnia absurda sunt. Itaque quauis sola Dei dilectio sufficiat ad gratiam, est tamen suo tempore necessaria pœnitentia propter præceptum. Sicut quauis contritio, seu baptisimus flaminis sufficiat ad gratiam, est tamen suo tempore necessarius ba-

ptisimus aquæ, similiter & confessio propter præceptũ. Et ita quis pœnitentia in particulari de singulis, nõ sit necessaria ad acquirendam gratiam, est tamen necessaria ad eã conseruandam, occurrente tempore præcepti. Et ita de alijs potest similiter dici.

Nec obstat, quod de Magdalena allegatũ est. Nã ex hoc, qd̃ ad multam dilectionem multa illi fuerint peccata dimissa, non sequitur, non esse necessariam pœnitentiam in particulari. Nam ex eodem similiter sequeretur, non esse necessariam formalem pœnitentiam in generali. Sed in loco illo id nobis significatur, quãtum scilicet apud Deũ valeat dilectio Dei feruida: cum per eam multorum peccatorum mulier illa fuerit veniam consequuta. Nec etiam obstat, quod ex Ezechie. citabatur: Quacunq; hora ingenerit. Quia ex hoc id sequitur, quòd nuper diximus, scilicet ad gratiam & remissionem peccatorum sufficere momentam, & generalem pœnitentiam: cum quo stat manere præceptum de particulariter pœnitendo suo tempore.

Noto tñ, qd̃ tripliciter potest intelligi, esse necessariũ de singulis commissis in particulari dolere. Vno modo, ita vt vnicique peccato in numero respõdeat sua ppria pnia actualis: vt. s. tot actus pniæ habeatur, quot numero fuerunt peccata cõmissa: & in hoc sensu non intelligo quæstionẽ supra positam. Alio modo, quòd sit pœnitendũ de singulis secundum speciem: ita vt omnibus peccatis cõmissis vnus speciei vnica respondeat pœnitentia actualis: vt si decies per fornicationem peccaui, satis sit mihi habere vnum actum, quo doleam me decies in illa specie peccasse: & ad hunc modum de alijs. Et nec etiam dico, conclusionem in hoc sensu esse tenendam. Non em̃ intendo dicere, esse necessarium numerum actuum pœnitendi iuxta numerum peccatorum secundum indiuiduũ, aut speciem eorũ: sed potest tertio modo intelligi, qd̃ de singulis in particulari dolendum est sic, vt cum omnia sint ad memoriam reuocata, de illis omnibus signatis & occurrentibus doleatur, siue vnico actu, siue diuersis actibus pœnitendi id fiat. Suppono enim, quòd sicut intellectus in multa obiecta simul accumulata potest vnico actu & diuersis actibus tendere: ita & voluntas in multa peccata simul presentata potest vnico vel pluribus affectibus tendere. Quocunq; igitur ex his modis voluntas particulariter doleat de omni-

bus

A bus commissis, satisfacit homo præcepto de pœnitendo, etiam si nullus ex his modis per se necessarius sit. Et in hoc sensu videt mihi, quòd sicut necessarium est particulariter de singulis pœnitere, ita necessarium est particulariter de singulis conteri: accipiendo, vt dixi, contritionem pro detestatione, seu dolore de peccatis propter Deum. Ita scilicet, vt peccator non satisfaciat præcepto contritionis, si doleat propter Deum, se eum vt cunq; offendisse, quod est in genere conteri: sed oportet qd̃ propter Deum doleat, se in his, & illis, & illis occurrentibus eum offendisse, & siue vnico actu, siue diuersis id fiat, hoc est de singulis in particulari conteri.

Ex dictis sequitur, quid ad aliud, quod de peccatis oblitis quærebatur, sit dicendum. Nam ex quo de omnibus commissis in particulari dolendum est, sequitur, si peccata prius oblita postmodum memoriæ occurrant, de illis esse necessariò dolendum. Sicut & si peccata ante confessionem oblita, postea memoriæ occurrant, necesse est ea confiteri: non obstante, quòd prius per contritionem, aut confessionem in genere fuerint remissa. Est enim necessarium de peccatis pœnitere, non solũ ad finem consequendi eorum remissionem, sed etiam necessitate præcepti, vt ex dictis patet. Vnde iterum argumentum sumitur contra eos, qui dicunt, non esse peccatori necessariam pœnitentiam cordis in particulari, sed sufficere, si in genere habeatur.

Effet tamen dubium, an existente obliuione quorundam peccatorum, sit necessarium de illis in genere conteri, seu pœnitere vltra pœnitentiam, quæ in particulari de his, quæ memoriæ occurrunt, habetur: an satisfaciat peccator de his omnibus solũ pœnitendo in particulari, quæ memoriæ occurrunt. Respondeo, Distingendum videtur: quia vel illa peccata ita oblita sunt, vt nec in specie, nec in genere recordatur homo se vlla alia præterea, quæ memoriæ occurrunt, cõmississe, nec illi in dubium venit, sed certò putat se nulla alia perpetrasse peccata: & tunc non erit illi alia pœnitentia necessaria de oblitis præter eam quam de occurrentibus habet, modo illa sua conscientia inuincibilis sit. Ratio clara est: Quia si nullam prorsus quis haberet conscientiam certam, aut dubiam de peccato à se commissio, nulla esset illi pœnitentia necessaria: igitur ita in præsentibus

Si autẽ ita oblita sunt aliqua peccata, quòd C quauis memoriæ non occurrant, putat tamen homo, vel saltem in dubium vertit, aut vertere debet, se alia præter ea, quæ occurrunt commississe: & tunc necessaria est illi pœnitentia in genere de huiusmodi oblitis. Attamen, quia vt in plurimum in hac re possunt homines decipi; tutius omnino est, vt cum peccator particulariter de occurrentibus dolet, simul de alijs in genere doleat, si fortè alia commiserit, iuxta dictum Pauli: Nil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 1. ad Corinth. 4. Et Iob. 9. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. In quo locum habet dictum beati Gregorij: Bonarum mentium est, illic culpam agnoscere, vbi culpa non est. Itaque propter periculum, necessarium esse puto, hominem in genere pœnitere omnium quæ commisit: maxime cum non possit viator à peccatis, saltem venialibus, esse immunis, de quibus omnibus homo in particulari nescire potest, sint venialia, an mortalia. In quo casu non dubium est, homini necessarium esse de venialibus pœnitere, sicut & de mortalibus: quando scilicet dubius est, fuerint mortalia an venialia.

Ad aliud, quod in quæstione postremò D propositum fuit de peccatis futuris, an sit de illis pœnitendum, dicendum, non opus esse id in quæstionem vertere, quandoquidem pœnitentia propriè sumpta, non nisi præterita, & ab ipso pœnitente, non ab alijs commissis respicit. Nec obstat, quod ait Dauid: Ab alienis parce seruo tuo. Non enim pœnitet alienorum peccatorum, nisi quatenus ipse alijs causam peccandi dedit: nam tunc nõ solũ pro proprijs, sed etiam pro alienis venit homo, qui causam dedit, quodammodo puniendus, iuxta illud Hieronymi: Pœna Arrii nondum est determinata: quia adhuc est possibile aliquos per eius hæresim corruere, quibus corruentibus, semper eius pœna augetur.

Possit tamen in quæstionem verti, an B sicut necessarium est de commissis præteritis pœnitere, sit etiam necessarium formale propositum à futuris peccatis abstinendi. Et pro affirmatiua parte arguitur, ex definitione ipsius pœnitentiæ superius approbatæ: scilicet, Pœnitentia est dolor voluntarius de peccato propter Dei offensam cum emendationis proposito in futurum.

Eturum. Cui cõsonat Magister in. 4. distinct. 14. dicens: Pœnitentia est virtus qua commissa mala, cum emendationis proposito plangimus, & odimus, & plangenda iterum committere nolumus. Idque ait conformiter ad Gregorium, & Ambrosium, qui cum pœnitentiam definiunt, dicunt eam esse præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Quæ secunda pars, cum non possit secundum actum intelligi, restat vt secundum mentis propositum intelligatur.

Secundò idem patet: quia qui verè pœnitet, opus est doleat de peccatis, quatenus fuerunt offensa Dei: hoc autè fieri non potest, nisi omnem Dei offensam odio habeat: non enim stat aliquè odire peccatum prout est Dei offensa, & quòd aliquam offensam velit in Deum cõmittere: sicut non stat me amare Petrum prout homo est, quin omnem hominè amem. &c. igitur vera pœnitentia non solum dicit odium cõmissorum, sed etiam futurorum.

Tertiò, quia vera pœnitentia debet esse talis quæ possit remissionem peccatorum impetrare, sed hoc solum fit, cum quis vult omninò peccatum dimittere, & Deū vltra non offendere: id patet ex Augustino. n. de vera & falsa pœnitentia. cap. 17. dicente: Credo illi qui dixit, Quacunq; hora ingemuerit peccator, & conuersus fuerit, vita viuēt. Dixit conuersum, non tantum verum vita viuere. Versum quidem puto, qui dolet de crimine: Conuersum, qui dolet de omni quam exposuimus varietate. Vertitur à peccato, qui iam vult dimittere peccatum: Conuertitur, qui iam totus & omninò vertitur: qui iam non penas tantum timet, sed ad bonum Deum tendere festinat, &c. Et ita patet ex Augustini sententia hominè non conuerti, nisi velit omninò peccatum dimittere, in nullo volens Deum offendere. &c.

Quartò id ipsum apparet ex Isaia, per quem ait Dominus: Ad quem aspiciam, nisi ad contritum corde, & tremementem sermones meos? Non potest autem quis verè contritus, & humilis esse, & tremens sermones Dei, nisi qui vult in nullo diuina mandata præterire. Quod apertius Dominus per Ezechielè dixit: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea, vita viuēt, & non morietur. In quo Deus

promittit gratiam pœnitenti, & præcepta G omnia Dei custodienti. Quæ secunda pars non secundum actum venit intelligenda, alioqui Deus differret dare gratiam pœnitenti, quousq; actu omnia diuina mandata in tota vita custodierit: quod est absurdum. Superest ergo quòd intelligatur secundum mentis propositum, & ita vtrunq; videtur æquè necessarium ad verè pœnitendum, scilicet de commissis dolere, & à futuris abstinere proponere. &c.

Verum his non obstantibus, videtur oppositum tenendum, scilicet quòd non est necessariū formale propositum à peccatis futuris abstinendi: satis est verè pœnitenti, si id virtualiter proponat, quæ admodum tale propositum in actu pœnitendi virtualiter continetur: tum quia qui verè pœnitet, dolet de offensa cõmissa prout offensa Dei est, in quo virtualiter odit omnem offensam non solum præteritam: sed futuram. Tum etiam, si quis verè pœnitet, se verè ad Deū conuertit per amorè ipsius, nò qualemcunq; sed obedientialem: hunc enim sæpe à nobis exigit Deus, in amore autem Dei verè obedientiali includitur virtualiter voluntas abstinendi à peccatis futuris à Deo prohibitis: alioqui staret aliquem verè Deum diligere dilectione obedientiali, simul & velle in futurum cõtra Deum peccare: quod est absurdum: & ita satisfacit quis præcepto pœnitendi, si verè de commissis doleat propter Deum summè dilectum, in quo implicitè vult Dei mandatis postmodum parere, & ex consequenti à peccatis abstinere: & talem pœnitentiam non dubito ad gratiam sufficere, etiam si formale propositum abstinendi à futuris actu non habeatur: quandoquidem illa Dei dilectio est immediata dispositio ad gratiam. &c.

Quod autem supra inductū est ex definitione pœnitentia, & dictis Augustini, & aliorum sanctorum, ita accipiendum est, vt sentiant veram pœnitentiam nò esse, si quis de cõmissis doleat, & nolit à committendis abstinere: talis enim non omninò vult à peccatis recedere. Sic procedit quod ait Gregor. & habetur de pœnitentia, dist. 3. cap. pœnitentia. &c. cum alijs dicens: Qui sic alia deplorat vt alia tamen committat, hoc est committere proponat, adhuc pœnitentiam agere, aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc avaritiæ astibus anhèlat: &c.

Sic

A Sic enim accipitur, quod ait Augustinus, & habetur ibidem capitul. Inanis. &c. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Et iterum: Nil profunt lamenta, si replicentur peccata, scilicet in voto. Itaque potius intendunt tradere simulatam, & inane esse pœnitentiam de commissis, si adfit voluntas postea peccandi, quam dicere necessarium esse formale propositum postmodum à peccatis abstinendi. &c. Sufficit itaque propositum à futuris abstinendi, saltem implicitè, vt dictum est: & per hoc patet ad rationes responsio.

Quæstio quarta.

De qualitate pœnitentia, qualis scilicet debeat esse, vt ad salutem valeat, solet similiter queri: & primò occurrit dubitatio, an pœnitentia, vt ad gratiam valeat, debeat esse in Deū relata, seu ex amore Dei procedere. Et dixerunt aliqui, quòd ipsa sola sine sacramento sumpta, vt ad salutem valeat, oportet fit in Deum relata: si tamen cum sacramento pœnitentiæ sumatur, non opus est in Deum esse relata: satis est ob alium finem saltem moraliter bonum fiat.

B **E**contra tamen videtur tenendum, scilicet quod neq; cū sacramento, neq; sine illo potest de lege ordinata ad salutem animæ valere, nisi in Deum summè dilectum sit relata. Pro qua conclusione facit, quod supra ex Iohèle. 2. citatum fuit: Conuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu, &c. & conuertar ad vos. Facit etiam quod ait Petrus in Actibus Apostolicis: Pœnitimini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Super quo ait Augustinus, vt supra adduximus: Ille dicitur ad Deum conuerti, qui non solum à peccato auertitur, sed qui iam totus, & omninò vertitur: qui iam non penas timet tantum, sed ad bonum Deum tendere festinat.

Facit etiam idem Augustinus in libro quarto Confessionum, dicens neminem posse sine amore Dei veniam consequi, sine quo nemo vnq; inuenit gratiam. Vnde patet, sine amore Dei non sufficere homini pœnitentiam. Et idem Augustinus, & habetur de pœnitentia, distinct. 7. capitu. Nihilus. ait: Quem pœnitet, oportet non solum timere iudicem, sed diligere: quia sine chari-

tate non potest esse salus.

Facit pro eodem Grego. tractans illud de Adam, quomodo se abscondit, Gene. 3. ait enim: Cum ex peccato pœna metuitur, & amissa Dei facies nò amatur, timor ex timore est, non ex humilitate. &c.

Facit etiam pro eodè, quod Christus dixit: Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ad eum veniemus. &c. Vbi solis diligentibus Deum, gratia ipsius promittitur. Facit etiam Ioan. in Canonica dicens: Qui non diligit, manet in morte. Et Grego. 1. Ioan. 3. & habetur in Homilia, de qua in lectura Apostolorum: Non potest ramus aliquid viriditatis habere, nisi procedat ex radice charitatis. Itaque pœnitentia ex amore proprio, aut rerum temporalium procedens, non est quæ Deum placat, nisi Dei dilectioni coniuncta sit, & in Deum relata. Pro quo etiam Paulus apertè facit, qui scribens ad Corinth. ait: Nullum humanum opus, nec interius, nec exterius, aliquid ad salutem prodesse sine charitate. Loquitur de charitate acquisita tacitè seu implicitè. De eo autè quod tangebatur, pœnitentiæ etiam in Deum non relata, si cum sacramento assumatur, sufficere ad remissionem peccatorum, patebit postea, quando de confessione, seu de effectu confessionis sacramentalis agatur.

Corollariè sequitur, pœnitentiam, quæ ex solo timore fit, non esse eam, quæ Deum placat, & quæ ad peccatorum remissionem valet. Sed dubium esset, an pœnitentia huiusmodi ex timore facta, sit bona saltem moraliter. Et dixerunt nonnulli quòd talis pœnitentia non solum non est bona, sed vitiosa, & culpabilis. Pro qua sententia facit, quod ex Grego. nuper citauimus dicens: cum ex peccato pœna metuitur, & amissa Dei facies non amatur, timor ex timore est, non ex humilitate.

Facit secundò quod ait Augustinus dicens: Qui ex timore præceptum facit, aliter quàm debet facit, & ita non facit, aut perperam facit.

Tertiò facit ratio: quia timor pœnæ malus est, cum procedat ex amore sui, qui amor peccatum est, vt à Paulo vituperantur homines seipsos amantes. 2. ad Timoth. 3.

Quartò, qui gehennam timet, & in de pœnitet, videtur diuinam iustitiã quodammodo odire, qualis in gehena exercetur. Nam timor pœnæ, odium seu noxionem eiusdem præsupponit: Dei autem iustitiam

B 2 iustitiam

E iustitiam odire, peccatum est: igitur. &c.

Quibus non obstantibus aliter videtur respondendum, quod pœnitentia ex timore facta, talis est qualis est timor ex quo procedit: si igitur timor sit filialis, aut castus, siue initialis, cū talis Dei amorem includat, cōstat illū esse bonū, de quorū altero dictum est per Psalmistā: Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi. *Psal. 13.* De altero vero: Initium sapientiæ timor Domini. Si verò sit timor mundanus, cū hic animum rebus terrenis adhaerentem, Deo postposito, importet, constat eum malum esse, qualem habent, qui paupertatē, aut dedecus, aut mortem, seu infamiam timentes, furantur, periūrant, aut aliud quid illicitum perpetrant. Si verò sit timor mercenarius, quo quis timet se gloria cariturum: aut seruilis, quo quis timet gehennam: dicendum quod talis timor potest simpliciter, & secundum se considerari, seclusa omni alia iniqua voluntate. Potest etiam mixtē accipi, prout includit, seu annexam habet iniquā mentis præparationem. Si primum: timor perdendi mercedem æternam, aut in gehennam eundi, non est malus, & potest taliter circumstantiari, quod sit bonus: nam talis procedit ex amore sui, quo quis sibi vitam æternā optat, qui quidem amor bonus est, imò & ex præcepto charitatis debitus, quo vnusquisque seipsum, & proximum sicut se tenetur diligere. Si verò sit timor mercenarius, seu seruilis mixtus, qui scilicet legis, seu Dei contemptum includat, ille est malus: vt si quis definit fornicari, seu furari, quia timet gehennam, alioqui fornicaturus, seu furaturus, talis timor mixtus malus, & culpabilis est, si non ratione sui, saltē ratione iniquæ præparationis mentis: qua sic timens, est alioqui paratus nepharia committere. Hac tamen iniqua mentis præparatione seclusa, timor gehennæ, aut mortis, aut alterius mali, non est de se malus: sicut nec mala est tristitia, quæ de malo præfenti habetur. patet id exemplo Christi, qui dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et iterum: O vos omnes, qui transitis per viam, videte si est dolor similis sicut dolor meus. Et iterum de timore Christi dictum est per Marcum, Cœpit Iesus patere, & mœstus esse. Non igitur timor mali de se malus est, quare nec opera ex timore huiusmodi procedentia erunt per se mala: quod patet ex sententia Augustini, & habetur de pœnitentia, capitul. Si quis vbi apertē dicit, quod si quis timore ge-

hennæ velit pati potius quàm negare Christum, nullo modo culpandus est, imò id proderit illi, vt mitius in inferno torqueatur: torquetur autem, quia non ex amore Dei passus est: quandoquidem in illo articulo id erat sibi maximē necessariū, scilicet Deum super omnia amare, & pro illius gloria quæcunq; aduersa æquo animo pati: ac proinde si aliquid mali est in timore pœnæ, quem mixtum esse dixi, non in timore ipso est: sed in illa iniqua animi præparatione illi timori commixta.

Ex his apertē patet, quando pœnitentia ex timore procedens bona est, quando verò mala, & culpanda: ex hoc tamen quod ex timore orta est, non venit culpanda, imò ad bonum promouet, & quodammodo ad animæ vitā disponit. Si enim mala esset, & timor pœnæ similiter damnandus, non ergo staret cum charitate: stat autem cum illa, saltem cum charitate imperfecta, vt tradit Augustinus in Hom. 9. super Epistolam Ioannis, cap. 4. Et refert Magister in. 3. distinct. 34. cap. 6. Quod autem timor gehennæ ad charitatem disponat, patet ex eodem Augustino ibidem. Et iterum in sermone. 10. ad fratres in erēmo commorantes: Timor inquit, qui pœnitentiam concipit, compunctionem parit: compunctio vero veniam importat. Patet etiam ex illo Isaia. 26. A timore tuo Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Nec refert quod dixerit, a timore tuo Domine: Quandoquidem qui gehennam timet, dominum, qui pœnā illam infligit, timet.

Ad rationes prius inductas facile est respondere. Ad primū ex Gregorio allegatum, procedit de his, qui pœnitent ex timore pœnæ mixto, cui scilicet admixta est iniqua animi præparatio, qua alioqui offendere paratus est, nisi pœnam timeret. Quod patet ex eo, quod statim idem Grego. adiungit, dicens: Superbit enim, qui peccatum, si liceat, impunē non deserit.

Ad secundum, quod ex Augustino citatum est. &c. dicendum similiter, quod loquitur contra illos, qui mandata ideo solum adimplent, quia timent pœnam si non compleant, qui alioqui præuaricari parati sunt: tales enim, & si opere præcepta faciunt, voluntate tamen non faciunt, sed rei sunt ac si præcepta non facerent, idq; ob corū mentis præparationem iniquam.

Ad tertium, esto quod timor pœnæ ex amore sui procedat, nō ideo malus est, cū

A est, cū nec malus sit amor sui: q̄ si Paulus reprehendit homines seipso amantes, de illis loquitur, qui habent amorē sui vsq; ad contemptum Dei, aut qui se inordinate amant, quales sunt, qui affectionē cōmodi sequuntur, postposita affectione iusti: non tamen est contra affectionem iusti, si quis sibi vitā æternam optet, & ex consequenti pœnam æternam timeat. Hoc enim tam bonis quàm malis potest sine vitio conuenire.

Ad quartū, dicendum q̄ iustitia Dei non stat in hoc quod est æternaliter punire hominem: sed in hoc quod est peccatōrē impœnitentem sic punire: qui ergo odit pœnam à Deo peccatori impœnitenti inflictā, vel infligendam, ille quodammodo videtur Dei iustitiam odire, quo ad actum suum: qui tamen simpliciter odit, & fugit propriam pœnam gehennæ, non habito respectu ad sua finalia demerita, hic nō iustitiā Dei odit, sed seipsum diligit, quæ odia inter se multum differunt. Nam primum vltra quod est dissonum à diuina voluntate, non est ad bonum aliquod spirituale promotiuum. Secundum verò conforme est diuinae voluntati in actu volendi, & promouet ad bonū, scilicet ad vitandum peccata per quæ homo dignus est, vt æternaliter puniatur.

Ex dictis quodammodo apparet, vnde originetur pœnitentia cordis: non enim ex vnica tantum radice, puta ex timore, vt nonnullis visum est: sed ex multis oriri potest, secundum quod multis rationibus potest aliquis de peccato dolere, scilicet, vel quia peccatum est impeditiuum honoris, aut famæ, aut alterius boni temporalis, seu corporalis, & nascitur talis pœnitentia ex amore temporalis, ideo non est hæc pœnitentia qualis debet esse, quæ Deo nos reconciliat.

Potest secūdo quis peccati pœnitere, quia peccatum est inductiuum pœnæ æternæ, & hæc nascitur ex timore seruili, & non est quæ Deum placat, cū ex amore sui principaliter procedat. Tertio, quia est impeditiuum æternæ beatitudinis, & hæc nascitur ex appetitu proprii boni spiritualis, & amore sui: & non placat Deum. Quarto, quia est quid turpe, & inhonestum, & contrarium rectæ rationi, & hæc procedit ex amore honesti, & virtutis, & melior est hæc pœnitentia prioribus. Verum cū hæc communis sit fidelibus & infidelibus, amicis Dei & inimicis eiusdem, ideo non sufficit Deum placare, & eidem nos reconciliare.

Quinto, quia est offensiuū Dei, cui sum-

mus honor, & reuerentia atq; obedientia debetur, & hæc pœnitentia procedit ex amore Dei, & est quam Deus acceptat, & quæ nos Deo reconciliat. Alias autem pœnitentias ex amore Dei non procedentes, non ita acceptat: iuxta illud, quod scriptum est: Ego diligentes me, diligo. &c.

SEQUITUR ampliū quod non satisfacit homo præcepto de pœnitendo qualitercunq; de commissis dolendo: nisi propter Deum de illis doleat, eò quod pœnitentia, quæ à nobis exigitur, Dei dilectionem includit, aut præsupponit. Vnde iterum fit, vt si quis singula peccata recogit, & de singulis doleat ob alium finem, quàm propter Deum, eum teneri ad iteratō dolendum de eisdem, ex quo per priorem dolorē de commissis nondum præcepto de pœnitendo satisfecerat. Quemadmodū si quis omnia sua peccata confessus est, non habita de eisdem contritione, tenetur ea iteratō confiteri: quia non sicut debuit fuerat confessus.

Si obijcias, qui id facit quod eidem præcipitur, etiam si id non faciat ad intentionem præcipientis, satisfacit præcepto: ita vt non teneatur iteratō id ipsum facere, vt manifestum est, tam de præceptis diuinis quàm de humanis.

Præterea, si homo de singulis peccatis doluit, puta ex timore pœnæ, seu ex amore virtutis, cui opere fuerat contrarius, & in fine elicit vnum dolorem in genere de omnibus commissis, idque propter Deū. &c. ille iam supplet id in quo prius defecerat, ex quo dolorem in Deum iam refert, quem antē in Deum non retulerat: ergo ad minus in hoc casu satisfacit præcepto de pœnitendo.

Respondetur ad primum, q̄ quādo intentio præcipientis nō cadit sub præcepto: sed sola substantia ipsius actus qui præcipitur, tunc satisfacit quis præcepto actū agendo, etiā si nō fiat ad intentionē præcipientis. Secus tamē si intentio seu finis cadat sub præcepto: modò autē sub præcepto diuino cadit pœnitentia de commissis. Nomen autem pœnitentiæ, vt est cōmunis omnium interpretatio, importat dolorem voluntariū de commissis, quatenus fuerunt offensiuā Dei, & per consequens pœnitentia quæ exigitur à nobis oportet quod propter Deum fiat, alioqui pœnitentia verē non est dicenda: & ita non solum dolor de commissis cadit sub præcepto, sed modus & relatio doloris in Deum.

B 3 Ad

E Ad secundum consequenter loquendo, videtur quod in illo casu non satisfaciat homo precepto de poenitendo. Patet, quia vel satisfacit per detestationes particulares singulorum peccatorum, vel per illam generalem, quam in fine elicit, vel per vtrumque. Primum non est dicendum: quia ante illam generalem poenitentiam nunquam propter Deum poenituerat, ut supponitur. Secundum etiam non videtur: quia ut supra dictum est, non satisfacit quis poenitendo solum in genere, cum sit necessarium de commissis particulariter dolere eo modo, quo explicuimus. Tertium etiam non videtur, quia illa particulares poenitentiae priores, nec per se, nec cum illa finali, & generali poenitentia sunt in Deum relata: nec enim fuerunt relata in Deum quando fiebant, ut patet, nec quando generalis elicitur poenitentia: quia tunc ille dolor generalis est, qui in Deum refertur: non actus, qui iam preterierunt, quando quidem nullus actus humanus dicitur in Deum referri, nisi qui vel elicitur, vel continuatur virtute dilectionis Dei. Quod de illis prioribus poenitentibus dici in casu non potest. &c. Ac proinde, qui sic particulariter poenituit ob alium finem, nisi postea de commissis particulariter propter Deum doleat, non puto illum precepto vere poenitendi satisfacere.

F Vnde multum refert, illas particulares poenitentias, quae actu in Deum non referuntur, praecedere, vel subsequi dilectionem Dei. Nam si Dei dilectionem praecedant, ad veram poenitentiam non pertinent: quia nullo modo in Deum referuntur: si autem dilectionem Dei subsequantur, poterunt ad veram poenitentiam pertinere: quia etsi actu in Deum non referantur, virtualiter tamen referuntur, & placent Deo, & ab eodem acceptantur. &c.

Pro his facit ratio: quia vera poenitentia, quam Deus a nobis exigit, valet nobis ad remissionem peccatorum, & gratiam, quae in scriptura vere poenitentibus promissa est. Illae autem poenitentiae, quae dilectionem Dei praecedunt, ad salutem valere non possunt, nec tunc quando fiunt, nec postea: eo quod sunt actus mortui facti in peccato mortali, quae nec vivi sunt, nec vnum poterunt reuiuiscere, sicut nec alia opera in peccato mortali facta.

Deinde dubitant, an poenitentia cordis debeat esse formata, an informis, praeuia, an concomitans peccatorum remissionem: quam quaestionem satis inuoluntate tangit Sco. qui in sententia ait poenitentiam non sufficere ad peccata remittenda, nisi aliquo tempore duret, & continuetur: & cum in illo te-

G pore huiusmodi continuationis poenitentia illa sit praeuia tempore remissioni peccatorum simul & informis, constat esse necessariam poenitentiam informem, simul & praeuiam ad obtinendum peccatorum veniam. Vltimius, si sit necessarium, quod talis poenitentia duret vsque ad instans terminatum necessarium continuationis inclusiuè: ita, ut debeat permanere, non solum in tempore praevio, sed etiam in ipso instanti, quo fit peccatorum remissio: tunc sicut necessaria est poenitentia praeuia, & informis, ita etiam necessaria est poenitentia concomitans, & formata: quia in illo instanti, quo fit peccatorum remissio per infusionem gratiae: illa poenitentia, quae ante erat praevia, & informis, fit formata, & concomitans: ut de se patet. Si vero sufficit homini continuare poenitentiam per certum tempus, esto quod non duret inclusiuè vsque ad praefatum instans terminatum illius temporis, tunc erit quidem necessaria poenitentia praeuia, & informis, non tamen concomitans, & formata: & quantum horum vtrumque probabile reputet, ad id tamen declinat, ut necessaria sit poenitentia praeuia, & concomitans, informis & formata, alioquin non valebit ad remissionem peccatorum.

H Verum cum haec opinio praesupponat vnum incertum, & forte falsum, ut magis patebit inferius, scilicet quod poenitentia etiam in Deum relata non sufficit ad gratiam, nisi ante per aliquod tempus sit continuata, cum verisimilius sit dilectionem Dei super omnia esse proximam, & sufficientem dispositionem ad gratiam (modo efficax sit) ideo dicendum, quod poenitentia cordis, si vera est, scilicet propter Deum summè dilectum, non potest esse informis, nec tempore praeuia, seu praecedens peccatorum remissionem, sed semper est formata, & quam primum habetur, remittuntur peccata, ac proinde nec est necessaria poenitentia informis, nec praeuia ad obtinendum peccatorum remissionem, ut ex dictis aperte colligitur.

Est tamen argumentum in oppositum: quia tunc sequitur quod poenitentia cordis nunquam remittat peccata: quia vel remittit ea quatenus est informis, vel quatenus formata est. Non primum, per ea quae dicta sunt, ex quo non potest talis poenitentia esse informis. Nec secundum, quia quatenus formata est, praesupponit charitatem, quae est forma ipsius, unde ipsa dicitur formata: charitas autem praesupponit peccatorum remissionem, cum peccata, & charitas simul esse non possint: igitur poenitentia formata praesupponit peccata

A cata esse remissa, & per consequens poenitentia quatenus formata est, non remittit peccata. Confirmatur, quia vel poenitentia fit propter Deum summè dilectum, vel non: si primum, igitur praesupponit dilectionem Dei, ex qua procedit: nam in corde prior est finis quam ea, quae sunt ad finem: & cum per huiusmodi dilectionem Dei sint condonata peccata, sequitur quod poenitentia cordis formalis, si propter Deum fiat, non remittit peccata, cum ea remissa reperiat. Si autem non fit propter Deum dilectum, sed propter timorem poenae, aut aliam ob causam talis poenitentia non placat Deum, nec peccata remittit: & ita nunquam verum est, quod poenitentia cordis actu remittat peccata, remitteret autem si teneremus cum Scoto esse necessariam praeuiam, & informem: igitur.

Respondeo. Poenitentia remittit peccata velut causa sine qua non: charitas remittit peccata, velut causa formalis: Deus vero remittit peccata velut causa efficiens, & principalis. Primum patet: quia ex dictis constat poenitentiam cordis esse necessariam ad deletionem peccatorum, & sine ea peccata minimè dimitti. Secundum etiam patet: quia charitas, & peccata mortalia immediate contrariantur, saltè de lege ordinata, quicquid sit de eorum natura: & ideo sicut calor est causa formalis expellendi frigus, ita charitas est causa formalis expellendi peccatum. Tertium etiam de se patet, iuxta illud Isa. 44. Ego solus deleo iniquitates, & peccata populi. Suppono etiam positionem satis communem, quod voluntas nostra eodem actu potest velle finem, & mediū propter finem, sicut & idem actus potest esse fructus, & vsus: ac proinde nil obstat, quo minus voluntas possit eodem actu odire peccata commissam propter Deum, & eundem Deum summè diligere: & haec poenitentia est, quae semper est formata, & sufficiens ad remissionem peccatorum, velut causa sine qua non: quia hac posita, fit peccatorum remissio, & ea non posita, non fieret, saltè per poenitentiam: nam si dilectionem Dei seingas ab actu poenitendi, esto quod actus ille poenitendi à dilectione Dei procedat, illa poenitentia, & si meritoria sit, non tamen actu remittit peccata, quae per dilectionem praeuiam constat esse remissa. Nec ob id sequitur, sine poenitentia remitti peccata: quia & si per dilectionem Dei fuerint remissa, in ipsa tamen Dei dilectione virtualiter includebatur poenitentia, ut ex dictis patet.

Iam sequitur responsio ad argumentum: quia nec concedendum est quod poenitentia cordis actu remittit peccata quatenus for-

C mata est, neque quatenus informis: & tamen remittit ea: & quatenus esse informem, & formatam sint praedicata immediate opposita, nec sicut poenitentia esse quin vel formata sit, vel informis: attamen illa particula, quatenus, addita illis oppositis, non opus est alterum eorum de poenitentia verificari in casu: non enim inconuenit aliquod praedicatum vere, & simpliciter de subiecto praedicari, & negari de eodem sumptum cum signo reduplicatiuo, ut homo est risibilis: & tamen nec est risibilis, quatenus videns est, nec quatenus non videns est: & homo est albus, & tamen neque quatenus rationalis, neque quatenus irrationalis: & Deus est omnipotens, & tamen neque quatenus creans, nec quatenus non creans. Ita ergo poenitentia cordis remittit peccata actu, & tamen, nec quatenus formata est, nec quatenus informis.

Ad secundum etiam patet, quod poenitentia illa quae peccata remittit primo, siue actualiter, est poenitentia quae simul est detestatio peccati, & amor Dei: illa vero, quae ex amore Dei procedit, non actu remittit peccata, cum per amoris Dei praeuiam, ex quo ipsa originatur, remissa sint: & de hac procedit haec ratio secunda: nec enim concedimus per omnem poenitentiam cordis actu peccata remitti.

D Sequitur ex dictis quid dicendum ad dubium, quod hic moueri solet, quo ordine se habeant haec tria. scilicet poenitentia, charitas, & peccatorum remissio. Ad quod breuiter dicendum, quod quando per poenitentiam actu remittuntur peccata, ipsa poenitentia praecedat naturam, seu ordine naturalis praesuppositionis, & sequitur peccatorum remissio, & denique infunditur charitas: postremo fit poenitentia formata, quae omnia in vno, & eodem instanti temporis fiunt: si tamen aliqua esset inter ea temporum successio, hunc ordinem assignatum inter se seruarent: de quo alias. Itaque vnus actus ad aliquem effectum relatus, vna ratione praecedat illum, alia vero sequitur eundem ordine naturali.

Quaestio quinta.



De quantitate poenitentiae solet similiter quaeri, tam ex parte intensiois seu conatus, quam ex parte durationis, ac perseverantiae. Et primo dubitatur, an sit necessaria poenitentia intensissima, seu ex toto

E conatu voluntatis procedens: & dixerunt aliqui cum Richardo & Adriano quod sic. Ad quod dicendum mouentur ex eo, quod habetur Deuter. 4. de filiis Israël propter peccati demeritum à terra promissionis in alienam terram eiectis: Si quaesieris Dominum Deum tuum, inuenies illum: si tamen quaesieris eum in toto corde tuo, & tota tribulatione anime tue. Et Psalmista: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Hieronymus etiam in epistola obiurgatoria eius, qui se falso iactabat poenitere, ait: Miserebitur tibi Deus, si toto corde poenitentiam egeris, si omnem sollicitudinem tuam super Deum miseris. Ex quibus apparet, non satis esse remissè Deum querere, aut poenitere: sed ex toto voluntatis conatu, si volumus remissionis gratiam obtinere.

Secundò idem Hierony. tractans in crepatione episcopi Laodice. Apoc. 3. de quo dictum est, Vtinam frigidus aut calidus esses: sed quia tepidus es, incipiam te euomere. inquit: tepidum discipulū nō diligit Deus: ait enim Christus, Qui vult meus esse discipulus, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. Tepidus autem videtur, qui remissè diligit, & remissè poenitet: Vnde Ieremias. 48. dicitur, Maledictus omnis qui facit opus Dei negligenter, seu remissè. Et Ecclesiasticus. 7. Qui timet Deum, nūl negligit: igitur.

Tertiò, necessariam esse poenitentiam intensiōem, & magnitudinē significat August. lib. de Pœnitentia, dicens: Recte poenitēs, quicquid fordiū post purificationem cōtraxit, oportet vt abluat lachrymis saltē mentis: sed satis durus est, cuius mētis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. Sed sciat se culpabiliter durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati non ostendit lachrymis. Et hæc de poenitentia, distin. 3. cap. Sunt plures.

Dura tamen visa est horum sententia, Vnde contra eam, & pro opposita parte arguitur, quod nō sit necessaria tanta intensio, vt apud Deum valida sit: sed sufficit remissa, modò efficax sit. Primò, quia dilectio Dei, & conuersio ad Deum, etiam fitam intensā gradualiter non sit, valet ad gratiam: igitur etiam poenitentia vera cum huiusmodi Dei dilectionem includat, vt ex dictis patet. Antecedens patet ex innumeris promissionibus in scriptura sacra contentis. Ait enim Dauid: Prope est Dominus oibus

inuocantibus eum. & Paulus ad Rom. Dives est Deus in omnes, qui inuocant illū. Omnis enim qui inuocauerit nomē Dñi, saluus erit. & Ecclesiastici. 2. Quis vnquā inuocauit eū, & despexit illū? misericors enim est, & pius. Ait etiam Christus in Euangelio: Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus. &c. & August. super epistolā ad Rom. 5. Si Deus cōfugiētes ad se nō admitteret, esset in eo iniquitas: quia scilicet promissa nō cōpleret. Vbi præsupponit Deū in lege promississe gratiā suā omnibus ipsum diligentibus: iuxta illud Zachariæ. 1. Conuertimini ad me, & cōuertar ad vos. &c. Et Iacobi. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Et Apoca. 3. Ego sto ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo. In quibus omnibus nulla de gradualis intensio fit mentio. Nec valet dicere quod illa etiam veniunt limitanda ad casum quo quis ex toto conatu fertur in Deū: non enim valet. probatur, quia Deus nō minorē erga homines exercet misericordiā quā iustitiā, imò magis misericordia vtitur, quā iustitia: cū promior sit ad miserendū, quā ad puniendū, dicitur Iacobi. Misericordia superexaltat iudicium. Sed loca scripturæ, in quibus Deus ex iustitia poenam peccantibus & se à Deo auertentibus cōminat, nō sunt ad certū conatū, seu intensiōem ipsius actus auersiu limitanda: cū quālibet remissè se quis à Deo cōtra præceptū eius auertat, mortaliter peccat, & Dei indignationē incurrit: ergo loca, quæ salutē promittunt his, qui se ad Deū conuertunt, non sunt coarctanda ad certum conatum, & intensiōem actus conuersiu.

Præterea facit p hac sentētia Chryso. & habetur de pnia, distin. 3. cap. Talis. ait em Deū nunq poenitentia peccatoris cōtemnere. Quodq; præstantius est, quātulacunq; & quātumlibet breui tēpore gestā poenitentia Deus nō respuit, nec exiguæ cōuersionis patitur perire mercedē. In quibus innuit, nec necessariā esse in poenitentia intensiōem, nec temporis continuatiōnem, vt Deo placeat, & à Deo remuneretur.

Præterea facit ratio: quia tunc dilectio Dei super omnia obediēcialis, stare cū peccato mortali: nō solū, quo ad reatū, sed etiā, quo ad actū: ita vt quis simul actu mortaliter peccet, & Deum super oia diligat. Probat hoc: quia demus hominē remissè gradualiter poenitere, id est, non ex toto conatu volūtatis: iam per opinionē illa pnia in Deū relata, non sufficit ad gratiā: ergo stat

A go stat simul cum peccato mortali, & secundum reatum, non est dubium. Quod etiam idem sit secundum actum, probatur, ponendo quod citra totum conatū poeniteat propter Deum, tempore quo sibi necessarium est, se in statu gratiæ reponere, totum conatum apponendo: iam peccat in casu actualiter omniui, simul & Deum diligit.

Si dicas, q quis totus conatus in Deum sit necessari⁹ ad acquirēdū gratiā, nō tamē totus cadit sub præcepto obligatē sub poena noui peccati: contra stat ratio aperta: quia si sit in tēpore quo tenet se in statu gratiæ reponere, nec aliter potest nisi ex toto conatu se ad Deū cōuertēdo, sequitur teneri sub poena noui peccati ad se cōuertēdū toto conatu. Hac enim ratione supra deduximus necessitatē præcepti de poenitendo, ex necessitate ipsius poenitentiæ ad salutem.

Et quicquid sit de efficacia harū rationū, quia volēti defendere p̄fatā opinionē nō deerūt solutiones: attamē cum nil sit affirmandū esse necessariū ad salutē, aut sub poena peccati mortalis obligare, nisi id autoritate, vel ratione sufficenti ostēdatur: quod tñ de poenitentiā, ex toto conatu voluntatis procedēte ostēdi non potest: ideo videtur à p̄fata opinione recedendū. Quod em illud ostensum non sit, patet soluendo huius sententiæ fundamenta: posset enim dici ad illa omnia quæ sonant, esse necessariū ex toto corde diligere Deum, & eundem inquirere, & de commissis poenitentiam agere: quod procedunt de totalitate integritatis cordis, non de totalitate gradualis intensiōnis. Ille enim dicitur toto corde querere Deum, qui cum Deum querit, aliud tēporale secū non querit, quod non propter ipsum querat: & toto corde diligit Deum, qui cum Deum diligit, aliud temporale secum non diligit, quod non propter ipsum diligit: & toto corde de commissis dolet, qui ita de illis dolet, vt nullum referuet, quod placeat. Nam si quis cum Deum querit aut diligit, aliud cum eo querit aut diligit, quod non propter ipsum querat aut diligit: non toto corde, sed diuiso eum querit & diligit. & hoc est quod ait beatus Augustinus ad Deū loquens: Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat &c. Et ita dicitur diuidi cor, cum ad diuersa afficitur, quorum alterum in alterum nō refertur: cui diuisioni opponitur totalitas, seu integritas cordis, ad quam constat intensiōem gradualis impertinentem esse.

Ad secundum, de illo qui remissè, & negligenter opus Dei agit, dicendum, quod procedit de eo qui in his ad quæ tenetur, non adhibet omnem diligentiam & sollicitudinem, quam adhibere tenetur: sed in parte agit quod debet, in parte nō: ille etiam qui nec calidus est nec frigidus, sed tepidus, solet intelligi, qui nec amore, nec timore mouetur ad agendum quod debet: & ita hæc quæ de tepiditate, & remissione, seu negligentia allegata sunt, non videntur de remissione gradualis intelligenda.

Ad tertium ex Augustino sumptum dicendum, quod nō inde sequitur necessarium esse absolute, ex toto voluntatis conatu poenitere: sed potius innuit quod debet quis magis de offensa in Deum commissa, quā de rerum temporalium iactura dolere: quod quidem adimpleri potest, etiam si quis non ex toto volūtatis conatu de peccatis doleat, vt constat. De his inferius, vbi de feruore orationis agetur.

SED esto non sit necessaria poenitentia ex toto conatu voluntatis, an saltē sit necessaria in aliquo gradu certo citra summū, an potius quilibet poenitentia, quantumlibet remissa sufficiat ad gratiam. Et dixerūt aliqui post Thom. in. 4. distin. 17. ad quintum. quod necessaria est certa intensio, ita quod potest tam remissa esse poenitentia, seu tam parua, vt contritio non sit: & per cōsequens nec ad gratiam sufficiat. Tum, quia Deus cum à nobis voluntatem exigit, non inefficacem, seu remissam, aut tepidam exigit, sed efficacem: efficax autem esse non potest, nisi certo modo sit intensa. Tum etiam, quia de maiore peccato magis quā de minore dolendum est, id exigente iustitia punitiua, secundū quam poena debet culpæ proportionari. Cum igitur poenitentia cordis in poenam pro commissis nobis à Deo iniuncta sit, qui in hac re fecit nos iustitiæ punitiue ministros: sequitur ergo nō quantūcūq; poenitentiā de peccatis sufficere, alioquin magis de vno q̄ de alio esset dolendum.

Confirmatur hoc: quia de illo debet homo poenitere, quod debuit vitare: sed homo magis debet vnum peccatum vitare quā aliud: quia si necessitas inueneret in vno de duobus incidere, id quod grauius est esset magis euitandum: & ita e contra de commissis grauiori magis poenitendum.

Quod inde rursus confirmatur: quia vbi maior est causa dolēdi seu

B 5 poeni-

E pœnitēdi, maior debet esse pnia: causa autē quare de peccatis pœnitendum est, est quia offensiva sunt Dei: cum ergo maius peccatum magis sit Dei offensivum, sequitur de illo esse magis pœnitendū, & ita non qualescunque intensio pœnitentiæ sufficit.

Respondetur His non obstantibus, q. s. nulla intensio certa etiam citra summū gradū est in pnia necessaria, vt ad gratiā valeat: sed quantumlibet remissa gradualiter sit, sufficit, modò efficax sit in eo, quod efficaciam admittit. Probatur cōclusio: quia si esset certa intensio necessaria, aut esset ratione præcepti Dei obligantis nos ad certam pœnitentiā, seu doloris intensiōem, aut ratione iustitiæ punitivæ dictantis pœnam culpæ debere proportionari, aut ratione iuris naturalis obligantis nos Deo offenso satisfacere, & pro maiori offensa magis &c. sed nulum horum videtur dicendū. Non primum: quia non dabitur tale præceptum, cum in testimonijs scripturæ, vbi à nobis pœnitentia exigitur, non fit mētio de graduā intensiōe actus: sed vel simpliciter exigitur pœnitentia, vel exigitur ex toto corde: sed ex neutro colligitur exigi certam intensiōem citra summā, vt patet ex dictis. Tum etiam,

quia irrationabile omnino esset præceptū, quo quis obligetur ad aliquid, de cuius adimplētionē certus esse non possit: cum ergo homo nullo modo citra reuelationē Dei potest certus esse ad quantam intensiōem gradualem in pœnitendo peruenit, vt constat: sequitur. Adde q̄ dato præcepto de sub certa intensiōe pœnitendo, de qua homo certificari non potest, ex consequenti esset dicendū, quod tenetur homo ex toto conatu pœnitere, & intensissimè: alioqui exponeret se periculo omittendi præceptū de pœnitendo, quod esset incidere in sententiam durā supra citatā, nec satis probabilē.

Nec etiam videt dicendū secundum, q̄ scilicet sit necessaria certa intensio ratione iustitiæ punitivæ: quia quanuis hoc apparenter diceretur, & verè, in casu, quo esset statutum, aut necessarium peccatorem in seipso per viam solum pœnitentiæ illam iustitiā exequi, & per solam viam pœnitentiæ debitum pro peccato soluere: non tamē ita est, stante lege ordinata, qua stante, potest viator, vel hic soluere, vel pœnā debitam ad purgatorium remittere, cōtentus aliquali gratia, per quam culpa illi remittatur: hæc autem culpa potest per solam dilectio-

nem Dei sine pœnitentia formali remitti: **G** potest etiam per solum sacramentum secundū multos similiter tolli: potest deinde per opera alia meritoria à pœna peccato debita liberari. Itaque non est homini iniuncta maior iustitiæ punitivæ executio, q̄ ea quā Deus à peccatore exigit: hæc autē est de commissis pœnitere ex vera Dei dilectione, ad quam illicō culpæ cōmissæ condonantur: q̄ si homo intensiōem, aut feruorē addiderit, prouderit illi ad remissionem pœnæ, etiam si talis intensio & feruor ab illo non exigatur.

Nec etiam videt dicendū tertium, scilicet q̄ ratione iuris naturalis tenet homo ad sub certa intensiōe pœnitendū, vt scilicet Deo offenso satisfaciat: quia vt supra dictum est, quis ius necessariò obliget offendentem ad satisfaciendum offenso, in præsentia autē non Deo alia satisfactio debita est, nisi quam ipse exigit, & statuit: ac proinde cum in lege sua, nec pœnitentiam sub certa intensiōe exigere, neq; statuisse legatur, non video quare homines huiusmodi iugū peccatoribus imponant, tanquam eisdem necessarium, etiam si alioqui salutare sit.

Respondendum igitur est ad rationes supra factas. Ad primū duo supponit: vnū q̄ Deus exigat à peccatore pœnitentiā de commissis efficacē: quod tñ falsum est: quia illa pnia, q̄ est odire peccatū cōmissum, seu nolle hominē peccasse, est de impossibili cognito esse tali, quod sub volitione efficaci non cadit, vt supra dictū est: si autē aliquid est in pœnitentia, quod efficaciam admittat, est ppositū postmodum vitandi peccata, idq; formaliter, vel in dilectione Dei virtualiter cōtentū.

Secundum quod supponit est, q̄ efficacia actus voluntatis requirit certā intensiōem gradualem, cum non ita sit, vt aliās probauimus: sed efficacia voluntatis in hoc stare videtur, quod vult aliquid obtinere, vel procurare per modum indicatiui: q̄ volitio, si talis est, quātunuis remissa gradualiter sit, sufficit mouere ipsum volentē ad inquirendum media ad id quod optat necessaria. Alia autem, quæ ad id non sufficit, non dicitur efficacax, etiam si multū sit intensa, qualis est velleitas, seu actus desiderij per modum optatiui, aut cōditionalis per modū subiūctiui, ac proinde intensio gradualis impertinens videt ad efficaciam, vel inefficaciam voluntatis.

Ad secundū ex dictis patet responsio, q̄ ratio fundat se in falso, scilicet q̄ cōmissa est peccatori tota iustitiæ exequutio in seipso,

A in seipso, qua per viā pœnitentiæ debeat in se punire peccata. Falsum etiā est, q̄ teneat magis intensè de vno peccato, quā de alio pœnitere, cuius ratio clara est ex dictis: quia reductis ad memoriā omnibus peccatis commissis, non est necessariū quod de singulis singulas eliciat contritiōes, seu pœnitentias: sed vnico actu pœnitentiæ, quo illa omnia oblata detestatur propter Deū, satisfacit præcepto de pœnitendo, & ita per eundem actū equè intensè de omnibus simul pœnitet, & dolet: quæadmodū concedi solet, si quis eodē actu diligit Deū, & proximum, q̄ equè intensè, id est actu equè intenso vtrūq; diligit, Deū scilicet, & creaturam: nec in hoc peccat: sed pcepto charitatis satisfacit, & meretur. Pro quo videtur facere Hierony. qui laudat Paulū de hoc, q̄ minima peccata plāgebat, sicut magna, vt refert Tho. vbi supra.

Ad tertiam dicendū, q̄ ratio probat magis esse vnū peccatū vitādū, & odiedum, quā reliquum, magis inq; non intensiue gradualiter, sed prælatiue (vt sic dixerim) intensiue non: quia vnico odio vnus intensiōis possum sine peccato diuersa peccata odire, etiam si in grauitate differant: prælatiue autē secus est. Sicut patet in dilectione

B opposita, vnico quidem actu vnus intensiōis possum Deum, & proximum amare sine peccato: debeo tamē Deum proximo in diligendo præferre, taliter, vt si opus sit ab alterius amore recedere, potius debeo ab amore proximi, quā ab amore Dei recedere, & hoc est Deum plus, aut magis prælatiue diligere. Sic etiam in odio peccatorum, quæ quanuis æquè intensè gradualiter odio habeantur, vnum tamē magis dicitur odio haberi prælatiue: quia si oporteret in alterum eorum incidere, deberet homo potius eligere fugam, & odium illius, quod grauius est. Et in hoc sensu videtur Thom. procedere in hac materia, quando de contritione loquitur, & de dolore maiore, & minore peccati respectiue ad alios dolores.

Et per hoc patet ad vltimum, fateor em̄ q̄ vbi est maior causa pœnitendi, scilicet maior offensa, debet esse maior pœnitentia, non quidem gradualiter, sed maior prælatiue ad sensum dictum. Et si velit peccator via pœnitentiæ soluere quod pro peccato debet, si pro singulis peccatis debitum soluere vult, debet intensius pœnitere de grauiori peccato, quā de leuiori: liberum tamē sibi est hac via pro peccatis ad integrum satisfacere. Verū quantum ad remissionem

culpæ attinet, satis est, si verè pœniteat propter Deum verè dilectum, etiam si huiusmodi pœnitentia gradualiter remissa sit.

Pre-supposito ergo non esse necessarium intensissimè pœnitere absolute, nec certam intentionem pœnitentiæ esse necessariam absolute, cum quantalibet pœnitentia quantumlibet remissa gradualiter sufficiat ad gratiam, esset dubium, an saltem respectiue debeat esse summa pœnitentia, hoc est, an debeat esse intensior, quā dolor de quacuuque alia re. Et conformiter ad ea, quæ dicta sunt, dicendum, quod loquendo de intensiōe, aut magnitudine graduāli, non oportet pœnitentiam, seu displicentiam de peccato commissio esse intensiorem, quā sit displicentia de alijs rebus. Id patet, quia intensio certa pœnitentiæ, non cadit sub præcepto: ideo potest quis præcepto de pœnitendo satisfacere per pœnitentiam quantumlibet remissam, ac proinde, siue intensius, siue æquè intensè de alijs rebus displiceamus, satisfacimus præcepto pœnitendi. Præterea eodem actu potest nobis displicere peccatum, & alterius rei amissio, seu patris, aut amici mors, quemadmodum eodem actu possumus Deum patrem, & amicum amare, & tunc æquè intensè displicebit peccatum, & mors patris, aut amici, idque sine peccato. Præterea displicentia de aliquo mensuratur, seu proportionatur amori de opposito, & ita non magis tenemur odire peccatum, quā teneamur diligere Deum: Deum autem nō tenemur absolute, aut respectiue diligere intensius gradualiter quā patrem, amicum, aut rem aliam creatam, vt aliās in tractatu de charitate probauimus, igitur.

Si tamen loquamur de intensiōe pœnitentiæ prælatiue, vt supra, tunc verum est quod tenemur magis de peccato pœnitere, seu dolere, quā de alijs rebus. Quemadmodum econtrā tenemur magis diligere Deū prælatiue, quā alias res, taliter vt si nobis daretur optio alterum ex his eligere, scilicet à Deo per peccatum separari, aut alterius rei cuiuscunque iacturam pati, potius esset secundum eligendum, quā primum: & hoc est Deum summè, & super omnia diligibilia diligere appetitiue, seu prælatiue, & peccatū summè, & super omnia odibilia prælatiue odire. Et in hoc sensu intelligo doctores, qui dicunt esse nobis necessarium Deum magis intensè diligere: quā quodcunque aliud:

vt li

Et licet in se, non ad gradum, sed ad modum diligendi referatur, etiam si sint qui ad gradum intensiōnis id referant &c.

De quantitate etiâ pœnitentiæ quo ad durationem est idem dubium, an scilicet, ut valida sit pœnitentia cordis, debeat per tempus aliquod continuari? & dicebatur cū Sco. quod sic, cuius positionē questione præcedenti tetigimus. Scoti ratio hæc esse videtur: quia pnia cordis est dispositio necessaria ad peccatorū remissionē, tum ex his q̄ dicta sunt, tum etiâ quia alioqui difficile esset excusare, quin Deus sit personarū acceptor, hanc iustificās, & illum nō, si nulla ex parte ipsorum dispositio requiratur. Cū igitur dispositio ad formam, debet ipsam formam præcedere, ut ex naturalibus patet, quod calor præcedit inductionem formæ ignis. Igitur necesse est peccatorem per tempus aliquod præcedens inductionem charitatis, ac peccatorum remissionē, pœnitere. Quantū autem sit huiusmodi tēpus, quo debeat pœnitentiâ continuari, ab hoc sciri non potest.

Oppositum tamē videt esse tenendum, q̄ scilicet si pnia vera sit, & in Deum verè dilectū relata, q̄ primū à peccatore habetur, consequitur remissionem, & gratiam. Id probatur, primò, quia Deus pronior est ad miserendum, quàm ad puniendū: sed ut homo Dei indignationem incurrat, satis est, se peccādo à Deo auertat: & q̄ primum se auertit, gratiam eius amittit, ad cuius amissionem, non opus est huiusmodi auersionem per tempus continuari, alioqui in illo tempore simul quis mortaliter peccaret, & esset in gratia Dei, quod est absurdū. Igitur pari forma, q̄ primū peccator se ad Deum vero corde cōuertit, admittitur ad gratiā Dei absq; vlla mora tēporis.

Præterea illa cōuersio ad Deū eque bona est, ac laudabilis in primo instanti, quo primū habetur, ac si per horā continuetur: quando quidem ex solo temporis tractu, nullam videtur bonitatē acquirere, sed eam ex obiecto habet, & sine, & alijs circumstantijs conuenientibus: ac proinde quis valeat continuatio pœnitentiæ ad maius præmium, aut pleniorē veniam consequendam, in se tamē & per essentiam æque bona est momentanea, sicut continuata: & per consequens in primo instanti erit Deo grata, & accepta.

Præterea, si necessaria est temporis mora in pœnitēdo, ob id scilicet esset necessaria, ut Deo offenso satisf

faciamus: sed tunc sequit, quòd quanto quis plura contra Deum cōmilit, aut quanto grauius contra Deum peccauit, tanto deberet magis pœnitentia continuari ad impetrandam gratiam: & ita si pro vno mortali necesse est pœnitentiam per horam continuare, pro duobus oportebit eam in duplo continuare, & pro quatuor in quadruplo, & sic consequenter: & ita poterunt toties peccata replicari, quòd non sufficiat homini ad gratiam per totam vitam in pœnitentia permanere, quòd est absurdum, & erroneum.

Præterea, sequitur ex positione danti peccatorem vsum rationis habentem, cui in vita sit præclusa via salutis, quātūlibet ad Deū toto corde confugiat. Patet hoc, quia ex quo necessaria est certa tēporis mora in pœnitendo ad impetrandā gratiam, sit exempli gratia vna hora, demus peccatorem esse in extremis, qui per naturam viuere vna hora integra non potest, & tunc se toto corde ad Deum cōuertat, sequitur in casu intentum. Si dicas, non esse inconueniens illatum ob culpam ipsius hominis, ut si teneamus cum Gre. & Occhā, quòd actus à voluntate liberè elicitus naturaliter per tempus aliquod continuatur, & odium Dei homo eliciat, à quo per naturam resilire per tempus certum non possit, iam in illo tempore est illi præclusa via salutis.

Sed hoc parū valet, tum quia illa opinio quæ ponit huiusmodi naturalem continuationem actus voluntatis, non est omninò vera, ut alibi deduximus: tum etiam eo dato, non est simile cum præsentī casu: nam illo admissio, si pro tunc est clausa via salutis illi homini odienti Deum, ideo est, quia voluntatē habet ligatam, & impeditam, nè possit naturaliter pro tunc ad Deū per amorē conuerti, in nostro autem casu secus, ut constat.

Præterea, sequitur aliquē Deū summe diligere, & verè de cōmissis propter Deum pœnitere, & pro Deo & Christo martyriū pati, & eternaliter dānari. Patet, si toties, & taliter cōtra Deum peccauit homo, q̄ sit sibi per horam integrā necessariò pœnitendum, aut per duas horas, & anteq̄ tempus necessariò pœnitendi cōpleatur, pro Christo & fide eius patienter à tyranno occidatur. Si dicas in casu defectū continuationis suppleri per martyriū, quæro iam, vel igitur sufficienter ille defectus suppletur solum per martyriū actu susceptum, vel etiam per martyriū in voto, seu efficaci proposito mentis: & primum irrationa-

Ationabile est, quia voluntas pro facto reputatur, si efficax sit, ut est omnium vera sententia: nec opus exterius valet ex parte operantis, ad aliam gratiam gratum facientem præter eam, ad quam interior efficax voluntas valet: & ita quàm primū quis habet voluntatem efficacem patiendi pro Christo summe dilecto, antequam actu martyrium sustineat, valet sibi huiusmodi voluntas ad gratiam, ac si actu pateretur: & hoc dato, sequitur intētum nostræ conclusionis, quòd scilicet non est necessaria temporis mora ad obtinendam gratiam Dei per actum voluntatis efficacem: cum igitur pœnitentia sit actus efficax in ea parte, qua efficaciam admittit, ut ex dictis apparet: sequitur.

Præterea si necessaria est temporis mora in pœnitēdo ad impetrandam veniam, & gratiam: igitur peccabit homo non cōtinuando pœnitentiam cordis, tempore, quo est sibi necessarium se in gratia reponere: & cum incertus sit quanto tempore debeat continuare pœnitentiā, an per horam, an per duas, peccabit, si non longo tēpore continuat: quia alioqui exponit se periculo permanendi semper in eisdē peccatis. Et certè sicut irrationabile est dicere, hominem esse obligatum sub pœna peccati noui ad certam pœnitentiæ intensiōnem, de qua homo certus esse non potest, quāta scilicet sit sibi sub præcepto data: ita non minus est irrationabile dicere, hominē teneri sub pœna peccati ad certam moram temporis in pœnitendo, cum æque incertus sit, quanta sit sibi necessaria.

Postremò, eadem conclusio probat ex decreto Chrysostomi supra citato, de pœnitentiâ, dist. 3. c. Talis vbi ait: Quātūlacunq; & quātūlibet breui tempore gestā pœnitentiā Deus nō respuit, nec exiguæ conuersionis patitur mercedē perire. Vbi necessitatem intensiōnis, simul & continuationis in pœnitēdo excludit. Iuxta illud Ezechiē. Quacunque hora ingemuerit peccator, nō recordabor amplius. Vbi rursus necessitas continuationis, & mora temporis excluditur. Pro quo facit exemplum de latrone sumptum: statim enim q̄ veniam peccatorum à Christo postulauit, audire meruit, idque sine mora aliqua: Hodie mecum eris in paradiso. Pro quo etiam Paulus facit dicens: Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Igitur q̄ primū quis verè Christum ex corde verum Deum agnoscit, habet gratiam Spiritus sancti. Ne-

scit enim tarda molimina Spiritus sanctus: sed sine mora his, qui verè ad Deum confugiunt, quales sunt qui veram habent pœnitentiam, veniam largitur. Pro quo facit cap. Multiplex. de pœnitentiâ, dist. 1. & c. Conuertimini. vbi dicitur: Si cor nostrū vndique à malo ad Deum vertitur, mox suæ conuersionis fructum meretur.

Motium autē Scoti parum valet: tum quia etsi nō requiratur dispositio ex parte peccatoris tempore præuia, nō ideo excluditur necessitas dispositionis, saltem concomitantis: & ideo nulla est personarum acceptio, si huic peccata remittuntur, & non illi: si hunc pœnitet, & nō illum. Tum etiâ, quia esto Deus pro suo beneplacito vellet hunc iustificare & non illū, omni dispositione ex parte hominis seclusa, nō veniret Deus de acceptione personarū arguendus. Sicut enim secūsdū eundē Sco. Deus pro voluntate sua hunc prædestinauit, & non illum, cuius prædestinationis nulla ex parte prædestinati datur causa: sic etiam dat Deus gratiam præuenientem: quæ auxilium speciale dici solet huic ut conuertatur, & non illi: ut ait Paulus: Quibus vult, miseretur, & quos vult indurat. Sic etiam hunc trahit ad fidem, & non illum. Nec querendum est, quare hunc, & non illum trahat, ut ait Augustinus, tractans illud Christi: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum. & tamen nemo in his potest Deum tanquā personæ acceptatorem argue- re, sicut nec figmentum potest dicere ei, qui se finxit, cur me finxisti sic? Ille igitur venit de acceptione personarum arguendus, qui contra iustitiæ debitum vnum alteri præfert, vel qui ob causam indebitam vnum alteri anteponeit, ut docet Iacob. in sua Canonica. Quòd etiam dicebatur dispositionem ad formam debere tempore præcedere ipsius formæ inductionem, verum est de dispositione insufficiente, qualis est caliditas remissa: si tamen dispositio illa sufficiens est ad formæ inductionem, nulla opus est mora in eius inductione: ut quàm primū caliditas est sufficienter intensa, illico forma introducitur. Et quàm primū species coloris oculum pertingit, efficitur visio. Cum ergo pœnitentiâ vera, qualis dicta est, sit ad gratiam sufficiens dispositio, ideo secum statim sine mora habet gratiam concomitantem, ad quā ipsa pœnitentiâ disponit, & præuia est: si non tempore, saltem naturali præsuppositione.

Sed



E Sed adhuc superest dubium, supposito q̄ nec sit necessaria certa pœnitentiæ intensio, nec eiusdem per tempus aliquod continuatio, vt apud Deum valida sit: an saltē sit necessaria intensio, seu continuatio huiusmodi, ad hoc q̄ pœnitentiā cordis sit contritio. Respondeo: Dubium hoc querit, in quo differant attritio, & contritio: & occurrit triplex modus dicēdi. Quidam enim dixerūt, quod differunt penes magis & minus intensum, putantes se id ad mentem Thom. dicere, cui ipse in quarto de Contritione tractans dicat, posse pœnitentiā de commissis esse adeo paruum, quod non sufficiat ad contritionem. Sic videntur tenere Richardus, similiter & Adrianus, qui dicunt pœnitentiā, nisi ex toto voluntatis conatu fiat, ad gratiam minimē sufficere: & per consequens nec ad rationem contritionis. Cōtra hunc modum stat ratio: quia gradualis intensio impertinens videtur esse ad hoc, quod pœnitentiā sufficiat ad gratiam. Nam aut illa pœnitentiā habetur propter Deum summē dilectum efficaciter, aut non. Si primum: in quo cunque gradu habeatur, siue intenso, siue remisso, sufficit ad gratiam, vt ex dictis patet. Si secundū: in nullo gradu quantūlibet intenso sufficit ad gratiam, ex quo sine dilectione summa ipsius Dei, nemo valeat gratiam consequi, vt supra probauimus.

Præterea, quod id ad mētem Doctoris Sancti dictum non sit, apparet. Quia si penes maiorem aut minorem intensiōem differant attritio, & contritio, nil igitur obstat, quo min⁹ attritio per sui intensiōem fieret contritio: cum tamen Thom. dicat supra, id esse nō posse, cum specie differant secundum eum hi duo actus. Cum ergo ibidem loquitur Thom. de paruitate, aut magnitudine displicentiæ, nō de his loquitur absolutē & in se, sed respectiue, ita scilicet, quod displicentiā de peccatis debet esse magna per cōparatiōem ad alia, q̄ nobis displicent, vt per eius exempla patet.

Secundus modus ait attritionem, & contritionem differre ex parte finis: quia scilicet cōtritio est displicentiā de commissis propter Deum summē dilectum: attritio verò est de commissis displicere ob aliū finem, scilicet, vel timore pœnæ, vel amore honesti. Et secundum hoc, ait Gabriel, quod attritio non potest fieri contritio, hac motus ratione: Quia quando attritio fit cōtritio, vel variatur circūstantia finis, vel non. Si secundū: igitur sicut actus volūtatis prius

erat attritio, ita & post erit attritio. Si primum: igitur variatur obiectum voluntatis: & per consequens variatur actus voluntatis, & ita non est idem actus numero, qui prius erat attritio, & postea est contritio.

Contra hunc modū stat ratio: quia præsupponit quod oīs actus elicited volūtatis habet pro obiecto omnes suas circūstantias: & ita variata circūstantia, variatur obiectum, & per cōsequens variatur actus ipse. Hoc autē præsuppositum videtur falsum: nam stat intentionem & electionem esse actus voluntatis diuersos numero, quorū primus tendit in finem, & secundus in medium ad finem illum ordinatum. Vnde Aristot. ait, accidere sæpe intentionem esse rectā, electione existente vitiosa. Sicut etiā stat fruitionem & usum voluntatis esse diuersos actus, quod in patria ita esse manifestum est: nam fruitio patriæ semper manet eadem, vsus autem nō ita. Vnde patet quod sæpe datur electio ex intentione causaliter procedens, quæ non habet pro obiecto finē ipsum, in quem tendit intentio.

Quo dato, apertū est hunc modū secundū deficere in eo, quod ait, attritionē nō posse fieri cōtritioem. Nam data displicentiā de commissis ob finem conuenientem, seu licitum, citra tamen Deum potest illa cōtinuari, superueniente Dei dilectione: quādoquidem non repugnat eundem actū successiue in diuersos fines dirigi, siue de exteriori actu loquamur, siue de interiore. Propter id enim quod actui accidit, non oportet ipsius actus substantiam destrui: accidit autem displicentiæ de commissis, quod fit, aut non fit in Deum relata, ac proinde de non relata in Deum, potest fieri relata: & ita de attritione fiet contritio.

Tertius modus est, quod attritio, & contritio differunt ex parte obiecti, sic scilicet quod contritio fit de omnibus commissis displicere: attritio verò fit de quibusdam, sed non de omnibus displicere, manente in voluntate complacentia de aliquo peccato, aut proposito ab aliquo tali non recedendi. Et tunc consequenter dicunt attritionem non posse fieri contritionem, cum specie, aut saltem numero huiusmodi actus differant ratione diuersitatis obiectorum. Ad id mouentur, quia attritio est fractio non integra: contritio verò est integra in minutissimas partes diuisio, seu fractio: quod eo modo, quo dixi, verificant.

Hoc tamen contra cōmunem doctorum sententiam,

A sententiam dictum esse constat in eo, quod omnes tenent, attritionem actum esse bonū quanuis ad gratiam insufficientem: actus autem, quem hi attritionem dicunt, includit iniquam complacentiam, aut iniquum mentis propositum, vt patet.

Dicendum igitur, cōmunē sententiam sequēdo, q̄ in hoc differūt attritio & cōtritio, q̄ cōtritio est vltima, & sufficiens dispositio ad gratiā, nec sine gratia esse potest, vt ait Tho. & Sco. & Richard. & ceteri. Attritio verò est insufficientis ad gratiā dispositio, & informis esse potest. Hæc igitur sufficiētia vel insufficientia est, quæ facit huiusmodi actus differre, idq̄; quātum ad rationem contritionis & attritionis, seu quātum ad nomen. Quæ autem sit pœnitentiā in re quæ ad gratiam sufficit, & quæ non, satis superius declaratum esse puto: illa enim pœnitentiā, quæ propter Deum summē dilectum habetur, est quæ ad gratiam sufficit: quæ autem sine huiusmodi Dei dilectione est, non ita sufficit: & ita illa prima est dicenda contritio, secunda verò attritio. Inde sequitur impertinentem esse pœnitentiæ huiusmodi intensiōem gradualem, aut eiusdem per tempus cōtinuationem, ad hoc quod sit, vel non sit contritio. Nec placet in præsentī Caietani sententiā dicentis: Possit contritionem esse informē ad tempus. & mouetur ad id dicendū ex hac ratione, quia si contritio sine charitate esse non posset, sequeretur q̄ posset nobis esse euidentis in via, nos charitatem habere (loquor de charitate infusa.) probat: Quia nobis euidentis est, nos dolere de commissis propter Deum summē à nobis dilectū cum proposito efficaci postmodum semper à peccatis abstinendi, & hoc est in re verè conteri: igitur euidentis esse potest nobis, nos verè esse contritos, & per consequens, nos esse in charitate infusa.

B quod sit, vel non sit contritio. Nec placet in præsentī Caietani sententiā dicentis: Possit contritionem esse informē ad tempus. & mouetur ad id dicendū ex hac ratione, quia si contritio sine charitate esse non posset, sequeretur q̄ posset nobis esse euidentis in via, nos charitatem habere (loquor de charitate infusa.) probat: Quia nobis euidentis est, nos dolere de commissis propter Deum summē à nobis dilectū cum proposito efficaci postmodum semper à peccatis abstinendi, & hoc est in re verè conteri: igitur euidentis esse potest nobis, nos verè esse contritos, & per consequens, nos esse in charitate infusa. Verū hæc ratio nil probat aliud, nisi talem nos habere cognitionem de hoc quod est, nos in charitate esse, qualem cognitionem habemus de hoc quod vera contritio sufficit ad habendam charitatem. De huiusmodi autem sufficientia, non euidentia, imò nec fidem reuelatam habemus: sed opinionem, aut humanam fidem in ratione, & testimonijs scripturæ fundatam, sed non inde euidenter deductam: nullo igitur modo sequitur, quod Caietanus infert, nec verum esse puto quod ait, scilicet huiusmodi contritionem in re habitam, posse esse informem, & de informi posse fieri formatā, nisi cum

opinione Sco. de necessitate cōtinuandi per tempus aliquod ipsam pœnitentiā, si prodesset ad gratiam, consentiat: quæ tamen supra est improbata.

Corollarie sequit q̄ implicat non variata lege attritionē eandē numero fieri cōtritioem, supposita præfata differētia, q̄. s. in sufficientia, vel in insufficientia ad gratiā cōsistat: nā actus voluntatis, qui semel est insufficientis ad gratiam, stante eadē lege, nō potest esse sufficiens: si em̄ semel esset sufficiens, semper secundū eandē legē esset sufficiens, vt constat. Si obijcias de pœnitentiā prius habita, & nō propter Deū, quæ postea cōtinuetur, & in Deū referatur, eadē numero manens prius erat attritio, vt constat: postea verò fit cōtritio, ex quo sic relata iam sufficit ad gratiā. Respondeo: Prius erat attritio, fateor: postea verò, cum referri in Deum incipit, est contritio, id nego. Quia si homo ille postea gratiā assequitur, nō vi solius displicentiæ datæ eā assequit, sed virtute dilectionis Dei de nouo aduenietis: ideo illa eadē displicentiā, quæ prius ad gratiam non sufficiebat, etiā postea non est sufficiens sola: sed cum dilectione superueniente. Hoc dixerim supposito quod sufficientia ad gratiā sit de ratione seu cōnotatione contritionis: secus tamen si sufficientia huiusmodi esset à significatione nominis extranea.

Idem etiā corollarium verū est, loquendo de attritione q̄ in re ipsa specie differt à contritione: vt si qs, cū pœnitet de commissis inefficaciter, tū proponit postea abstinere per quādā velleitatē: aut si de commissis pœnitet, cū proposito postea à peccato nō recedendi: tales attritiones insufficientes constat eadē numero nō posse cōtritioem fieri, cū res de specie in specie transire non possit.

Sequitur insuper quid de dicto Lutheri tenendum sit, q̄n ait, neminē posse certū esse de seipso an verè cōtritit sit. quod dictū ipse verificat hac ratione: Quia nemo potest de se certus esse q̄ de oibus & singulis peccatis suis pœnituerit, aut pœniteat, cū nemo certò sciat, quot numero peccata comiserit: iuxta id quod scriptū est, delicta quis intelligit? Vbi contritionē ipse accipit pro pœnitentiā de omnibus & singulis peccatis ab homine commissis. Nos tamen nomē ipsum contritionis distinguētes dicimus, si de ratione formali contritionis sit sufficientia ad gratiā, ita vt contritio sit dolor de peccatis, ppter Deū, cōnotando q̄ ad gratiā sufficiat, verū est dictum præfatum,

Etum, loquendo de certitudine euidentię, aut fidei: secus de certitudine morali, aut probabilis coniecturę. Si tamen contritio de suo formali, prædictam sufficientiam non importet, sed dolorem de commissis propter Deum super omnia dilectum cum proposito efficaci postmodum à peccatis abstinendi: falsum est dictum Lutheri: imò stat hominem certum esse certitudine euidentię, se contritum esse, vt satis de se constat.

Quæstio sexta.



Einde solet queri quoniam sit peccatori necessaria agenda penitentia: & occurrit prima dubitatio, an quod primum potest de commissis penitentiam agere, teneatur ad id? Pro parte affirmatiua arguitur: Primum, ex dicto communi, qui se periculo peccandi exponit, peccat: iuxta illud Ecclesiast. 3. Qui amat periculum peribit in illo. talis est quem non poenitet commissi quod primum potest ob periculum in aliud peccatum cadendi: iuxta illud Gregorij: Peccatum, quod per penitentiam non diluitur, mox suo pondere in aliud trahit.

Secundo ex eo, quod habetur Eccl. 5. Ne differas conuerti ad Deum, nec differas de die in diem: nam cito venit ira Dei, & sumit vindictam. Tertio facit quod dictum est ad angelum Ephesinum: Age penitentiam: sin autem, veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo. Similis etiam sententia dicta est ad angelum Pergamensem, Apoc. 2. Quarto, homo tenetur non esse Deo inimicus vltimo vltimo tempore, cum id maxime in perniciem hominis ipsius cedat, hoc est in mortem animæ: igitur sicut tenetur homo in Dei inimicitiam non incidere, ita etiam si in eam inciderit, tenetur statim ab ea exire: quoniam quidem non minus noceat animę in Dei inimicitiam incidere, quam in ea permanere, aut econtraria. Confirmat: quia qui laborat morbo, aut vulnere lethali, nisi statim curauerit adhibere remedium, dum potest, ceterum sibi causa mortis existere: iuxta illud Symmachi papæ, Non gradis differentia est, lethum inferas, vel admittas. Mortem enim languentibus videtur infligere, qui hanc, cum potest, non excludit. Et habetur. 83. distinct. Igitur qui potest se à morbo peccati liberare, cum per penitentiam possit, nisi illico id faciat, peccat.

Quinto, si proximo lesionem, aut damnum aliquod intulimus, tenemur cum primum pos-

sumus debitum illi solvere. Quod enim si-
ne termini præfixione debetur, statim soluere oportet, vt iura proclamant: vt in debito pecuniario ex furto contracto exemplariter patet, scilicet quia tenemur illud statim soluere, & restituere: igitur, cum ex peccato contra Deum commissio ortum sit debitum poenitendi, nec sit à Deo terminus aliquis præfixus, sequitur quod obligatio poenitendi currit, vt statim nos poeniteat. Confirmatur hoc: quia si frater habet aliquid aduersus nos, necesse est absque dilatione eius reconciliationem querere, adeo vt nec munus ad altare liceat offerre, priusquam fratri reconciliati fuerimus, vt habetur Matth. 5. igitur à fortiori, cum Deus ob culpam in eum commissam habeat aliquid aduersus nos, tenemur eidem quod primum possumus reconciliari, nec aliter quam per penitentiam. Sexto, si licitum esset penitentiam differre scienter & voluntarie, sequitur quod similiter esset licitum velle homini penitentiam dilationem ad tempus: & ex consequenti esset licitum pro illo tempore velle carere Dei gratia, & amicitia: hoc autem videtur falsum, cum sit contra præceptum negatiuum de non odio prosequendo seipsum. Sicut enim velle proximo quod Dei gratia & amicitia careat, est illud odisse: ita hoc ipsum sibi ipsi velle, est seipsum odisse: odisse autem seipsum aut proximum est contra præceptum negatiuum, quod semper & pro semper obligat: igitur. Et consequentia prima patet. Quia quod nobis licitum est operari, est etiam licitum velle operari: & quod licitum est nobis non facere, similiter licitum est nobis velle non facere.

Si dicatur licitum esse id quod illatum est ad tempus velle nobis aut proximis, nec hoc est proprie nos, aut proximos odisse: quia cum hoc stat quod optemus nobis & proximis finalem & æternam salutem. Contra, si cut optare mortem æternam proximo aut nobis, est verè ad semper illum odisse, & contra charitatem in proximum habendam: ita optare proximo mortem spirituale ad tempus, est illum ad tempus odisse, & contra charitatem in illum habendam: alioquin licitum esset velle proximo quod ad tempus furtum, vel aliud vitium exerceat: nam cum hac volitione simul stat, quod velimus proximo æternam, & finalem salutem.

In oppositum tamen est plurimorum sententia: dixit Caietanus, triplicia esse præcepta, quædam affirmatiua, quibus actus aliqui iubentur: quædam negatiua, quibus actus prohibentur: quædam verò negatiua, quibus

Abus non actus directè, sed permanentia seu perseverantia in aliquo statu prohibet. Exemplum primi, de præcepto quo tenemur conteri, cõteri, elemosynam indigenti dare, & cõtra hæc directè peccatur omittendo actus iustos. Exemplum secundi, de præcepto quo prohibemur mentiri, occidere, furari &c. & cõtra hæc directè peccatur, illos actus prohibitos agendo. Exemplum tertij, de præcepto quo prohibemur alienum detinere, in odio Dei perseverare, aut in peccato alio. Et contra hæc præcepta, vt ait, non peccatur, nisi actus positiuus habeatur, seu committatur, quo homo velit in alieni detentione, aut in alio statu malo perseverare: obligant tamen huiusmodi præcepta tertij generis ad statim, quia tenetur homo non perseverare in malo. Præcepta autem secundi generis obligant ad semper, & pro semper. Præcepta verò primi generis, non pro semper: nec ad statim obligant, sed tempore determinato.

Ad propositum, cum præceptum de conterendo, directè affirmatiuum sit, & includit præceptum negatiuum de vitando odium Dei, seu de in eodem non perseverando, concludit, quod præceptum de conterendo, quatenus affirmatiuum est, non ad statim, nec pro semper obligat: sed pro tempore determinato: puta quando quis est in periculo mortis, aut quando, vel suscepturus, vel ministraturus est sacramentum aliquod: iuxta doctrinam Thomæ in. 4. & communem. Attamen ratione præcepti negatiui de cessando ab odio Dei, quod in omni peccato mortali includitur, tenetur peccator ad statim conteri: de nouo tamen non peccabit per solam non contritionem, nisi actum positiuum eliciat, quo velit in tali statu odij Dei permanere. In qua opinione vnum est, quod difficultatem facit: quia videtur dicere, quod eo modo tenetur quis statim conteri, vt ab odio Dei cesset, quo modo tenetur quis statim restituere, quod abstulit, vt à peccato de detinendo alienum desistat, in quo inuit non peccare furem de nouo, si non statim restituat ablatum: sicut nec si non statim de commissis doleat, excepto, nisi actu positiuo velit rem alienam, aut odium Dei detinere. Contra, videtur ratio de eo, qui cum alienum restituere potest, non tamen restituit, quod peccat mortaliter: non solum quia abstulit alienum, sed quia postea cum potest non restituit. Tum, quia non minus damnificamus proximum, si rem illius eo inuito nobis ipsis retinemus, quam

si eandem illi auferamus, vt constat. Igitur C sicut auferre alicui, quod suum est, est peccatum: ita & detinere, similiter erit peccatum, etiam si non eliciatur actus positiuus, quo velimus alienum detinere. Tum etiam, quia illud, per quod homo præstat impedimentum remissioni peccatorum, & gratiæ, est peccatum, tale est alienum non restituere: iuxta dictum Augustini, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et procedit hoc etiam, si post rem ablatam, voluntas se habeat neutraliter, vt scilicet, nec velit, nec nolit positiuè alienum restituere cum possit. Si dicas non esse peccatum nouum, non restituere, secluso nouo actu voluntatis restituere nolentis, sed antiquum, & continuatum, parum id ad rem attinet, si dicendum sit nouum peccatum, an antiquum, inodo id concedatur. Si rei alienæ detentorẽ domino inuito, hoc ipso pœna æterna fore puniendum, vltra pœnam, quam ob eiusdem rei iniustam obligationem meruerat. Et quod id ita sit, aperte patet: quia præsupposita iniusta rei alienæ acceptatione, stat quod postea per solam non restitutionem eiusdem rei, homo qui eam detinet, charitatẽ præhabitam amittat, quod sine peccato, etiam nouo fieri non potest. Vt si huiusmodi detentor de commissio sufficenter contritus, proponat efficaciter rem suo domino restituere, iam est in gratia: deinde in executione ipsa à proposito retrocedat, etiã negatiue omni actu voluntatis secluso, sed voluntate neutraliter se habente, & de restitutione notabiliter titubante, seu vacillante: tunc enim non dubium, eum charitatẽ præhabitam amittere, per solam non restitutionem sine actu voluntatis positiuo, & erit nouum peccatum numero: nec curo, an specie ab antiquo differat, an non.

Secundo, videtur deficere in eo, quod ait, præceptum de cõterendo obligare ad statim, ratione præcepti negatiui de non retinendo odium Dei, in quod ex peccato mortali incurritur. Nam quæro de quo odio Dei sit hoc intelligendum, vel de odio Dei, quo Deus odit peccatorem: & vitare illud, seu illud non retinere, non cadit sub præcepto immediatè, & directè: quandoquidem nil nobis præcipi potest, nisi quod in nostra potestate situm est, quale est aliquid agere, aut non agere, siue actus elicitus voluntatis sit, siue imperatus: Deum autem odio nos habere, nec actus noster est elicitus nec imperatus, nec in nostra potestate immediatè existens, vt patet. Si verò sit hoc de odio, quo

C Deum

E Deum odimus intelligendum, quæro, vel intelligendū est de odio Dei actuali, vel habituali: si de actuali, esto quod ita sit, quod præcepto negatiuo tenemur, nunquā Deum odio actualiter habere: huic præcepto satisfacit peccator, si post peccatum commissum, non actu doleat, nec de illo conteratur, modò Deum actu non odio habeat, vt constat: igitur falsum est, quòd ratione huiusmodi præcepti negatiui, de non odiendo Deū actu teneatur peccator post peccatum statim conteri. Si autem de odio Dei habituali intelligatur, tunc falsum est, esse præceptum tale negatiuum, quo teneamur, Deum non odire habitualiter: nam habitus non sunt in nostra potestate secundum se, nisi ratione actuum, dicente Aristoteli. Actuum domini sumus à principio ad finē, nō ita habituū. Falsum igitur est, quòd præceptū de cōterendo obligat ad statim ratione præcepti negatiui in eodem inclusi, quo tenemur, nō retinere odiū Dei.

Dicendum igitur ad quæstionē, quod peccator non tenet cōteri, aut pœnitere de commissio statim, seu quod primū potest, etiā si peccatū dimissum non sit. Tum quia præceptū de pœnitentia est affirmatiuum, affirmatiua autē nō obligāt, nisi tēpore determinato, vt est omnium doctorū consensus: & patet exemplariter de præcepto de confitendo, ad quod non tenetur homo statim, & de præcepto de baptismo suscipiēdo, ad quod non tenetur homo quod primū potest: cum in primitiua ecclesia tempus baptismi fuerit determinatū, puta in Paschate, & Pentecoste: extra quæ tēpora baptizari quēquā absq; necessitate non permittebatur: de consecra. distin. 4. Ad hunc modū de alijs. Tunc etiam, quia non obligamur ad statim reducere proximū post lapsum, quin possim⁹ maiore opportunitate expectare, vt Augusti. tradit. 1. de Ciui. Dei. c. 10. Ergo nec tenemur nosmetipsos statim ad gratiam reducere, cōsequētia patet, cū teneamur proximis, sicut nos ipsos ex charitate diligere. Tum etiam, quia aliās peccator, qui quod primū potest, non pœnitet, infinites peccaret, pñiam differēdo, cū in omni tēpore dilationis infinita sint partialia tempora, in quibus possit pœnitere. Deniq; cū nec authoritate, nec ratione cōuincēte doceri possit, peccatorē sub pœna noui peccati teneri, ad statim conteri, seu pœnitentiam agere, volūtariē videt id esse dictum. Quod autem illud certò doceri, seu cōcludi nō possit, patet soluendo rationes supra in oppositum factas.

Ad primum, quādo arguit esse necessariū statim pœnitere ob periculū in aliud peccatū incidēdi, dicēdum, illud procedere, vbi tale periculū esset pbabile, & verisimiliter euenturū, quod ipse homo non posset, si vellet facile euitare: modò autem quis homo pñiam differēdo, in aliud peccatū possit cadere, non tñ erit casus ille talis, quē non possit, si velit, facile euitare, tūc quādo cadet. Secūdo dico Gregoriū procedere de peccatore, qui diu à Deo expectatus, vt pœniteat, cōtemnit pœnitentiam, vt videri potest Homilia. II. super illud Ezechiel. 33. si conuersus iustus fecerit iniquitatem. Vbi quæstione mota, cur Deus omnipotens offendiculum ponit ei, quem cecidisse iam conspiciat, inquit: Distincta sunt omnipotentis Dei iudicia, qui peccatorem diu expectat, vt redeat: non redeunti, & cōtemnenti, offendiculum ponit adhuc, vbi grauius impingat. Et sequitur, peccatum quippe, quod per pœnitentiā non diluitur &c. Vnde constat, quòd loquitur contra peccatorem, qui diu expectatus, pœnitere contēnit: talem enim Deus aliquando deserit in peccato putrescere, vnde fit, vt in aliud peccatū cadat. Sic etiā Hieronymus exponit illud Prophetæ, Psal. 37. Putruerūt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. i. qui pñiam facere cōtemnebat. Modò autē stat peccatorē differre pœnitentiam ad tempus absq; hoc, quòd pœnitentiā contēminat diu expectatus: nec etiam Deus tam seuerus est aduersus eum, qui parum pœnitentiam differt ob causam aliquam non iniquam, vt illum omninò destituat: sicut contra eum, qui diu expectatus pœnitere non vult.

Ad secundum ex Ecclesiast. 5. dicēdum, quòd illud dictū, non est verbum necessitatis, sed potius utilitatis, & consilij: tunc maximè, quādo periculum mortis non imminet probabiliter: quis enim dies mortis omninò incertus sit, non tamen inde semper est probabile, mortem subitò, seu illicò euenturam: vt si nullus sit morbus, nec pestis, nec bellum, nec inimicitia, nec aliud verisimile periculum. Quod autem ait: nam citò venit ira Dei, & sumet vindictam, li, citò, non subitanam, statimq; venturam mortem, sed breuitatem humanæ vitæ, finisq; eius incertitudinem significat: ideo consulit sapiens, ne de die in diem pœnitentiam differamus: & hoc est, quòd Christus admonet in euangelio, Estote parati, quia nescitis diem & horam &c.

Ad

A Ad tertium ex Apoc. 1. dici posset, quod illi episcopi, in quos diuina tendebat comminatio, tenebatur statim cōminatione audita pœnitere: quia illis speciale de hoc tradebatur præceptum cōminatoriū, quibus Christus ecclesiam suam specialiter cōmiserat: nec inde sumitur argumentum, quòd similiter, quicumque peccator sub nouo peccato teneatur ad statim cōteri, seu pœnitere. Secūdo dici potest iuxta prædicta, quòd quantūcunque tardè veniat homini mors, & diuina ultio, quæ peccatoribus expectatis, & denique non pœnitentibus post mortem parata est, dicitur satis citò venire: tum quia apud Deum mille anni sunt, sicut vna dies: tum etiā, quia breuis est vita hominis, & sicut scœnū, & ventus, & flos agri velociter transit, vt lamentatur Iob, & canit Psalmista. Sed in hac vitæ breuitate datur peccatori tempus ad pœnitendum, si cut & ad confitendum, sicut & ad baptismū suscipiendum, quem ad salutem hominis constat necessarium esse, sicut & ipsa cordis pœnitentia.

Ad quartum, de inimicitia Dei vitanda dicendum, quod ita est, quòd tenetur homo nunquā fieri Deo inimicus actu offendēdo illum: non tamen inde sequitur, quòd postquā quis factus est Deo inimicus, statim tenetur amicitiam eius procurare, nisi tempus necessitatis vrgeat, puta si homo sit in periculo mortis, aut velit sacramēta recipere, vel ministrare: aut in alio casu, quo teneatur homo se ad gratiam disponere. Et quando arguitur: nō minus est in perniciem salutis spiritualis, in Dei inimicitia pseuerare, quā in Dei inimicitiam incidere: dicendum, id esse falsum, nisi velit homo semper in tali inimicitia permanere. Tunc enim huiusmodi perseuerantia mortale peccatum est, & contra salutem animæ, sicut in Dei inimicitiam per offensam incidere: permanere tamen in Dei inimicitia, seu in peccato secundū reatum tantū, idque ad breue tempus, quousque necessitas vrgeat, nullum est animæ periculum nouum, vt ex dictis apparet. Ad confirmationem de eo, qui morbo aliquo laborat, quod tenetur statim remedium adhibere: verum est, quando ex dilatione verisimiliter timeatur mors euentura, aut aliud notabile dānū cui postea occurri non possit: secus tamen si ex aliqua dilatione, nullū tale periculū probabile timeatur. In casu autem præsentis homo per peccatum commissum iam mortuus

est, & ideo si nullum est periculum in differendo suscitationem à morte, non est necessarium, statim suscitari. Sicut si medicus haberet potestatem suscitandi hominem iam mortuum, non tenetur statim eum suscitare, cū ex dilata suscitatione nullum imminet periculū &c. Sicut nec tenemur delinquentem fratrem statim corrigere, sed differre possumus, quando ex dilatione nullū timeatur periculū.

Ad quintum, de debito statim soluedo: Procedit illud dictū iuris de debitis realibus, ex delicto contractis: non de gratuitis, cuius discrimen est. Quia si aliquid fratri debem⁹, quod, scilicet vi, vel iniuria, aut dolo aliquo eidē surripimus, aut eum iniuste damnificauimus, illo inuito fecimus: & ideo quod diu rem sibi debitam, eo inuito detinem⁹, peccamus actu, nō reddendo, cū possumus: quia semper sumus in mora. In gratuitis autē debitis, qualia sunt, quæ ex mutuo deposito, aut commodato nascuntur: non ita domino inuito rem eius retinemus: ideo talia debita non tenemur statim reddere, quousque creditor ipse petat, aut terminus præfixus adueniat. Modò autē, quanuis ex offensa contra Deū commissa mansimus Deo debitores, & de offensa tenemur eidem per pœnitentiam satifacere: non tamen ad id tenemur, antequā ipse exigat: quia pœnitentiam pro offensa, non ex natura illi debemus, vt supra dixi, sed quia ipse eam exigit: ideo non est necessarium eam reddere, nisi quādo ipse exigit: ipse autem dominus non eam ad statim exigit, cū tempus ad pœnitendum nobis pro sua benignitate largiri dignetur.

Ad confirmationem de reconciliatione cum proximo dicendum, quòd nō inde colligitur, quod statim quòd proximum offendimus, tenemur eum adire & eidem reconciliari: sed quòd non prius munus ad altare offeramus, quā proximo reconciliemur, si scilicet, volumus nostram oblationē Deo gratam esse, vt illic dicit glos. Alioquin nil obstat, quo minus possimus præcepta aliqua in peccato existētes adimplere, absque hoc, quòd de nouo peccemus: nō tñ erit meritoria adimpletio. Ita igitur, si volum⁹ Deo esse statim grati, & eidem accepti, opus est, vt statim eidem recōciliemur: non tamen id absolutè est sub pœna peccati necessarium.

Ad sextū, in quo queritur, an sicut licitum est pœnitentiā differre, sit etiā licitum actu positio, velle eam differre, &

C 2 actu

E actu positio nolle ad tempus aliquod pœnitere. Respondeo non esse dubium, quin id licitum sit. Quia ille actus, si esset illicitus, aut id esset ratione obiecti, aut alicuius malæ circumstantiæ, aut ratione præcepti, huiusmodi actum prohibentis: sed nullum ex his videtur. Ratione quidem obiecti, non est illicitus: quia obiectum est in felicitum. s. non pœnitere ad tempus, seu pœnitentiam ad tempus differre. Ratione etiam circumstantiæ deprauantis, non est illicitus: quia omnem talem ego secludo. Ratione etiam præcepti, non est illicitus: quia non dabitur tale præceptum, quo præfatus actus prohibeatur. Nam pono, quod talis actus habeatur eo tempore, pro quo non tenetur homo actu pœnitere: tunc enim, nec præceptum affirmatiuum, nec negatiuum, obligat hominem, nè pro tunc actum illum habeat. Confirmatur hoc: quia pro illo tempore, quo licitum est confessioem, aut baptismum, aut Eucharistiã, aut elemosynam differre, licitum etiam est actu positio velle pro tunc illa omnia differre vsque ad tempus necessitatis: igitur etiam pro illo tempore, quo non tenemur actu pœnitere, licitum erit actu positio, nolle pro tunc pœnitere.

Sed contra obijciunt aliquis, præceptum affirmatiuum includit negatiuum, quo pro semper prohibetur actus oppositus ei, qui præcipitur: cum ergo sit præceptum affirmatiuum de pœnitendo pro aliquo tempore, & actui pœnitentiæ opponitur volitio non pœnitendi, seu pœnitentiam differendi, ex quo impossibilia sunt hæc duo, scilicet pœnitere actu, & velle pœnitentiam differre, ut constat: sequitur, quod ista voluntas non pœnitendi, seu pœnitentiam ad tempus differendi, est semper illicita. Respondeo, quod ratio procedit de actu, qui directè contraria actui præcepto, quales sunt actus in idem obiectum, contrario modo tendentes, ut diligere, & odio habere: placere, & displicere: nolle, & velle, respectu eiusdem obiecti. Sic enim si Dei dilectio, pro aliquando præcepta est, odium eiusdem Dei pro semper prohibetur. Si dolere de peccato commissio, pro aliquando iustum est, complacere de eodem commissio, pro semper illicitum est: ad hunc modum de alijs. Modò autem hic actus, qui est velle ad tempus, necessariam pœnitentiam, aut confessioem, aut baptismum differre, non directè contrariatur actui cadenti sub præcepto, qui est dolere de commissis, confiteri, & baptizari, ut de se constat. Aliud enim est,

nolle nunc de commissis dolere, aliud verò est de commissis, nunc complacere: hoc secundum est semper illicitum, non primum nisi pro eo tempore, quo necessarium est pœnitere. Sicut patet etiam per aliud exemplum: diligere Deum cadit sub præcepto pro certo tempore, & tamen extra illud tempus licitum est nolle Deum diligere extra illud tempus: imò simul stat, quod quis actu diligit nunc Deum: & quod habeat voluntatem pro crastina, non actu Deum diligendi. Si contra hoc obijcias, quod nunquam licitum sit, nolle diligere Deum, sicut nec odire, quia omnis actus, qui repugnat charitati est illicitus, & peccatum mortale: talis est actus hic, quo nolo nunc Deum diligere. Probat, quia actus qui repugnat actui charitatis, repugnat & ipsi charitati: sed nolle nunc diligere Deum, repugnat dilectioni Dei, ut patet. Respondeo, minor est falsa, scilicet quod hic actus, quo nolo nunc diligere Deum repugnat charitati infusæ: nec sequitur, repugnat actui charitatis, huic scilicet, quo actu Deum diligo: igitur repugnat ipsi charitati, quia charitati non repugnat nisi inobediencia mandatorum. Modò autem hæc bene se compatiuntur, propono Deo obedire, & eius mandata tempore debito per omnia custodire: cum hoc tamen nolo nunc actum diligendi Deum, aut proximum elicere, ex quo pro nunc, nullum mandatum me ad actu diligendum obligat.

Sed demus licitum esse actu velle pœnitentiam differre, seu nolle vsque ad tempus vrgens pœnitere, cum in tali tempore necesse sit hominem in peccato permanere, & in Dei indignatione, & in morte animæ per carentiam gratiæ, & charitatis, an sit etiã licitum actu positio, hæc omnia pro tunc velle, cum ea velle, videatur ad odium sui ipsius pertinere. Et an hæc omnia sit similiter licitum velle proximo absque hoc, quod eum odisse dicamur: Respondeo, posset dupliciter dici, primò quod illa, quæ illa sunt, non est licitum actu velle, cum contra charitatem sui ad tempus esse videatur: & consequentia illa, in qua se fundat ratio dubij præsentis non valet: scilicet, vult homo licitè antecedens bonæ consequentiæ, igitur ex consequenti, vult ipsum consequens. Nam sæpe accidit, me scire consequentiam esse bonam, & velle antecedens: cuius tamen consequens non ita volo. Scio enim valere hanc, si perseueraueram in amore foemine, æternaliter damnabor, & tamen stat, me velle antecedens non volendo consequens. Scio etiam valere

A valere hanc, si defendero me ab inuafore, occidam illum, cum non habeam defensiuum, nisi lethale: & tamen volo antecedens, & non inde volo consequens, nec licitum est ipsum velle, ex multorum sententia. Valebat etiam hæc, si Christus est redempturus mundum, est à Iudæis occidendus: cuius tamen antecedens poterant homines licitè velle, non ita consequens, & ad hunc modum de alijs. Ita igitur in præfenti, scio hanc consequentiam bonam esse, differam pœnitentiam vsque ad quatuor dies: igitur interim ero in peccato mortali, in Dei inimicitia, & indignatione, in morte spirituali sine charitate: & tamen stat, me velle antecedens, absque hoc, quod velim consequens. Quod si verum est dictum, scilicet, qui vult efficaciter antecedens bonæ consequentiæ, ex consequenti vult ipsum consequens: procedit, & verum est, quado ipsum consequens est mediū necessarium ordinatum, ad consequendum antecedens: ut qui vult antecedens hoc, scilicet se finaliter saluari, ex consequenti vult sacramenta necessaria fidei suscipere, & alia Dei mandata feruare. Secus quado consequens non sic est de fe ordinatum ad antecedens, quemadmodum aperte patet in hac consequentiâ, pœnitentem peccasse, ergo peccavi: quã scio bonam esse, & tamen volo antecedens, consequens autem non volo. Posset secundò dici, quod ea quæ illata sunt ex dilatiõe pniæ, potest homo licitè, velle. s. carere gratia, & esse in morte animæ, & in Dei inimicitia: nõ quidè absolutè, sed ex suppositione: supposito, scilicet, quod ad tempus velit pniam differre, & quia per peccatum meruit in illa mala incidere, quod iustum est ipsum peccatorem pati, nec hoc est se ipsum odisse: sed se humiliter diuini ultioni subijcere, quã scit se per offensam commissam meruisse: odisset autem se, si proponeret nunquam pœnitere, sed de hoc alibi in tractatu de confessione, ubi similis quæstio proposita est.

Est itaq; resolutio, quod perseuerare in peccato secundum reatum per tempus aliquod, pro quo non tenetur quis se ad gratiã disponere, non est peccatum nouum, nec per hoc mereat homo æternam pœnam, nec augmentum eius. Tunc enim voluntate existente neutra, nec peccat homo commissiuè, nec ommissiuè, cum pro tunc nullum actum positiuum eliciat, nec elicere tenetur: & per consequens non tenetur homo sub pœnã noui peccati, vel augmenti eiusdem, statim pœnitere de commissio, sed potest licitè actu positio velle differre pœnitentiam vsque ad tem-

pus vrgens, cum quo stat propositum verum debito tempore pœnitendi. Vnde sequitur esse dabilem actum voluntatis deliberatum licitum quidem, qui tamen meritorius esse non potest: patet de actu, quo positio non vult homo tali tempore pœnitere: patet de actu, quo positio non vult homo Deum diligere pro eo tempore, quo diligere non tenetur. Nam tales actus repugnant dilectioni Dei, ideo in Deum referri nõ possunt, & ita nec meritorij esse. Sicut stat dare actum licitum, qui bonus moraliter esse nõ potest, patet de actu, quo quis pro eo tempore, quo non tenetur actum aliquem elicere, nolit positio amorem honesti elicere, qui actus repugnat amori honesti: & ita in honestum referri non potest, ac proinde, nec esse bonus moraliter. Ad hunc modum possent alia inferri, quæ parum aspicientibus dura esse videbuntur, de his hæcenus &c.

Alia occurrit dubitatio, an post primam de commissis contritionem sit necessarium postea, quoties peccata memoriæ occurrerint, de eisdem pœnitere. Dixerunt aliqui, quod sic, si practicè peccata memoriæ occurrant: quod fit quado aduertit homo se Deum per illa peccata offendisse: & pro his facit ratio. Quia peccatis memoriæ occurrentibus, ut homo complacet in illis, vel displicet, vel nullum actum elicit: sed neutraliter se habet: si complacet, peccat, & de nõuo Deum offendit: si neutraliter se habet, videtur Deum negligere, quem non offendere, sed summe diligere, & reuereri, atque timere deberet: restat ergo, ut de sic occurrentibus displicere debeat.

Præterea, pro eisdem videtur facere August. libr. de vnica pœnitentia: & habetur de pœnitentia, distin. 3. cap. Pœnitentia est quædam &c. Vbi ait: Quotidie dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dilectionis virtus. Et infra: pœnitere enim est pœnam tenere, ut semper puniat in se vliscendo, quod commisit peccando. Et infra: pœnitentia enim est vindicta semper puniens in se, quod dolet commississe: ubi dolor finitur, deficit pœnitentia: si vero pœnitentia finitur, quid relinquatur venia? Ex quibus apparet, pœnitentiam nunquam esse finiendam, sed quotidie frequentandã, etiam si semel quis de peccatis fuerit contritus. Pro quo etiam videtur facere Isidorus, libr. 2. de summo bono: dicens, Propitiatio Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est: & per consequens, quoties peccata me-

E moriæ occurrunt, dolendum est. Quibus non obstantibus, videtur opposita conclusio tenenda. Et probatur: quia post habitam primam contritionem, non videtur necessaria iterata contritio: quia, vel esset necessaria ad obtinendam remissionem culpæ commissæ & pœnæ æternæ: vel ad remissionem pœnæ temporalis residuæ, in quam per contritionem fuerat æterna commutata: vel ad satisfaciendum præcepto de pœnitendo. Non primū: quia per primam cōtritionem obtenta fuit gratia, & remissio peccatorum, quo ad culpam, & pœnam æternam, vt suppono alibi probatum. Nec est dicendum secundum: quia illa pœna temporalis potest absq; reiteratione cōtritionis totaliter aboleri, scilicet per primam contritionem vehementem seu superabundantem, & per feruorem charitatis, aut per sumptionem sacramentorum, aut per alia opera meritoria: aut denique poterit talis pœna solui in purgatorio, & vsque ad id tempus eius solutio referuari. Igitur ad finem obtinendi remissionē illius pœnæ temporalis, non est necessaria iterata contritio: sed nec est necessaria ratione præcepti: quia licet sit præceptum de pœnitendo, non tamen reperitur præceptum de iteratō pœnitēdo, & multo minus de pœnitēdo toties, quoties peccata commissā memoriæ occurrunt. Adde, quod ex auctoritatibus scripture, non ad aliud videtur sub necessitate tradita pœnitentia, nisi ad consequendam remissionem, iuxta illud Petri in Actibus: Pœnitementi, vt deleantur peccata vestra. Cū ergo per primam contritionem fuerint deleta, videtur quod non ampliùs ad illū finem sit necessaria iterata pœnitentia. Cōfirmatur: quia sicut iussa est pœnitentia ad finem consequēdi peccatorum remissionē, ita iussa est confessio sacramentalis ad eundem finem, vt suppono: sed peccator satisfacit præcepto de confitendo per primam confessionem legitimè factam, ita vt iterata confessio eorundem peccatorum necessaria non sit: Igitur similiter satisfacit præcepto de pœnitendo per primam contritionē, ita vt iterata contritio necessaria non sit.

Ad idem facit, quia nō minus tenemur Deum diligere, quā de offensis in Deum commissis pœnitere: sed ad diligendum Deū toties, quoties Deus memoriæ nostræ occurrit minimè tenemur, cū huiusmodi præceptum charitatis habeat sua tempora, pro quibus ad actū obligat: igitur nec tenemur de cōmissis pœnitere, quoties me-

moriæ occurrunt. Et procedit hæc conclusio, quando certum, vel probabile est, peccata esse per primam contritionem condonata. Quod si hoc certum aut probabile nō sit, sed dubium: stante dubio, necesse est contritionem iterare ob periculum decedendi sine venia. Quemadmodum si talē quis habeat conscientiam, qua putet sibi necessariū esse frequenter pœnitendum: tenebitur ratione conscientia, & si erronea sit, iuxta eā agere: qui enim contra conscientiam agit, ædificat ad gehennam.

Iam respondendum est ad rationes supra factas. Ad primum dicendum, quod peccator poterit in casu neutrā habere voluntatem pro illo tempore, quo præceptum affirmatiuū eum nō obligat ad actū. Nec inde fit, vt contēnat, aut negligat Deū: sicut nō cōtēnit homo Deum, quando actum nō diligit extra tēpus, quo alioqui tene retur diligere. Nec ideo quis consilia euangelica cōtēnere dicitur, quia neutraliter se habet, puta nullum circa eorum obseruatiam actum eliciēdo, quo velit, aut nolit ea obseruare: sicut nec Eucharistiam dicitur quis cōtemnere, quia cū de ea recordatur, non elicit actum, quo vult eam suscipere. Nec reum se quis facit, cū in huiusmodi neutraliter se habet, loquor extra casum necessitatis.

Ad secundum, dicendū, quod illa verba Augustini, non ita accipiēda sunt, vt intelligamus nūq̄ esse à fletu cessandū, aut semper esse actū dolendū. Si enim ita esset, nunq̄ igitur esset homini licitū intellectu à memoria actuali peccatorum diuertere, & alia speculari, aut contemplari, quod est erroneū. Quod ergo ait, pœnitentiā nunq̄ debere finiri: rectè venit intelligendum. Stat enim tripliciter pœnitentiā finiri, scilicet in proposito ipsius pœnitentis, & actu negatiuē, & actu positiuē. Finitur in proposito, quando aliquis pœnitens de commissis, proponit postmodum ad tempus tantū à peccatis abstinere. Finitur pœnitentia actu negatiuē, quando aliquis dolet de commissis cum vero proposito semper à peccatis postmodum abstinendi: & non superueniente proposito contrario, cessat ab actu illo pœnitentiæ, ad aliarū rerum considerationem se diuertens. Finitur tertiō actu positiuē, quando post habitam pœnitentiam de commissis cum proposito à peccatis abstinendi, cessat tale propositum per superuentum contrarij propositi, puta de peccato aliquo cōmittendo:

Tunc

A Tunc dicēdum ad dictū Augustini, quod venit intelligendū, ita quod pœnitentiā nunquam debet finiri in proposito, nec in actu positiuē, per contrarij propositi superuentum: potest tamen licitè finiri actu negatiuē. Si enim in proposito, aut voto finitur, vt explicitum est, nil de venia relinquitur: quia nulla peccata dimittunt illi, qui cū de commissis dolet, ad tempus tantū à peccatis abstinere proponit. Si etiam finitur pœnitentia actu positiuē, nil de venia relinquunt: quia quantum attinet ad excludendum huiusmodi pœnitentem à regno Dei, & in perpetuum carcerem detrudendū, perinde est, ac si nullam veniam fuisset prius per pœnitentiam consequutus.

Adde, quod si necessarium sit semper flere, & semper pœnitere iuxta sanctorum doctrinā citatam: nō intelligendum est id esse necessarium, ad obtinendam gratiam Dei, quæ in momento acquiritur, quā primū scilicet peccator verè de cōmissis pœnitet, vt supra diximus: est tamē in pœnitentia, & fletu, semper perseuerandum, & corde, saltem de commissis dolendum, vt in hoc seculo plenam culpæ, & pœnæ veniam consequamur. Et quis in re accidat, vt eam plenè simus iam consequuti: quia tamen nobis id semper incertum est, ideo si volumus hīc omnino liberari, ob huiusmodi incertitudinem, est nobis semper pœnitendum. Ad quod alludit, quod ex Isidoro citatum est dicente, Dei propitiationem, scilicet perfectam, nobis incertam esse. Pro quo etiam facit, quod dicitur Ecclesiastici. 5. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu &c. Et quanuis de hoc in casu possimus certificari, vt certi sim⁹ nos totaliter à peccatis per baptismum liberari, similiter & per indulgentias plenissimas legitimè concessas: attamen quia semper peccamus saltem venialiter, si volumus hīc omnino liberari, & purgatorium ignem euadere, semper dolendum est. Esto etiam quod peccata non reiterarentur, adhuc esset in hoc statu semper de commissis, etiam si remissa sint, dolendum ob effectum remanentem: quia scilicet tempus in peccatis cōsumptum recuperari non potest. Nam innocentia per peccata priora amissa, recuperari non potest: quia peccata illa de se erāt æternaliter exclusura hominem à gloria, nisi Dei misericordia subuenisset: quia per illa peccata homo ingratum se Deo fecit, & dignum, qui æternaliter cruciaret, nisi Deus Optimus cōdonasset. Itaq;

sicut semper in hoc statu Deus est diligendus: ita semper detestanda sunt peccata per quæ Deum offendimus. Vnde ait Hugo de sancto Victore, quod Deus absolvens hominē à culpa, & pœna æterna, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccati. Nec tamen id ita in rigore accipiat, quod nouum incurrat peccatū, quoties homo actum detestationis non eliciat: satis est habitualiter illa commissā detestari &c.

Aliud etiam occurrit dubiū, an sit necessarium pœnitere de cōmissis in die dominica: dixerunt multi Doctores quod sic. Non enim seruetur præceptum de sanctificatione sabbathi, vt dicunt, nisi de peccatis, saltem in genere, conteramur: & Deum super omnia diligamus: sic sentit Scotus in. 3. Sic Gabriel, sic Angelus de Clauasio: verbo, ferriæ. sic Florētinus parte. 2. titulo. 9. sic Nider in suo Præceptorio, idq; vt ait, de mente Doctoris sancti, & multi alij.

Pro quorū sententiā videtur facere primo institutio ecclesiæ, q̄ instituit, vt in initio Missæ, quæ diebus festiuis est de necessitate audienda, præmittatur generalis confessio: quā facere non solum celebrantibus, sed oibus assistantibus, & astare debentibus conuenit, vt ipsa cōsuetudo demonstrat.

Secundò quia id potissimū intendit Deus, & ecclesia, cū obseruantia sabbathi præcipiūt, quod scilicet homines tunc Deo vacent, & eū colant, & summe diligant: ac proinde qui id non agit tali die, non seruat præceptum vt debet, etiam si ad literam, & sonum verborum illud seruet. Non enim dubium est in legem impingere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. C. de legibus. & in regula iuris, certum est. in. 6.

Tertiò id ipsum de contritione apparet ex Leui. 16. vbi dicitur: Sabbathum requietionis est, affligetis animas vestras. Et. c. 23. de die festo legitur: Affligetis animas vestras in eo, omne opus seruilie non facietis in die hac &c. Et sequit: Omnis anima, quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit de populo. Hanc autem afflictionē animarum, quæ illic sub præcepto tradita est, dicit Origenes, & Lyra, & glossa interlinealis, & alij, esse contritionem seu dolorem de peccatis: nam subiungitur illic pro causa, vt repropitiē vobis Dñs. Et de eadem die festi legit ibidē. c. 16. Ab oibus peccatis vestris mundabimini: quod sine dilectione Dei, & peccatorum pœnitentia fieri non potest.

C 4 Quar

E Quarto pro eadē sententia videtur facere, quod Dñs dixit per Isai. c. 58. Ait enim: Si auerteris à sabbatho pedē tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbathū delicatū, & gloriosum Dñi, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super Dominō, & sustollam te super altitudines terræ: & cibabo te hæreditate Jacob &c. Vbi videtur, quod Dominus non promittit hæreditatem gloriæ nisi his qui sabbatha sic seruauerint, scilicet à peccatis abstinentes, quod est à suis voluntatibus recedere: & Deum glorificando, & eius voluntatem faciēdo, quod est Deum corde colere, & amore obediēciali eundem amare. Pro quo etiā facit, quod ait Isai. c. 1. Odiui & proieci solennitates vestras: quia eas vobis facitis, nō mihi: hoc est, quia in illis vestras voluntates adimpletis, non meam. In quo innuit esse necessarium in diebus festiuis Dei voluntati se conformare corde & opere, quod est illum obediēcialiter diligere: igitur.

His non obstantibus, videt oppositum tenendū, scilicet q̄ non est necessarium, sub pœna peccati mortalis, in diebus festiuis de commissis actu pœnitere, nec Deum actu diligere. Quia, aut hoc esset necessarium iure humano, aut diuino. Non humano: tum quia humana potestas ad interiorēs nostræ mentis actus, nisi fortē indirectē, non se extendit ex communi sententia: tum quia, quod ecclesia in dominica die agendum Christianis præcepit, vt ex Decreto, de consecratione, distinct. 1. colligitur, non est, nisi Missam integram audire, aut eidem assistere, & ab operibus seruilibus abstinere: quæ absque contritione, & Dei dilectione possunt inculpabiliter adimpleri. Nec video, vbi ecclesia præceptum de diligendo Deum super omnia, aut de conterendo, sub obligatione limitauerit ad diem dominicam: quāquam ea iusserit, per quæ homines ad præfatos actus quodammodo præparentur, seu disponantur: qualia sunt alij temporalibus rebus non intendere, sed diuinis officijs interesse. Quod etiam diuino iure ad id in die dominica non teneamur, apparet tam de iure nouo, quàm de veteri: quia celebratio dominicæ diei, non est à Christo instituta, aut iussa: sed ab hominibus, vt suppono: quorum institutione ob certis causis factum est, vt cessante sabbatho, succederet dominica dies: ob id potissimum,

quia tali die Dominus surrexit, vnde & Dominica dies appellata est. Quod si de iure diuino veteri, esset necessarium certa die conteri, & Deum diligere, maxime ex eo quod scriptum est Exod. 20. Memento, vt diem sabbathi sanctifices: verum cum illic explicetur modus, quo debuissent sabbathū sanctificare, in cuius explicatione nulla de contritione aut dilectione Dei mentio fit, consequens est, non inde colligi præfatorum actuum necessitatem, pro illa die. Tum etiam, esto lex vetus ad id homines certo tempore obligasset, non inde fit, vt tempore legis gratiæ, ad idem teneamur: cum constet legem veterem per legem gratiæ vim suam amisisse, solis præceptis moralibus, in suo robore permanentibus. Diligere autem Deum, aut conteri de commissis tali vel tali die, morale purum nō fuit: sed iudiciale, aut ceremoniale: ea. s. parte, qua dies certa, ad id determinabatur: ideo iudicialibus cessantibus, nā sit dilectio Dei, & contritio de commissis, de iure diuino indeterminate tradita.

Ad rationes ante oppositum factas dicendum: Ad primū, esto talis sit ecclesiæ institutio, simul & consuetudo præmittendi confessionem: hæc tamē sub præcepto ipsis celebrantibus, nō laicis Missam audientibus est imposita: quandoquidem satisfaciunt laici præcepto de audiendo Missam, si ab introitu vsque ad finem intersint, etiam si confessionē illam generalem non faciant. Ad secundum, intentio Dei & ecclesiæ in obseruantia sabbathi seu diei dominicæ illa est, vt scilicet homines Deo vacent, sicut & iustum est, vt postquam de rebus temporalibus per sex dies curauerint, septima die ab illarum cura remoti, Deum colant, & in obsequio ipsius occupent. Aliud tamen est, quod in illo præcepto hominibus præcipitur, aliud quod intenditur. Sicut in cæteris præceptis, vt plurimum contingit. Intentio autem finalis præcipientis non cadit sub præcepto, alioqui peccaret homo, quoties aliquod opus sibi iniunctum facit: nisi eo modo illud faciat, quod Dei gloriam promereatur: hoc enim intendit Deus, præcepta hominibus tradens. Et ita homo in peccato, & sine charitate existens, peccaret quoties præceptum aliquod adimpleret, siue comedat cum necessarium sit, siue necessitatem patienti subueniat, siue parentes honoret, siue vnicuique quod debet, reddat: cō quod talia non facit ad intentionem præcipien-

A præcipientis: quod suppono falsum. Ad legem autem allegatam, non dubiū est, dicendum, quod verū est esse potius ad intentionem legis attendendum, quàm ad sonū verborum, loquendo de intentione obiectiua, non de finali: hoc est, præceptum, seu lex illo modo est adimplenda, quo præcipiens intendit subditum obligare, quàm nunc appello intentionem obiectiuam, seu materialem. Et verum est talem intentionem cadere sub præcepto, & qui hanc non seruat, & si sonū verborum seruet, non dicitur legem adimplere. Intentio verò finalis, quæ respicit finem, gratia cuius datum est præceptum, nō ita cadit sub præcepto, cum illa sit extra substantiam præcepti.

Ad tertium ex Leuitico sumptum, vbi præcipitur, quod certa die affligerent animas, dici potest vno modo, quod per huiusmodi afflictionē, non opus est intelligere contritionem, seu cordis pœnitentiam, de qua loquimur: sed abstinentiam à voluptatibus, & ab his, vnde solent homines recreationem fumere corporalem. Vnde Isai. 58. dicitur: nunquid hoc est ieiunium, quod elegi, per diem hominem affligere animā suam? Vnde apparet, quod Iudæi, qui iuxta legem per diem à cibis abstinebant tempore ieiunij, dicebantur animas suas affligere, etiam si de peccatis tunc nullam haberent contritionem, nec pœnitentiam. De his enim loquitur illic Dominus, qui diebus ieiunij nō Domini, sed suas voluntates complebant: ac proinde afflictio animarum, de qua in Leuitico, non opus est pro cordis contritione accipiatur. Posset secundò dici, ad mentem exponentium, quod esto illic iussit Dominus, quod intus animas per pœnitentiam affligerent: hoc erat speciale in illa festiuitate, quæ dicebatur festum propitiationis, seu expiationis, quod erat specialiter institutum semel in anno, scilicet, decima die mensis septimi, ad hoc, quod sacerdos pro peccatis populi offerret & oraret, vt Deus illis propitius, & misericors redderetur: vt dicitur in fine cap. 16. & ita non inde colligitur, quod in qualibet die Dominica sit necessarium cōteri, aut pœnitere. Adde, quod festa illa iam per legē nouam abolita sunt, & constat.

Ad quartum ex Isai. sumptū dicendū, quod Deus in illo cap. vbi de ieiunio, & Sabbatho loquitur, potius intendit declarare, quid sibi acceptum & gratum sit, hominibusq; ad salutem suarum animarum vile & proficuum, quàm quid sit in illis diebus

necessitate præcepti agendū. Conquererentur enim Iudæi, quod Deus sua ieiunia orationes & solennitates nō acceptaret: quibus Deus respondet, se illa acceptaturum, si cum illis simul opera charitatis & misericordiæ exercerent: quæ cum nō facerent, sed potius illis diebus peccata cōmitterent, ideo ait sibi nō esse grata illorum obsequia. Itaq; ex textu illo non colligitur, quod in die ieiunij, aut Sabbathi essent sub præcepto astricti, ad tūc Deum diligendum, aut de peccatis pœnitendum absolute: secus ex suppositione, scilicet si vellent sua obsequia, Deo grata, & accepta fore: & eodem modo dicatur ad id, quod vltimò allegabatur ex Isai. 1. cap.

Quod si obijcias: ex textu illo inferitur à contrario sensu, esset necessarium in die Sabbathi Deum glorificare, & eidem adherere, sic arguendo: Deus promittit hæreditatem Jacob, & sceleritatem his, qui Sabbathum custodierint Deum glorificando, & tota mente colendo: igitur à contrario, qui illo modo non seruauerit Sabbathum, carebit hæreditate Jacob. Respondeo, non bene arguis à contrario: sic enim ex loco illo arguendum est: Qui seruauerit Sabbathum, & non suam sed Dei voluntatem compleuerit, & Deum glorificauerit, habebit hæreditatem Jacob: igitur à contrario, qui cum Sabbathum seruauerit, suam voluntatem & non Domini fecerit, nec Dominum glorificauerit, non habebit hæreditatem Jacob. Et tunc verum est consequens: sed nil contra cōclusionem positam, vt constat.

Est etiam dubiū, an sit necessariū de commissis pœnitere, seu conteri ratione alicuius actus ad officium ecclesiasticum pertinentis: ad quod breuiter sequendo communem sententiā dicendum, distinguendo tam de actu quàm de officio. Est enim aliquis actus sacratus, seu sacer: qualis est actus sacramentalis, puta ministrare sacramentum aliquod, Missam celebrare, ecclesiā, seu Monasterium consecrare, aut oleum, vel chrisma conficere, & deniq; alios actus exercere, qui proprii sunt ordinis sacerdotum, extendendo ordinem ad episcopatum: Et quia tales actus in peccato sine noua culpa exerceri non possunt, necesse est huiusmodi actus exercentem curare, se in statu gratiæ reponere, quod sine pœnitentia commissorum, si memoria occurrunt, fieri non potest. Alij sunt actus sancti quidem & boni, & ad sanctitatem ordinati: non tamen sacer, aut sacrati: quippe qui non immediate ad ordinem

E sacrum pertineant, vt orare, prædicare, officium Ecclesiasticum in choro exercere, & talia sine peccato nouo fieri possunt in peccato: ideo ad ea exercendū non est necessariū hominem se in statu gratiæ reponere, & per cōsequens nec de commissis pœnitere. Sunt alij actus, qui potestatem ecclesiasticam præsupponunt iurisdictionis, nō tamen ordinis: vt corrigere iudicialiter delinquentem, excōmunicare, suspendere, & interdicere, & ab eisde absolueri, seu dispensare. Et tales, quantum ad officium spirituale pertineant, quia tamen in se sacri non sunt, qui non ad ordinem sacrum pertinent: ideo possunt sine noua culpa, saltem mortali, in peccato fieri: & per consequens non est necessarium de commissis pœnitere, ad huiusmodi actus exercendum: quantum id necessarium sit, tam in his actibus postremis, quam in secundis actibus, quos diximus, ex suppositione. s. si velit quis eos dignè, & meritorie exercere.

Corollarie sequitur, q̄ prælatus indigne suū officium exercēs, & iudex sententiā ferēs, & doctor ex officio docens, aut prædicans, nō ideo de nouo peccat, q̄ indignè ea facit: indignè in quā priuatiuè id est, nō dignè, aut nō meritorie: secus si indignè positiuè ea faciat. Et tunc indignè positiuè ea exercet, quando perperam, aut vitiōse ob finem malum, aut cum alia circumstantia deprauante ea agit: sed de his alibi.

Quæstio septima.

DE effectu pœnitentiæ, breuiter veniunt aliqua inquirenda: & quia inter effectus pœnitentiæ primus, qui cōnumerari solet, est q̄ pœnitentia tollit, seu delet, seu remittit peccata: & cum peccatum commissum, quod semel præterijt, nō potest nō præterijisse, venit inquirendū, quid relinquatur in peccatore transeunte actu peccati, quod debeat per pœnitentiam deleri. In qua quæstione variant doctorū sententiæ: dixerunt quidā, quod non opus est aliquid positiuum ex commissio peccato relinqui, vnde homo dicatur esse in peccato: sed priuatiuum, hoc est priuatio gratiæ, per quam priuationem formaliter dicitur homo esse in peccato: & ita peccatum deleri, est huiusmodi priuationem gratiæ tolli, quod non aliter quam per restitutionem gratiæ fieri potest. Vnde dicunt,

peccatū malum est: & quia malum, opus est vt alicui bono opponatur, quod per ipsum malum adueniens expellatur. Bonum autem, cui malum peccati opponitur, non est bonum naturæ, cum natura integra maneat post peccatum sicut prius: superest ergo, q̄ peccatum formaliter opponatur bono gratiæ, & ita peccatum, vt tale, est formaliter gratiæ priuatio, & hæc priuatio manet transeunte actu peccati.

Contra hanc positionē arguitur primo, quod falsum sit, peccatū formaliter opponi gratiæ: quia tunc per nullam potentiā fieri posset, quin homo esset, vel in peccato, vel in gratia, cum sint formaliter, & immediatè opposita: sicut priuatio & res cuius est priuatio, formaliter & immediatè opponuntur, nec inter ea potest dari medium: sicut fieri non potest, quin homo sit cæcus, vel videns, vt priuatiuè opponuntur, quin homo moueatur, vel quiescat: & ita de alijs, quæ immediatè opponuntur. Sed cōsequens est falsum: quia fieri potuit, imò de facto ex quorundam doctorum sententia fuit, quod homo, aut angelus crearetur in puris naturalibus sine peccato, & sine gratia natura superaddita: igitur falsum est, quod peccatum, & gratia priuatiuè, & formaliter opponuntur.

Secundò si peccatum, ideo peccatū formaliter est: quia priuatiuè gratiæ: igitur quanto peccatum maiorem gratiam tollit, tanto esset dicendum maius peccatū: & ita daretur, quod simplex fornicatio esset grauius peccatū, quam adulterium. Patet hoc, si simplex fornicatio committatur ab vno præhabente gratiā, vt octo: & adulterium committatur ab alio præhabente gratiam, vt vnum tantum.

Tertiò sequeretur amplius, q̄ si homo frequenter fornicationem committat, quod sola prima fornicatio, per quam gratia priuatus fuit, peccatum fuit, & non subsequentes: cum sola prima, & non subsequentes, gratiam præexistentem abstulerit. Si dicis etiam subsequentes fornicationes esse peccata: quia licet de facto non auferant gratiam, ex quo eam ablatam reperiunt: sunt tamen apta nata eam tollere: & ita non ad actualem gratiæ oblationem respiciendum est, sed ad aptitudinalem. Contra, quia tunc sequitur, omnia peccata, quantumlibet genere aut specie differentia, esse æquè graua & mala: quod suppono esse errorem Stoicorū, à catholicis merito damnatum.

Atum. Et sequela patet: quia omnia peccata mortalia apta nata sunt æqualem gratiam tollere: quia omnem, ex quo peccatū omnino mortale cuiuscunq; gratiæ, siue parua, siue magna priuatiuè opponitur.

Quartò quod falsum sit quod dicunt, scilicet, quod peccatū deleri, sit formaliter gratiæ restitui, patet. Quia diuersa sunt beneficia, si offensus cōdonet iniuriam sibi irrogatam, & si offendentem in pristinam gratiam, & amicitiam restituat: quod inter homines diuersum esse, & vnum ab altero separabile manifestū est: ac proinde peccatum deleri, nō est formaliter idem, quod gratiam pristinam restitui: etiam si stante lege se inuicem comitentur peccatorum remissio, & gratiæ collatio.

Dixerunt alij, quod transeunte actu peccati, relinquatur in peccatore aliquid positiuum reale, per quod homo dicitur in peccato manere: & illud non quid absolutum est, sed respectiuum: & dicitur reatus, seu indignitas positiuua, qua, scilicet homo ob commissam culpam dignus est supplicio: & ita peccatum deleri, est huiusmodi reatum seu indignitatem tolli.

Contra hunc modū arguitur, & quæro causam efficientē illius reatus remanentis: vel est ordinatio diuinæ voluntatis ordinantis hominem ad supplicium pro culpa perpetrata: vel est natura peccati, ex quo talis reatus relictus est. Si primū, non igitur est respectus realis: tum quia habet esse per actum diuinæ voluntatis: tum etiam, quia relatio illa non est realis dicenda, quæ non requirit existentiam realem extremorū: sed huiusmodi reatus, qui fundatur in homine reo, & terminatur ad supplicium, quo dignus est, ponitur in reo, & tamen existentia præfati supplicij, quo dignus est, nondū posita est, quousq; ad infernū homo ille descendat: nō igitur est respectus realis. Si dicant secundum, scilicet, q̄ sequitur realiter naturā peccati commissi: cōtra est de peccato puræ omissionis, quod eum nil positiuum sit, non potest aliquid positiuum efficere: cōtra etiā est de peccato, quod de se non est malum, nisi quia prohibitum: tale enim secundum naturam suam non est inductiuum præfati reatus. Præterea post peccatum prius commissum, quæro, an sit in libera potestate Dei, tollere reatum illum, an non? si non, igitur impossibile est peccatum deleri, si ipsum deleri sit reatum præfatum tolli: si sic, igitur stat, quod Deus illum tollat pro voluntate,

& iuste ipsum peccatōre æternaliter puniat pro commissio peccato. Patet, quia supplicium nō datur homini propter reatum illum, sed propter peccatum, quod liberè commiserat: nec reatus ille, qui effectus peccati est, facit hominem dignum supplicio, sed inobedientia, & præuaricatio ipsius: per reatum enim illum, nec inobediens sit, nec præuaricator diuinæ legis, vt constat: igitur impertinens omnino est talis effectus, ex peccato relictus ad hoc, quod homo sit dignus supplicio, & iuste pro peccato puniatur: ex quo, omni tali reatu per Dei voluntatem destructo, dignus est homo pro præterita præuaricatione æternaliter puniri.

Dixerunt alij, q̄ id quod relinquatur in peccatore transeunte actu peccati, est aliquid positiuum, sed rationis: & est ordinatio, qua peccator Deo ordinante est obnoxius supplicio pro peccato ab eodē commissio: & quādiu homo est sub tali ordinatione, dicitur esse in peccato: & peccatum deleri, est talem ordinationem tolli: quod fit, quando Deus condonat offensam, nolens hominem pro ea punire.

Contra hunc modū etiā militat ratio: quia inde sequitur, q̄ peccatum ab homine commissum nō posset vllō modo deleri, si ita est, quod non deletur, nisi semota præfata Dei ordinatione ad poenam. Nam illa ordinatio, semel posita in Dei voluntate, tolli amplius non potest: quia cum sit relatio rationis, quæ solum habet esse per actum diuinæ voluntatis: relatio autē rationis remoueri nō potest, nisi remoto actu voluntatis, vnde habet esse: actus verò diuinæ voluntatis semel positus, remoueri à diuina voluntate non potest, cum sit omnino immutabilis: & quod semel scit, semper sciuit, & sciet: quod semel vult, semper voluit, & vult: igitur relatio rationis ex tali actu orta remoueri non potest: & ita necesse est hominem semel à Deo ad supplicium ordinatum, semper ad idē esse ordinatum: & ita intentum.

Quicquid sit de huiusmodi positionibus, dicendū, curiosam esse quæstionē hanc. Ad eam tamen respondendo videtur, quod transeunte actu peccati, nil relinquatur in peccatore priuatiuum, aut positiuū, vnde dicatur formaliter esse in peccato: sed hominē esse in peccato duo dicit. s. hominē peccasse, & peccatū suum non esse à Deo sibi condonatum. Deus autē dicitur peccata condonare, seu remittere, vt more scripturæ sanctæ loquar: quia illorū non recordatur,

E datur: sic enim dixit per Ezechielem: Quacunq; hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius peccatorum suorum. Aut etiam, quia Deus illa peccata tegit: sic enim per Psalmistam ait: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Aut quia Deus auertit faciem à peccatis, prout orabat Dauid, dicens: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Hoc autem quod est, Deum non recordari peccatorum, & ea te gere, & faciem suam ab illis auertere: est Deum illa peccata ad pœnam non imputare: quem admodum per Psalmistam dixit: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Itaque hominem in peccato esse, est Deum illum pro peccato ad pœnam imputare: & ex consequenti peccatum deleri, est illud non amplius ad pœnam imputari. Hoc autem fit, etiam si nil positium, aut priuatum in peccatore relinquatur, vnde dicatur formaliter in peccato esse, quod necesse sit per pœnitentiam auferri. Sed obijcies, si nil tale in peccatore relinquatur post peccatum, non ergo differunt peccator, & non peccator, sed similes esse per omnia possunt. Respondeo: Quo ad naturam, & ea quæ naturaliter adiacent, similes esse possunt: attamen non quo ad gratuita, ex quo iustus à peccatore per charitatem distinguitur: & etiam quia peccator est ad pœnam ordinatus, non ita iustus. Si iterum obijcias: quia si nil positium relinquatur post commissum peccatum, nil igitur deletur per pœnitentiam. Respondeo: Nil positium deletur, nec deleri necesse est: sed dicitur peccatum deleri, vt dixi, quia non amplius ad pœnam imputatur sicut prius. Sed adhuc stat ratio contra tertium modum, superius facta. Nam quem semel Deus ad pœnam imputauit æternam, quomodo postea eum ad eandem pœnam definit imputare absq; suæ voluntatis mutatione? Illa enim imputatio, non aliud videtur, quam Deum velle Petrum pro suo peccato æternaliter punire: & si hoc voluit, necesse est ipsum adimpleri, nè cassa, aut impotens, aut mutata dicatur diuina voluntas. Respondeo: Duobus modis Deus ordinat hominem ad perpetuam pœnam: vno modo secundum præsentem iustitiam, alio modo secundum finale iudicium. Primo modo ordinat ad pœnam omnem peccatorem in peccato mortali existentem, quandiu non pœnitet. Secundo modo ordinat ad pœnam omnem præscitum, quem scit finaliter in peccato mortali decessurum. Differunt au-

tem huiusmodi duæ ordinationes: quia prima est conditionalis, qua scilicet Deus ordinat peccatorem æternaliter punire, si in statu, in quo actu est, finaliter decedat. Et hæc ordinatio habet locum, tam in prædestinatis, quam in præscitis. Qualiscunq; enim sit, eo ipso, quod in peccato mortali est, est hoc modo ad pœnam ordinatus. Secunda verò ordinatio est magis absoluta, qua vult absolute hominem, quem in mortali decessurum præcognoscit, ad æternam pœnam deducere: & hæc ordinatio non nisi in præscitis locum habet. Cum prima ordinatione stat, absoluta ordinatio eiusdem hominis ad gloriam, vt patet, si prædestinatus sit. Cum secunda verò ordinatione, non ita existente prima ordinatione, dicitur homo in peccato esse, & reus dignusq; qui puniatur: existente tamen secunda ordinatione, non ideo homo dicitur in peccato esse: quæ omnia satis nota esse suppono.

Noto etiã, quod prima ordinatio ad pœnam, quæ est secundum præsentem iustitiam, aut potius iniustitiam durare dicitur, quãdiu homo ab iniustitia per veram pœnitentiam non recedit: quàm primum verò à sua iniustitia per veram pœnitentiam recedit, non amplius dicitur ordinatus ad pœnam secundum præsentem iustitiam. Et hæc mutabilitas non in Deo est, sed in homine, quem modò non pœnitet, & in peccato manet: modò autem pœnitet, & à peccato recedit. Itaque Deus ordinat hominem ad gloriam, vel ad gehennam secundum præsentem iustitiam, vel iniustitiam, prout ipsius hominis dispositio exigit, nec per nouam hominis dispositionem noua Deo aduenit voluntas, nec ab antiqua voluntate Deus ipse recedit. Et sicut Deus hominem in peccato perseverantem pro eo tempore, & secundum iustitiam illius temporis ad gehennam ordinat conditionaliter: ita adueniente pœnitentia, Deus eundem ordinat ad gloriam secundum iustitiam, & dispositionem talis temporis. Quæ quidem ordinationes, seu voluntates, cum sint conditionales, & diuersa tempora respiciant, etiam si ad fines omnino oppositos tendant, compatibles sunt, & æternæ in Deo, nec vna alteri succedit: sed tempus pœnitentiæ, temporis pœnitentiæ succedit. Et qui secundum iustitiam temporis illius erat pro tali tempore ad gehennam ordinatus: ita secundum iustitiam temporis præsentis, in quo verè illum pœnitet commissorum, non est iam ad gehennam

A gehennam ordinatus. Itaque ordinatio diuinæ voluntatis semel habita, nunquã remouetur in se, & ideo peccatum deleri, non est Dei ordinationem remoueri secundum se. Sed sicut Deus aliud ordinat de homine conditionaliter pro tempore, quo illum non pœnitet: aliud verò pro tempore, quo pœnitet secundum iustitiam huius, aut illius temporis: ita peccatum homini imputatur ad pœnam pro tempore, quo non pœnitet. Tempore verò sequenti, quando pœnitere verè incipit, non iam imputatur pro illo tempore ad pœnam, vt prius. Et ita tunc dicitur peccatum deleri: quia pro tunc, & secundum iustitiam illius temporis, non ad pœnam æternam imputatur, vt prius. Vnde patet lapsum temporis, esse in casu necessariam causam verificandi duo contradictoria, scilicet, Petrus est in peccato, & ad gehennam ordinatus: & Petrus non est in peccato, nec ad gehennam ordinatus, vt satis constat intuitu. Sed vrget adhuc ratio contra dicta: quia falsum videtur, quod homo dicatur esse in peccato trãseunte actu peccati, per hoc quod Deus ordinat illum ad pœnam. Nam cum Deus non sit prius vltor, quàm aliquis sit peccator & supplicio dignus, prius igitur homo est peccator, & supplicio dignus, quàm Deus illum ad pœnam, seu supplicium ordinet. Non ergo est in peccato, aut supplicio dignus per hoc, quod ad supplicium est à Deo ordinatus. Et cum in peccato esse non dicatur per hoc solum, quod peccatum commissum: nam tunc post peccatum commissum, semper homo diceretur in peccato esse, etiam si beatus sit: sequitur, quod vltra hoc, quod est hominem peccasse, & Deum illum ad pœnam ordinare, est aliquid aliud medium. inter vtrunq; assignandum, ratione cuius dicitur esse in peccato, & dignus supplicio: nec videtur quid aliud sit, quàm reatus aliquis ex peccato commissio relicto. Respondeo. Ratio probat, quod homo non dicitur formaliter esse in peccato, aut supplicio dignus, eò quod est ad pœnam ordinatus. Et hoc verè est. Stat tamen quod diximus, tandiu. scilicet hominem esse in peccato, & supplicio dignum quandiu est à Deo ad supplicium pro peccato commissio ordinatus: nec tamen ad id verificandum est necessarium, ponere aliquid positium ex peccato relicto, quod inter peccatum, & Dei ordinationem mediet. Ordinatur enim ad pœnam, quia dignus est illa: est autem dignus pœna, quia peccauit, interim quod Deus non condonat. Itaque ho-

minem esse in peccato, & dignum esse supplicio, hæc duo, vt dixi, formaliter importat, scilicet, hominem peccasse, & peccatum non esse à Deo illi condonatum: nec alia ratio formalis ad id est inquirenda: nec sunt idem, sed diuersa, peccatum non esse à Deo condonatum, & esse ad pœnam ordinatum. Quando quidem primum, quod negatiuum est, saluari potest voluntate existente neutra. Secundum autem, quod positium est, nec nisi vò lente voluntate saluari potest.

Corollarie sequitur, posse per diuinam potentiam peccatum deleri, seu remitti sine pœnitentia ipsius peccatoris, quanuis de potentia ordinata non, nisi per pœnitentiam formalem, aut virtutalem remitti possit. Cuius corollarij, cum secunda pars supra sit sufficienter probata, prima etiã patet ex dictis: quia peccatum formaliter remittitur per hoc, quod non amplius ad pœnam imputatur, quod est peccatum, seu iniuriam, aut offensam condonare: sed in voluntate Dei libera est condonare iniuriam, & offensam sine pœnitentia peccatoris, vt constat: igitur. Et patet etiam: quia potest Deus peccatorem omni pœnitentia seclusa conseruare per diem sine pœna aliqua, & per mensem, & per annum vnum, & duos, & centum: igitur & semper: & ita intentum. Si obijcias, non posse fieri transitum inter hæc contradictoria. scilicet Petrus est ad pœnam ordinatus æternam, & Petrus non est ordinatus ad pœnam æternam, nisi causa aliqua assignetur: causa autem esse non potest mutatio diuinæ voluntatis, vt constat: solus etiã temporis lapsus causa esse non potest: quia solus lapsus temporis impertinens est, vt quis dicatur in peccato esse, aut non esse: superest ergo esse necessariam mutationem voluntatis ipsius peccatoris: nec videtur, quæ alia mutatio sit in eo necessaria, nisi quod de non pœnitente fiat pœnitens. Confirmatur: quia de iure naturæ videtur esse necessarium, hominem pœnitere ad remissionem peccati: quia cum peccatum per voluntatem hominis in malo complacentis, commissum fuit: ita per voluntatem eiusdem in eodem displicentis venit remittendum: iuxta regulam iuris, Res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur.

Responso ad primū, in casu solū lapsi temporis, omni alia mutatione reali seclusa, posse esse causam transitus inter contradictoria assignata: quod patet ex dictis. Quia post commissum peccatum homo est in peccato, quãdiu Deus illum ad suppli-

E supplicium pro peccato ordinat, idq; non secundum finale iudicium, sed secundum præsentem iustitiam, & conditionaliter: ita, ut Deus statuerit de Petro, post peccatum ab eo commissum, illum ad pœnam ordinare, si in hac hora præsentis decesserit. Si tamen ultra horam vixerit, non illum pro commissio puniet, omni alia ipsius Petri dispositione seclusa: & negare hoc esse Deo possibile, est absurdum. Quo dato, Petrus est in peccato in hora præsentis, & ad pœnam ordinatus ad sensum dictum: & lapsa hora præsentis, nec erit in peccato, nec ad pœnam sic ordinatus, ut constat: ubi nulla alia mutatio cõcurrit præter lapsum temporis, prout diuino placuit beneplacito: & ita ratio prima non valuit.

Ad secundum iam supra probauimus, nõ esse de iure naturæ strictè esse pro peccato pœnitendum, maximè ad eius remissionem, quandoquidè Deus pro sua voluntate, potest peccata cõdonare, prout velit, nullam satisfactionem à peccatore exigendo. Et quod dicitur ex regula iuris, habet veritatè in multis, stante iurium dispositione: secus aliàs. Imò stante iurium dispositione, admittit multas fallentias: patet de voto, iuramento, matrimonio, quæ per voluntatè uouentis, iurantis, aut cõtrahentis, dissolui non possunt, cum tñ ex ipsorum voluntate ortu habuerint.

Concluditur ergo, quæ transeunte actu peccati, nil aliud relinquatur in peccatore soluendum, ut peccatum deleri dicatur, nisi debitum pœnæ æternæ, cui obnoxius per peccatum commissum factus est. Et dicitur homo esse in tali debito, quando Deus habet animum vindicandi peccatum illud, seu illud ad pœnam impunitandi. Exit autè à debito, quando Deus cõdonat, prout supra explicuimus. Et quia de lege ordinata Deus peccatorè à præfato debito nõ liberat, nisi interueniente pœnitentia: ideo pœnitentia de lege ordinata, est causa necessaria remissionis peccatorum, & ex consequenti gratiæ, sine qua peccata de lege eadè remitti non possunt, ut alibi probauimus.

Sed oritur inde dubium: An ita sit, quod sicut per pœnitentiã cordis delentur peccata quo ad culpam: ita etiã deleatur quo ad pœnam, tam æternam, quam temporalem. In qua quæstione multi multa dixerunt. Quidam enim dicere præsumperunt, quod eo ipso quod culpa remittitur, nulla relinquatur pœna pro peccato soluenda, nec æterna, nec temporalis. Alij verò, quod dimissa culpa per pœnitentiã, adhuc relinquatur reatus æternæ pœ-

na, quousq; accedat sacramentalis absolutio. **G** Alij verò quod dimissa culpa, simul remittitur tota pœna æterna debita illi peccato, & commutatur illa æterna in temporalem: sed hæc nec in toto, nec in parte remittitur per cõtritionem, nisi superabundans sit. De quibus assertionibus breuiter videndum est. Qui dicunt, quod post dimissam culpam, nulla pœna æterna, nec temporalis relinquatur pro commissis soluenda: fundant, quod dicunt in eo, quod dixit Dominus per Isaiam. loquens ad eos, qui opera charitatis fraternæ exercerent: Si fuerint peccata vestra, ut coccinũ, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. Vnde apparet hominẽ, cui culpæ à Dño cõdonantur, ab omni peccato, & reatu eius illico liberari. Similiter per illud Ezechielis sapientiatũ: Quacumq; hora ingemuerit peccator, non amplius recordabor suorum peccatorum: igitur. Similiter, quia si post dimissam culpam maneret aliqua pœna pro dimissis soluenda, oporteret hominem contritum pro ea satisfacere. Quod inde dicunt falsum esse: quia Christus sufficienter pro nobis satisfecit. Et etiã Christus nõ legitur satisfactionem pœnalem exegisse ab his, quibus peccata dimittit, ut patet de peccatrice, Luc. 7. & de adultera, Ioan. 8. quibus peccata cõdonauit. Nil enim ab illa exegit, sed illi hoc dixit: Vade in pace, & noli amplius peccare. &c. Verum explodenda est huiusmodi assertio, cum erronea sit, & per ecclesiam, tanq̃ talis, merito cõdemnata. Cum cõstet per scripturam, Deum à multis peccatoribus pœnam aliquam exegisse, aut eisdem intulisse post remissa illis eorum peccata, ut constat de Dauid. 2. Regum. 2. Cui cum Dñs transulisset peccatum suum adulterij. s. & homicidij, postea Dei iudicio in filio suo punitus fuit. Similiter legitur de Manasse Rege, quod post actam pœnitentiã de peccatis suis, & veniam obtentã, multa mala ipse cum populo suo pro ipsius peccatis, iam dimissis, perpeffus est. De pœnitentia Manasses habetur in fine. 2. Paralip. De malis autem, quæ passus est, habetur ibidem. & in. 4. Reg. Similiter de Maria sorore Moyfi, quæ iussa est septẽ diebus extra castra manere pro peccato, quo in Moyse murmurauerat: idque post actam pœnitentiã de eodẽ peccato: Numerorũ. 41. Ad hunc modum de alijs possumus exemplificare: sed de his aliàs. Adde, quod qui id asserunt, ex cõsequenti negant locum purgatorij, ex quo dimissa culpa, nulla penitus manet pro dimissis, hic, vel alibi soluenda pœna: quod iterum cõstat in multis

Atis Concilijs damnatum esse. Sed quia de his postea in tractatu de satisfactione agetur, ideo ad alia transire conuenit.

Qui dicunt per pœnitentiã dimitti culpam, manere tamẽ reatu ad æternam pœnam, quousq; sacerdotalis accedat absolutio, fundant se in hoc, quod Deus promittit remissionem, quam primũ peccator contritionem habuerit de peccatis: iuxta illud Isaiam. 56. Ad quem respiciam, nisi ad contritum corde: Et iuxta illud Psalmistam: Dixi, confitebor aduersus me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. & alibi: Cor contritum, & humiliatum Deus non despicit. Vnde patet Deum per pœnitentiã intus habitam illico peccata remittere. Econtrã verò dixit Christus, non esse peccatoribus sua peccata remittenda, antequam sacerdotes ea remittant: iuxta illud Ioannis. 20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Vbi non dixit, quorum remisistis peccata, iam illis remissa sunt: sed remittentur. Vbi notatur præcedere remissionem sacerdotalem in terris, & subsequi remissionem in caelis. Hæc autem nõ videntur coherere, ut isti dicunt, nisi dicamus, Deum per contritionem remittere peccata quo ad culpam: sacerdotè verò eadem postmodum remittere quo ad æternam pœnam: & ita opus est dicere, quod dimissa culpa, relinquatur reatus æternæ pœnæ per sacerdotem auferendus.

Hic modus opinandi cõmuniter improbat: quia, ut ex supradictis patet, nõ relinquatur in peccatore transeunte actu peccati aliquid remittendum, nisi reatus æternæ dånationis: nec aliter culpa commissæ dicitur remitti, nisi huiusmodi reatum dimittendo. Non igitur stat culpam mortalem dimitti, manente debito dånationis æternæ: alioqui simul esset homo filius regni, & perditionis: regni per charitatem, & perditionis per reatum, quo pœnæ æternæ obnoxius est.

Præterea facit ratio aperta: quia si dimissa culpa per pœnitentiã, manet homo ad pœnam æternam ordinatus: vel igitur manet ad illam ordinatus secundum præsentem iustitiam, vel secundum finale iudicium. Non primum: quia si in statu præsentis, in quo est, post dimissam culpam per gratiam, decederet, absque dubio saluaretur: nec mortem subiret æternam. Nec secundum: quia loquor de pœnitente prædestinato. Verum quia de hac opinione latius agemus in tractatu de confessione, tractando opinionem

Hugonis, & Richardi de sancto Victore, quorum fuit huiusmodi opinio: ideo nunc super sedendum: vide ibi.

Qui dicunt, per pœnitentiã cordis culpam remitti, simul & pœnam æternam totã: sed relinqui pœnam temporalem soluendam, ut plurimũ, de qua nihil remittitur per contritionem, nisi superabundans sit, duo dicunt. scilicet. quod pœna debita pro peccato mortali non dimisso quo ad culpam, est alterius rationis, seu speciei à pœna debita pro eodẽ peccato dimisso, quo ad culpam: ideo tota pœna debita mortali per primam contritionem omninò tollitur: sed succedit debitum soluendi aliam temporalem. Vnde cõmuniter dicitur, quod per pœnitentiã cordis, commutatur æterna pœna in temporalem.

Secundo dicunt, quod de huiusmodi pœna temporalis soluenda, nil per contritionem remittitur, nisi sit superabundans, cuius ratio per eisdem assignatur. Quia contritio sufficiens, & non superabundans, non ordinatur nisi ad deletionem culpæ per reordinationem actus, dum bene displicet id, quod malè placuerat: & ad remissionem offensæ per gratiam comitantem ipsam contritionem. Contritio autem superabundans, pœnam habet adiunctam, quæ redundat in viribus sensitivis ex imperio voluntatis dum pœnitens in seipso dolore extitit: vel ex necessitate naturæ, per quã vires sensitivæ sequuntur motum virium superiorum: & ratione talis pœnæ dimittitur aliquid de pœna temporalis, in quam fuerat æterna commutata. Sic dixit Durandus fautor huius opinionis.

Contra utrunq; videtur ratio militare. Cõtra primũ quidè: quia diurnitas temporis nõ variat speciem rei. Quod enim albedo duret per longũ tẽpus, aut per paruũ, non inde variatur species. Quod homo viuat ad mille annos, aut in perpetuum, siue ad horam solam, non variatur, seu mutatur species ipsius. Igitur quod pœna pro peccato debita sit æterna, aut temporalis, non sufficit ad mutandum rationem, & speciem ipsius pœnæ. Præterea pœna æterna consistit in pœna damni, & in pœna sensus: pœna damni, carètia diuinæ visionis est, in qua carètia, ratio aut species nõ mutatur per hoc, quod homo ad tẽpus, vel ad semper diuina careat visione. De pœna sensus idè videtur, quæ tristitia quædam est, quæ in inferno damnati patiuntur, aut quæ per sensum post diè iudicij torerabunt. Cuius ratio, & species, seu natura nõ videtur diuersa esse ex eius diurnitate.

Hac

E Hacratione motus est Caietanus ad dicendum, per pœnitentiã non totã pœnã remitti: sed solum æternitatẽ eius tolli, & vbi sine pœnitentia foret perpetua, ea existente, manet solũ tẽporalis, nõ variata natura, aut specie ipsius pœnã. Et inde cõsequenter ait, nõ esse verã communẽ sententiã, quã tenet, per pœnitentiã cordis æternã pœnam in temporalem cõmutari: cum verius diceretur, pœnã eandẽ post pœnitentiã manere, sed tempora lem tantũ, cõueniret rem prius distinguere, & non ita indistinctẽ falsum cum vero asserere. Et quidẽ de pœna damni, vt purã priuationẽ gloriã importat, verum est, per æternitatem eius aut temporalitatẽ, eius speciem & naturam nõ mutari. De pœna etiam sensitiua, si qua est, ab igne inferni realiter euentura, itidem verum est eandẽ speciem esse æternam, & temporalem. Attamẽ de pœna interiori ex actibus voluntatis procedẽte, nõ ita certũ est, eandẽ speciem esse æternã, & temporalem: quandoquidẽ alius est actus, specie etiã differens, quo mors æterna voluntati displicet: & æterna à Deo separatio, ab actu, quo pœna temporalis: & temporalis à Deo separatio volũtati displicet: & per cõsequens speciem differre videntur tristitiã ex huiusmodi actibus tã differentibus procedentes. Similiter alia est pœna mentis ex odio Dei, quod damnati cõtra Deum habent, procedẽs: alia verò ea, quã non ex huiusmodi odio, sed aliunde causatur. Nec dubiũ, diuersum esse vermem cõscientiã, quẽ damnati habent, ab eo quẽ habent hi, qui purgantur: in illis etiam est desperatio maximẽ crucians, qualis non est in his. Et de huiusmodi pœnis mētis, quã nõ nisi damnatis cõpetere possunt, certũ est eas omnes per pœnitentiã tolli, sicut & culpas. Et huiusmodi pœnis mētis positiuus re- cte verificatur cõmune dictũ. scilicet per pœnitentiã pœna æterna cõmutatur in tẽporalẽ.

Sed contra secundũ occurrit ratio: quia nõ est dabilis pœnitentia sufficiens ad remissionẽ culpã, quã nõ sit quodammodo superabundãs, siue dicatur cõtritiõ superabundãs ratione intentionis, siue ratione cõ- tinuationis, siue ratione pœnã ipsi cõnexã. Quia quacunq; data cõtritiõne, in quocũq; gradu intensiõnis habeatur, minor illa esset sufficiens ad remissionẽ culpã: quia vt supra diximus, cõtritiõ in quocũq; gradu, quantũlibet remissib; sufficit ad gratiam. Pari forma, quocunq; tempore cõtritiõ continuetur, in minori tempore cõtinuata, imò instantanea sufficeret ad gratiam. Similiter quanta-

cunq; sit, & quantumlibet breui tẽpore gesta vera cordis cõtritiõ, habet secũ pœnalitatẽ annexã: si non sensus, saltem mentis. Cum ipsa displicentia de commissis de se sit sufficiens causa tristitiã, secluso impedimento: & ita non datur cõtritiõ, quã superabundans non sit, hoc est, quã maior non sit, quã ad delendum culpam sufficiat: nisi fortẽ detur minima cõtritiõ, qua minor dari non potest: quod non omninõ certum est.

Et cõfirmatur: quia tanta potest esse cõtritiõ, vt tota pœna tẽporalis remittatur. Et si à summo gradu deficiat cõtritiõ, pœna temporalis erit aliquantũ: & quanto magis à summo gradu deficiat, eo maior soluenda venit temporalis pœna: sicut e contra, quo magis crescit cõtritiõ, eo magis decre- scit pœna tẽporalis, siue quo ad intentionẽ, siue quo ad durationem. Et ita omnis cõtritiõ, quantulacunq; sit, valet ad remissionem pœnã temporalis quo ad aliquid sui. &c.

Quæstio Octaua.



Olet prætereã

Squæri, an per pœnitentiã resurgat homo ad maiore gratiã, & maiorem gloriã, & ad plura merita, quã prius habuerat. In quo etiã multi varia opinati sunt. Vnde dixerunt quidam, vt Henricus, quod peccator per pœnitentiã solum resurgit ad gratiam minimam nouam, & non ad antiquam, quam, priusquam caderet, habuerat. Alij autẽ, vt Scotus, & Durandus dixerunt, qd pœnitens resurgit ad gratiam proportionatam bono motui voluntatis, per quam à peccatis resurgit: non tamen redit gratia prius amissa, quãuis antiqua merita redeant. Alij verò, vt Alexãder, & Bonauentura dixerunt, quod pœnitens resurgit ad gratiam proportionatã cõtritiõni, per quam resurgit, cum opinione præcedente: similiter & redeunt antiqua merita: sed huiusmodi merita veniunt præmianda secundum finalem gratiam, in qua homo decedit. De quibus breuiter videndum est.

Qui dicunt in pœnitẽte nõ redire priora bona à quibus cecidit, nec merita antiqua, nec gratiam, nec gloriã, quam prius meruerat: ideo id dicunt, quia prioribus bonis iustẽ propter peccatum suum, & ingratitude peccator ipse priuatus est.

Et si-

A Et sicut cadenti non redeunt antiqua peccata, ita & resurgenti nõ redeunt antiqua merita: sed sicut antiqua peccata non amplius obfunt resurgenti, ita antiqua merita nõ amplius profunt cadenti, prout videtur dicere Dñs per Ezechi. 18. qui æqualiter videtur de cadente, & resurgente loqui. Sicut enim ait de resurgente, & vitam emendante, quod priores iniquitates nõ amplius recordabuntur: ita subiungit de cadente, seu ad vomitũ redeunte, quod suã iustitiã priores non amplius recordabuntur. Ratio autẽ quare gratia, ad quã pœnitens resurgit, est minima, videtur esse: quia cum peccator antequã gratiã habeat, nullã possit gratiã mereri, eò quod humanus actus meritorius esse nõ potest, nisi ex charitate procedat: consequens est gratiam illam primã, nõ dari pœnitenti, secundũ quantitã cõtritiõnis, per quã primò resurgit: sed datur tãta, quãta requiritur, & sufficit ad hoc, quod illi peccata remittatur: ad id autẽ, sufficit minima gratia, vt constat. Et inde inferitur secundũ hanc opinionẽ, quod oēs pœnitentes resurgunt ad æquale gratiã, & ex cõsequenti ad æqualem gloriã illi gratiã correspondentẽ. Verũ in eo, quod opinio ait quod priora bona in pœnitente nõ redeunt, patebit inferius. In eo autem quod ait, qd ois pœnitẽs resurgit ad gratiã minimã, & ex cõsequenti oēs pœnitentes ad gratiã æquale resurgunt, videtur irrationabilis. Quia quoties gratia datur alicui, nõ ex opere operato, sed ex opere operantis datur proportionata actui, ratione cuius præstatur. Et quando forma que inducitur recipit magis & minus, vt est gratia gratum faciẽs, eo maior inducitur, quo subiectũ magis ad illam dispositũ est: ac proinde qui intensius, & feruentius cõteritur, maiore gratiã assequit. Et si Deo grata est, & accepta cõtritiõ peccatoris, nõ dubium quin maior cõtritiõ sit eidem magis grata, & magis accepta q̃ minor. Et quo intensius ipse pœnitens Deum diligit, non dubium quin à Deo e contra magis diligatur: & per consequens nõ dubiũ quin maiorem gratiã conferat ei, qui maiore & feruentiore habet pœnitentiã propter Deũ. Nec valet dicere, quod prima gratia non datur propter meritũ pœnitentis. Quia quauis humanus actus natura sua meritorius apud Deum non sit: attamen attendendo Dei acceptionẽ, & liberalitatem, qui pro sua bonitate statuit homines iuxta eorum opera remunerare, nõ dubium quin possit homo mereri apud Deum, non solum per actus, qui ex charitate procedunt,

sed etiã per actus pœnitẽdi, & Deũ diligendi, etiã si ex charitate procedẽte nõ fiãt. Quemadmodũ enim Deus in lege promissit his, qui ex charitate operantur, premiũ: ita & in lege promissit eos, qd ad ipsum vero corde cõfugiũt, i sui gratiã admittere, vt ex supradictis patet.

Qui dicunt, pœnitentem nõ resurgere ad gratiã, & gloriã gratiã correspondentẽ à qua cecidit, resurgere tamen ad merita antiqua, & ex cõsequenti ad gloriã illis meritis correspondentem: ideo id dicunt, quia gratia à qua homo cecidit erat Dei, & à Deo gratis data. Quia quia priuari meruit, & eadem iustẽ priuatus est: ideo sibi non amplius restituetur, nec nisi, quam de nouo meruit, assequetur: merita tamẽ antiqua in pœnitente redeunt: quia illa erant opera ipsius pœnitentis: ideo sibi sunt reseruata, etiam ad gloriã illis correspondentem.

Hæc opinio in eo, quod ait, quod pœnitens resurgit ad antiqua merita, & ad gloriã illis correspondentẽ, & ex cõsequenti resurgit ad maiore gloriã: nõ tamẽ ad maiorem gratiã, quia non ad gratiã antiquã: videtur irrationabilis. Quia si ad antiquam, seu maiore gloriã resurgit, etiã ad maiore gratiã resurgere debet. Tum, quia gloria præsupponit gratiã, & maior gloria maiorem gratiam, & vnusquisq; gradus gloriã suũ gradũ gratiã præsupponit. Tum etiã, quia si resurgit ad antiquam gloriã: ideo est, quia per opera bona acquisiuit ius ad illã, vt dicunt: quia illam homo meruerat. Igitur ob eandẽ rationẽ habent concedere, quod resurgit ad amissam gratiã, quia idẽ ius habuit ad illam. Sicut enim de lege per opera bona, homo ille meruerat tantã gloriã: ita eadẽ lege per similia, & eadẽ opera meruerat illã gratiã, quã præhabuerat. Loquor de homine, qui secundũ cõmunẽ legẽ gratiã obtinuerat, cui secundũ cõmunẽ legem nõ minus debita est gratia, quã gloria, vt suppono. Tum etiam, quia si pœnitens resurgit ad antiquã gloriã, & non ad antiquã gratiã: igitur staret hominẽ in celo magnam habere gloriã, puta, vt centum: & paruissimã gratiam & charitatem, puta, vt vnum. Patet, si in via centum merita habuit, per quã meruit gloriã correspondentem, vt centum: & postea cadat in peccatũ, & finaliter resurgat per pœnitentiã, vt vnum, & sic decedat. Consequens autẽ videtur irrationabile: quia Deus quanto alicui maiore gloriã confert, seu ad maiore gloriã eum ordinar, tanto magis illum diligit. Et quanto aliquem magis diligit, tanto illum sibi chariorem habet.

D &

E & magis amicum. Quanto autē aliquis ipsi Deo charior est & magis dilectus, tanto maiorem charitatem illi infundit. Ergo à primo ad vltimū, quanto aliquem ad maiorem gloriam ordinat, & maiore gloriā actu illi dat, tanto magis se illi per charitatē cōmunicat.

Respondent aliqui ad hæc, quod ita est, quod qui resurgit ad maiore, & antiquam gloriā, ex cōsequenti resurgit ad antiquam gratiā, non tamen statim ipsi pœnitenti redditam: sed postmodū in fine vitæ reddendam, seu quando illi reddetur gloria sibi debita. Contra hoc etiam stat ratio probans, quod si resurgit ad antiquam gratiam per pœnitentiam, quod statim sibi conferatur, & non illi differatur. Quia si non statim sibi redditur, hoc ideo esset, quia non est tunc, cum pœnitet, capax illius, ob quam causam differtur gloriæ collatio: quia quādiu quis est viator, non est capax gloriæ: aut quia pœnitens ponit obicem gratiæ amissæ, ob quam causam non datur gratia baptismalis ponenti obicem, sed differtur: aut quia non est vtile, nec expediens ipsi pœnitenti, quod statim sibi reddatur amissa gratia, ob quā causam Deus peccatoribus quibusdam tempus vitæ prolongat: quia ita illis expedit, vt vel amplius mereantur, vel de cōmissis pœniteant, & satisfaciant. Aut quartò ideo pœnitenti non datur statim gratia amissa, quia per peccatū amisit ius ad illam: ob quā causam nulla fit hæretico postmodū pœnitenti iniuria, si bona confiscata, eidem pœnitenti non redduntur: sed nullum ex his potest rationabiliter dici, nec huiusmodi causæ habent locū in præfenti: ergo. Patet, quia falsum est, quod pœnitēs ex corde vero non sit capax gratiæ prius habitæ: falsum etiā est, quod illi gratiæ obicem ponat: falsum est etiā, quod non sit cōueniens & expediens ipsi pœnitenti illam habere, cum hoc longē illi melius sit quā eam sibi differri: falsum etiā est, quod amisit ius ad gratiā priorem absolute loquendo. Nam si non amisit ius ad gloriā, quam prius meruerat, quomodo verū est quod amisit ius ad gratiā quā æquē meruerat & habuerat? Adde quod si nō datur sibi cum primū pœnitet gratia prior, quia amisit ius ad eam: igitur, nec postmodū venit sibi reddenda ob eandem causam: & ita illa solutio voluntaria potius, quā in ratione aliqua fundata videtur. Restat ergo, quod vel antiqua gratia nunquā redibit vel redit statim quod peccator verē pœnitet.

Qui dicunt, quod pœnitēs resurgit ad gratiā cōtritioni proportionatam,

& ad merita priora, quæ secundū finale gratiam veniūt remuneranda: ideo id postremū dicunt: quia vnusquisque secundū quod fuerit finaliter inuētus, sic iudicabitur: cum nec sit locus postea gratiā augēdi, aut diminuen- di. Contra id postremum videtur, quod opinio hæc sit irrationalis in eo. scilicet quod ait, quod merita antiqua præmiabuntur secundū exigentiā seu quantitatem finalis gratiæ, & non secundū exigentiā gratiæ, ex qua fuerunt elicta. Primò quidem: quia merita præmiabuntur, secundū quod à Deo fuerint acceptata, cum de se & ex natura sua, seclusa Dei acceptatione, humana opera nullū habeant valorem ad gloriam & vitam æternam. Sed opera meritoria ab homine facta, non acceptantur à Deo secundū gratiā finale: sed secundū gratiam, ex qua præfentialiter fiunt. Quia si secundū finale gratiā venirent ad gloriam acceptanda: ergo si finalis gratia hominis erit magna, opera quæ in vita fiunt, ad magnam gloriam acceptantur: & si parua, ad paruam: ergo si nulla erit gratia finalis, ad nullā gloriam humana opera acceptantur: & ita dabis, quod opera bona ex charitate, & propter Deum facta, cum omnibus bonis circumstantijs, non acceptantur à Deo, quādo fiunt in casu. scilicet quo ea faciens est finaliter decessurus sine vlla gratia: quales sunt omnes præfati. **H** Quod constat in Concilio Constā. esse damnatū. Ex consequenti enim sequitur, quod talia opera, etiam si ex toto voluntatis conatu, simul & ex tota charitatis inclinatione fiant, nō valent in casu ad augmentum gratiæ. Nam si ad augmentū gratiæ valerent, valerent ex consequenti ad augmentū gloriæ, secundū præfentem iustitiam. Secundò sequitur ex opinione hac, quod æqualiter operantes ex æquali conatu & gratia, ita vt omnia paria sunt, non æqualiter ad præmium acceptantur. Patet, si alter eorum, qui æqualiter operati sunt, decedat in gratia magna, alter verò in parua. Quod consequens videtur contra diuinam iustitiam, in sacris literis nobis significatā, per quas docemur Deum vniciquique secundū sua opera redditurū tam præmiū, quā supplicium. Vnusquisque enim reportabit secundū ea, quæ in proprio corpore gessit. Tertiò contra idem sequitur, quod impertinens esset ex magno feruore charitatis, aut ex paruo operari, & vehementem habere contritionem, aut remissam: & bene agere ex charitate, aut sine charitate, ad finem assequendo gloriam: si ita esset, quod Deus in acceptando nostra opera ad gloriā, non

A non respicit gratiam præfentem, ex qua fiunt, sed finalem, in qua homo decedet.

Iam videamus de principali quæstione: scilicet, per pœnitentiam homo resurgat ad gratiam amissam, & ad merita priora, simul & ad gloriā, ad quam prius fuerat ordinatus. In quo magna est inter doctos cōtrouersia, his partem negatiuam tuentibus: illis verò affirmatiuā. Pro his ergo, qui negatiuā defendunt partē, Arguitur primò: quia opposito dato sequitur quod peccator semper per pœnitentiā resurgit ad maiorem gratiam, & ex cōsequenti ad maiorem gloriam, quā si in peccatum non cecidisset: quo dato, sequitur quod ex peccato reportaret cōmodum. Secundò sequitur, quod pœnitens à peccato resurgens semper reperiret se magis idoneū, & promptū ad opera charitatis, & ad dilectionē Dei & proximi, quā erat antequā à gratia priore cecidisset. Nam charitas quanto maior est, tanto magis inclinat hominem ad bonum agendum, & ad tristitia & difficilia superandum. Tertiò homo quando post habitam charitatem in peccatum cadit, non semper cadit grauius, quā antequā vnquam ceciderat: ergo, quando à peccato ad gratiam resurgit, non semper surgit

B gratior quā prius fuerat, & ita non ad maiorem gratiā. Consequētia videtur tenere à simili. Antecedens patet: quia stat, quod olim ceciderit homo in peccata grauisima, & post habitam gratiam cadat in peccatum simplicis fornicationis aut furti. Quartò, si peccator quādo pœnitet acquirit gratiam, quam prius amisit: quæro, an eam acquirit ex meritis suis, seu ratione sacramenti suscepti, an non? Non secundum: quia suppono, stante lege, neminem de nouo gratiam acquirere gratum facientem, nisi ex opere operantis, vel ex opere operato virtute sacramenti. Cum ergo pœnitens virtute sacramenti quod nondum suscipit, vt suppono, gratiam nō acquirat: restat, vt eam acquirat ex meritis proprijs. Vel ergo eam acquirit ex merito nouo, quod est actus pœnitentiæ, per quā à peccato resurgit: & hoc non: quia illa cōtritio sufficienter remuneratur per gratiam, vt vnusquisque enim cōtritionem illam, vt vnusquisque non esse meritoria nisi vnus gradus gratiæ. Nec etiam illam magnā gratiam acquirit ex meritis antiquis: quia homo per opera meritoria quæ nunc agit, non meretur, quod si cadat in peccatū, gratia sibi postmodū conferatur: alioqui homo in gratia existens mereretur gratiā primā pro tēpore futuro post la

psum cōferendā. Quod inde videtur falsum, **C** quia tunc, si restitutio gratiæ post lapsum caderet sub meritis antiquis, sequitur quod homo à gratia cadens, posset eam recuperare sine pœnitentia, & sine bono motu voluntatis: per hoc solum quod post lapsum cesset ab actu peccati, & obicem gratiæ restituenti non ponat. Quia cum huiusmodi gratiæ restitutionem prius sufficienter meruerit, sequitur quod ad eam recuperandā, non opus est nouo merito. Quintò ex Ezechie. 18. apparet, vt suprā tactum est, quod sicut peccata priora per pœnitentiā subsequenter traduntur obliuioni: ita merita antiqua per subsequenter recidiuam, traduntur obliuioni. Ergo sicut peccata priora, subsequente pœnitentia, non amplius tedeunt, nec ad æternam pœnam imputantur: ita & merita antiqua, subsequente recidiua, non amplius redeunt, nec ad gloriam acceptantur. Vnde & glossa ibidem ait: Sicut iustum ante peccatorem, non grauant antiqua delicta, sic peccatorem ante iustum veteres iustitiæ nō iuuant. Pro quo etiam videtur facere beatus Gregorius, dicens: In perpetratione malorum, nulla debet esse fiducia preteritorum bonorū. Facit etiam Hugo de sancto Victore dicēs: Nemo debet in spe correctionis peccare: quia quod semel amittitur, amplius nō recuperatur. His suadere putant aliqui hanc suam assertionem.

Quid tamen pōderis præfate rationes habeant, facile est ad eas respondendo videre. Ad primum dicendum, quod ex peccato secundū se sumpto, nemo potest commodum per se reportare: sed iram, & indignationem Dei, & perpetuam mortem: occasionaliter tamen accidit, ex peccato aliquod euenire bonum. Ita enim ex peccato Adæ, quo natura humana tam abiecta fuit, id bonum fuit subsequutum, quod Deus efficeretur homo, in quo humana natura summe fuit exaltata. Ex peccato etiā Petri Christum negantis, magnum illi bonum euenit, scilicet, abundans fletus, & in Christum feruidus, & firmus affectus: vnde meruit gratior esse, quā prius. Ex dubitatione Thomæ in resurrectione Christi, hoc bonum illi, & nobis euenit, vt post ostensionem manuum, & lateris Christi transfixi, fides resurrectionis Christi in illo, & in nobis firmaretur. In proposito autem nostro commodum pœnitenti eueniens, quo, scilicet, maiorem gratiam iam habeat, quā prius habuerat, per se ex meritis antiquis & nouis illi euenit.

Enit: non ex peccato: ex quo id boni occasio-
naliter accidit, q̄ hominem pœniteat, quod
illi meritorium est. Ad secundum non sequi-
tur illatum: quia benè se compatiuntur hæc,
scilicet, q̄ homo habeat maiorem charitatē,
quàm prius habuerat: & quòd non se repe-
riat tamabilem ad opera charitatis, & virtu-
tum sicut prius: huius ratio est: quia per pec-
cata inter casum & pœnitentiã cõmissa, di-
sponitur homo ad malū per habitus vitiosos
inde genitos: destruuntur etiã, aut remittun-
tur habitus virtutum, qui hominem ad bo-
num facilitabant: & ita nō mirum, si homo
maiorem gratiam habens, magis ineptum
se ad bonum agendum reperiat. Ad tertium
antecedente concessio consequentia non va-
let, cuius discrimen apertum est. Quia dimis-
sa peccata, nō redeunt in recidiuante, quem-
admodum merita priora redeūt, quo ad ac-
ceptionem ad gloriã & gratiã in pœniten-
te. Erãt enim opera meritoria priora per pec-
catum subsequens mortificata, quæ pecca-
to per pœnitentiã recedente reuiuiscunt
ad gratiam, vt prius, vt patebit post. Ad quar-
tum dicendum, quòd pœnitens acquirit gra-
tiam contritioni proportionatã ob meritum
ipsius nouæ contritionis: gratiã verò quam
amiserat acquirit ex meritis antiquis, per
quæ prius illã gratiã meruerat, idq; cõcurren-
te summa Dei bonitate, qua dignatus est,
opera bona acceptare, nō solū ad dandã pœ-
nitentialem gratiã illis correspondentē, quã-
do fiunt: sed quoties obicem ipsi gratiæ non
posuerit, eandē restituendū. Obex autē pec-
cati nō tollitur, nisi homo à peccato cõmissio
recedat, nec ab eo recedere de lege potest nisi
per pœnitentiã, vt supra ostendimus. Ideo
pœnitenti gratia prius amissa restituitur ex
antiquis meritis, & nō ex merito cõtritionis
nouæ: quia hæc ad restaurandum deperdita
non requiritur tanq̄ meritū: sed tanq̄ id, per
quod obex deponitur. Quod inde apparet:
quia si tanquã meritū coageret pœnitentia
ad amissam gratiã, quo maior esset pœniten-
tia & feruentior, eo maior gratia esset recupe-
randa, quod est falsum: quia impertinens est
ad recuperandū gratiam antiquis meritis re-
spondentē, parua aut magnã esse contritio-
nē. Ad quintū dicendū, q̄ probat authorita-
tē illã Ezechi. nō directē probare, q̄ antiqua
merita & gratia amissa in pœnitente redeāt:
quod fateor, vt postea patebit. Nec obstat,
quod ait gloss. illic citata: quia loquitur de
peccatore in peccatis suis permanente, q̄ illū
sux iustitiæ veteres nō iuuant, vt saluetur: &

id verum est. Quia nisi pœniteat, nil illi pro-
derunt sua antiqua merita. Et hoc modo vi-
detur accipiendū dictum Grego. ibidem ci-
tatum. Quod autē ex Hugone citatum est,
procedit, vt ait Thom. de bonis amissis, quæ
recuperari non possunt, quale est tempus no-
bis ad salutem & gratiã promerendã cõces-
sum: non sic gratia, & merita antiqua, quæ
quidē per veram pœnitentiã recuperantur.

Est igitur secunda sententia, quæ com-
muniior est, & magis diuinæ bonita-
ti & misericordiæ cõsona, quæ tenet per pœ-
nitentiã redire omnem charitatē prius amif-
sam, simul & merita antiqua in diuina acce-
ptione ad eandem gloriã, ad quam prius
fuerant acceptata. Pro qua sententia face-
re videtur primò, quod ex Ezechiële sape
citatum est, per quem Dominus ait: Si im-
pius egerit pœnitentiã, omnium iniquita-
tum suarū non recordabor, in iustitia quam
operatus est, viuet. Et iterum ait: Impietas
impij non nocebit ei, in quacunq; die con-
uersus fuerit ab iniquitate sua. E quibus col-
ligitur, quòd si Deus non recordatur pecca-
torum, peccatore pœnitentiã agente, sed
obliuioni ea tradit, ita ac si cõmissa non fuis-
sent: & si cõmissa non fuissent, homo ille
haberet omnem gratiã, quam antelapsum
habebat. Igitur etiã si post lapsum verè pœ-
nitet, eandem vel aliam eiusdem gradus gra-
tiam habebit. Si rursus impietas impij non
nocebit illi, si commissorum pœniteat: nil
igitur gratiæ aut gloriæ prius habitæ illi au-
feretur. Facit etiam, quod habetur Iohē-
lis. 2. vbi cūm prãmisisset, Conuertimini ad
me in ieiunio, fletu, & planctu: deinde ad-
dit beneficia illis euentura, & inter cætera
ait, Et reddam vobis annos, quos comedit
locusta, brucus, & rubigo, & eruca. Vbi
glossa: Non patiar perire vbertatem spiri-
tualium, quam animi perturbationibus per-
didistis. Facit ad idem glossa super Leui-
ti. 7. dicens: Aequè placet Deo virtus iusto-
rum, & pœnitentia peccatorum, quæ resti-
tuit in gradum pristinum Dauid, & Petrum.
Idem habet gloss. super epistolam ad Hebr.
6. scilicet, quod opera priora, quæ per se sub-
sequentiã peccata mortificata sunt, per pœ-
nitentiã reuiuiscunt. Facit etiã Ambrosius,
qui de pœnitentia loquens, & refert Thom.
ait: pœnitentia res optima est, quæ omnes
defectus reuocat ad perfectum. Sed hoc non
esset nisi omnis gratia & merita per pœni-
tentiã redirent. Facit etiam Augustin. in
epistola ad Macedonium, dicens: Quòd su-
per

A per peccatores facit Deus oriri solem suum.
& addit: Nec minùs tribuit, quàm antè tri-
buerat munera vitæ, & salutis. Quod maxi-
mè de pœnitentibus videtur veritatē habere.

Facit etiam Chrysof. & habetur de pœni-
tentiã, dist. 3. cap. talis. Vbi inter alia inquit
de pœnitente, quòd Deus suscipit illum, &
libenter amplectitur, & facit omnia, quate-
nus ad priorem reuocet statum. Facit rursus
Augustin. in libro de Pœnitentia vera & falsa.
cap. 14. dicens: Pium est credere, vt recepta
Dei gratia, quæ in ea destruet mala priora,
etiam remuneret bona: vt cūm destruxerit
quod suum non inuenit, amet & diligat bo-
num quod in peccatore plantauit.

Facit ad idem ratio: quia si post veram pœ-
nitentiã gratia prius habita, & gloria ei-
dem gratiæ & meritis antiquis correspon-
dens non rediret vt prius, sequeretur quòd
homo in patria beatus, perpetuò puniretur
pro peccato in via commissio: & ita pecca-
tum cõmissum, nunquàm plenè dimitti pos-
set. Sequela patet: quia priuatio gratiæ, &
gloriæ correspondentis propter lapsum in
peccatum, pœna peccati fuit. Et si prior gra-
tia & gloria nunquàm sunt sic lapsio restitu-
enda, etiam si verè pœniteat: sequitur, quòd

Beadem gratiæ & gloriæ priuatio perpetuò
manebit, etiam si homo ille beatus in patria
regnet: & ita intentum. Confirmatur: quia
opposito dato sequeretur, datis duobus, quo-
rum alter in vita sua innumera opera meri-
toria fecit: alter verò nullum, præterquam
quòd in fine vitæ suorum delictorum, quæ
similiter innumera fuerunt, pœnitet, quòd
tales in cœlo æqualiter præmiabūtur: seque-
la patet: si prior post illa innumera merita
priora in peccatum cadat, à quo finaliter re-
furgat per contritionem æqualem contritio-
ni alterius, & sic decedant. Consequens ta-
men videtur cõtra diuinam promissionem,
quæ sape in scriptura promittit, vnūquenq;
mercedem suorum operum reportaturum,
non solū boni operis finalis, sed omnium
bonorum, quæ quis in proprio corpore gef-
sit, iuxta doctrinam Pauli.

Prætereã ad idē, homo finaliter pœ-
nitens & in gratia decedēs
poterit iure à Deo exigere mercedem bono-
rum operum, quæ antequã caderet fecerat:
quandoquidem Deus ad remunerandū om-
nia obsequia ipsi Deo facta, se obligauit. Si
dicas, quòd illa sufficienter fuerunt remune-
rata per gratiam, & per alia spiritualia dona
simul & temporalia, quæ nobis nescientibus

Deus ob opera bona concedit: contra: Quia C
Deus non satisfacit benè operanti, si tempo-
ralia præstet, cū ipse æternam mercedem
pro obsequio eidem impenso promiserit: igitur
iure potest pœnitens æternam merce-
dem pro prioribus meritis exigere. Si dicas,
iam Deus illi mercedem æternam reddit, ex
quo finaliter pœnitet: contra: Quia illa gra-
tia & gloria, quæ ob pœnitentiã finalem
homini datur, illi debita est ob ipsam pœni-
tentiã, etiam si priora merita & obsequia
non fecisset, & ita iure potest gloriã priori-
bus meritis respondentem exigere. Si dicas
quòd illam, quam ob priora merita erat ha-
biturus, per peccatum subsequens amittere
meruit: ideo sibi non erit postmodum debita:
contra hanc responsionem pro parte Dei
datam, stat iterum diuina promissio. Promi-
sit enim homini pœnitenti, nō ampliùs sua
peccata imputare: igitur ob peccata priora
nō potest Deus iuste negare huiusmodi pœ-
nitenti gloriã, quam per obsequia antiqua
sibi debitam fecerat: & ita stantibus diuinis
promissionibus, pœnitens iure potest à Deo
exigere gloriã & gratiam prioribus obse-
quijs debitam seu correspondentem: & per
consequens non potest sibi iure denegari.

Contra tamē hanc cõmunem sententiã D
tã nonnulla vrgent, potissimū
cõtra fundamenta nunc posita. Et vt omitta-
mus scripturæ & sanctorum authoritates in-
firmare: ex rationibus tamen vltimò factis,
videtur id colligi, quòd peccatum non plenè
remitti potest, nisi omnia bona per ipsum
peccatum ablata restituantur. Nam illis non
restitutis, videtur pœna illa priuatiua sem-
per manere. Contra quod occurrit primò, q̄
in baptismo plenè remittitur peccatum, tam
paruulo, quam adulto obicem non ponenti:
& tamen bona, quibus primò homines
ob peccatum priuati fuerunt, non restituiun-
tur: vt patet de iustitia originali, de immor-
talitate, de dominio rerū vniuersali, quæ ho-
mines ab initio habuerūt, quibus per pecca-
tum priuatos esse constat. Patet etiã de inno-
centia baptismali, qua homo postea in pec-
catum cadens priuatur, & si deinde ad ple-
num pœniteat & satisfaciat, non illi restitui-
tur. Patet etiam de virginitate semel per cul-
pam amissa, & de aureola virginitati debita,
quæ, quanuis integra subsequatur pœni-
tentiã, & plena fiat satisfactio, non restitui-
tur corruptæ pœnitenti. Ad hunc modum
posset de alijs exemplificari: igitur ad plenã
peccati remissionem, non est necessarium

D 3 omnia

E omnia bona per peccatum ablata restitui.

Secundo occurrit aliud dubiū: quia ex eisdē rationibus videtur colligi, imò & apertē doctores hanc sententiam tuentes dicunt hominem pœnitentem habere ius ad gloriam prioribus meritis correspondentem, non obstante lapsu in peccatum postmodum subsequuto, ratione cuius iuris potest peccator post pœnitentiam contra Deum in iudicio agere, vt gloria prioribus operibus debita sibi reddatur. Contra quod arguitur, quod si tale ius ad gloriam illam homo haberet, maximē id obtineret, quando opera meritoria agit: sed hoc non, & probo: Quia homo viator non aliud, nec aliter ius acquirit ad gloriā per opera, quam eius opera ad gloriam acceptantur, cum de se meritoria non sint, nec digna gloria: sed opera hominis quantumuis bona, non acceptantur à Deo, ad tantū vel tantā gloriā absolute: sed conditionaliter, scilicet, si perseverauerit, & in tali statu in quo est finaliter decesserit, prout scriptum est: Qui perseverauerit vsq; in finem, saluus erit. Quod si ita sit, sequitur, quod ius ad gloriā finalem pendet ex conditionis euentu, & ex consequenti ante conditionis euentum non dicitur homo habere ius ad gloriam finalem: & ita homo cum bona opera facit, & meritoria, nondum acquirit ius ad finalem gloriam ante positam conditionem.

Præterea, nemo habet ius ad id quod nec suum est, nec sibi debitū: sed antequā quis in gratia decedat, gloria æterna, nec sua est, nec sibi debita. Si enim sine gratia decedat, nulla gloria debetur ei, etiam si innumera opera bona prius fecerit: & ita homo non acquisiuit ius ad gloriam absolute, quando opera bona fecit. Sed nec ius acquirit ad gloriā prioribus meritis correspondentem, quando per pœnitentiam à peccato refurgit, eò quod ratione contritionis propriam mercedem illi respondentem prætereptare potest, non aliam. Sequitur ergo quod si ius aliquod ad gloriam acquirit homo quando opera meritoria agit, est ius conditionatum, & non absolute: sic quod tunc non debetur illi operanti gloria absolute, sed conditionaliter: sicut & opera illa non à Deo acceptantur ad gloriam, nisi secundum præsentem iustitiam, quod est ea conditionaliter acceptare: sicut nec Deus pro illis operibus gloriam promittit absolute, sed conditionaliter. s. si in illis homo vsq; ad finem perseveret. Ex hoc autem quod homo per

huiusmodi opera ius conditionale acquirat, non inde fit quod si postea cadat, & demum pœniteat, quod habeat actionē contra Deū ad gloriā prioribus meritis correspondentē.

Inde sequitur quod quantumvis homo pœnitens, gloriam & gratiam suæ conditioni correspondentem tantum accipiat, & non eam quam ob priora merita fuisset consequutus si perseverasset, quod carentia talis gloriæ non erit dicenda pœna priuatiua. Nam pœna dicenda non est priuatio seu carentia gloriæ, quæ nec ipsius hominis fuerat, nec sibi simpliciter debita. Cum ergo gloria prioribus meritis correspondens, nec ipsius pœnitentis fuerit, nec ipsi debita, nisi solum conditionaliter, vt dictum est: sequitur inualidam esse rationē primò factam, quam nonnulli Doctores adeò magni faciunt, ad probandum hanc communem sententiam.

Tertiò oritur inde dubium: quia & si homo quādo peccat priuatur gratia præhabita, & gloria finali sibi correspondente, talis priuatio non videtur esse propriè pœna peccati, nec in pœnam peccati videtur peccans illa gratia finali priuari: sed quia peccatum est incōpossibile gratiæ illi & acceptioni ad gloriam. Huius ratio videtur esse: quia si priuatio gratiæ & gloriæ esset propriè pœna, sequitur quod equaliter peccantes, non æqualiter punirentur: quod suppono esse contra diuinam iustitiam. Sequela patet, si duo in idem peccatum cadant, cæteris paribus, dempto quod alter cadat à gratia, vt centum: alter verò à gratia, vt vnum: & casus est elarus. Sicut e contra homini remitti peccata, non propriè est præmium boni operis: alioqui æqualiter bene operantes, non æqualiter præmiarentur. Patet, si duo æqualem dilectionem Dei eliciant, quæ sufficiat ad æqualem gratiā, quorū alter centū peccata mortalia comiserat, à quibus liberatur: alter verò vnum tantū: & casus patet. Igitur quantumvis in peccatū cadens maneat perpetuò priuatus gratia præhabita, & gloria illi correspondente, non ob id dicendus est æternaliter puniri ob lapsum illum. Et ita rationes supra factæ non sunt omninò efficaces, cum has & alias difficultates patiantur.

Responsio, non esse ob has obiectiones à sententia præfata recedendum, nec eiusdē sententiæ fundamenta posita enervantur, patet hoc, ad ipsas respondendo. Ad primū, in quo quæritur an ad perfectam peccati remissionem necessarium sit omnia bona per ipsum peccatum amissa reparari,

A reparari, dicendum quod non: sed ea opus est reparari, quæ ad beatitudinis essentiam pertinere dicuntur, vt sunt visio, & fructio, ad quam fuerat homo prius ordinatus, & ex consequenti gratia illi beatitudini præuia. Nam ad hæc acquisiuerat homo ius per sua bona opera, & per obsequia Deo impensa. Alia autem bona, quibus contingit homines peccando priuari, sunt in multiplici differentia. Quædam, quæ reparari non possunt, vt est virginitas semel amissa, & ex consequenti aureola correspondens. Quædam sunt bona corporalia, vt sanitas, & vita corporalis, sine quorum restitutione potest peccatum totaliter remitti: sicut & plenè remissum est, anima plenè purgata cum Christo regnante. Quædam sunt bona spiritualia præter charitatem, vt donum scientiæ, linguarum, virtutum, & prophetiæ: quibus, si quando homo ob peccatum priuatur, non opus est ea reparari ad plenam peccati remissionem. Et quia iustitia originalis, immortalitas, status innocentie, dominiumq; rerū vniuersale, & alia huiusmodi non sunt de his, quæ ad essentiam beatitudinis pertinent: ideo non mirum, si peccato plenè condonato, siue per baptismum, siue per pœnitentiam, illa in se formaliter non redeant. Horum ratio est: Quia illud solum est necessarium restitui ad plenam peccati remissionem, cuius priuatio pertinet ad ea, quæ sunt de essentia punitionis, seu pœnæ peccato debita: qualia sunt, quæ ad pœnam damni, & pœnam sensus pertinent: ideoque plenè peccatum non remittitur, nisi gloria prius debita, simul & gratia reparatur, & reatus ad pœnam sensus auferatur. Alia autem bona prænumerata non sunt talia, quod eorum carentia pertineat ad essentiam pœnæ peccato debita, siue loquamur de pœna damni, siue de pœna sensus, vt patet.

B Ad secundū, in quo de iure ad gloriam quæritur, dicendum, quod homo eò ipso, quod opera bona facit in obsequium Dei & propter ipsum Deum summè dilectū: acquirit ius ad mercedē æternam, idē, ex promissione ipsius Dei, vt supra tactum est. Et fateor, quod non acquirit ius absolute, quo simpliciter & absolute sibi gloria finalis debetur: sed conditionatum, vt tactum est: & hoc ius conditionatum acquiritur homini, quando Deo obsequiū aliquod præstat: purificatur autem huiusmodi ius per conditionis euentum. s. quando finaliter pœnitet, & in Dei gratia decedit. Tunc enim habet ius

absolute, quo ex lege sibi promissa merces æterna negari non potest: & per hoc patet ad secundum. Nec sequitur, quod ibidem corollarium illatum præterdit. Quia, quantumvis gloria æterna non debeatur simpliciter, & absolute homini, quantumvis in via est, sed conditionaliter: tamen per aduentum conditionis debetur absolute. Et ita hominē in gratia decedentem perpetuò priuari gloria, sibi iam absolute debita, pœna propriè est.

Ad tertium, in quo quæritur, an priuatio gratiæ, & gloriæ correspondētis, quæ homo per lapsum in peccatum priuatur, sit propriè pœna: dicendum quod sic. Quia huiusmodi priuatio ad pœnā damni pertinere videtur, vt patet ex dictis. Et quando arguitur, quod tunc æqualiter peccantes in æqualiter punirentur. Resp. negando sequelam de pœna essentiali loquendo, vt purā gloriæ carentiā importet: nam si de pœna damni loquamur, æqualiter puniuntur omnes mortaliter peccantes. Quia hæc pœna est, hominem à regno Dei exulare, & gloria perpetuò carere, in qua carentia, omnes æquales sunt, qui mortaliter peccant. Si loquamur de pœna sensus æterna, hanc quantum ad eius durationem æqualem habent omnes æqualiter peccantes. Quod autem in casu dubij proponitur, accidit huic pœnæ. s. quod peccās, prius habuerit parvam, aut magnam, aut nullam gratiam, quodq; ad magnā vel paruam fuerit gloriam ordinatus. Quia æqualiter à gloria Dei excludatur, & æqualiter æterno premio priuabitur: esto quod alteri fuerit conditionaliter debitum, alteri verò non: quod constat ad essentiam pœnæ damni impertinens esse. Vel dicatur secundò, quod pœna damni non opus est: sit quantitati peccati proportionata. Patet, quia si duo infideles, qui nunquā gratiam habuerūt, in æqualiter peccent, & decedant, æquales tamen erunt in pœna damni. Ita e contra, si alter aliquando gratiam habuit, & ex consequenti ius ad gloriam: alter verò non: & ambo in peccatis decedant æqualibus, non erunt in pœna damni æquales, seu in pœna priuatiua: cum alter gratia actu fuerit priuatus, seu expoliatus, & alter non. Cuius exemplum ex humana iustitia sumi potest: Si duo in eandem hæresin inciderunt, & cætera sint paria dempto quod alter erat valde dives, alter verò non: & ambo in perpetuum carcerem detrahantur, & vtriusque bona omnia confiscentur: constat peccata æqualia esse, & tamē pœnam priuatiuam non esse æqualem, cum alter prius

Etur multis bonis: alter verò paucis. Ita in proposito, seu in diuino iudicio, cum accidat, cadentem magnam aut paruam gratiam præhabuisse: ita accidit æqualiter peccantes inæqualiter puniri pœna priuatiua, accipiendo pœnam priuatiuam, non vt dicat puram carētiā gratiæ, aut gloriæ: sed vt dicat carētiā gratiæ præhabitiæ, aut gloriæ prius debitiæ.

Quæstio nona.



X dictis in præcedenti quæstione, alia consequitur, an scilicet, sicut per pœnitentiam antiquam merita redeunt, & ad gloriā, vt prius acceptantur: ita etiam

per reciduiam antiqua peccata redeant, & ad supplicium imputentur, vt prius. In qua quæstione duæ sunt opiniones solēnes, quarum, quæ communior est & magis piæ tenet, quod antiqua peccata prius remissa, nō redeunt per reciduiam, ita vt ad æternam pœnam, vt prius imputetur. Pro qua sententia solet argui. Primò ex eo, quod sæpe ex Ezechiel. 18. citatum est: Quacunq; hora ingemuerit peccator, nō recordabor amplius peccatorum suorum: non igitur punit Deus reincidentem pro peccatis de quibus pœnitentiam egerat. Hoc enim est Deum recordari peccatorum, quod est velle punire, seu ad pœnam illa imputare. E contra verò non recordari est ea ad pœnā nō imputare.

Secundò ex Canonica Jacò. 1. cap. Deus omnibus dat affluentem, & non improperat: prout etiam Paulus ait ad Roman. 11. Sine pœnitentia sunt dona Dei, & vocatio: igitur, quæ Deus semel condonauit, Deus non amplius repetit. Nec cum pœnitet ea condonat se: qualiter pœnitere videretur, si dimissa peccata rursus ad pœnam imputaret.

Tertiò ex eo, quod dicitur Naum. 1. Deus non punit bis in id ipsum, seu non confurget duplex tribulatio. Si igitur semel Deus peccatorē in hoc sæculo, p peccato puniuit, interueniente dolore cordis, & debita satisfactioe ipsius peccatoris, quomodo postea pro eodē peccato, eum in alio sæculo puniet?

Quarto, quæro quando Deus pœnitenti commissa remittit, an remittat ea absolute, an conditionaliter, scilicet, nisi postea relabatur? Non secundum: quia tunc peccata

remitti pœnitenti, penderet ex futuro statu, seu lapsu, aut decessu ipsius pœnitentis: ita quod si verum est, quod reincidet, non remittuntur peccata: si autem nō reincidet, remittuntur. Cum igitur Deus certus sit, conditionem non stare in eo, qui relapsurus est, cum omnia etiam, quæ futura sunt, aperta sint oculis suis, sequitur quod remissio non fit pœnitenti, quem Deus scit in culpam relapsurum. Consequens est falsum, & erroneum: quia siue pœnitens relapsurus sit, siue in bono perseueraturus, Deus dat absolute gratiam ipsi pœnitenti, & per consequens absolute sine præfata conditione remittit peccata per pœnitentiam. Quia, vt arguit Durandus, posita absolute causa alicuius effectus, ponitur absolute effectus: causa autem ex parte peccatoris ad remissionem peccatorum est pœnitentia, ex parte autem Dei est gratia: cum igitur hæc absolute & sine futura conditione ponuntur, igitur absolute & sine futura conditione ponitur peccatorum remissio. Quo dato, sequitur, quod quacunq; eueniat conditio, non amplius ad pœnam æternam imputabuntur.

Quintò, tota ratio quare dicunt peccata dimissa redire in reciduiante, est ingratitude ipsius reincidentis. Aut igitur qualiscunq; ingratitude facit peccata redire, vel non, nisi certa aliqua. Si primum, igitur peccata redeunt in eo, qui venialiter peccat post remissionem obtētam priorum peccatorū: quod constat esse falsum. Si secundū, demus quod debeat esse ingratitude magna, scilicet mortalis, adhuc ipsa habet latitudinem, ex quo vna est maior ingratitude, quam altera: igitur si per ingritudinē meretur homo peccata redire quo ad pœnā, quæ maior ingratitude est, plura peccata redire meretur quæ minor est: & ita falsum est, quod in omni reciduiante omnia dimissa peccata redeant.

Sextò, & est confirmatio præcedentis: Aequaliter peccātes, æqualiter veniūt puniēdi, & vnusquisque iuxta quantitātē culpæ, iuxta illud Deute. 25. Iuxta quātitatē delicti erit plagarū modus: sed oppositū accideret, si omnia dimissa in reciduiante redirent. Patet: quia stat quod ille, cui plura & grauiora peccata dimissa sunt, leuius reincidat, puta in simplicem fornicationē: alius verò, cui pauciora sunt dimissa, grauius cadat, puta in graue adulterium. Et patet sequela.

Sed quoniā Magister, & Gratianus reputant opinionem contrariam probabilem, quā & tenere videtur Hugo doctor illustris

A illustris: putandum est rationes præfatas non sufficienter concludere, quod prætendunt. Vnde ad eas respondendo, posset dici: Ad primum, quod si illa autoritas probaret, quod peccata priora, non redeunt in reciduiante, eò quod Deus eorum non recordatur, homine de illis pœnitentiā agente: similiter probaretur, quod iustitiæ priores, & merita, si homo ab illis cadat, non redeunt in pœnitente: cū de illis similiter dicat textus, quod si homo à iustitia recesserit, Deus non recordabitur suarum iustitiarum: hoc autem non probatur, vt patet ex dictis in quæstione præcedente, igitur. De hoc postea dicetur. Ad secundum, fateor quod Deus dat sapientiam & gratiam omnibus se sufficienter disponentibus, & cætera quæ illis sunt ad salutem necessaria: & non exprobat, nec eum collati beneficii pœnitet, scilicet si homo non agat, vnde accepto beneficio, priuari mereatur. Scenim ob ingritudinem & peccata hominum, Deus eos priuat charitate, & alijs donis Spiritus sancti, alijsq; bonis corporis & fortunæ, vt innumera scripturæ exempla demonstrant. Cū ergo inter beneficia, quæ Deus homini confert vnum est, & de prioribus, cōdonare offensas & debita remittere, nō mirum si tali beneficio homo ingratus priuet, vt patet de liberto, qui propter ingritudinem reuocatur à domino, qui eum manumisit. l. 2. C. de libertis & c.

B Ad tertium dicitur, quod illud ad literā exponunt de terra Iuda, quā Salma nazar Rex afflixerat, cui Deus promittit, quod nō vltra per Sēnacherib filium eius affligetur, vt exponit Lyra cū alijs. Quod si ad peccata dictū illud referatur, quod pro peccato Deus non punit bis, intelligatur, quando semel peccator pro peccato est sufficienter punitus, aut pro quo peccator ipse sufficienter satisfecit, vt vult Hugo, similiter & glossa ibidem. Vnde qui pro adulterio hic decollatur, etiam venit in inferno à Deo æternaliter puniendus: quia decollatio non fuit peccato commisso condigna pœna.

Ad quartū, potest argumētū in arguente retorq;ri, quærendo de operibus bonis ab homine factis, quādo à Deo ad gloriā acceptantur, an Deus illa ad gloriā acceptet absolute, an conditionaliter? Si primum: igitur qualitercunq; homo postea vixerit, erit semp ad gloriā ordinatus. Si secundū: igitur opa bona hoīs in peccatū postmodum relapsuri, nō acceptant ad gloriā: quæ ratio cū non concludat, sequitur quod nec ea quæ facta est

concludit. Ideo dicendum, quod sicut Deus acceptat ad gloriā opera bona, dupliciter. scilicet secundum præsentem iustitiam, aut secundum æternā præscientiam, ita cū peccator pœnitentiam agit, Deus eius peccata remittit secundum præsentem iustitiam, aut secundum æternā præscientiam. Et sicut homine bona opera agente, Deus secundum præsentem iustitiam, absolute illi dat gratiam, & ad gloriā eundem ordinat: ita homine pœnitente, absolute remittit Deus illi peccata secundum præsentem iustitiam, ita vt in neutro dependeat acceptatio, aut remissio ex futuræ conditionis euentu. Attamen secundum æternā prædestinationem, seu præscientiam, atque finale iudicium, acceptatio ad gloriā, & peccatorum remissio, ex finali hominis statu dependet.

Ad quintum, admissio quod peccata nō redeant, nisi per lethalem ingritudinē: attamen impertinēs est, hanc magnā esse aut paruam, modò lethalis sit, ad hoc quod oīa dimissa redeant. Quia eo ipso quod homo est hoc modo benefactori ingratus, dignus est qui beneficio gratuito prius accepto priuetur, quale fuit peccatorum remissio: quo beneficio ablato, necesse est oīa peccata dimissa redire, modò multa fuerint, modò pauca.

Ad sextū, admissio antecedente, simul & quod stat grauius & leuius reincidere, nō sequitur, aliquē grauius puniendum pro leuiori quod pro grauiori peccato: quia illa peccata reincidentia, sicut propria habet meritā, ita propria & proportionata pœna illis respōdebit. Quod si qui leuius cadit, grauius punietur, non propter peccatū casus id erit, sed propter plura peccata prius commissa, quæ per casum redeunt. Et ita patet communē sententiā non omnino efficaciter contra Hugonem suum intentum probare.

Est igitur secunda opinio, quæ partem quæstionis affirmatiuā tenet. scilicet quod in reciduiante redeunt antiqua peccata, quo ad pœnam æternam, ad quam videtur Gratianus declinare: p qua sententia faciūt quæ sequunt.

Primò, quia peccata, quæ à memoria Dei exciderunt, aliquando redeunt in memoriam eius: nec videtur quod aut per quid, nisi per reciduiam. Antecedens patet ex Propheta, Psal. 78. Dñe nē memineris iniquitatum nostrarum antiquarū, citò anticipet nos misericordia tua. & iterū: redeant in memoriam iniquitates patrum suorum. Et. 3. Regū. 17. dicebat mulier Sareptana ad Heliam: Quid mihi & tibi vir Dei? ingres-

E suses ad me, vt rememorentur iniquitates meæ? Sed Deum rememorari & reminisci antiquarum iniquitatum, nil aliud esse videtur quàm ad pœnam iterum imputare peccata, quæ prius remiserat: quod maxime in reciduiante verificari videtur.

Secundo idem videt ex Osee. 7. Vbi Dominus improperat filiis Israël peccatum, quod ad preces Moyfi patribus fuerat remissum. scilicet peccatum idololatriæ, propter quod dicit eis, quod casuri sunt, & in captiuitatem redigendi: & citat Gratianus de pœnitentiã, distinctio. 4. cap. Væ eis. Quod si peccata patribus dimissa in filiis diuinitus puniuntur & redeunt, secundum quod alibi dictum est: Ego sum Deus visitans iniquitatem patrum in filios: à fortiori igitur peccata hominis semel dimissa puniuntur in eodem, si reciduet.

Tertio id ipsum videt Propheta Psal. 37. significasse, quando dixit: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. vbi glossa: Plagæ per baptismum sanatæ, in putredinem redeunt per peccata postmodum commissa. Vnde idem Propheta in Psal. 50. lamentatur, & confiteatur dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea: cum tamen sciret peccatum originale, sibi per circumcisionem & fidem fuisse remissum. In quo significat originale prius remissum, postmodum per alia peccata commissa rediisse. Vnde & Rabanus tractans illud Matthæ. 18. de seruo qui suo noluit conferuo misereri, ait: Non solum peccata, quæ post baptismum homo egerit, reputabuntur ei ad pœnam: verum etiam peccata originalia, quæ in baptismo ei dimissa sunt.

Quarto facit ratio: quia merita antiqua redeunt ad præmium per pœnitentiã, igitur peccata antiqua redeunt ad pœnam per reciduiam: antecedens supra probatum est. q. præcedenti, per illud Ezechii. Quacunque hora ingemuerit peccator, non amplius recordabor peccatorum suorum. & etiam per eundem Ezechielum cap. 33. dicitur: Si auerterit se iustus à iustitiã, & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? omnes iustitiæ quas fecerat, non recordabuntur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecerit. Vbi etiam dicitur, quod Deus non recordabitur iustitiarum antiquarum, si homo iustus à iustitiã se auertit: & quod Deus non recordabitur peccatorum prius commissorum, si peccator pœniteat: vel igitur pec-

cata in reciduiante redeunt: vel merita in pœnitente non redeunt. Cõfirmatur id: quia si homine reciduiante, Deus non recordatur iustitiarum præteritarum, nec pœnitentiæ prius habitæ, perinde igitur est ac si non pœnituisset: sed si non pœnituisset de prius commissis, illa manerent ad pœnam æternam imputata: igitur ita erit in casu reciduiæ.

Facit ad idem: quia maius beneficiũ est, Deum homini gratiam præstare & eundem ad gloriã ordinare, quàm debitum peccatorum remittere: sed homo per reciduiam iuste priuatur gratia & iure ad gloriã, ad quã fuerat præordinatus: igitur etiam iuste priuatur beneficio remissionis: & ita intetum.

Postremo facit quod legitur Matthæ. 18. de seruo, cui rex omne debitum remiserat, à quo cum conferuo suo nollet similiter commisereri, & debita remittere, omne debitum quod remiserat repetijt. Super quo Gregorius ait, Inde constare si quod aliquis in nos delinquit, ex corde non dimittimus: & illud rursus exigitur, quod nos iam per pœnitentiã dimissum fuisse gaudebamus. Et Augustinus lib. de baptismo, Redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est, apertissimè Dominus in Euãgelio docet in illo seruo à quo Dñs debitum petijt, eò quod ille conferuo suo debitum nollet dimittere.

His tamen non obstantibus, videtur ad quæstionem sub distinctione respondendum. Potest enim intelligi peccata in reciduiante redire tripliciter. scilicet quo ad actum: & hoc modo certum est, ea quæ præterierunt, non amplius in reciduiante redire in se, etiã si homo possit in similia peccata incidere: Potest secundo modo intelligi, dimissa redire quo ad pœnam, ita. scilicet vt punienda veniant eo modo, quo punienda forent si pœnitentiã non præcessisset, aut si dimissa non fuissent: & in hoc sensu tenendum est, peccata dimissa non amplius redire. Id patet ex decreto Augustini in lib. Sententiarum Prosperi, dicens: Qui à Christo recedit, & alienatus à gratia finit hanc vitam, quid nisi in damnationem vadit? sed non id, quod dimissum est redit, nec originali peccato damnabitur. Idem dixit Gelasius Papa, & habetur de pœnitentiã, distinctio. 4. Diuina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur. Præterea, quando peccator verè pœnitet, Deus peccata remittit, & secundum legem à debito peccati, quo ad Deum absoluitur: absurdum autem est, eum qui semel ab aliquo, debito legitime

Agitime absolutus est, eodem debito rursus teneri, vt ait Bonifacius, & Benedictus Vnde eimus in Extrauagante, Inter cunctas.

Præterea, & est confirmatio eiusdem, si peccatorem verè pœnitet, æterna pœna suis peccatis debita commutatur in temporalem: quam si quis persoluat, erit omnino à peccatis commissis liber, tanquàm qui ad plenum satisfacit pro peccatis à se commissis, ex quo Deo persoluit totum id quod loco satisfactionis Deus ab illo exegit. Igitur, esto postea reciduiet, non exigitur ab illo pro peccatis prioribus alia satisfactio, & hoc fatentur aduersarij. Ergo etiam si pœnam temporalem, in quam æterna fuit commutata, hic non soluat: in alio sæculo non exigitur à tali peccatore nisi pœna huiusmodi temporalis, cuius tantum mansit debitor post contritionem. Præterea inhumanum & ferale videtur, duriores seruitutes exigere vbi minor est ingratitude: sed contingit quod is, cui plura peccata dimissa sunt, minus ingratus reciduiando quàm alius cui pauciora sunt dimissa, vt patet, si is cui centum peccata sunt dimissa, incidat ex fragilitate, aut inaduertentia, aut ex metu vehementi in peccatum aliquod, puta quo ieiunium ecclesiæ soluat: alius verò cui vnum peccatum dimissum fuit, incidat in peccatum contra Deum commissum in contemptum & despectum ipsius Dei, à quo remissionis beneficium acceperat. Certum est enim, hunc secundum esse magis ingratum primo: & tamen ex contraria sententia, maior seruitus exigeretur à primo, cui multa redeunt peccata, quàm à secundo, vt constat.

Nec valet dicere, quod quicumque reciduiat, dignus est ob ingritudinem quod omnia priora peccata illi imputentur, ex quo iuste posset Deus homini pro omni peccato mortali infinitam, etiam intensiuè, pœnam infligere, quod plus est quàm priora commissa ad supplicium replicare: nec si illud Deus faceret, esset iniustus, aut ferale: nõ in quã valet. Quia esto quod posset iuste, si vellet oia dimissa reciduiati imputare: nõ tamen ita facit, sua erga homines misericordia potius quàm iustitiæ rigore vtens. Sicut pro vnoquoque peccato mortali iuste posset, si vellet, infinitam pœnam intensiuè exigere, & hominem annihilare: non tamè ita facit, sed pro vnoquoque peccato, certã statuit pœnam inferre, prout peccati quantitas exegerit.

Potest tertio modo intelligi, peccata dimissa in reciduiante redire

per modum circumstantiæ aggrauatis ipsam reciduiam: & hoc modo verum est dimissa redire. Vt si quis post acceptum ab aliquo beneficium illi iniuriam irrogat, certum est cæteris paribus, huiusmodi iniuriam grauiorem esse quàm si beneficium ab illo non recepisset. Et ita, quanto peccator plura aut maiora à Deo beneficia recepit, tanto grauius peccat, Deum benefactorem offendendo. Et hæc est comunior sententia, ac verior. Et ita qui reciduiat, exempli gratia, in fornicationem post dimissa sibi priora peccata, grauius peccat, ex duplici capite secundum Scotum. Primò: quia ille homo magis tenebatur Deo ratione beneficij accepti, puta remissionis priorum peccatorum, idque lege gratitudinis, vt constat: igitur grauius peccat contra legem gratitudinis reciduiando. Secundò: quia pluribus obligationibus tenetur is, cui peccata remittuntur ad non peccandum: vna, ratione legis peccatum ipsum prohibetis: alia, ratione voti, aut promissionis, quæ in pœnitentiã, vt ait, includitur: quia verè pœnitens proponit postmodum abstinere à peccatis. Verum hæc probatio Sco. deficit: quia præsupponit in pœnitentiã includi votum seu promissionem non vltra peccandi, quod non est verum: quia aliud est pœnitentem proponere non amplius peccare, aliud vouere, aut promittere, vt constat. Et primum utile & necessarium est. Secundum verò non ita, imò multis est periculosum propter periculum reciduiantis in aliquod peccatum, ad quod maxime procliuus se experiuntur. Inde his qui assueti sunt ludere, periculosum est iurare quod à ludo abstinebunt, cum vix possint abstinere, vt experientia docet. Ac proinde confessores cauere debent, nè cum videant pœnitentem frequenter in peccatum aliquod incidisse, ab eo iuramentum exigant, de non reciduiando in illud. Nec iudex debet clericum compellere, adiurare concubinam, ob rationem dictam, capitulum clericos. de cohabitatione cleri. & mulie. Aliud etiam sequitur ex his rationibus Sco. quod non potest quis reciduiare, quin duplici peccato peccet specie differenti, imò triplici peccato principali. scilicet fornicationis, & peccato ingritudinis, & peccato infidelitatis, qui promissum nõ complet: quod tamè nõ opus est. Stat enim, quod sit peccatum simplex fornicationis, si quando fornicatur nil aliud intendit, nec illi in mentem aliud venit, nisi fornicari. Imò stat, quod talis fornicatio

Etio non aggrauetur ex beneficio remissionis prius suscepto. Patet: si quando in fornicationem labitur, nullatenus recordatur beneficii suscepti, ita ut illa non recordatio sit ei inuincibilis: quod negari esse possibile non potest. Tunc est manifesta ratio, quod non aggrauetur talis fornicatio ex accepto beneficio: quia ignorantia inuincibilis precedens excusat à tota malitia, quæ alioqui erat euentura, non existente tali ignorantia: de quo aliàs. Ac proinde, quis ut in plurimum peccatum recidivæ aggrauetur per beneficium remissionis prius susceptum, non tamen semper: & per consequens, nec dimissa peccata semper redeunt per modum circumstantiæ aggrauantis, nisi in eo qui aduerit, aut aduertere debet ad beneficii sic per eum receptum. Et tunc erit duplex peccatum. scilicet fornicatio, & ingratitude. Pro quo notandum, quod ait Tho. 2. 2. f. tres sunt gradus gratitudinis. Primus, beneficium agnoscere. Secundus, laudare & gratias agere. Tertius, loco & tempore retribuere pro facultate. E contra verò sunt tres gradus ingratitude. Primus, beneficium non referre seu non retribuere. Secundus, dissimulare, quasi non demonstrans se beneficium accepisse. Tertius, quod non recognoscat per obliuionem. scilicet voluntariam, aut alio modo. Et quia in affirmatione opposita intelligitur negatio, ideo ad primum ingratitude gradum pertinet, quod aliàs retribuatur mala pro bonis. Ad secundum, quod beneficium vituperet. Ad tertium, quod beneficium quasi maleficium reputet. Ad quorum primum pertinet peccatum recidivæ, cum per illud iniuria fiat Deo, qui tantum beneficium tribuerat.

Sed hic dubitant doctores ubi est maior ingratitude: in casu ab innocentia, an in casu à pœnitentia. Et videtur Scodice quod in casu ab innocentia: eò quod quanto maius est beneficium acceptum, tanto magis est ingratus qui benefactorē offendit: sed innocentia est maius beneficium, quam pœnitentia. Probat hoc, quia maiorem gratiam fecit Christus Matri suæ eam in innocentia præseruando, quam Magdalene eam à casu leuando. Vnde singularis gloria & ornatus est sanctis in hoc, quod nunquam ceciderunt.

Oppositum tamen videtur verius. Pro quo supponendum est, quod quantitas beneficii seu gratiæ alicui factæ, non cõmensuratur præcisè ex quantitate doni seu rei donatæ: sed ex qualitate dantis, & ex qualitate seu cõditione accipientis. Ex

dante quidem, ut si is qui alteri beneficium G facit, id cum periculo suo, aut suarum rerum diminutione, aut cum magno labore, aut magnis expensis faciat. Ex parte etiam accipientis: quia ceteris paribus, quanto is, cui beneficium fit, minus dignus est illo aut magis indignus, tanto est maior gratia, & maius beneficium: ut si inimico, & ei qui contrarium meruit, benevolentiam exhibeo. Inde magis meritoria est dilectio inimici quam amici, prout Christus significauit dicens: Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis: nam id Ethnici faciunt, *Matth. 5.* Et Paulus idem docet, dicens: Commendat *Roma. 5.* autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est.

Corollarie sequitur, quod stat minus alicui datum esse minus, & tamen beneficium seu gratiam esse maiorem. Patet ex parte dantis, si minori modo, & labore, conferat maius quam minus. Similiter ex parte capientis, si capiens minus, sit illo penitus indignus, & contrarium meruit: alius autem, cui maius tribuitur, est illo dignissimus. Sequitur amplius, maius esse beneficium redemptionis quam creationis, tam ex parte beneficientis quam ex parte recipientis. Ex parte quidem facientis, quia beneficium redemptionis factum est cum magno labore, & iactura, & expensis ipsius Christi redemptoris: nam cum sanguinis effusione, & morte crudelissima nos redemit. Ex parte etiam recipientis: quia nos ipsi, qui redempti sumus, eramus tanto beneficio penitus indigni, non solum contradictorie, sed contrarie: quia merebamur æternaliter captuari, & damnari, imò & in nihilum redigi: quæ causæ non concurrunt ad augendum gratiam creationis, ut constat.

Sequitur inde, quod maiorem gratiam fecit Deus, dando innocentiam Virgini gloriosæ, quæ eam dando Adæ & Euzæ in statu integræ naturæ: esto quod munus in se esset æquale. Patet hoc ex parte dantis & accipientis: quia si Christus Virginem ab omni culpa etiã originali conseruauit, fuit ob meritum passionis ipsius Christi, & ita cum magno labore, & passione dantis: cum tamē Adæ data fuit pro tunc innocentia liberaliter, & non ob passionem Christi præuisam. Similiter quia virgo Maria, nisi præseruata fuisset, ad massam cõmunem naturæ infectæ pertineret, ut alij. Sequitur ultra maiorem gratiam esse, lapsum in peccatum

Acatum per pœnitentiam erigere, quam eum tenere ne cadat, idque ex parte recipientis. Quia minus dignus est beneficio, qui cecidit, imò est illo indignus posituè, ut constat, qualiter non est dignus is, qui nunquam cecidit. Ac proinde, licet beneficium innocentie in se sit maius, quam beneficium pœnitentiæ, per quam quis resurgit: attamen attenda conditione recipientis, maius est beneficium pœnitentiæ quam innocentie. Et inde fit, quod lege gratitudinis, magis tenetur quis ob pœnitentiam susceptam, quam ob innocentiam: & per consequens ceteris paribus, grauius peccat, qui à pœnitentia cadit, quam qui ab innocentia. Quod ex sententia Hugonis comprobatur dicens: Nonne attendis, quanto sepius gradatur, tanto iniquior ingratitude iudicatur? Ecce duo sunt, vnus sepius offendit, & sepius oranti venia indulgetur: alter innocenter viuens, & semper voluntati, & imperio præsentis Domini humiliter obediens, non habet pro quo depreceat. Contingit autem postea quod contingere potest ut uterque in simili culpa offendat: dic ergo, quis horum amplius reus iudicatur, nisi ille, qui prius tantam gratiam ingratus comprobatur accepisse? Leges secunda crimina grauius plectunt, & iterata vulnera difficiliter ad sanitatem reducuntur. hæc ille.

Iam respondeamus ad rationes supra in oppositum factas. Ad primum, in quo arguitur, Deum aliquando antiquarum iniquitatum recordari, dicendum est in illis, & alijs huiusmodi locis Deum dici recordari, quando effectum exhibet: quo ostendit, se memorem esse, & in mente retinere, quæ ab aliquo commissa sunt. Nec opus est, id ita accipere, quasi Deus olim in mente aliquid habuerit, quod à memoria excidit, qui postea ad recordationem excitatur. Sed recordari dicitur per hoc, quod effectum operatur, in quo se iustum, vel misericordem ostendit, iuxta illud Genes. Recordatus est Deus Noe, & adduxit spiritum super terram. Et iterum: Apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei. Quod autem dixit Dauid: Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. & iterum: Redeant in memoriam iniquitates patrum suorum: ita est accipiendum, ut intelligamus, iniquitates patrum, aliquando in filiis puniri, iuxta id quod scriptum est: Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitates patrum in tertiam, & quartam generationem. Quod dupliciter solet verificari. Vno modo, quod filij in hoc seculo aliquando puniuntur pro pec-

catis patrum, etiam si filij mores paternos non imitentur: sic puniuit Deus Dauid in filio suo paruulo, eum à medio tollendo. Sic solet etiam pro peccato Regis, populum sibi subditum punire, saltem in hoc seculo. Secundo modo, quod filios puniat pro peccatis patrum, ideo scilicet quia patrum peccata imitantur. Et tunc proprie, non pro veterum peccatis filij puniuntur, sed pro proprijs, prout scriptum est: Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij, sed vnusquisque in peccato suo morietur. Sed pro tanto dicuntur peccata patrum in filiis redire quo ad penam: quia ita Deus indignatur contra filios, qui patrum scelera imitantur, sicut contra ipsorum patres fuerat indignatus. Et ita patet, quod quæ allegata sunt, non probant, quod peccata prius dimissa redeant ad supplicium.

Ad secundum ex Osee citatum patet ex dictis responsio, quod filij Israël non puniuntur æternaliter pro peccatis patrum suorum. Nec ideo peccata patrum in filiis Deo impropere, quod velit significare, pœnitentiæ dimissa in filiis redire, quo ad supplicium, sed quo ad imitationem intendens significare filijs ipsorum malitiam, & iniquitatem, qui velint ea facere, patres imitando, pro quibus sciebant Deum contra patres tam vehementer iratum olim fuisse.

Ad tertium ex psal. sumptum, videtur non esse illud referendum ad peccatum originale, quod plenè fuerat per circumcisionem, & fidem remissum: nec originale post sui remissionem relinquit cicatrices quæ admodum actuale, quod trãseunte actu, relinquit habitum vitiosum, seu dispositionem ad malum, ante cuius totalē amotionem, nondum sanatum dicitur peccatum. Et tale habituale vitium putrescit, & corrumpitur quæ vires assumit ex frequenti vsu, uti videmus fieri in his, qui penam differunt, quorum malum Dauid in illo psal. narrare intendit. Aut si velis, quod originale dicatur cicatrices relinqueret, quæ sunt fomes peccati, illi dicitur putrescere, & corrumpi: quando homo huiusmodi fomiti deseruit eius inclinationem sensuale sequendo. Et utcumque sit, non inde fit, ut originale dimissum redeat ad supplicium. Sed tamen ob reuerentiam authorum, qui dicunt originale redire, sicut & cetera peccata dimissa, intelligatur, ut supra, quod redeunt per modum circumstantiæ aggrauantis peccatum recidivæ.

Ad quartum ex Ezechiële allegatum. Vnde deo illo eodē loco uti eos, qui tenent peccata non redire: similiter & eos, qui tenent peccata redire, utriusque suam tam contrariam sententiã hac eadē authoritate probantibus:

cum

E cum tamen locus ille, nec vni, nec alteri sententia suffragari videat. Quandoquidē si rectē attēdas in illo cap. 18. & cap. 33. videbis id prætere apertē prophetā. f. quod antiqua peccata nil oberūt peccatori ad consequutionē æternæ vitæ, si verē pœniteat eum, & in bono & iusto perseveret: & quod antiqua merita nil proderunt iusto, ad hoc quod æterna liter viuat, si à iustitia cadat, & in peccato perseveret. Ita enim ait: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur: omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor, in iustitia sua, quam operatus est, viuet. Et sequitur: Nunquid voluntatis mea est mors impij? & non ut conuertatur & viuat? Vnde patet intentum. Et sequitur: Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem: omnes iustitias eius, quas fecerat, non recordabor. Et sequitur: In præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et similis sententia ibidem iterum repetitur: & infra cap. 33. In quib⁹ æqualiter loquitur de obliuione peccatorum antiquorum, & de obliuione iustitiarum antiquarum, taliter quod sicut antiqua peccata non sufficiunt ad mortem æternam, si homo pœnitentiam agat, & perseveret: ita antiqua merita non sufficiunt ad vitam æternā, si homo à iustitia cadat, & in malo decedat. Vnde patet impertinens id esse, ad asserendum vel negandum quod antiqua merita per pœnitentiam ad idem præmium redeant, aut quod redeant antiqua peccata per reciduiam ad idem supplicium. Et hoc est, quod ait glossa ibidem: Sicut iustum ante peccatorem non grauant antiqua delicta: sic peccatorem ante iustum, veteres iustitiæ non adiuuant. Vnusquisque enim in quo inuenitur, in eo iudicatur. Vnde patet argumentum Hugonis tenere in hac parte, quod si antiqua merita redeunt per pœnitentiam ad idem præmium, etiam & antiqua demerita debent redire per reciduiam ad idem supplicium, si præfenti textui sit innitendum. Nec obstat, quod textus dicat de recedente à peccatis, quod in iustitia quam operatus est viuet. Quia etiam de reciduiante dicitur, quod in peccatis suis morietur. Quod si primum ad veteres iustitias extendatur: quare ergo secundum ad vetera peccata non extendatur? Quicquid sit de præfenti textu, qui pro fun-

damento vnus, vel alterius sententiæ sumitur. Dicendum, quod quauis antiqua merita redeant per pœnitentiā ad idem præmium, nō inde sequitur quod redeant antiqua delicta ad idem supplicium. Discrimen potest dari, vt supra tactum fuit. Quia quando peccata commissa per pœnitentiam remittuntur, commutatur pœna æterna in temporalem absolutē, & non ex conditione pendente ex futuro. Ideo quomodocunque illa pœna tēporalis in se vel æquiualete soluat, manet homo omnino liber à commissis, quomodocunq; finaliter decebat. Præmium autem æternū meritis antiquis correspondens nunq̄ commutatur in temporale: ideoque semper manet in acceptatione Dei integrum. Inde fit, vt remoto obice per pœnitentiam, dicantur antiqua merita reuiuifcere. Non sic reuiuifcunt antiqua demerita. Aliud discrimen: quia Deus in lege promisit mercedem æternam pro quocunque meritorio obsequio Deo impenso, ideoque videtur homo habere actionem ad præfatā mercedē promissam, si finaliter in gratia decedat: & ideo stāte lege, iniuste ageretur cū homine in gratia decedente, si merces suis obsequijs debita, illi denegetur. Pro peccatis autem semel dimissis, stāte lege, non ita debetur æternum supplicium: nec Deus habet actionē contra peccatōrē, finaliter in peccato decedentem, vt iure, ab illo æternum supplicium, seu debitum exigat pro peccatis, de quibus pœnitentiam egit: sed solum iure potest ab illo exigere pœnam temporalem, in quam fuit æterna commutata: ideo iniuste cum illo agitur, si pro dimissis æterna pœna ab illo exigatur. Denique si ad misericordiam recurramus, & Dei bonitatem, vtrunq; decet diuinam liberalitatem & misericordiam, quod scilicet, pœnitenti, antiqua restituat bona, & cadenti non aliā vltra pœnam tēporalem in quam fuerat æterna commutata infligat, etsi iuste maiorem posset exigere, cum prior sit ad miserendum quā ad puniendum.

Ad postremū ex Mat. sumptum dicunt comuniter, ex illo loco colligi, peccata dimissa redire per reciduiā, non quo ad pœnam sensus, sed quo ad pœnam damni: quæadmodum illud accipiendum est, vt dicunt, quod ait Iacobus: Qui peccat in vno, factus est omnium reus. Non tamē videtur id textui citato satisfacere. Quia in illo sensu nil referret, vnum peccatum dimissum redire, aut plura: eò quod loquendo de pœna damni

A damni, tāta pœna debetur homini pro vno peccato, quāta pro multis: cum eadem sit in oib⁹ pœna dāni. Textus autē ait, quod Dñs seruū illū tradidit tortorib⁹, quousq; omne debitū solueret. In quo aliquid ampli⁹ significat, quā quod redeat debita, quo ad pœnā dāni tantum. Quod ex Matth. 5. apertius colligitur, vbi cōcordiā fratrum præcipiens de illo qui fratri nō vult reconciliari, inquit, quod mittetur in carcerem, & non exibat inde, donec soluat nouissimum quadrantē. Quod si de reditu peccatorum quo ad pœnam damni solum intelligeretur, nil referret omne debitum dimissum repetere, aut partem ipsius. Adde quod in pœnā damni non minus incidit homo per peccatum ipsum recidui, quā si nulla peccata illi dimissa fuissent. Cum ergo reciduianti peccata priora condonata repetantur: argumentum est, aliquid aliud pro dimissis hominem illum soluturum esse, quā pœnam damni.

Alter autem respōderi solet, vt supra, q̄ ex loco citato colligit, peccata dimissa redire per modum circūlatiōis aggrauatis. Cōtra quod obijci: Quia tunc ille seruus non pro dimissis peccatis detrudetur in gehennam, sed pro peccato recidui:

B quāuis ob illud grau⁹ punietur: quia ingratitude videtur annexā habere. Textus autē significat, quod nō solum pro peccato recidui in carcerabit: sed pro peccatis prius dimissis. Quia dicit de seruo illo, quod non exibat inde, donec soluat quicquid debebat: & sibi condonatu fuerat: igitur antiqua debita prius condonata postmodū repetunt, ac si condonata non fuissent. Nec obstat quod huius repetitionis causa fuerit impietas serui illius. Aliud enim est pro sola impietate quenquam puniri: aliud verò, impietatem illam causam esse, quod pro dimissis peccatis puniatur. Ad quod stādo in communi sententia, dicendum, quod Christus illam Parabolam dixit, vt significaret nobis quantū Deo placeat fraterna charitas, quā tūque illi displiceat in fratres impios esse, & immisericordes, seu crudeles: propter quod dignus est homo à quo omnia dimissa repetantur. Quanquam Deus pro sua bonitate non ita repetat, quæ semel condonauit: atamen & si ea non repetat, magnam vltionem sumet de homine, qui cum à Deo tantam fuerit misericordiam consequutus, in fratrem suum tam impius sit, & crudelis. Et dicit Deus à tali reciduiante omnia prius condonata repetere: quia in puniendo in-

gratum, ad beneficium remissionis prius illi collatu respectū habet: & quāto plura condonauerat, tāto maiorē vindictā sumet de illo.

Sunt tamen, qui dicunt, casum huius textus specialem esse, in quo dimissa peccata redeant ob peccatū crudelitatis, seu immisericordiae in proximū. Quibus respondendum videtur, quod in nullo casu peccata semel à Deo remissa redeunt. Et esto, quod præfens textus de casu speciali loqui videatur, non tamen ob specialitatē casus, dimissa peccata redire ad idem supplicium dicenda sunt: sed ideo de reditu peccatorū in præfenti textu facta est mentio, vt intelligamus, nobis fraternam charitatē specialiter cōmendatā esse, quodq; si cōtra eam agamus, maior de nobis vindicta sumēda est, eò quod patrem misericordiarum non imitatur, quemadmodum imitari debemus: qui nobis tam abundē largitur, & debita dimittit, vt & nos similiter dimittamus: quibus minimē dimittet, nisi & nostris debitoribus dimiserimus: prout præfata Parabola cōcludit, cōformiter ad petitionem orationis Dominicæ, nobis à Domino traditæ, in qua petimus, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Præsupposito ergo dimissa peccata per reciduiam non redire quo ad reatum, sed per modum circūstantiæ aggrauantis, esset dubium, an reciduians teneatur iteratō confiteri peccata prius per confessionem dimissa. Et dixerunt aliqui, vt refert Thomas, quod sic, idque in particulari, si saltem confessio fiat sacerdoti, cui non fuerat priora peccata confessus. Mouetur ad id dicendum ex duobus. Primò: quia si dimissa peccata sacerdoti non exponantur, sequitur quod reciduians non sufficienter confitetur quantitatem suæ ingratitude contra Deum commissæ, quæ tanto maior est, quanto plura peccata illi fuerant à Deo remissa. Secundò, quia alioqui sacerdos non sufficienter agnosceret vultum illius pecoris: cum tamen scriptum sit, diligenter agnosce vultum pecoris tui.

Alij verò dixerunt, vt idem Thomas, quod necessariū est dimissa peccata iterum confiteri, idque saltem in genere, & aliquando in particulari, propter duo. Primò quidem, vt debitum satisfaciendi modus illi reciduianti imponatur: & debitum remedium illi adhibeatur, ad quod multum confert scire mores illius contentis. Secundò: quia peccata prius dimissa

Emissa solent esse occasio homini cadendi in peccatum: & ita ut sacerdos sciat, quam occasionem debeat ille recidians postmodum vitare, necesse est priorem consuetudinē malam illi confessori exponere.

Videtur tamē nec primum nec secundum modū esse tenendum, quodq; peccata prius dimissa per confessionem non sint de necessitate iterum confitenda. Et probō id excludendo causas, quas præfati Doctores afferunt ad fundandum necessitatem reconfitendi. Quia si necessariū esset dimissa iterū confitēdi, vel esset ad finē consequendi eorum remissionem, vel ad finem exponendi quantitatem ingratitude, vel ad finem exponendi vultum pecoris pastoris, vel ad finem imponendi debitū modum satisfactionis, vel ad finem præscindendi occasiones recidivæ (has enim causas tangunt modi recitati:) sed ex nulla ex his colligitur necessitas iterum confitendi peccata prius dimissa: patet de prima, scilicet ad finem consequendi remissionem illorū peccatorum. Quia illa peccata iam antē fuerant per contritionem, & confessionē legitimam dimissa, ut suppono: igitur cum per recidivā nō redierint quo ad culpā, nec quo ad reatū æternæ pœnitentiæ, ut supponimus: sequitur &c.

Secundō ad finem exponendi quantitatem ingratitude, non est necessarium illa iterum confiteri. Patet hoc: quia sub præcepto confitendi non cadit quantitas peccati exponere, modō eius species exponatur. Ut si appetitui fornicari ex vehementi conatu voluntatis, non est necessariū exponere, quanto conatu, aut quanto feruore appetitus id fecerim: cum ille feruor maior aut minor speciē peccati non mutet. Igitur quanuis maior sit ingratitude recidivantis, si multa peccata illi sint condonata, quam si pauca, cum eadem species ingratitude maneat: sequitur non esse necessarium quantitatem ingratitude explicare. Et per consequens nec omnia peccata prius dimissa iterū confiteri. Confirmatur hoc. Quia tunc non satis esset peccata dimissa iterum confiteri: sed omnia beneficia à Deo recepta esset necessarium confiteri: puta, quod Deus creavit nos, quod redemit, quod nutrit, quod scientiam, prophetiam, intellectū, & alia dona spiritualia, & temporalia concessit, quodque contriti fuimus de peccatis intentē, quod opera multa bona fecimus, quod est ridiculum: cum non sit necessariū confiteri sacerdoti nisi peccata de quibus

iudicandi fumus. Et sequela patet: Quia illa omnia beneficia à Deo recepta conducent ad quantitatem ingratitude ipsius recidivantis, contra suum benefactorem delinquentis.

Tertiū quod non sit necessarium dimissa iterum confiteri ad finem exponēdi vultum pecoris pastoris, apparet. Tum, quia quod scriptum est Prouerborū 27. Diligenter agnosce vultum pecoris: non ad oves dirigitur: sed ad pastores, seu prælatos, quibus incumbit cura, & sollicitudo pro salute ouium: scilicet, ut vigilanter attendat, si oves sibi commissæ habeant aliquod vitium, quod per correctionem veniat amouendum: ad quod impertinens est, quod priora peccata emendata iam & dimissa, iterum in confessione exponantur, ut patet. Tum etiā: quia si ad hunc finem esset necessarium peccata iam emendata & remissa iterū confiteri, à fortiore esset necessarium, peccata omnia venialia non emendata suo pastoris confiteri, ut perfectē vultum pecoris agnoscat & corrigat: quod tamen est falsum.

Quartū, quod non sit necessariū, dimissa iterum confiteri ad finem, scilicet imponendi debitum modū satisfaciendi ipsi recidivanti, patet. Tum, quia stat, quod in priore confessione fuit sibi debita satisfactio imposita, & illam poterit etiā post recidivam adimplere absq; hoc, quod priora iteratō cōfiteatur. Tum etiā, quia non est necessarium pœnitentiam iniungere, aut iniunctam à sacerdote acceptare, ut patebit in tractatu de confessione: cum post deletam culpam, & æternam pœnitentiam in temporalem commutatam, sit liberum homini pœnitentiam illam temporalem hic, vel in alio sæculo soluere. Ergo ad illum finem nō est necessariū priora iterum confiteri. Adde quod pœnitentiæ iniunctæ sunt arbitrarie, & potest sacerdos parvā aut magnā pœnitentiam, prout velit imponere: nec ad salutē pœnitentis est necessariū, pœnitentiam adæquatam eidem iniungere, ut suppono. Et patebit inferius.

Quintū, quod nō sit necessariū, priora iterum confiteri ad finem vitandi occasiones recidivæ, patet. Quia nō est necessarium confiteri semper occasione vnde quis in peccatum cadit: quia sub præcepto confessionis non cadit, nisi peccatorū confessio. Stat autem & sæpe, ut occasio vnde in peccatum caditur, non sit peccatum. Patet hoc ex Prouerbijs: Paupertas similiter & diuitiæ solent esse occasio cadendi in peccata.

A peccatum furti, vel superbiæ. Similiter coniugem accipere, & eidem copulari, solet esse occasio cadendi in peccatum carnis. Imō & virtutes ipsæ actu exercite, & scientia, solent esse occasio cadendi in quādam vanam gloriam, & contemptum aliorum. Et tamen illa, quæ prædicta sunt, non sunt ob id necessario confitenda. Tum quia talia non sunt, de quibus homo in iudicio rationē reddere teneatur, nec pro illis est iudicandus. Tum etiā: quia illa solent peccatum sequens alleuiare, circumstantias autē alleuiantes peccatum, nō est necessarium confiteri, ut constat ex doctrina omniū. Et per consequens, quāuis peccata frequentia, prius tñ per contritionē, & confessionem dimissa, sint aliquando homini occasio recidivandi, nō inde fit, ut sit necessarium illa reconfiteri. Illæ tamen occasiones sunt necessario confitendæ, quibus cū se homo immiscet, peccat exponendo se periculo cadendi in peccatum, iuxta magistralem regulam, & sapientis dictum: Qui amat periculum, peribit in illo. Ut potest exemplificari de quibusdam negotijs, quæ sine peccato exerceri nō possunt. iuxta cap. Falsas pœnitentiæ. & cap. Negotium. de pœnitentia, distin. 5. Similiter & nudum cum nuda in eodem lecto esse ad vires resiliēdi experiendum, quod in concilio Cōstantiæ dānatum est tanquā mortale. Et ita patet, quod ob nullam causam ex asignatis, est necessariū dimissa peccata iterum confiteri. Quod ampliū confirmatur in se ex Extrāvaganti Bonifacii & Benedicti. Absurdum est, eos qui semel legitime absoluti sunt, eodē debito rursus teneri. Similiter de pœnitentia, distin. i. ut refert Tho. Non necesse est, ut qui semel sacerdotibus confessi fumus, denuō confiteamur.

Sed adhuc videtur ratio vrgere. Quia si quis in fornicationem recidivuet post beneficium remissionis prius obtentū, talis peccat, non solum per fornicationem, sed per ingratitude, quæ distinctum peccatum est specie à fornicatione: cum alia sit lex de non fornicando, alia verò de non esse benefactori ingratus: igitur, qui post recidivam non confitetur ingratitude, dimidiat confessionem: & per consequens tenetur, nē dimidiet, iterum confiteri peccata prius ex gratia dimissa: si non in particulari, saltem in generali.

Responsio. Ratio hæc querit, quando ingratitude recidivatis est peccatum speciale, & quando solum circumstantia. Nam si speciale peccatū sit, opus

est illud particulariter cum cæteris confiteri: secus si sit præcisē circumstantia. Et dixit Bonaventura & alij post ipsum, quod dupliciter aliquis dicitur ingratus. Vno modo, quādo benefactorem offendit in contemptum beneficii suscepti, aut ipsius benefactoris, & tunc est speciale peccatum, & per consequens confitendum. Alio modo, qui post beneficium receptum aliquid malum contra benefactorem agit, secluso præfato contemptu: & tunc est circumstantia peccati, quæ omne peccatum cōcomitur, eo quod omne peccatum est contra Deū, à quo beneficia multa recepim: & tunc non opus est illud confiteri: satis est peccatū ipsum, seu factū criminofum confiteri. Sed, salva pace, nō videtur id sufficienter esse dictū: quia circumstantia ingratitude semper dicit nouum peccatum, siue voluntas peccatis habeat pro obiecto beneficium aut benefactorē, siue nō. Id patet, quia illud est nouum peccatū ab alio specie distinctū, quod propria lege, aut prohibitione vetitum est: sed propria lege vetitum est, ingratos nō esse, aut malum pro bono reddere, sicut lex gratitudinis alia est à lege castitatis. Lex autem gratitudinis, cum affirmatiua sit de benefactori gratificādo, includit negatiuam de non inferendo malum pro accepto beneficio: sicut præceptum de honorando parentes, includit prohibitionem de honestandi eosdem. Quod autem nō opus sit, voluntas peccantis, benefactorem seu beneficium eius pro obiecto habere ut nouum peccatum sit, patet de eo, qui furatur rem aliquam de loco sacro. Ille enim committit sacrilegium, etiam si de loco sacro non meminerit tempore quo furatur. Et qui in die Dominica fornicatur, nouum peccatum ultra fornicationem in diem festum & Deo dicatum committit, etiam si eius voluntas in diem non tendat, nec prætentat aliquid in contemptum temporis, aut loci sacri. Similiter, qui cum nupta alteri fornicatur, peccat per adulterium, etiam si voluntas eius non habeat pro obiecto coniugium, seu maritum adulteræ. Si cut si quis proicit lapidem, vnde accidit hominem occidi, cum aduertere debuit, peccat per homicidium: etiam si eius voluntas non fuerit quēquam occidere. Ad hunc modum de alijs: igitur ut circumstantiæ peccatorum nouam culpam inducant, non opus est eas esse actualiter obiecta voluntatis peccantis, cum sæpe contingat hominem præter intentum peccare, quanuis ut quis illis

E nouis

E nouis peccatis formaliter voluntariè peccet, requiratur huiusmodi circumstantias obiecta esse voluntatis: scilicet tamen, vt peccata noua sint in re, & materialiter. Sequitur iam, quòd qui reciduat in fornicationem, est ingratus nouo peccato ab ipsa fornicatione distincto: etiam si id in contemptum beneficii suscepti, aut benefactoris Dei non fiat. Illud tamen nota, quòd quanuis fornicari, post remissionem priorum peccatorum acceptam, peccatum nouum sit specie distinctum à fornicatione in quam homo cadit: non tamen est noua ingratitude specie distincta ab ingratitude ipsius fornicantis ob beneficia alia à Deo accepta. Recepimus enim à Deo beneficiū creationis, redemptionis, iustificationis, & multa alia: quæ beneficia, quanuis specie differant, ingratitude tamen respectu omnium illorum vna specie est, etiam si multiplicatis beneficijs, augeatur ipsa ingratitude. Sicut augeatur furtum, si res furto sublata, sit valde pretiosa: nec species furti variat, si furemur rem pretiosam aut minus pretiosam specie differetem. Sicut contra beneficium remissionis priorum peccatorum ingratitude commissa, eo maior est, quo plura peccata fuerunt condonata, sed illa specie fuissent diuersa: non inde ingratitude ob præfatam remissionem diuersorum peccatorum, diuersa est specie dicenda. Si obijcias, quanuis ingratitude reciduat, ob remissionem priorum peccatorum non sit specie distincta ab ingratitude ob beneficium creationis, & redemptionis, & reliqua alia beneficia: attamen est nouum peccatum distinctum ab ipsa fornicatione reciduat: & per consequens tenetur cum fornicatione, simul ingritudinem de beneficio remissionis confiteri, saltē in genere. Respōdetur, negando sequelā. Quia ex quo ingratitude de beneficio remissionis non est secundum se nouum in specie peccatum, sed vna species ingritudinis est, cū ingratitude de alijs beneficijs in genere à Deo acceptis: ideo si ingratitude de beneficio creationis, & redēptionis, & aliorum bonorum non est de necessitate confitenda, sequitur quòd nec ingratitude de beneficio remissionis. Quòd autem non sit necessarium ingritudinem de beneficijs à Deo acceptis confiteri, etiam si specie differant à peccato reciduat, ratio est manifesta. Quia talis ingratitude nota est ipsi sacerdoti, nec illi occultari potest: puta quòd ipse confitens fuit à Deo creatus, & redemptus,

& conseruatus, & nutritus. Modò autem, G quando aliqua circumstantia, quæ nouam speciem peccati inducunt, notæ sunt confessoris, satis est factum ipsum nudè illi confiteri: quia ex eius confessione sufficienter videntur tales circumstantiæ exposita. Vt si Monialis confiteatur fornicationem confessoris sciet illam esse Monialem: aut si laicus, qui Petrum clericum occidit, confiteatur se Petrum occidisse, cōfessore scient illum Petrum clericum fuisse, satisfacit factū ipsum exponendo: ita in proposito.

Cōcludo igitur, non esse necessariū in particulari, aut in generali iteratō confiteri peccata prius per confessionem dimissa, etiam ad finem confitendi ingritudinē reciduat: non oblatē, quod talis ingratitude nouū peccatū sit specie distinctū à peccato reciduat: excepto nisi ipsi reciduat ingratitude esset per se peccatū, & non solūm circumstantia alterius peccati. Quod esset quando reciduat aliquid ageret in contemptum beneficii accepti, aut ipsius benefactoris. Quia tunc per se peccatum est, etiam si id quod ex illa intentione agit, alioqui peccatum non esset, vt constat. Tunc enim necessarium est talem voluntatem, & contemptum, particulariter confiteri: non tamen præteritorum confessio ob id H est reiteranda de necessitate &c.

Quæstio decima.



Via in præmissis, vnum tanquam certū videtur esse præsuppositum. scilicet quòd peccator potest post veram pœnitentiam reciduat, & rursus ad gratiam per pœnitentiam resurgere: quaritur an id sit verum? Et dixerunt ad primum nonnulli, quorum opinionem Magister in: Quarto refert, similiter & Gratianus de pœnitentia, distin. 3. quòd nemo potest post verā pœnitentiam in peccatū mortale cadere: & si ceciderit, veram non fuisse pœnitentiam, à qua cecidit. Pro quibus videtur facere Amb. similiter & Grego. qui verā pœnitentiam definiens dicunt, eam esse præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Repugnat ergo verā fuisse pœnitentiam, si postea homo aliquid plangendum committat. Vnde subiungit Gregorius: Nam qui sic alia deplorat vt alia tandem committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat,

A ignorat, aut dissimulat. Facit etiam August. in lib. Soliloquiorum dicēs: Inanis est pœnitentia, quæ frequens culpa coinquinat: nec aliquid profunt lamenta, si replicentur peccata: nil etiam valet veniam à malis poscere, & mala denotō iterare. Facit etiam Ambro. libr. 2. de vnica pœnitentia: Reperiunt qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriant in Christo. Nam si verè pœnitentiam in Christo agerent, iterandā postea non putarent: quia sicut vnū baptisma, ita vna est pœnitentia.

Secundò idem probat ratione. Quia pœnitentia, vt vera sit, opus est proportionetur offensæ: offensa autē cū infinita fuerit, necesse est pœnitentiam illi proportionatā infinitam esse, non intensiue, vt constat: superest ergo, vt sit infinita quo ad durationē, sed talis nō est, si quis à pœnitentia cadat. Quod ex Augusti. confirmant lib. de vnica pœnitentia, vt supra citauimus, dicente: Pœnitentiam nunquam esse finendam. Vbi enim dolor finitur, deficit pœnitentia: si verò pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia?

Præterea vera pœnitentia est, qua peccator verè apud Deū iustificat: ille autē apud Deū verè iustificat, qui de filio perditionis fit filius regni: sed filius regni non est, si postmodum in mortale peccatum cadat, & maxime si in eo decedat, cū talem secundum legem necesse sit in æternam perditionem abire: non igitur stat aliquem veram agere pœnitentiam, & rursus ab eadem in peccatum incidere.

His non obstantibus, aliter dicendū est, distinguendo de pœnitentia vera, quæ quidē potest vera dici tripliciter, vera veritate existentia, vera veritate fructus presentanei, & vera veritate fructus finalis. Vera est pœnitentia veritate existentia, quā homo realiter dolet de peccatis à se commissis: quatenus offensa sunt Dei: cū proposito efficaci, Deū nō amplius mortaliter offendendi. Vera dicitur pœnitentia veritate fructus presentanei, quando talis est pœnitentia, quòd per eam homo veniā consequitur delictorū, & gratiā de presenti. Vera dicitur pœnitentia veritate effectus seu fructus finalis, quando pœnitentia nō solū in presenti acquirit gratiam, sed finaliter obtinebit gloriā, quā per pœnitentiam meruerat. Cōtra etiam potest tribus oppositis modis dici non vera pœnitentia. scilicet si non verè propter Deum doleat, si taliter doleat, quòd eius dolor ad gratiā non sufficiat, si doleat & gratiam acquirat, non tamen finaliter gloriā assequatur. An autem sit dabilis vera pœnitentia, primo modo, scilicet veritate existentia, quæ non sit

vera veritate effectus presentanei, vt multi opinantur, dicentes pœnitentiam non sufficere ad gratiam, nisi sit certo modo intensa, aut per certum tempus continuata, iam supra inquisiuius: & conclusum est oppositum, scilicet, omnem talem ad gratiam sufficere, nec ad id esse necessariam, certam intentionem, aut per certum tempus pœnitentia durationem. Quod satis colligitur ex eo, quòd habetur de pœnitentia, distinctio. i. cap. pi. Multiplex. vbi post alia dicitur: Si quem verè pœnitet, nullas patitur moras veniæ conuersio. Vbi glossa citat, quòd scriptum est: Spiritus sancti gratia, tarda nescit molimina. Sed de his supra. Differunt autē præfata pœnitentia vera. Quia vera pœnitentia, veritate effectus finalis, non nisi prædestinatis competere potest, quia soli illi finaliter gloriā consequuntur: alia autem verè pœnitentia cōmuniter possunt præstitis & prædestinatis conuenire, vt statim patebit.

Iam responsio ad quæstionē est clara, scilicet quod homo potest, post veram pœnitentiam, quomodocumque sumptam in peccatum mortale cadere: post veram tamen pœnitentiam tertio modo sumptam, non potest in peccato mortali finaliter decedere. Hoc secundum apertum est. Nam repugnat, fuisse veram pœnitentiam veritate effectus finalis, & finaliter in peccato mortali decedere, vt constat. Primum etiam satis notum est, tum exemplis scripturæ, tum etiam ratione. Exempla nota sunt. Nam Dauid veram egit pœnitentiam de adulterio, & de homicidio: quia ad eum pœnitentem missus fuit Nathā & dixit ei: Transiit Dñs peccatū tuū, non morieris. & tamen postea peccauit in numeratione populi, de quo. 2. Reg. vltimo. De Saul etiam patet, qui cū prius fuisset à Deo electus, & gratia Dei in Regē vnctus, postea in peccatum lapsus est. Idem patet de Petro, & ceteris Apostolis, qui postquam fuerunt à Christo electi, & ad gratiam & amicitiam eius admissi, tempore tamen passionis Petrus Christū negauit, & alij Apostoli à fide ipsius recesserunt. Patet etiam ratione eadem conclusio. Quia homo post veram pœnitentiam, & obtentam gratiam remissionis habet liberū arbitriū, quo potest, oblata materia peccandi, cadere, & stare: cū nō illico quòd habet verā pœnitentiam, sit in gratia cōfirmatus, vt suppono. Quod Paulus significat dicens: Qui stat, videat nē cadat. Qui similiter docet, multos à fide & gratia, quam receperant

E 2 ccci-

Eccidisse, vt patet ex epistola ad Gala. & ad Cap. 2. & 3. Corin. Idem patet ex Apoca. de quibusdam episcopis, quos à gratia prius per pœnitentiam recepta constat cecidisse.

Ad rationes prioris opinionis, respondeo. Primū, quod ait Ambrosius & Greg. pœnitentiā definiētes, soluitur, rectē illud exponendo, vt exponit Magister. s. Pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda iterum non cōmittere: id est, de peccatis dolere, cum proposito, ea nō amplius cōmittendi. Itaque quod dicunt, & plangenda iterū nō cōmittere, non ad rem, sed ad mentis propositum referatur. Vnde, qui de commissis dolet, proponens tamen postea in aliquo perseverare, vel ad illud redire, talem non verē pœnitet, vt cōstat. Quod etiam ait August. Inanis est pœnitentia, quam sequēs culpa coinquinat, similiter id ad mentis propositum referatur, non ad euentum rei futurum. Quod inde patet: quia culpa postmodum subsequens in re, si in proposito non fuit, quando homo pœnitentiam agebat, non potest dici coinquinare pœnitentiam præteritam, vt constat. Coinquinatur autē pœnitentia per sequentem culpam, quando illa sequens culpa habetur in mentis proposito, & tunc non est vera pœnitentia. Eodē modo intelligatur, quod ait: Nil profunt laementa, si replicantur peccata: si scilicet replicantur in proposito: alioqui si in re replicantur, non inde fit vt fructuosa non fuerit, saltem præsentialiter, præterita pœnitentia. Quod etiam ait Ambrosius, vnicam esse pœnitentiam & non iterandam, intelligitur de pœnitentia solenni, vt aliās diximus, non de pœnitentia cordis, de qua nunc loquimur.

Ad secundum ^{ad m. lo quod pœnitentia, si vera est,} etiam veritate effectus præsentanei, debet esse infinita, vt offensa proportionetur, saluatur primō huiusmodi proportio: quia sicut offensa fuit infinita, non intensiue, nec duratiue, sed obiectiue, ita & pœnitentia est obiectiue infinita. Secundō: quia esto necessarium sit, pœnitentiam esse infinitam quo ad durationem, intelligatur non in re, sed in mētis proposito. Et ita est, quod si quem verē pœnitet, debet habere propositum à peccatis in perpetuum abstinendi. Ad id autē, quod ibidem ex Augustino citatur, supra responsum fuit.

Ad tertium. Si aliquid probaret, si militer probaret, nullū præscitū posse in hac vita habere gratiā:

Quia si præscitus est, finaliter in gehennam ibit, tanquā filius perditionis. Si gratiam Dei habet, filius regni est. Sed consequens est error damnatus, cum multi præsciti per baptismum gratiam acquirant, vt patet, saltem de paruulis: similiter de multis adultis, qui verē contriti baptizantur, & alia sacramenta deuotē recipiunt, & tandem finaliter cadunt. Ideo dicēdū, quod per pœnitentiā verā, fit illicō homo filius regni secundū præsentem iustitiam, cum quo stat, quod sit filius perditionis secundū finale iudicium.

Dato igitur posse hominē post verā pœnitentiā in mortale peccatū cadere, esset querendū, an post hōi recidiuā possit per iteratā pœnitentiā à peccato resurgere. Et dixerunt aliqui, quod tum primō ex eo, quod supra ex Ambro. citatū est, reprehendente eos qui putant pœnitentiā iterandā esse, dicente: Si verē eos pœnitent, pœnitentiā iterandā esse non putarēt: quia sicut vnicum est baptismus, ita vnicus debet esse pœnitentia.

Secundō, quia Christus non legitur eundem bis sanasse corporaliter, nec spiritualiter. Argumentum igitur est, iteratam pœnitentiam non valere ad remissionem peccatorum.

Tertio, quia inquit Paulus ad Hebr. ^H Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, gustauerūtq; donū cœlestē, & gratiā Spiritus sancti, si prolabantur, rursus renouari ad pœnitentiā. Et quod id non solum de renouatione baptismali sit intelligēdum, apparet. Quia eos qui sic prolabantur cōparat terrā proferenti spinas & tribulos, quam dicit reprobam esse, & maledictō proximam, cuius consummatio est in combustionem &c.

Quarto, si pœnitentia posset salubriter iterari, sequeretur hoc inconueniens, quod hominibus præberetur occasio frequētius peccandi, iuxta illud Gregorij: Facilitas veniēcentium præbet delinquendi. Imō & Deo peccata placere videntur, si semper præstō esset illa cōdonare.

His tamē nō obstantib⁹, tenēda est cōtraria sententiā tanquā catholica, quod. s. peccator potest per iteratam pœnitentiam ad gratiā resurgere, non tantum semel, sed pluries. Id patet exemplo Dauid, qui post adeptam iustitiā Dei & gratiam in adulterium lapsus est, & inde per pœnitentiam resurrexit: & rursus per numerationem populi à gratia cadens, postea iterum pœnitens saluus factus fuit. Patet etiā de Petro semel per pœnitentiam

Anitentiam iustificato, & Deo multum dilecto, quia gratia cadens, Christum negauit: & rursus per pœnitentiam, & fletum veniā meruit obtinere. Idem patet de cæteris Apostolis, qui cū frequēter cecidissent, tandē per pœnitentiā surrexerunt, & sanctissimi sunt.

Secundō hæc veritas patet ex dicto Christi Mat. 18. qui querēti Petro, quoties fratri peccati esset dimissurus peccatū, an septies, respondit: Non dico tibi septies, sed septuagies septies. In quo numerus determinatus ponitur pro indeterminato, ac si dixisset, quoties frater in te peccauerit, si illum pœnituerit, dimitte illi. Nec audiendi sunt, qui dicunt Deum homini iniunxisse, vt toties dimittat fratri in se peccanti, quoties pœnituerit illū, & quod Deus ipse, qui summa misericordia est, non nisi semel, peccantibus dimittat, cum paratissimus sit omnes ad se confugientes admittere. Imō ad id ipsum pro sua bonitate se astrinxit, veniā & salutem omnibus verē pœnitentibus promittens, vt patet ex his, quæ supra ex Ezechiele adduximus. Vnde ausus est Augustinus dicere, quod si Deus confugientes ad se non admitteret, esset iniustus, qui promissum non compleat.

B Tertio eadem veritas patet ex determinatione ecclesiæ, de summa Trinitate, & de fide Catholica. c. firmiter. vbi declaratum est cōtra Nouatum, posse hominem post baptismū lapsū semper per pœnitentiam reparari.

Quarto idem patet, quia scriptura sæpe hortatur peccatores in generali, & quosdam in particulari, vt post lapsum pœnitentiam agant: quibus, si conuertantur, salus promittitur, vt patet, tum alibi, tum etiam Apoca. 2. & 3.

Ad rationes supra factas dicēdum. Ad primum respōsio patet ex dictis, q̄ Ambro. nō negat pœnitentiā cordis posse salubriter reiterari, cum ipse apertē contrariū doceat: sed loquitur de pœnitentia exteriori solenni, quæ nō venit iteranda, nē si iterari posset, vilescat: & vim reuocandi homines à grauibus criminibus amittat. Et etiam: quia talis pœnitentia significat expulsiōem, qua Adam de Paradiso tantum semel expulsus fuit. Vt igitur signum suo signato correspondeat, conuenienter fuit per ecclesiā institutum, nē possit solennis pœnitentia iterari.

Ad secundū. Esto scriptum nō sit Christum eundem hominē bis sanasse, nō inde sequitur, q̄ nō bis sanauerit. Quia mul-

ta fecit Iesus, quæ scripta non sunt, vt ait Ioā. cap. 20. Nec si non eundem bis sanauerit corporaliter, sequitur, quod nec bis eundem spiritualiter sanauerit: cum constet eundem hominem per iteratam pœnitentiam sæpe sanatum esse spiritualiter, vt patet ex exemplis supra citatis. Adde, quod Augustinus ad hanc obiectionem respōdens, sentit oppositum. s. quod non solum spiritualiter, sed etiam corporaliter Christus eundem hominem sanauit. Ait enim lib. de vera & falsa pœnitentiā. c. 5. quod in eo, quod legitur Christū sanasse multos cæcos, multos claudos, multos leprosos, ostenditur Christum eisdem hominibus sæpe peccata dimisisse: Ideo, inquit, tot sanauit claudos, cæcos, aridos, nē desperet peccator. Ideo autem non scribitur nisi semel sanatus, vt timeat quisque iungi peccato. Et subdit. Videmus adhuc quotidie in ecclesia sæpe febricitantes, sæpe languidos, sæpe passionibus captos, sæpe liberari, vt appareat toties opus miserentis, quoties confessio sit pœnitentis. Quomodo enim corpus, quod vilis res est, sæpe sanaret: & animam digniorem, & redemptam non toties liberaret? Medicum se vocat, & non sanis, sed malè habentibus opportunum. Sed qualis est medicus, qui malum iteratum nescit curare? Medicorum enim bonorum est, infirmum centies visitare, centies curare.

Ad tertium ex Apostol. sumptū, dicendū cū cōmuni expositione, quod loquitur illic Paulus de renouatione baptismali. Vbi ait gloss. Nē quis verō existimet, secundum, vel tertium baptismum post peccata posse fieri, subdit: Impossibile est, non tantum difficile, nē quis in hoc confideret. Et in verbo renouari ait: Negat hic Apostolus reiterationem baptismi, sed non excludit pœnitentiam: renouari enim, est nouum fieri: nouum autem facere, lauacri est, id est baptismi, iuxta illud, quod ait ad Titum. 3. quod Christus secundum suam misericordiam, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis. Hoc idem dicit Chrysostomus. homil. 9. super epistolam ad Hebræos: similiter & Augusti. vbi supra. Ad id autem, quod opponunt ex verbis sequentibus ipsius Pauli comparantis recidiuantem terrā, dicendū, vt ait Chrysostomus, quod in illis verbis consolatur nos Paulus, si verba ponderemus. Non enim ait, taliter lapsos, esse eo ipso maledictos, sed maledictō proximis. Qui autem maledictō proximi sunt, & non maledicti, possunt à maledictō longè fieri,

E Nec dicit, taliter lapsos esse combustos, sed quod eorum consummatio est in cōbustionem. In quo significat, eos comburēdos, qui lapsi in peccatis perseuerāt vsq; in finem. Cū quo tamen stat quod ante finē, possunt fructuosē conuerti, & pœnitere.

Ad quartū respondet Augusti. & habetur de pœnitētia, distin. 3. c. Adhuc eos qui sic arguūt, errare. Constat enim multū ei peccata displicere, qui semper præstō est, ea destruere: sed si ea amaret, non ita semper ea destrueret. Quod enim frequēs venia præbeat incētiū delinquendi occasionaliter & per accidens, non bonis, sed prauis, nullum est inconueniens: quemadmodū Paulus ad Roma. 7. docet, bonum occasionaliter, aliquando mortem inducere. Attamen loquendo per se, & non occasionaliter, frequēs venia causam præbet recognoscendi tantum beneficium, & Deo gratias agendi, & eundem verē diligendi, qui tanta erga peccatores, & tam frequenter misericordia vitur. In quo, & illud Pauli verificari potest: Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.

Cōcluditur ergo quo ad hæc duo, quæ supra quæsitā sūt, posse hominem iustum post veram pœnitētiā, in peccatum mortale cadere: posse etiā à peccato per iteratam pœnitētiā frequenter ad gratiam resurgere.

Quæstio. xi.



Verū tria super sunt inquirēda. scilicet an de lege ordinata ad maturationem aliqui peccatoris, vsus discretio nis habēti, facultas verē pœnitēdi: ita, vt de cōmissis, pœnitere nō possit. Secundō supposito quod non, an possit peccator semp per pœnitētiā à peccatis quibuscunq; quantumuis grauibus ad gratiā resurgere. Et supposito quod possit, an de facto ita sit, & certum quod semper ad gratiā resurgat, si illum pœniteat. Et ad primū dixit Armachanus lib. 9. in Summa sua, quod sæpe accidit, vt Deus facultatem verē pœnitendi à peccatoribus ob eorū grauissimā, yf nimia peccata auferat: ita, vt tales post modum pœnitere non possint: aut etiā, quia sunt de massa perditionis. Pro qua sententia arguitur. Primò, quia aliquando Deus de-

negat hominibus fidem, & cognitionem veritatis, sine qua verē illos pœnitere non potest: igitur illis non relinquitur facultas verē pœnitendi. Antecedens probatur per illud Ioan. 12. de Iudæis incredulis dictum: Propterea non poterant credere: quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorū, vt non videāt oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Vbi glos. dicit, illos pro magnitudine sceleris pœnitentia esse indignos.

Confirmatur idem ex eo, quod Ioann. 6. dicitur: Nolite murmurare ad inuicem, nemo potest venire ad me, scilicet, per fidem, nisi pater, qui misit me, traxerit illum. Vbi Augusti. ait: Quasi dicat, scio, quare esuritis, sic, vt iustum panem non intelligatis, neque quæritis, nemo potest venire ad me. Et addit: Magna gratiæ commendatio: nemo venit nisi tractus: quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & non illum, noli iudicare, si non vis errare. Igitur multi sunt, quibus Deus fidem necessariam negat, vel ob eorum peccata, vel quia sunt de massa perditionis.

Hoc idem rursus apparet ex illo Matth. 11. Væ tibi Corozaim: Væ tibi Bethsaida. Quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te: olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Vbi Hierony. in sententia ait, illis ciuitatibus gentium negatam fuisse à Christo fidei prædicationem, quam si audiuisent, conuersi fuissent. Vnde & Apostolis præcepit dicens: In viam gentium nē abieritis.

Ad idem facit, quod habetur Amos. 8. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & mittam famem in terram: non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei: & commouebuntur à mari, vsque ad mare, & ab aquilone ad orientem, & circuibunt quærentes verbum Domini: & non inuenient. Ex quo Hieronymus cōcludit, quod Deus aliquādo his, qui malum faciunt, & perseuerāt, immitit Prælatum, qui nesciat illos fidem docere. Imò aliquādo Deus immitit spiritum erroris his qui in fordibus sunt, vt docet Paulus ad Roma. 1. loquens de gentibus contra legē naturæ viuētib; dicens: Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum.

Secundò aliquādo Deus indurat cor peccatorū, subtrahēdo illis suū auxiliū & gratiam conuersiuam, & illos deferēdo, & à se proiciendo. Id patet ex Paulo ad Ro. 9. dicente: Deus cuius vult miseret, & quē vult indurat, quemadmodū indurauit

Auit cor Pharaonis, nec illi pmissum est à mala voluntate affligendi Hebræos recedere. Et Hieremi. 6. Erudire Hierusalem: nē fortē recedat anima mea à te, nē fortē ponam te desertam terram inhabitabilem. Et iterum ibidem: Frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos, quoniam Dominus proiecit eos. Nec id solū, sed etiam sæpe homines ob sua peccata priuantur auxilio, & custodia angelorum, prout dicit Hiere. cap. 5. Curauimus Babylonem & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniam peruenit vsq; ad cælum iudiciū eius. Et iterum per Isaiam cap. 5. Auferam, inquit Dominus, à vinea sepem, & erit in conculcationem, & direptionem. Vbi glo. per sepem circumdantem intelligit angelorū custodiam. Facit etiam, quod legitur Ezechielis. 3. Sed & linguam tuam faciam adhærere palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Ex quibus & alijs multis videtur, quod Deus sæpe subtrahit homini remedia necessaria ei ad verē pœnitendum: puta cognitionem, & fidem, & miracula, & Doctorem, seu prædicatorem, & gratiam, & auxiliū suum, & angelicam custodiam, & linguæ vsus ad petendum veniam, & reliqua opportuna remedia. Et per cōsequēs talibus hominibus adimitur facultas verē pœnitendi, ita vt pœnitere non possint.

His non obstantibus, videtur duram esse, & impiam hanc præfatam sententiam, nec rationi nec scripturæ sanctæ satis consonā. Vnde contra eam, & pro opposita sententia arguitur primò. Et si daretur tempus viæ, in quo homo pœnitere non posset, habens perfectum iudicium discretionis, sequitur, quod homo ille de necessitate peccaret, & de necessitate in peccato perseueraret, cum à peccato recedere non posset: & sequela nota est, falsitas tamen consequentis patet: quia repugnat dicere hominem de necessitate peccare, cum secundum Augustinum, peccatum intantum peccatum est, in quantum voluntarium: ita vt si voluntarium non sit, peccatum non sit. Et Hierony. de Ecclesiasti. dogmatibus, anathematizat eos, qui dicunt Deum obligare hominem ad aliquid ipsi impossibile: qualiter obligaret, si ita esset, quod homo non posset non peccare, aut à peccato per pœnitentiam non posset recedere, vt constat.

Deinde homini competere liberum arbi-

trium, quo liberè possit, si velit, bonum, aut malum eligere, apertum est ex eo, quod scriptum est: Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, ad quod volueris, porrige manum. Ecclesiasti. 5. Similiter Deutero. 30. Moses ad Hebræos loquens, etiam post quā grauissima peccata commiserant, ait: Testes inuoco hodie cælū & terrā, quod proposuerim vobis vitā & mortē: elige ergo vitam, vt viuas. Et ad Caim, postquā fratrem occiderat, dixit Dominus: Nonne si benē egeris, recipies? sin autem malè, statim in foribus aderit peccatum, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Ex quibus apertè patet, liberum esse homini, quantumuis scelerato à peccato recedere, si velit, & illius pœnitere. Pro quo etiam facit Paulus. 1. Corinth. 10. Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari vltra quàm potestis. Et ita patet, hominem ex parte sua semper habere potestatem, si velit, à peccato per pœnitentiam recedendi.

Secundò si diuinā misericordiā attendamus, simul & scripturam sacrā, hoc ipsum colligemus. scilicet Deum omnes peccatores ad pœnitētiā vocare, eisdemq; si illos pœniteat, æternam vitam promittere. Ita enim dixit omnes peccatores inuitans: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. Et iterum per Ezechielem, omnibus peccatoribus qui ab iniquitatibus recesserunt, quantumlibet graues, & enormes fuerint, vitam similiter promittit, & peccatorum omnium veniam, vt sæpe citatum est, capitu. 18. & 33. Et iterum per Isaiam & Zachariam & Iohelem, omnes peccatores ad se vocat dicens: Conuertimini ad me, & cōuertar ad vos. Quoties etiam Deus conqueritur de populo suo, quem de adulterio, de idololatria, de fornicatione, de infidelitate, de Dei contemptu, & blasphemia, de alijsque grauissimis peccatis redarguit, à quibus se repulsum esse, & abiectum conqueritur? Et nihilo minus clemens pater misericordiarum, benignè illos ad se vocat, pœnitētiā hortatur, & veniam promittit. Non enim Deus vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Dicere igitur quod Deus aufert ab homine facultatem pœnitendi, ita vt nō possit pœnitere, nec ad Deum se conuertere, impium est contra diuinam clementiam.

Tertiò idem patet: quia apertum est Christū pro omnibus peccatoribus quantumuis sceleratis passum esse. Et oēs tales ad pœnitentiā vocasse, ipso per Lucā di-

Ecente: Non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et tanto magis charitas Christi ad homines commendatur, qui pro impiis mori voluit, quanto grauiora fuerant peccata & offensæ contra diuinam Maiestatem commissæ, vt docet Paulus ad Roma. 5. Ex parabola etiam patrisfamilias, qui fecit conuiuium, ad quod vocari præcepit omnes claudos, cæcos, & debiles, & quocunq; morbo laborâtes, hocidem intelligimus scilicet Deum omnes peccatores, quæcunq; sint, & qualiacunq; crimina quæ commiserint, vocare ad cœnam suam, illisq; ex parte ipsius inuitantis omnia esse parata. Impium igitur est dicere Deum adimere peccatorib; facultatem pœnitendi, pro quorum salute, tot & tanta passus est Christus. Deinde quomodo staret, quod ait Paulus. 1. ad Timo. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, si ipse Deus ex parte sua negaret homini, quod ipsi est necessarium, vt conuertatur? Nec placet hoc accipere, vt aliqui accipiunt dicentes, quod sensus sit, nullum hominem saluari, nisi Deo volente. Nam ex textu ipso colligitur, quod Dei voluntas huiusmodi ad omnes se extendat, & non solum ad eos qui saluantur: cum præmittat ibidem fieri Orationes, & obsecrationes pro omnibus hominibus, cuiuscunq; conditionis sint. Et sequitur quod dictum est, scilicet, nam Deus vult omnes.

Apocalyp. 2.

Matth. 7.

1. Cor. c. 2.

Quomodo etiam illud staret à Dño dictum: Ego sto ad ostiũ, & pulso, si quis aperuerit, intrabo ad eum. Et iterũ: Petite & accipietis, pulsate, & aperietur vobis: Quomodo etiam staret, quod ait Ioã. in sua Cano. f. Christum esse propitiorem pro nostris peccatis, & non pro nostris tantum, sed pro totius mundi peccatis, si essent aliqua peccata tam enormia, vt isti dicunt, quod pro illis auferat Deus à peccatore potestatem pœnitendi.

Adde quod si propter aliquod peccatũ enorme adimeref homini facultas pœnitendi, maximè propter peccatum in Spiritũ sanctum, de quo dixit Dñs, qd non remittet in hoc seculo nec in alio: sed hoc non. Quia si textum Euangelij percurras, reperies Christum vocasse ad pœnitentiã, ac veniã promississe his, quos antea de peccato in Spiritũ sanctum arguerat, de quo aliã, quando de peccato in Spiritum sanctum agebamus.

Dicendum igitur, quod Deus nulli viatori iudiciũ discretio nis habenti claudit viam salutis, nemini tollit a bitrij libertatem, nemini quæ illi necessaria sunt, vt conuertatur, tollit, neminem ad

peccandum, vel in peccato perseverandum **G** necessitat, neminem ad bonum impossibilitat, neminem fallit, nec errorem per se immitit, quanuis permittat multos errare, & in suis peccatis perseverare, & in alia noua peccata incidere. Cum hac tamen permissione stat in illis libertas à peccato recedendi, si velint: quia vnumquemque relinquit in manu consilij sui, exceptis his, quos pro sua voluntate vult præseruare, aut ad se specialiter conuertere. Pro quo illud notandum, quod duplex est fauor, quem hominibus Deus præstat. Alter sine quo homo bene agere non potest, & talem nemini negat, quantumuis sceleratus sit, nè homo in diem iudicij peccata sua in Deum retorqueat, qui illi fauorem necessarium negauit. Alter est fauor superabundans, qui & si necessarius non sit homini simpliciter, vt bonum agere possit, confert tamen multum, vt bonum de facto agat, quod secluso huiusmodi speciali fauore, alioqui non ageret, etsi posset.

Id ex aliis aperte cognoscere possumus. Nam peccator aliqua peccata euitaret, verbo reprehensionis adiutus, quæ alioqui nõ vitaret, etiam si posset. Nam etiam munere solet moueri ad bonum aliquod agendum, quod alioqui non ageret, etsi posset. Ita igitur Deus munere quodam, siue **H** exteriori, siue interna inspiratione, certo modo iuuat specialiter quos vult, vt illos pœniteat: sine quo iuuamine dormirent, & non pœniteret, quanuis posset. Multis etiam hoc iuuamen speciale non confert ad pœnitendum, vel credendum, aut aliud bonum opus agendum, quod agerent, si huiusmodi iuuamen illis præstaretur. Et hoc modo per negationem huiusmodi specialis iuuaminis, dicit quosdam indurare, aut obcæcare, sciens illos sine præfato iuuamine à peccato non recessuros. Et hoc modo illos deserit, & à se abiicit, eos perire permittens, vel quia sunt de massa perditionis, vel quia id impossibilitati ad pœnitendum, vt satis iam constat.

Nunc ad motiua prioris sententiæ dicendum. Ad primum sumptum ex Ioanne. 12. Non poterant credere, quia Isaias dixit & c. Dicunt aliqui illud verbum, non poterant, sonare, non necessitatem consequentis, sed consequentiæ: quia non posse credere, idem est quod necesse est non credere, & ita sensus est, necesse est, si Isaias dixit, quod non erant credituri,

Ari, eos non credere. Sed hoc quãuis in se verè dictum sit, non tamen videtur ad propositum textus. Quia illic Euangelista intendit significare obstinationem, & duritiam cordis Iudæorum, qui cum tanta signa à Christo fieri vidissent, non credebant. Nec intendebat necessitatem consequentiæ significare, nec quod causa, quare credere non possent, erat, quia ab Isaias sic fore, erat prænuntiatum. Nec ad id citauit prophætæ dictum: sed intelligamus causam suæ obstinationis, seu obdurationis fuisse, quia Deus obcæcauit oculos eorum, prout Isaias prædixerat. Hæc autem obcæcatio non fuit, nisi diuini iuuaminis subtractio, sine quo non erant credituri, quanuis credere possent, si vellet, etiam si iuuamen illud superabundans illis subtraheretur. Et quod possent, si vellet: Augustinus dicit eundem locum tractans. Quærit enim, quare autem non poterant credere, si à me, inquit, quærat: citò respõdeo, quia nolabant. Et si obiiciatur, aliam causam dedisse prophetam, quare non credebant, scilicet, quia dedit Deus illis Spiritum compunctiõnis oculorum, vt non videant: Respondet idem Augustinus, hoc ipsum eorum voluntatem meruisse in malo obstinatam, à qua mala voluntate, si vellet recedere, potuissent. Vnde fit illud verbum, non poterant, non sonare impossibilitatem credendi, sed ineptitudinẽ voluntatis, simul & intellectus eorum. Erat enim ex parte intellectus obstaculum, quo credere in Christum impediebantur. Ex parte etiam voluntatis obstinatio, & peruersa affectio, quibus stantibus, credere in Christum non poterant. Illa autẽ obstacula in illis permanebant: quia Christus gratiam suam, vt amouerentur, illis non præstabat. Itaq; illis stantibus obstaculis, credere non poterant: simpliciter tamen poterant, si vellet. Quod inde rursus patet: quia si simpliciter non possent credere, ipsa incredulitas non esset illis imputanda, quod suppono falsum. Ad aliud ex Ioanne. 6. citatum: Nemo potest venire ad me, dicendum similiter, quod illud verbum non potest, nõ dicit simpliciter impossibilitatem veniendi ad Christum per fidem, vt ex dictis patet; cum id esset in libera ipsorum potestate: sed secũdum quid, vt dictum est, stante, scilicet, eorum ineptitudine, quam Deus sciebat in illis sine gratia, & fauore speciali ipsius, non esse amouendam. Et hac ratione dicitur ibidem: Nemo potest venire ad me, nisi datum sit ei à patre meo. De qua fide (inquit) Pau-

lus, quod Dei donum est. Simpliciter tamen **C** non negandũ est hominem rectè suis naturalibus vtentem, si per hominem, aut per miracula doceatur posse credere in Christum, alia superabundanti gratia seclusa. Attamen doctorem habere, aut miracula fieri, per quæ fides doceatur, inter dona Dei venit connumerandum, ita vt semper verificetur, quod ait Christus: Nemo potest venire ad me, nisi si pater meus traxerit eum. gloss. i. nisi pater reuelauerit per se, scilicet, vel per alium.

Ad aliud ex Matth. citatum: Væ tibi Corozaim, patet responsio, quod Deus illis ciuitatibus Gentilium Tyro. f. & Sdoni non abstulit facultatem verè pœnitendi, quãuis fidei prædicationem illis subtraxit, sed sine hac potuerunt credere: quia si quod in eis erat, debitè fecissent, doctore fidei Deo providente, minimè caruissent: sicut nec eo caruit Cornelius, nec Eunuchus Candacis Reginae, qui, quod in eis erant, fecerunt, vt patet ex actibus Apostolorum. cap. 10. & cap. 8.

Ad aliud ex Amos. 8. sumptũ: similiter respondetur, quod inde colligitur Deum subtrahere hominibus ob eorum peccata doctorem veritatis: & nõ solum hoc, sed aliquando immitit Spiritũ erroris, quo peccatores seducantur, & pereant, vt patet ex eo, quod ex Paulo ad Rom. citatũ est: & etiam ex eo, quod ait. 2. ad Thessal. 2. Eò quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent: idẽo mittet Deus illis operationem errorum, vt credant mendacio. Facit etiam Deus aliquando, vt prophætæ interrogati, non verum, sed falsum respondeant, prout dicitur Ezechie. 14. Iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas Prophetæ erit. Quæ omnia permissiue sunt accipienda, sicut illud aliud, propter quod tradidit illos Deus in passiones ignominie & c. ad Rom. 1. Siue igitur Deus multos errare, & fidem ignorare permittat, siue remedia opportuna ad cognitionem veritatis illis subtrahat, stat tamen in eisdem potentia pœnitendi, & se ad Deum conuertendi, & per consequens ea, quæ illis necessaria fuerint, sciendi, vt ex dictis patet. Remedia tamen, quæ sunt homini ad pœnitendum, & Dei mandata seruandum necessaria, nulli iudicium discretiõnis habenti adimit Deus. Et ita patet ad omnia, quæ supra in oppositum allegata sunt, & multa alia. Illud tamen, quod postremo ex Ezechielis. 3. citatum est, videtur ad propositum impertinens. Nam illic prædicit Dominus Ezechielis mala, quæ per repro-

E 5 bos

E bos passurus erat, in pœnâ quorum futurū erat, vt Ezechiel ad illos nō egrederetur, nec illis prædicaret, nec eorum vitia obiurgaret: vt in fordibus suis ampliùs fordescerent. Et hoc est, quòd ait: Linguam tuâ faciam adhærere palato, & eris mutus, quasi vir nō obiurgans: quia domus exasperâs est. In quo significat Iudeos indignos esse, quibus doctor aliquis, aut vitæ director mitteretur,

P Resupposito ergo, quòd in via nemini admittitur facultas pœnitendi, quærebat secundò, an possit quilibet peccator per pœnitentiam resurgere ad gratiam, quæcunq; & qualiacunq; crimina perpetraverit. Et dixit idem Armachanus, quòd non sequutus in hoc Aug. qui aliquñ tenuit esse aliqua peccata tam graua, quæ non possunt peccatori remitti, quicquid faciat ad eorum remissionē.

Pro hac sententiâ facit. Primò quòd legitur Matth. & Luc. 12. de peccato in Spiritum sanctū, de quo ait Christus, quòd non remittetur in hoc sæculo, nec in futuro. Si dicas, quòd loquitur textus de factò, non tamē tollit possibilitatem remissionis: cōtra arguitur, quòd loquatur de possibili. Quia quòd de aliis peccatis affirmat Christus, id ipsum negat de peccato in Spiritū sanctum: sed de aliis affirmat, quòd remittentur: quòd non de factò, sed de possibili est accipiendum: alioqui falsum esset, quòd cætera peccata remittentur, si de factò intelligatur, vt cōstat: ergo id ipsum negat de possibili de peccato in Spiritum sanctum.

Secundò facit, quòd ait Ioann. in Canonica cap. 5. de peccato ad mortem, pro quo ait, non esse orandum. Quòd tractans August. ait: Apertè ostēditur, quòsdam fratres esse, pro quibus non orare iubemur: significans ideo id esse, quia sunt aliqua peccata, de quibus veniam non potest peccator obtinere. Ait enim inter alia. Non quia non sit ignoscendum pœnitenti: sed quia tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit. Exemplificat de peccato Iudæ: & de eo, qui scienter fratritatem oppugnat.

Tertio facit, quòd ait Paulus de peccato ex malitia commissio ad Heb. 10. Voluntariè enim peccatibus post acceptâ notitiâ veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccato. Quòd non videtur intelligendum ita, vt Christus non sit iterum pro peccatoribus illis occidendus. Nam nec pro voluntariè peccantibus, nec pro inuoluntariè peccantibus relinquitur hostia in illo sen-

su: nec valet dicere, quòd glossa ait. f. quòd G per voluntariè peccantes intelliguntur hi, qui perseverant in peccato. Nam si de perseverantibus in peccato intelligitur, non etiam relinqueretur hostia pro illis: siue perseverarent post acceptam notitiâ, & voluntariè, siue ex ignorantia, & inuoluntariè. Et ita, cum aliquid speciale de voluntariè & scienter peccantibus videatur Paulus dicere, sequitur, quòd illis nullum relinquitur remedium salutis, maximè cum addat: Sed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio. Igitur sic ex malitia peccantibus nil prodest postmodū pœnitere. Quòd idē ad Hebr. 6. visus est significare, dicēs: Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, si prolabantur, rursus renouari ad pœnitentiam.

Cōfirmatur ex Leui. 4. & 15. vbi cū essent hostiæ institutæ pro peccatis ex ignorantia commissis, pro his tamen quæ ex malitia commissa erant, nulla talis hostia instituta videtur. Quòd videtur figura præsentis temporis.

Quartò facit, quòd de peccato idololatriæ legit Ezech. 14. Si Noe, Iob, & Daniel orassent pro eis, non eos saluarent. Loquitur de his, qui posuerunt immunditias, & idola in corde suo. Similiter Iere. 7. & 11. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & nē assumas pro eo laudes, & orationes, & non obstitas mihi: quia non exaudiam. Loquitur de populo Israel, pro eo, quòd idololatriam perpetraverat. Idem habetur Iere. 14. Noli orare pro populo hoc in bonum, quia non exaudiam: siue ieiunauerint, siue victimas obtulerint, non suscipiam: igitur hoc modo peccantibus nil prodest pœnitere. Vnde ait glossa: Prophetæ præcipitur, nē pro eis oret, in quos est iam cōsummata sententiâ: nē videatur oratio eius infirma, & meritò non exaudita.

Quintò facit, quòd legitur Amos. 1. & 2. de multis nationibus. Dicit Dominus: De tribus sceleribus Damasci, Tyri, Gazzæ, & Edom, & super quatuor non cōuertā. De quo Hiero. in prolo. super Amos, ait: Et quia inquit propheta super tribus impietibus, & super quatuor non conuertam eum, tertio peccatorum indulgentiam Deum dare posse significat: quem quarto eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiam, nec indulgentiam daturum annunciat.

Augustinus etiam lib. de vita Christiana significat certā esse hominibus periodum ad pœnitendum cōstitutam, aut certū numerū peccatorum: quo

A quo completo, postmodum veniē non est locus. Ait enim post alia: Nos enim plurimorum habemus exempla, per quæ probare sufficimus sceleratos, & impios peccatorum suorum sine completo, & hoc tempore iam iudicari, & præsentem eis vitam negari non minus, quàm futurā. Ad quòd alludit, quòd dicitur Gen. 15. Nondum sunt completa peccata Amorrhæorum. Ex quibus videtur colligi multa esse peccata adeò graua, de quibus homo veniam obtinere nō potest, quantum tuncq; pœniteat, certamq; esse peccatoribus periodum ad pœnitendum cōstitutam, ultra quam quicquid homo faciat, etiam si pœniteat, minimè veniam assequetur. Quòd innuit Hieronym. libr. Hebraicarum quaestionum, tractans illud Gene. Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia caro sunt: sed erunt dies eorum anni centum, & viginti. Hoc ipse sic exponit: Habebūt centum viginti annos ad pœnitendum. Nec enim de annis ad vitam erat id intelligendum, cum constet, multos homines post tempus illud vixisse ultra ducentos, & trecentos annos.

His non obstantibus tenenda est opposita sententiâ, scilicet, nulla esse peccata quantumvis numero, & grauitate magna, de quibus homo veniam non possit per pœnitentiam consequi, quamdiu viuit. Pro qua sententiâ & catholica faciunt, quæ supra citata sunt ex variis scripturæ autoritatibus, in quibus Deus promittit cuiusq; verè pœnitenti vitam æternam. Ratione cuius promissionis dixit August. super epistolam ad Roma. 5. vt citauimus supra, iniustum fore Deum, si peccatores ad ipsum confugientes in sui gratiam non admittat. Hoc etiam significat Ioan. in sua Canonica. 1. cap. 1. Si confitemini peccata vestra, fidelis, & iustus est Deus, vt remittat vobis peccata vestra, & emundet vos ab omni iniquitate. Vbi nullam iniquitatem quantumvis magnam excludit. Et cap. 2. Hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē Iesum Christum iustum, qui est propitiatio pro peccatis vestris, & nō vestris tantum, sed etiam totius mundi. Ex quo apertè docemur nullum esse in mundo commissum peccatum, à quo non possit homo veniam consequi, si pœniteat, Christo pro nobis intercedente. Vanum autem omnino esset Christum intercedere pro peccatis, quæ scit remitti non posse. Facit etiam, quòd habetur Isaia. 49. Nunquid obliuisci

potest mulier infantem suum, vt non misceatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Vnde apertè patet Deum nemini claudere gremium, sed paratum eum esse pro sua infinita bonitate, & clementia omnem verè pœnitentem in sui gratiam admittere: maximè cum hi, ad quos Dominus per Isaia loquebatur, illa crimina, quæ grauisima dicuntur, commisissent, scilicet, peccata infidelitatis, idololatriæ, blasphemix. Facit etiam determinatio ecclesiæ de summa Trinitate, & fide catholica: cap. Firmiter. Vbi declaratū est posse hominem peccatorem semper per veram pœnitentiam reparari. Ibidem etiam declaratum est baptismum omnibus tam paruulis, quàm adultis obicem non ponentibus, ad salutem prodesset, quæcunq; & qualiacunq; crimina ante baptismum fuerint commissa. Quòd si infidelibus, idololatriis, & pessimis hominibus hæc gratia sit, vt possint per baptismum iustificari: quare etiam de Christianis in peccatum lapsis negabimus similem gratiam fieri eisdem posse, vt per pœnitentiam iustificentur: quam secundam tabulam esse constat, sicut & baptismus est prima: maximè, cum id ipsum præfata Decretalis sonet, puta de hominibus post baptismum in peccatum lapsis.

Adde quòd ecclesia nullum peccatorem quantumvis criminofum à pœnitentiâ repellit, quæ omnes in articulo mortis cōstitutos, si in eisdem signa contritionis apparent, iubet vniuersaliter absolui: sicut & Christus cōtulit sacerdotibus potestatem omnia peccata remittendi, nullam inter hæc, & illa peccata differentiam ponens. Vnde de pœnitentiâ, distin. 1. cap. Multiplex dicitur: His autem qui tēpore necessitatis, & periculi urgentis instātia pœnitentiæ præsidium, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei, nec mensuram possumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas patitur moras veniē conuersio. Et Glossa citat, quòd scriptum est: Spiritus sancti gratia tarda nescit habere molimina. Et cap. Nemo. ibidem Ambrosius reprehendens eos qui præuaricantibus adimunt spem salutis, ait: Deus autem nullum crimen excipit, qui peccata omnia donauit. Et cap. Quantumlibet. ait: Quantumlibet ergo mortuus fuerit sit, aboletur omnis, vbi sacrum redoleuerit unguentum. Et cap. Potest fieri. ita concludit: Ergo euidentissimè Domini prædicatione

Ecatione mandatum est etiam grauisissimi criminis reis, si ex toto corde, & manifesta confessione peccati pœnitentiã agant, sacramenti cœlestis gratiam perfundendã. Et de Iuda peccatore grauisimo ait idem Ambrosius: Arbitror enim quod & Iudas potuisset tanta miseratione Domini non excludi à venia, si pœnitentiam non solum apud Iudæos, sed apud Christum gessisset. Cyprianus etiam significans omnes pœnitentes esse admittendos ait: Miror autem quosdã sic obstinatos esse, vt dandã non putent lapsis pœnitentiã, aut pœnitentibus æstiment veniam denegandã. Hieronymus etiam inductiuè ostendit Christum neminem verè pœnitentem reieccesse: sed in sui gratiam admisisse. Exemplo mulieris importunæ, quæ precibus impetrauit ab amico tres panes. Christus etiam à publicano precibus vincitur. Niniue ciuitas, quæ peccato perit, fletibus stetit. Christus in Paradisum latronem de cruce tulit. Prodigum filium serò etiam reuertentem Christus lætus amplectitur. Et nonagintanovem pecudibus derelictis, vna ouicula quæ remansit, humeris boni Pastoris aduehitur. Pro his etiam qui ipsum Christum crucifigebant orabat dicēs: Ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Alios etiam qui in Spiritu Sanctum blasphemantes peccauerant, adhortatur, vt pœnitentiam agant, & sic pœnitentibus veniam promittit. Nunquam denique repulit quenquam, qui ad ipsum cõfugeret. Ex quibus patet nostrum intentum.

Gelasius etiam Papa in to. anathematis dicit nullũ esse peccatum pro quo ecclesia non oret, & quod remitti non possit, nisi peccatum perseuerantiæ vsq; ad finem. Et habetur in Decretis Gelasij, in libr. Conciliorum. Augustinus etiam in libr. retractationũ dicit: De nemine quantũcunq; scelerato desperandum est, quia quandiu viuit pœnitere potest, & ad Deum conuertit. Vbi retractat quod antè dixerat de peccato aliquo post habitam charitatem commisso, dicens illud remitti non posse.

Ad ratiões autè superius pro prima sententia adductas, Respondeo. Ad primum de peccato in Spiritum sanctum, quod irremissibile dicitur. Respondeo: Quicquid sit de huiusmodi peccato, quale, & quotuplex sit: similiter & quot modis dicatur irremissibile: dimissis etiam variis modis dicendi, de quibus aliàs. Dico ad præsens peccatũ in Spiritum Sanctum dici irremissibile, non ob difficultatem suæ remissionis, quãdoqui

dem ex parte Dei æquè facile est vnum sicut **G** & reliquum peccatum dimitti, cuius misericordia, cum infinita sit, omnem culpam in infinitum, & absque proportionè superans, non dubium, qui absq; vlla difficultate possit omnem offensam dimittere. Ex parte etiã peccatoris non multum difficile est peccati cõmissi pœnitere, cum voluntatè ad vtrunq; vertibilè habeat homo: esto quod, vt ait Aristot. 7. Ethicorũ: Qui ex malitia peccant, non sunt facilè pœnitui: quales sunt, qui ex ignorantia, aut passione peccant, qui passione, & ignorantia cessante, illicò de commisso dolent. Vnde & nonnulli hanc causam esse dixerunt: quare angeli mali non egerunt pœnitentiã, quia scilicet, ex malitia peccauerunt, quod est proprium peccato, quod dicitur in Spiritum sanctum cõmissum. Nec etiam dicitur irremissibile ob impossibilitatem suæ remissionis, vt sufficienter ex dictis apparet. Nec Christus in loco citato præterdit significare impossibilitatem suæ remissionis, sed eius grauitatem, & indignitatem nobis in mare. Cum non sit aliud peccandi genus magis abominabile, quàm ex malitia, & specialiter contra Deum peccare. Vnde cum cætera peccata, quæ ex ignorantia, aut passione committuntur, habeant vnde digna sint venia, & remissibilia, cum ipsa passio & ignorantia, ex qua fiunt, nonnulla sit peccati excusatio: peccatum tamen in Spiritum sanctum commissum, quod ex pura malitia fit, nil tale habet: vnde venia dignum sit, aut remissibile: idè cætera remissibilia dicuntur, non sic peccatum in Spiritum sanctum.

Ad secundum de peccato ad mortem, videtur Magister in. 2. cũ Augustino dicere idem esse peccatũ in Spiritu sanctum, & peccatum ad mortem: & quod idè pro illo orandũ non est, quia remissibile non est. Ad dunt tamen huiusmodi peccatum esse peccatum cui finalis impœnitentiã adiungitur, pro quo solo non est orandũ. Mihi tamen videntur diuersa esse peccata. s. peccatũ in Spiritu sanctũ, de quo Euangelistæ loquuntur, & peccatum ad mortem, de quo Canonica Ioan. Si enim peccatũ in Spiritu sanctũ diceretur omne illud cui adiungitur finalis impœnitentiã, nil opus fuisset distinguere inter peccatũ in Patrem, & Filiũ, & Spiritum sanctum, dicendo solum illud, quod in Spiritu sanctum cõmittitur esse irremissibile: cum omne peccatum in quẽcunq; cõmittatur, si illi adiungatur finalis impœnitentiã, sit irremissibile. Adde quod peccatum in Spiritum sanctum, de

A de quo Euangelistæ, erat actu commissum à Iudæis, quos Christus tam acriter redarguebat, idq; illis viuentibus, quos tamen postea ad pœnitentiã hortabatur. Peccatũ autè ad mortem nemo incurrit, nisi morièdo, si. s. tunc sine pœnitentiã decedat, què ad pœnitentiã postmodũ adhortari omninò superuacaneũ est. Quod autè fuerit peccatũ in Spiritu sanctum, de quo Christus loquutus est, satis explicat Mar. s. blasphemia, qua opus Dei miraculosum, Beelzebub attribuebant, vbi nil de finali impœnitentiã dictũ est. Dicendũ igitur peccatũ ad mortem dici peccatũ finalis impœnitentiæ, pro quo solo non est orandum. Nam pro alijs omnibus, quãdiu viuit homo orandũ est, quemadmodũ docet Pau. i. ad Tim. 2. Quod si quis obijciat eundè Paul. qui cum pro alijs oraret, pro Alexandro tamen arario non videtur orasse, imò iussit Timotheo. vt illũ euitaret, qui ipsius Pauli fuerat persecutor. Respondeo: Non legitur, quod Paulus pro Alexandro non orauerit, quauis legatur, quod iussit Timotheo quod illum euitaret, vt patet. 2. Tim. 4. Quod ideo fuit, quia Paulus illum Satanæ tradiderat, & excommunicauerat tanquã apostatã. Et quãuis dicat ibidè Paulus: Reddet Deus illi. s. Alexandro mercedem sui operis: nõ imprecantis verbum est, sed prænuntiantis, vt dicit illic glossa.

Ad tertium de voluntariè peccatis: Respondeo, quod quia Paulus videtur adimere spem salutis his qui voluntariè post acceptam notitiam veritatis peccant: ideo quidam opinati sunt epistolã ad Hebræos non fuisse Pauli: cum Paulus alibi, & sæpe eos, qui post baptismum receptũ, & post notitiam veritatis habitã labuntur, ad pœnitentiã hortatur, spem veniæ illis tribuens. Alij verò tenentes epistolã verè Pauli fuisse iuxta sanctorum doctorum & ecclesiæ doctrinam, hunc locum exponentes dixerunt, per voluntariè peccantes intelligi eos, qui in peccato perseuerant vsq; ad finem, videntes pro nullo alio peccato adimere peccatori spem salutis, sic dicit glossa. ibidè. Contra quos occurrit ratio, quia in illo sensu nullã fecisset Paulus differentiã inter voluntariè peccantes, & inuoluntariè: nec inter peccantes scienter post acceptã notitiã veritatis, & peccantes ignoranter. Quia quomodocunq; quis peccet, si perseueret vsq; ad finem, nulla illi relinquitur hostia, nec remediũ salutis: cum tamen textus aliquid speciale de voluntariè & scienter peccantibus dicat. Alij verò dixerunt post Chrysof. Homilia. 20. quod cum ait Paulus non relinqui

hostiam pro peccato his qui voluntariè peccant, non excludit omne remedium sic peccantibus, sed remedium baptismi, qui hostia quædam est: quia in baptismo cõmorimur Christo, & eidem sacrificamur. Itaq; intendit ponere differentiã inter hostiã pro peccato legis veteris, & hostiam hanc pro peccato legis nouæ: quia illa iterari frequenter poterat, non hæc. Et hoc dicitur conformiter ad id, quod Paulus in eadem epistola, cap. 6. dixerat: Impossibile est eos qui semel illumi nati sunt, si prolabantur, rursus renouari ad pœnitentiã. Sed nec hoc satisfacit. Tum, quia illo modo impertinens esset, quod quis peccet voluntariè aut inuoluntariè ex scientia, aut ex ignorantia, seu metu: quia quomodocunq; quis peccet, non potest denuo baptizari: cum tamen Paulus aliquid speciale dicat de voluntariè & scienter peccantibus. Tum etiam, quia non solum videtur excludere illis hostiam baptismi, sed etiã pœnitentiã, & quodcunq; aliud remediũ salutis: nam postquã dixit: Non relinquitur illis hostia pro peccato, statim subiungit: sed formidabilis quædam expectatio iudicij. Alij dixerunt, quod per implicationem additam. s. voluntariè, & post acceptam notitiam veritatis, non excludit Paulus peccantes culpabiliter ex ignorantia culpabili seu vincibili, quasi illis hostia aliqua relinquatur: non autem his, qui scienter, & voluntariè peccant: sed eos intendit excludere, qui deficiunt à legis obseruatione inuoluntariè, quod impossibile est cum culpa accidere. Nam aliquando in scriptura dicitur peccatũ, etiam si culpa & imputabilitate careat, vt opus contra legem Dei cõmissum per ignorantiam inuincibilem: quale fuit accessus Iacob ad aliam, quando sua nõ erat: quale etiam fuit detinere vxorem alienam nescienter, quod accidit Abimelech Regi Gene. 20. Sic enim peccantibus bene relinquitur hostia, & remedium salutis, etiam si perseuerent, nõ alijs. Sed nec hoc satis pertinenter videtur esse dictũ, cum non sit intentio Pauli alicui peccatori qualitercunq; peccanti remedium salutis adimere, sicut opinionè istorum adimitur his qui voluntariè peccant. Videtur ergo intentum Pauli in eodem cap. esse ponere differentiã inter homines ante legem Euangelicã, quando, scilicet, sub lege erant Moyse, & inter homines post legem Euangelicã: similiter & inter hostias illius legis, & legis nouæ. Qui enim sub lege erant, in vmbra erant, & in ignorantia. Et hostia illius legis, quæ erat

Erat animalium occisio, non proderat ad remissionem peccatorum. Et cum quolibet anno hostia fierent, remissio tamen peccatorum non fiebat, sed peccatorum remissionis commemoratio. Et qui peccabant, ignorantes & lumine carentes peccabant, & illis erat una hostia vera promissa, quae erat passio Christi, per quam vere peccata erant remittenda, & ignorantia expellenda, legis nouae luce superueniente. Et haec de condicione hominum ante legem nouam. Deinde lege noua veniente, & Christo semel in cruce oblatio, iam homines si peccant, voluntarie peccant & scienter, non ut prius. Et iam post lucem Evangelicam non relinquitur hostia: quia cessauit animalium immolatio per Christi immolationem, & Christus non est amplius pro nobis immolandus, nec confidendum nobis iam est in alia hostia ventura. Quia illa unica Christi oblatio sufficientissima fuit pro peccatis omnibus etiam futuris, si Christo pro nobis immolato, firmiter adhaereamus. Et hoc est quod uere Paulus intendit in loco praesenti. Et cum addit: Formidabilis autem expectatio iudicij, non debet accipi, ut argumentum praetendit. scilicet quod post legem Evangelicam peccantibus, nil remedij relinquitur: sed sola formidabilis expectatio iudicij. Quia hanc clausulam non aduersarietate ponit, sed ostensiuè, docens. scilicet quam formidanda sit sententia iudicij contra impios ferenda. Itaque intendit Hebraeos firmos in fide Christi facere, & a ceremonijs legis amouere, proponens eis finalis iudicij terrorem. Ex quibus apertum est, quam impertinenter multi circa praesentem locum fuerint loquuti.

Ad confirmationem dicendum falsum esse, quod nulla fuerit hostia pro peccato ex malitia commissio in lege veteri instituta. Nam Leui. 6. statuta est hostia pro his qui peccauerint in contemptum Domini, si depositum negauerint, quod fidei illorum commissum est: similiter pro his, qui vi alienum extorserint, aut calumniam fecerint. Quae quidem peccata constat non nisi voluntarie & scienter committi.

Ad quartum ex Ezechiele, & Ieremia citatum dicendum, quod intelligitur de irrogatione poenae, quam Deus decreuit aliquibus inferre in hoc saeculo, siue sit mors, siue bellum, siue alia plaga, quibus malis Deus tempore legis populum flagellare solebat, partim uisionem de commissis sumendo, partim homines, ne offenderent deterrendo. Et ideo non mirum si ab huiusmodi temporali poena, homines per poenitentiam non liberarentur, ex quo erat sententia Dei ad id determinata: ideo

nec ad id orationes sanctorum tunc proderant. Sic etiam est accipiendum, quod legitur. 1. Regum. 3. Iuravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius uictimis & muneribus usque in eternum: quia scilicet, erat Heli cum sua posteritate in perpetuum priuandus dignitate Pontificia, ut patet ex cap. 2. Ibidem.

Ad quintum ex Amos citatum dicendum, quod non potest intelligi, ut Hebraei putant, quod si quis quater in aliquod peccatum cadat, non poterit veniam postmodum obtinere: cum constet ex. 4. Regum, Manasse Regem, non solum quater, sed pluries idololatrasse, & pluries homicidium perpetrasse, qui tamen veniam tandem obtinuit, ut patet ex. 2. Paralip. in fine: sed procedit de irrogatione poenae temporalis, quam Deus tunc contra perseuerantes & pertinaces inferre decreuerat. Et sic etiam uidetur Hieronymo. intelligendus in Prologo supra citato. Et quod ait, quod per hoc significatur Deum quater peccantibus, poenitentiam non daturum, nec indulgentiam, intelligitur de poenitentia liberate a tali poena temporali illis parata. Et quod ita sit, patet ex fine eiusdem Prologi: similiter & ex textu ipso, in quo exponitur poena non remittenda. scilicet ignis, & ciuitatum illarum destructio.

Ad aliud ex Augustini. citatum de certa periodo, dicendum, ut uerba ipsius Augustini significat, eum de periodo uitae fuisse loquutum: taliter quod aliquando uidens Deus hominem in peccatis perseuerare, eum de medio tollit, ex quo dato illi tempore poenitendi, non uult poenitere. In quo Deus illi peccatori magnam facit misericordiam, eum morte praeventiens: ne si diu uiueret, peccata peccatis accumularet, & sibi longè maiorem damnationem pararet. Quod etiam ex Gene. 15. citatum est, scilicet: Nondum sunt completae iniquitates Amorrhaeorum: ita accipiendum est, ut ea quae supra exposita sunt de poena temporali, puta de expellendo illos populos de terra promissionis, quam Deus Abrahae, & posteris suis promiserat: qua forte priuati non fuissent, si expectati poenitentiam egissent. Et quia tempus, per quod Deus eos ad poenitentiam expectare decreuerat, nondum erat completum: ideo differebatur filijs Abrahae terra promissionis traditio. Itaque haec omnia impertinentia sunt, ad dicendum, hominem quamdiu uiuit, non posse veniam peccatorum, & gratiam per poenitentiam consequi, ut ex dictis patet.

Sed esto ita sit, posse scilicet hominem per poenitentiam semper reparari: An de facto ita sit quod semper quod hominem uere poenitet,

A nitet, consequatur veniam & gratiam. Et dimissa eorum opinione, qui dicunt, non quamcumque poenitentiam sufficere ad gratiam, nisi ualde intensa sit, aut per aliquod tempus perseuerans, cui idem Armachanus ubi supra consensit, de qua opinione supra quaestione. 5. aliquid differuimus: ideo praesens quaestiuicula procedat de poenitentia quantumuis intensa, & continuata. Et arguitur pro parte negatiua. scilicet quod non sit uniuersaliter uerum, aut non sit certum hominem per poenitentiam semper ueniam consequi.

Primò ex eo, quod legitur Danielis. 4. ubi Daniel dedit consilium Regi Nabuchodonosor ut. scilicet poenitentiam ageret, & se Deo commendaret (ut exponit Tho.) addens, peccata tua cleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscat Deus delictis tuis. Quod si certum esset, poenitentiam hominis sufficere ad remissionem peccatorum, non id reuocasset Daniel in dubium, sicut reuocauit dicens, forsitan.

Secundo Actuum. 8. Petrus dixit Simon Magi: Poenitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. Vbi uidetur in dubium reuocare, an poenitentia & oratio ad Deum pro dimissione peccatorum sufficiens sit ad obtinendum ueniam.

Tertio facit ad idem, quod dicitur Iohannis. 2. Conuertimini ad Deum uerum, quia benignus & misericors est. Et addit statim: Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Idem habetur Ione. 3. ubi, cum statuisset Niniuita poenitentiam agere, quodque conuerterentur ad Deum, & unusquisque recederet a uia mala: statim addit, quod dictum est. scilicet Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus? Vbi hi prophetae uidentur in dubium reuocare, an de facto Deus semper indulgeat ad poenitentiam peccatoris.

Quarto idem uidetur exemplis comprobari de Esau, de quo ait Paulus ad Hebraeos. 12. Non enim inuenit poenitentiae locum, quamuis cum lachrymis inquisisset eam. Et de Antiocho. 2. Maccha. 9. dicitur: Orabat scelestus Dominum, a quo non erat misericordiam consequiturus. Igitur non solum non est certum, hominem per poenitentiam de facto ueniam consequi: sed de quibusdam certum est, ueniam per poenitentiam non obtinuisse.

Quibus non obstantibus uidetur standum in eo, quod supra probatum est, scilicet, Deum omnes uere poenitentes illico in sui gratiam admittere. Cuius fundamenta non opus est repetere, sed ad ratio-

nes nuper in oppositum factas respondere. Et dicendum breuiter omnia illa loca citata, in quibus uidetur in dubium reuocari, an per poenitentiam homo consequatur indulgentiam, esse intelligenda de indulgentia poenae temporalis praesentis uitae. Nam de indulgentia culpae & poenae aeternae, dubitari non potest, ut ex dictis patet. Et discrimen certum est: quia de diuina promissionis adimplerione, atque de ipsius Dei fidelitate minime dubitandum est. Ipse autem promisit, idque frequenter in scriptura sancta, se ad gratiam admissurum omnem, quem uere poeniteat, & ad ipsum Deum uero corde confugiat. De poena autem temporali amouenda, talis promissio non habetur, sed hanc potest liberè infligere & amouere, si uelit, salua ueritate legis. Hanc legitur Deus a populo suo ad preces Moysi, & aliorum sanctorum amouisse. Aliquando etiam legitur sanctorum orationes ad id minime profuisse.

Particulariter id patet de poena Nabuchodonosor in somno praenuntiata, quod scilicet erat ad tempus regno suo priuandus, & cum bestijs terrae foenum comedurus. Hanc enim poenam illum per poenitentiam euasurum, reuocabat Daniel in dubium: non poenam aeternam debitam pro peccato. De poena Simonis Magi idem dicendum: quia Petrus praedixerat multa mala multasque afflictiones illi ob suam pessimam cogitationem euenturas, has incertum erat illum per poenitentiam euasurum. De poena Iudaeorum, ad quos loquebatur Iohel, patet quod erat temporalis, scilicet aduentus hostium, eorumque desolatio, aduersariorumque in eos crudelitas: haec eos per poenitentiam euasuros, non erat certum. Idem dicatur de Niniuitis. Ad exempla dicendum, quod poenitentia Esau nil illi profuit ad recuperandum primogenita, quae fratri suo uendiderat. Et si ad remissionem culpae nil ualuit: ideo fuit, quia uera poenitentia non fuit. De Antiocho etiam idem dicitur, quod non uere illum poenituit propter Deum: sed solum propter poenae timorem, & poenam solum praetendebat euadere: ideo non fuit exauditus. &c.

Quaestio. xii.



Etiam quaeri solet an possit hominem uere poenitere de uo peccato absque hoc quod de alio poeniteat? Quae quaestio potest dupliciter intelligi, secundum quod uera

E vera pœnitentia potest accipi, vt dicat veritate existentia, aut dicat veritate effectus pœnitentanei, qui est remissio culpæ, de qua aliquis pœnitet. Et in hoc secundo sensu accepta quaestione, id est ac si quaeratur, an possit homo per pœnitentiã consequi remissionem vnius peccati absq; remissione aliorum peccatorum: loquor, vt hætenus de peccatis mortalibus. Et dixerunt aliqui, vt Gratianus refert de pœnitentia, distin. 3. q. sic. Ad quod dicendũ mouentur primò. Quia aliquando Deus punit hominẽ in hoc sæculo pro vno peccato, & non pro alijs: ad minus ita fieri potest, sicut puniuit Aegyptios & Pharaonem, eò quòd nolebat dimittere populũ Dei liberẽ abire: sicut etiã puniuit populum Hebræorum & Dauidem regem missã de super peste, pro peccato numerationis populi, & non pro alijs peccatis pro tunc. Et de multis alijs legitur, qd fuerunt in hoc sæculo à Deo puniti, pro quibusdam certis peccatis, etiam si nõ pro omnibus suis peccatis punirentur. Iam arguitur: Homines illi sic pro determinatis peccatis à Deo in hac vita puniti, consequuntur remissionẽ talium peccatorũ, eò quòd nõ puniuntur in alio sæculo pro eisde: iuxta dictũ Naum: Deus nõ punit bis in idipsum. aut secundũ aliam translationẽ: Non confurget duplex tribulatio. & tamen constat alia peccata, in quibus homines illi perseuerant, nõ illis dimitti. Confirmant id auctoritate Hiero. super eundem locũ, dicentis quòd genus humanum Diluio, Sodomitis igne, Aegyptios mari, & Israelitis in eremo perdidit. Scitote ideo temporaliter pro peccatis puniuisse, nõ in æternum puniret: quia non iudicabit Deus bis in idipsum.

Secundò idem probant auctoritate Grego. super Ezechi. & habetur de pœnitentia, dist. 3. Pluit. Vbi dicit, quòd Deus pluit aliquando super vnã ciuitatem & non super aliam: & aliquando com pluit vnã & eandem ciuitatem ex parte, & ex parte eandẽ aridã relinquit: quia. i. peccator, qui ciuitati cõparatur, in quo multa habitãt vitia, aliqua peccata refecat Deo mouẽte, peccatore in reliquis vitijs perseuerante.

Tertiò probant idẽ ex Ambro. super Oẽtonariũ. 18. qui de peccatoribus loquens, ait quòd duplicẽ habent consolationẽ. Prima est: quia nõ obliuiscitur misereri Deus: & quia etiam si desit fides, pœna tamẽ releuat, & satisfacit. Si igitur pœna satis facit in his hoĩbus in quibus fides non est, sequitur qd manente infidelitate, ipse infidelis

consequitur remissionem aliorũ peccatorũ. **Quartò** facit ratio: quia demus peccatorẽ non omnia peccata quę fecit confiteri sacerdoti, sed aliqua: aut si omnia cõfiteatur, nõ tamẽ ab omnibus absoluitur, cũ aliqua sint superiori referuata, iam Deus remittit illi peccata, quę sacerdos remittit: alia verò, quę sacerdos non remittit, nec Deus remittit, iuxta id quòd Christus dixit: Quorũ remisistis peccata, remittentur eis: & quorũ nõ remisistis, non etiam remittentur eis in cœlis. Confirmãt. Si tali peccatori sacerdos pœnitentiã imponat pro confesiss condignã, & peccator illã cõpleat, quęrunť an illa pœnitentia sit satisfactoria, an non? Si primũ: igitur illa peccata, pro quibus imposta fuit, erunt remissa sine alijs. Si secundũ: igitur veniret imponenda iterũ pœnitentia pro eisdem peccatis, quòd reputant durum.

Quintò doleat homo de vno peccato ex toto corde, non tamen de alio: iam illud, de quo dolet, tollitur iuxta regulam Chrysol. res, per quas causas nascitur, per easdẽ dissoluitur: & tamen aliud, de quo non dolet, non tollitur, vt suppono.

Ad quam quaestione cõmuniter respondetur, quòd de potentia Dei absoluta potest peccatorẽ verẽ & fructuosẽ de vno peccato pœnitere, & non de alijs ad sensum nuper tactũ: nõ tamen de potentia Dei ordinata. Prima pars probatur, quia Deo possibile est quicquid contradiccionẽ nõ implicat: prout cõmuniter accipitur, quòd dicit Angelus ad Mariã: Non est impossibile apud Deum omne verbũ. Vnũ autẽ peccatũ remitti sine alijs, nullam videtur repugnantia implicare: quòd inde patet, quia de pluribus offensis, & iniurijs alicui homini illatis, potest ipse offensus vnã sine alijs remittere: igitur id poterit Deus à fortiori: cũ longẽ prior sit ad miserendum, quã homo. Secundò id confirmant: quia de potentia Dei absoluta potest Deus remittere peccata sine charitate infusa: igitur & vnum sine illo potest remittere. Quia, vt dicunt, ratio quare de potentia ordinata vnum mortale remitti non potest sine alijs, est, quia nullum mortale remittitur sine charitate, quã omnibus mortalibus peccatis æquẽ repugnat. Si igitur sine charitate potest de potentia absoluta peccatum remitti, iam nil obstat, quo minus possit vnum peccatum sine alio dimitti. Secunda pars, quòd id de potentia Dei ordinata fieri non potest, probatur: tum ob rationem modo tactã: quia remissio peccati mortalis nõ fit

A fit de lege sine charitate infusa, quã omnibus æquẽ repugnat: tum ex probationibus, quibus Augustinus hoc ipsum probat, li. de pœnitentia. Primò, quia Christus, quem sanat perfectẽ sanat: vt patet inductiue de eo, qui habebat septem dæmonia, quem cũ curaret, non vnũ sine alio expulit, sed omnia. Similiter de eo, qui habebat legionẽ angelorũ malorum, à quo similiter omnes eiecit, & ita de alijs. Tum secundò, quia Deus nulli remittit peccatũ mortale sine amore ipsius: amorem autem suum nulli cõmunicat, quãdiu est inimicus: igitur necesse est, si vnum remittit, omnia simul remittat: quia, vt ait: Impium est à Deo iusto dimidiam sperare veniam.

In his tamẽ esset difficultas. Primò, quia videtur, quòd non habeat locum diuisio illa cõmunis de potentia Dei absoluta, & ordinata: quia repugnantia videtur dicere, quòd Deus possit facere aliquid de potentia absoluta, quòd non agat de ordinata. Quia illud dicit agere de potentia ordinata, quòd ipse ab æterno ordinauit facere: igitur si ponatur in esse, quòd aliquid agat de potentia absoluta, necesse est dicere illud agere de ordinata, cũ nil agere possit, quin illud ordinauerit ab æterno facere. Si dicas illud solũ dici, Deum agere de potentia ordinata, quòd secundum legem suam per eum reuelata agit, seu, quòd in lege sua reuelauit se facturum: contra: quia pœsupposita reuelatione, aut promissione, qua in lege dixit, aut promissit se aliquid facturũ, repugnat, quòd de potentia absoluta oppositum faciat. Tum quia oppositum agendo mentiretur, cũ tamen id sit impossibile, vt ait Paulus ad Hebræos. 6. Tum quia oppositum agendo esset infidelis: cũ tamen iterum dicat Paulus, Deum fidelem esse, qui seipsum negare non potest. Ideò Ioan. 22. & alij dixerunt pœfatam diuisionem supra positam nullam esse. Ad hæc dicendum, standum esse in diuisione posita, & eam benẽ positam esse. Quia illa dicitur Deus posse de potentia ordinata, quã fieri possunt ab eo, salua veritate legis ab ipso reuelatã. Illa verò dicitur posse de potentia absoluta, quã facere potest, non tamen salua tota lege per eum reuelata. Exempla sunt clara. Potuit Deus simpliciter facere, quòd nullus homo moriatur corporaliter, omnem immediatẽ ad cœlum transferendo: sed esset contra legem, quia scriptum est: *psal. 88.* Quis est homo, qui non videat mortem? Et vt ait Paulus: Statutum est omnem hominem semel mori. Potuit simpliciter pro sua

voluntate, omnes paruulos à peccato originali, sicut Virginẽ pœseruare: non tamẽ stante lege, in qua scriptum est: *Iob. 25.* Nemo mundus est coram illo, etiam si sit infans vnius diei. Potuit simpliciter, si vellet genus humanum redimere absq; hoc quòd filius Dei carnem mortalẽ assumeret, sed non salua lege, in qua frequenter scriptũ est, *Messia Deum & hominem ad redimendum venturum.* Ita igitur, in proposito potuit Deus simpliciter vnum peccatum mortale sine alio dimittere, non tamen stante legis veritate. Nam scriptum est per *Isaiã. 56.* Ad quem aspiciam, nisi ad pauperculum contritum corde trementem sermones meos? Ex quò colligitur Deum nemini peccata remittere, nisi contritus sit, qualis non est, qui in aliquo peccato vult perseuerare, etiam si de alio illum pœniteat. Et *Psal. 65.* Iniquitatem si aspexi in corde meo nõ exaudiet Dominus. Ergo decreuit Deus non remittere vnum peccatum, durante in homine alia iniquitate. Et iterum dicit Dominus per *Ezechielem: Si recesserit impius ab omnibus iniquitatibus suis, & fecerit omnia pœcepta mea, vita viuet, alioquin in peccatis suis morietur.* Et ita patet intentum.

Iam quando arguitur quòd Deus contra legem nil potest de potentia absoluta: quia alioqui mentiretur, & infidelis esset. Respondetur: Nec hoc, nec illud sequitur, si attendamus scientiam Dei de futuris, eiusq; decretum, nullam rebus futuris necessitatẽ absolutam imponere: quicquid sit de necessitate consequentię, seu ex suppositione. Vnde stat, quòd Deus decreuerit aliquid agere: & tamen potest oppositum agere. Sicut stat, quòd homo currat cum possibilitate, seu potestate non currendi. Sed posito in esse illo possibili, necesse est suum oppositũ deponi. Quòd, quia Artistas notum est, ideò non insisto. Sed iterũ obiicitur, quòd Deus non possit etiam de potentia absoluta, vnum mortale sine alio dimittere: quia si vnũ mortale dimittere posset sine alio, igitur originale peccatum posset dimittere sine mortali, cũ longẽ leuius sit originale, quã actuale mortale: consequens videtur repugnare, vt patet per rationem Innocentij, cap. Maiores. de baptismo, & eius effectũ. Si enim originale dimittitur: igitur ordinat hominem ad gloriam: si autem mortale non dimittit, ordinat eundem ad gehẽnam, quòd est contradiccionẽ. Nec valet dicere quòd non est simile de originali, & mortali: quia originalis peccati pœna est carentia diuinę visionis, actua-

F lis au-

E bus est eadem ratio dolendi, ac pœnitendi.

Facit tertio: Quia si quis verè de vno peccato pœnitentiam agit, ergo propter Deum summè dilectum obedientialiter dolet: & si Deū verè obedientialiter diligit, proponit ergo omnia Dei mādāta custodire: & cū in Dei mandatis contineatur de omnibus cōmissis pœnitere, vult igitur de omnibus pœnitere: & si id efficaciter vult, igitur actū de oībus pœnitet, & ita à primo ad vltimū si de vno verè propter Deū illū pœnitet, necesse est de omnibus simul pœniteat.

Responsio. His non obstantibus videtur oppositum tenendum, scilicet, quòd potest verè homo dolere de vno peccato à se commissō ppter Deum absque hoc, quòd formaliter doleat de aliis, etiam si memoriæ occurrant: idque non solum verè quo ad existētiam pœnitentiæ, sed etiam fructuosè, & meritoricè. Probat, quia potest quis diligere Deum verè, & meritoricè, etiam si de peccatis memoriæ occurrentibus actū illum non pœniteat. Patet hoc, si diligat quis Deum tempore, pro quo non tenetur formaliter pœnitentiā agere. Nam cū dolere de peccatis sit de præcepto affirmatiuo, quod non pro semper obligat: dabile igitur est tempus, pro quo non curat obligatio talis præcepti: igitur illo tempore poterit verè, & meritoricè Deum diligere, non dolendo actū de peccatis occurrentibus. Quo dato, poterit de vno dolere non dolendo de alio formaliter, ex quo dolor de vno non est connexus dolori de altero ex natura rei, nec ex vi præcepti, quod pro tunc non obligat, & ita intentum. Si dicas, quòd ipsa dilectio necessitabit hominem, vt de omnibus occurrentibus doleat: contra. Quia vel est dilectio Dei simplex, qua scilicet quis vult Deo benè esse, vel est obedientialis. Si primū: illa dilectio non necessitat voluntatem ad volendum seruare mandata Dei, sicut nec dilectio, qua filius diligit patrem suum compellit illum ad seruandum eius mandata, vt constat: igitur illa Dei simplex dilectio non necessitat diligentem ad seruandum Dei mandata, & ita nec ad dolendum de commissis. Si verò sit obedientialis dilectio, non etiam necessitat peccatorem ad detestandum peccata, nisi si pro illo tempore, quo ipsa detestatio cadit sub obligatione: non pro alio tempore, quo de consilio est, & non de præcepto quale est tempus, de quo casus positus est. Dilectio enim Dei non necessitat ad actus consilij, etiā si obedientialis sit, vt constat.

Sequitur iam intentum, quòd stat hominem verè, & fructuosè de vno peccato dolere absq; hoc, quòd de aliis doleat: patet in eodē casu, & tempore. Quia si cū de vno illum pœnitet, necessitatur de cæteris dolere, vel igitur hæc necessitas oritur ex dilectione Dei, aut ex præcepto, & hoc non: quia loquor pro tempore, pro quo non cadit sub obedientia aut præcepto ipse dolor. Aut oritur ex dolore de vno peccato: & hoc non. Quia dolor de vno non est ex natura annexus dolori de altero: sicut complacentia vnus non est necessariò annexa complacentiæ alterius, vt satis de se constat, igitur.

Nunc ad rationes suprā factas. Ad primum ex Innocentio sumptum dicendum quòd falsa est pœnitentia, & non vera, id est, nō fructuosa, qua quis ita de vno peccato pœnitentiam agit, quòd non de aliis formaliter, nec virtualiter, nec actu, nec mentis proposito. Quales sunt, qui de vno peccato dolent, de cæteris autē nec dolent, nec vnquā dolere, nec ab ipsis recedere intendunt. Non sic in casu nostro, in quo, cū homo verè Deum obedientialiter diligit, si non actu, saltem voto virtualiter intendit suo tempore de singulis dolere: quando. f. præcepti necessitas postulauerit. Sicut enim alia præcepta affirmatiua sua habent determinata tempora, ita & præceptum de conterendo, vt suprā diximus. Eodem modo intelligatur dictum Augustini ibidem citatum, & alia similia.

Ad secundum in quo Doctores communiter faciunt vim, dicendum quòd aliud est dolere de aliquo particulari peccato, quia offensiuum fuit Dei: aliud verò dolere de illo, quatenus offensiuum fuit Dei. In primo dicto notatur causa dolendi, sine qua non. In secundo verò ponitur reduplicatio: ratione cuius notatur, quòd dolor ille de omni offensa, saltem in genere habeatur. Et primum dictum verificari potest abque hoc quòd homo ille doleat de cæteris peccatis in particulari, nec in generali. Secundum verò dictum verificari non potest, nisi homo ille de cæteris doleat saltem in generali. Et cū hoc secundum notum sit, accipiēdo signum illud reduplicatiuè, probatur tamē primum dictum. Nam hæc verificatur, scilicet, video Petrū, quia mihi præsens est absq; hoc, quòd reliqua præsentia videam in particulari, nec in generali: vbi, ly, quia, causam sine qua non importat. Similiter hæc, lego domum meam Petro, quia filius meus est, quam illi alioquin non legarem: & tamen non inde lego domum

A mum hanc cæteris filiis meis: nec in particulari, nec in generali. Ita igitur stat, quòd occurrentibus peccatis contra Deum cōmissis, doleam de vno, quia offensiuum fuit Dei: de quo minimè dolerem, nisi offensiuum Dei fuisset: & tamen quòd de cæteris commissis non doleam, nec in genere, nec in specie. Vnde iterum fit, quòd itant hæc duo, volo hoc: quia recta ratio dicitur, & tamen non volo omnne, quòd recta ratio dicitur, nec in genere, nec in specie, quæ omnia clara sunt, accipiendoly, quia, solum causaliter. Corollarie sequitur, quòd quanuis sit eadem causa dolendi de aliis cōmissis, quæ est de hoc, de quo particulariter doleo, scilicet, quia omnia fuerunt Dei offensiuua: non inde sequitur, quòd sicut doleo de hoc, ita & de cæteris doleam. Quia maxima hæc, scilicet, vbi est eadem causa, est idem effectus, aut similis, procedit de causa totali, & præcisa. In præsentia autem causa sine qua non, detestandi commissum, hæc est, illud fuisse Dei offensiuum: non tamen est hæc totalis, & præcisa causa, cū potior causa sit voluntatis libertas. Exemplum est clarum, si cupio offendere aliquem, non generaliter, & quomodocunque: sed aliquid. Stat etiam quòd velim facere hoc opus, quia offensiuum est illius: & cum hoc quòd nolim facere illud aliud opus, quod similiter sit offensiuum eiusdem. Itaque vltra motiuum quo mouetur voluntas, aliquid, & multum confert voluntatis libertas, vt vnum faciat, & non reliquum: esto quòd in vtroque eadem causa reperiatur, & per hæc patet ad secundum.

Ad tertium, responsio patet ex dictis, quòd quāuis ex dilectione obedientiali Dei, sequatur propositum seruandi omnia Dei mandata, & ex consequenti de omnibus peccatis particulariter pœnitēdi, nō inde sequitur, quòd actu de omnibus illum pœniteat. Satis saluatur vera dilectio obedientialis, & verum propositum in omnibus obediendi, si proponat homo singula præcepta suo tempore custodire, & ex consequenti si proponat de singulis peccatis suo tempore pœnitere, absque hoc quòd actu de illis illum pœniteat. Et ita patet ad quæstionem in vtroque sensu suprā proposito. Si tamen quis velit dicere, quòd non dicetur vera pœnitentia de vno peccato, nisi homo de illo doleat, quatenus est offensiuum Dei, accipiēdo signum reduplicatiuè, tunc certum est non posse quenquam de vno pœnitere, quin de omnibus doleat, saltem in generali:

vt ex dictis patet.

Posset finaliter quæri, an facultas verè, & fructuosè pœnitendi duret vsq; ad extremum vitæ: ita scilicet, vt qui semper vsque ad illum articulum in vitis vixit, possit illum in eodem verè pœnitere. Ad quam quæstionē videtur dicendum quòd, vt ex dictis patet, quandiu homo est in via habens iudicij discretionem, potest verè illum pœnitere, & fructuosè: etiam si in extremo vitæ articulo sit constitutus. Exemplum est de latrone quem in fine vitæ puniuit, qui & à Christo audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso. Idem patet ex eo quòd in Psal. 140. sententialiter: Pœnitentia, quæ in fine vitæ agit, appellatur sacrificium vespertinum, quod erat in lege acceptabilius, vt ait Magister in. 4. dist. 20. Idem iterum patet ex Ezechiele &c. Quacūq; hora ingemuerit peccator, hoc est, quocūq; tempore vitæ suæ. Idem patet ex Decreto Leonis Papæ, de pœnitentia, distinc. 7. Nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquā, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur. Idem etiam patet. Quia si in extremo vitæ non esset peccatoribus spes, seu facultas fructuosè pœnitendi, otiosè videtur Iacobus monere presbyteros accersiri, & orare pro peccatis ægrotantium, & vngere oleo valetudinarios.

Dico secundò, periculosum esse pœnitentiam differre vsq; ad finem vitæ. Id patet ex Ambrosio in oratione exhortatoria de pœnitentia agenda. Ait enim, Qui positus in vltima necessitate ægritudinis suæ accipit pœnitentiam, & mox reconciliatus fuerit, & exit de corpore: fateor vobis, non illi negamus, quod petit, sed non præsumo dicere, benè hinc exit. Et post, Agens pœnitentiam ad vltimum, an securus hinc exeat, ego non sum securus: pœnitentiam dare possum, securitatem non possum. Augustinus etiam dicit se legisse, & relegisse scripturam, nec inuenisse, quem ritè pœnituerit agentem animam præter latronem. vnde multum disuadet hominibus pœnitentiam differre ad extremum vitæ, vt patet de pœnitentia, distinc. 7. cap. Nullus expectet. Vnde Sco. colligit quatuor rationes ad probandum hoc secundum dictum.

Prima, Quia vt plurimum impeditur perfectus vsus rationis his qui extremo periculo laborāt, siue ob morbum, siue ob tempestatem, aut aliud huiusmodi: eo quòd tunc vel est magnus dolor in parte

F 3 sensitiua,

Ensuetudina, vel est magnus timor: & vtraque passio cum vehemens est, solet rationem perturbare.

Secunda, Quia vix potest homo in illo articulo habere pœnitentiam benè circumstantiam, prout requiritur, scilicet, propter Deum summè dilectum. Quia qui vsque tunc Deum non verè dilexit, non est verisimile, quòd tunc mouebitur ad pœnitendum ex amore, sed ex timore gehennæ. Præsuntur enim quòd si remotus esset à pœna illa, & ab articulo illo, non pœniteret illum, sicut nec prius. Ait autem Augustinus: Oportet pœnitentem non solum timere iudicem, sed diligere. Nemo enim sine charitate Deo placere potest.

Tertia, Quia habitus vitiosi vsq; tunc permanentes multum retrahunt peccatorem à pœnitentia vera, cum difficultum sit assuetam relinquere.

Quarta, Quia cum tali peccatori non relinquatur tempus, vt debet illi pœnitentia, & satisfactio: necesse est, si vult hic iustificari, & satisfacere, defectum extensionis pœnitentiæ suppleat per intentionem, & conatum: hoc autem fieri vix potest, cum pro tunc omnes vires etiam rationales vt in plurimum debilitentur.

Corollariè sequit quòd qui ex proposito differt pœnitentiam agere vsq; ad extremum vitæ, peccat de nouo: quia exponit se periculo decedendi sine debita, & vera pœnitentia. Modò autem qui amat periculum, peribit in illo.

Sed contra primum dictum obiicit aliquis, quòd peccatorem pœnitentiã differentè non possit in illo puncto, in quo vita finitur, verè pœnitere. Tum ex eo, quòd ait Augustinus in sermone Innocentiũ: Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. Tum etiam ex eo, quòd ait Hieronymus in epistola Eusebij ad Damasum, vbi post multa alia dicens: Certè verè concludã: Qui dum sanus est, & iuuenis Deum offendere non formidat, in morte non merebitur diuinam obtinere indulgentiam. Vnde dixerunt aliqui, quòd in instanti mortis non potest homo mereri, nec demereri. Quia si vsque tunc mansit in merito, & charitate, per hoc meruit, quòd in illo instanti fieret impeccabilis, vt dicunt. Et si vsq; tunc mansit in peccato, per hoc meruit, vt in illo instanti fructuosè illum pœnitere non possit. Quia vt dicunt, illud instans non attribuitur vix sed sta-

tui alterius sæculi extra viam, vbi nec locus merendi est, nec demerendi.

Respondetur quòd Augustinus, & Hiero. non ita pœnitentiam de tempore mortis loquuti sunt, vt de instanti, & momento postremo vitæ loquantur: sed loquuntur de tempore, quo in morbo existentes, ad mortem tendunt ipsi peccatores. Et significant non quòd illo tempore mortis pœnitere illos non possit, sed quòd de facto, multos non pœnitent, nec gratiam Dei conuersiuam habent, id suis præcedentibus demeritis exigentibus, ppter quæ Deus illis gratiam conuersiuam superabundantem non impartitur: sed nec fauorem necessarium, vt illos pœniteat, eisdem negat, vt suprà deduximus. Loquendo autem punctualiter de instanti, in quo vita finitur, an possit tunc de nouo pœnitentiam agere, aut demereri, videtur distinguendum, quale sit illud instans: an, scilicet, sit vltimum esse hominis, aut primum non esse. Et quidem si sit primum non esse, vt multi opinantur, fautor illud instans, non ad viam pertinere, & per consequens in illo non posse hominem mereri, aut demereri: cum in illo iam sit anima à corpore separata, & ita non est tunc homo. Si verò vita hominis finiatur per vltimum sui esse: tunc contrarium arbitror esse verum, scilicet, quòd si in illo instanti homo habeat perfectum iudicium discretionis (quod tamen dubito) quòd tunc potest de nouo mereri, & demereri, qualiscunque ante illud instans fuerit, cum in illo instanti adhuc sit homo viuus, & ita in via. Verum qui dicunt esse necessariam pœnitentiæ continuationem per tempus, vt ad gratiam valeat, habent consequenter dicere, quòd in illo instanti non potest homo fructuosè primò pœnitentiã agere, etiam si homo vitam finiat per vltimum sui esse. Sed hoc sine inconuenienti dicere non possunt. Tum quia sequeretur hominẽ decedere in dolore & pœnitentia de peccatis propter Deum summè dilectum, & perire. Tum etiam quia si homo in illo instanti malam eliciat voluntatem: illicò cadet à gratia, & damnabitur. Igitur e contra, si in illo instanti hominẽ primò verè pœniteat, resurget illicò ad gratiam, & finaliter saluabitur, nisi proteruendo dicant hominem in illo instanti nouam voluntatẽ habere nõ posse: ideo stetur in responsione data.

Finitur Codex de Pœnitentia.

A Tractatus secundus de Confessione.

De institutione Confessionis.



De Confessione vocali, quæ sacerdoti fit & sacramentalis dicitur sunt aliqua quærenda. Primò de eius institutione, à quo. s. & quādo sit instituta. Et dixerunt ali-

qui, vt refert Glossator Decreti, de pœnitentia dist. 5. quòd fuit à Deo instituta in Paradiso terrestri. Quod colligunt ex eo quòd postquam Adam peccauit de ligno vetito comedens, Deus ad eum veniens quærebat eum dicens: Adam vbi es? In quo videtur Deum nõ aliud intēdisse, quàm proprii peccati confessionem ab Adam exigere. Ita & quādo Deus ad Caim dixit: Vbi est frater tuus Abel? constat id Deum nõ dixisse, quia ignoraret, vbi Abel esset, sed ideo id dixit, vt Caim proprium

B peccatum cōfiteretur. Verum qui sic dicunt, falluntur: nam in illis interrogationibus à Deo factis, esto Deus ab Adam, & Caim confessionem suorum peccatorum exigeret, non tamen confessionem hanc sacramentalem, quæ ad aures sacerdotis fit, exigebat: cum nec tunc esset sacramentalis confessio instituta, sicut nec sacramentum pœnitentiæ. Nec exigebat Deus, vt illi peccatores sua peccata alicui sacerdoti confiterentur. Nec secretam exigebat confessionem: sed publicam, & ipsi Deo, non sacerdoti agendam. Nec vt omnia eorum peccata faterentur, exegit: sed illa particularia, quæ Deus publicè punire intendebat: & ideo non de confessione sacramentali sunt illa loca accipienda, sed de iudiciali, quam reus in iudicio facere tenetur, à iudice requisitus, & interrogatus: maximè cum præcessit infamia de crimine super quo interrogatur, aut factum ipsum contra patratorem clamat. Deus ergo volēs iudicibus formam condemnando reos tradere: vt, scilicet, neminem nisi conuictum, vel in iudicio confessum condemnarent: volens quæ Adam, & Caim pro delictis eorum punire, prius ipsorum confessionem exigat &c.

Dixerunt alij, vt Glossator Decreti vbi suprà, & Panormit. c.

Omnis vtriusque sexus. & alij Iurista, quòd C huiusmodi cōfessio sacramentalis, de qua loquimur, fuit nõ à Deo, sed ab ecclesia in concilio Lateranen. instituta. Vnde præfata Decretalis de confitendo proprio sacerdoti dimanauit. Mouentur ad id, tum quia non debet aliquid dici esse de iure diuino, quòd in iure diuino expressè, aut implicite non continetur. Cum ergo nec in veteri Testamento, nec in nouo de huiusmodi confessione aurali mentio fiat: fit autè in statutis ecclesiasticis, sequitur per ecclesiam fuisse confessionem institutam: non per Christum, aut Deum. Tum etiam quia si de iure diuino esset huiusmodi confessio, Græci peccarent non confitendo, cum à iure diuino minimè sint exempti. Sed nec hæc opinio Canonistarum videtur vera. Tum quia ecclesia non potest materiam, aut formam alicuius sacramenti mutare, aut variare: multò ergo minùs potest sacramentum aliquod nouum instituere. Tum etiam quia sacramentum propriè sumptum efficaciam habet ad gratiã conferendũ dignè suscipienti: hanc autè efficaciam non potest ecclesia alicui signo sensibili tradere cum solius Dei sit gratiam præstare: non ergo sacramentum pœnitentiæ: & per cōsequens nec sacramentalis confessio est ab ecclesia instituta. Quòd autem cōfessio sacramentalis sit de numero sacramentorum, quæ gratiã ex opere operato præstāt, patet ex. c. Ad abolendam. de hæreticis. Patet etiam ex Concilio Florentino: vbi huiusmodi sacramentalis pœnitentia inter reliqua sacramenta connumeratur. Adde quòd longè ante tempus Concilij Lateranen. fuerunt Origen. Hieronym. Augusti. Chrysolto. Magister Sententiarum & c. qui tamen de huiusmodi salutari confessione loquuti sunt. Non igitur primò tunc fuit instituta. Quòd de Græcis dicunt eos nõ confiteri, & excusari, vtrunque est incertum: vtrunq; etiam stat cum veritate opposita. s. q. confessio sit à Christo instituta veluti salutaris medicina in remissionem peccatorum: de huiusmodi nãq; institutione nũc loquimur.

Dixerunt alij, quòd Iacobus Apostolus, primus huiusmodi cōfessionem instituit, iuxta illud quod in sua Canonica. c. 5. scripsit: Confitemini alterutrum peccata vestra & c. Quod ad hoc ipsum probandũ citat Hugo de sancto Victore. Et Magister Sententiarum in. 4. dist. 17. Sed & isti (salua pace) falluntur. Tum quia si tota Ecclesia sacramentum aliquod instituere non potest, multo minùs vnus homo quantum-

Euis sanctus. Tum etiam quia non conuenit dicere, quòd vnus episcopus priuatus, scilicet, Hierosolymitanus (qualis fuit beatus Iacobus) confessionem instituerit, quæ omnibus fidelibus totius orbis conuenit: quandoquidem ipse non orbis, sed vrbis fuerit episcopus. Adde quòd in loco ex eius Canonica citato, non loquitur de confessione hac sacramentali, quæ sacerdotibus in ecclesia fit: sed potius loquitur de ea confessione, quæ homines inuicem facere debent, puta, laicus laico, & contra: laicus sacerdoti, & e contra. Hoc enim significat, cum ait, Confitemini alterutrũ. Confessio autem sacramentalis solis sacerdotibus agenda est non laicis, vt constat. Intendit igitur illic Iacobus reuocare homines à superbia, & contemptu proximorũ, nè, scilicet, quicquam alterũ contemnat: sed oēs se peccatores esse agnoscant, & se inuicem beneuolè tractent, & pro se inuicem orent, vt ibidem subiungit, dicēs: Et orate pro inuicem. Quod certè longè à confessione sacramentali distat.

Superest ergo veram esse Theologorum sententiam, qui dicunt huiusmodi confessionem sacramentalem à Christo: sicut & reliqua sacramenta gratiæ, esse institutam. Locus apertus est Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittentur eis &c. Vbi potestatem peccata remittendi Apostolis, & in eis omnibus sacerdotibus cõtulit, quos iudices in causa, quæ est inter Deum offensum, & peccatores offensos, instituit: vt eorum iudicio interueniente, ipsi rei ad Dei regnum admitterentur, vel ab eodem repellerentur. Ad quod etiam Christus clauas aperiendi, ac claudendi regnum cœlorũ sacerdotibus in lege Euangelica concessit. Pro quo etiã facit ratio, quia ex quo Christus venit curare vulnera nostra conueniebat vt tam perfectus medicus, necessarias, & salutes medicinas nobis relinqueret: inter alias autẽ medicinas curatiuas vna & potissima post baptismum est sacramentalis confessio, quam Hieronym. dicit secundam tabulam post naufragium. Facit etiam ratio Scot. suprãtacta, quia solus ille potuit sacramenta instituere, qui potest signis sensibilibus efficaciam, & virtutem gratiam dandi conferre: hoc autem nemo nisi Deus facere potest, cuius solius est gloriã, & gratiam prestare, & de impio iustum efficere.

De obligatione confitendi, & quo iure ad eam tenemur.



Præsupposito ergo quod huiusmodi confessio sacramentalis à Deo sit instituta: Queritur de obligatione cõfitendi vocaliter sacerdotibus, quo iure sit in-

ducta: aliud enim est querere, à quo fuerit instituta: aliud verò à quo sit iussa. Et in primis excludamus eorũ positionem, qui tenent esse de iure nature: tum quia sacramenta gratiæ, quæ fidem præsupponunt: vnde & sacramenta fidei dicuntur, supra naturam sunt, sicut & ipsa fides. Tum quia nullum dictamen naturale, seclufa iurispositiui dispositione, dicat esse peccatori necessarium sua peccata occultissima proximo pandere, & se corã illo quodammodo infamare, maximè ad finem assequendi remissionem peccatorum, qui finis est ipsius sacramentalis confessionis: cum de huiusmodi sine ratio naturalis nihil doceat, sed potius Dei reuelatio. Igitur siue consideremus confessionem sacramentalem, quatenus sacramentum gratiæ est, seu pars sacramenti iustificantis, siue consideremus ipsam peccatorum confessionem, qua peccata occulta proximo panduntur, siue consideremus finem, qui est peccatorum venia, & ad Dei amicitiam reductio, patet nõ cadere sub dictamine rationis naturalis. Secundò idem patet, quia si sic esset, non solùm post legem Euangelicam, sed antea fuissent homines obligati sua peccata etiam occulta hominibus confiteri: cum tamen nec tempore legis nature, nec scripturæ huiusmodi obligatio cucerret. Quauis enim in lege Moyfi, qui ad populum Dei pertinebant, debuissent aliqua sacrificia, & oblationes facere, quæ hostiæ pro peccatis dicebantur, ob aliqua peccata publica, seu ad aliquas irregularitates, secundum ritum eorum contractas remouendas, vt habetur in Leuitico: non tamen est, qui dicat eos fuisse obligatos, hanc confessionem secretam, qualis nunc fit in ecclesia, suis sacerdotibus facere. Sequeretur insuper nunc omnes peccatores esse obligatos ad confitendum peccata, quæ ante baptismum commiserunt, sicut ea quæ post fuerunt perpetrata. Imò & infideles tenerentur sua peccata sacerdotibus confiteri: nam ea quæ sunt de iure nature, & de dictamine rationis naturalis, omnes indifferenter obligant. Consequens supponit falsum: nam alioqui baptismus non esset prima

Ama tabula post naufragium, sed confessio sacramentalis, si esset necessarium peccata ante baptismum, & tempore infidelitatis commissa confiteri. De quo post.

Est igitur in controuersia: An obligatio confitendi vocaliter sacerdotibus, sit de iure diuino, an solo humano. Et tenendum est, quòd quamuis de iure humano sit præfata confessio nobis iniuncta, quantum ad temporis limitationem, de semel in anno, iuxta cap. Omnis vtriusq; sexus: attamen simpliciter, & primario iure diuino inducta est huiusmodi obligatio. Ad cuius veritatis probationem, multum doctores catholici inducunt. De quorum rationibus, & fundamentis breuiter videndum est, an sufficient ad reuincendos hæreticos, & alios, qui contrarium defendunt. Igitur probant primò præfata veritatem Durandus, & Gerson, & alij: quia cum confessio hæc sacramentalis, de qua loquimur, se extendat ad peccata occultissima, & secreta cordis, in quibus ecclesia, aut puri homines potestatem non habent obligandi, vel prohibendi: sequitur quod præfata obligatio confitendi, non est de iure humano. Primum supponitur. Secundum probatur, quia Ecclesia non potest ferre legem de actu aliquo, cuius transgressorem punire non potest: frustra enim daretur lex, si legislator in transgressores vim non habeat coactiuam: sed ecclesia actus occultos cordis punire non potest, nec eorum omissionem: quandoquidem homines non iudicant, nisi ea, quæ patet: Deus autem intuetur cor, qui solus est scrutator renum & cordium: & huiusmodi secreta diuino iudicio sunt reserua-ta, vt dicitur cap. Qualiter & quando, de accusationibus. & de simonia in multis cap. Superest ergo huiusmodi confessionem secretam, quæ ad occultissima cordis peccata se extendit, esse de iure diuino, non de humano.

Probat secundò eundem articulum Petrus de Palude, ex eo, quod habetur Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio. Et post. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Iam arguitur, si omne iudicium dedit filio, prout filius hominis, & homo est, igitur Christo, prout homo est, cõuenit peccatores iudicare: non solùm in fine mundi, sed etiam in præfata vita, dignos ad Dei gratiam admittendo, indignos verò reprobando: igitur necessarium est, quòd peccatores se Christo præsentent: qui cum realiter, & localiter præfatus per se in terris non sit, in

quibus vicarios suos sacerdotes reliquit, qui Cibus potestatem iudicandi in causa peccatorum concessit: consequens est, quòd tenentur peccatores se sacerdotibus præsentare, vt per eos iudicentur. Quòd esse non potest, nisi præfata confessione, igitur.

Probat tertio Sco. eundem articulum, ex eo, quod habetur Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittentur eis &c. In quo loco Christus contulit sacerdotibus potestatem remittendi peccata ipsis peccatoribus, hoc est potestatem eos à peccatis absoluedi: & in causa, quæ est inter Deum & peccatores, iudicandi. Ipsi autem iudicare non possunt, nisi causam agnoscant, & peccata: hæc autem cognoscere nõ possunt, nisi præfata ipsorum delinquentium confessione, igitur. Confirmant hoc, ex eo, quod habetur Matt. 18. quæ ligaueritis in terris, erunt ligata in cœlis, quæ solueritis, erunt soluta in cœlis &c.

Probat quarto idem Sco. quem etiam multi alij in hac ratioe sequuntur. Quia de iure diuino tenetur vnusquisq; seipsum charitatiuè diligere, iuxta illud: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et illud etiam: Misereere animæ tuæ, placens Deo. Igitur tenetur peccator exire à peccatis per eum cõmissis: ad hunc autem finem necessarium est peccatori viam certiore, & tutiore eligere, alioquin salutem animæ videretur periculo exponere, si dimissa certiore, & tutiore via, aliam quæ non tam certa est, & secuta, amplecteretur. Cum igitur duæ sint viæ, per quas peccator potest à peccatis exire, scilicet, via pœnitentiæ cordis, & via confessionis sacramentalis: è quibus hæc secunda certior est, & tutior, igitur tenetur eam amplecti. Quòd verò hæc sit certior, & tutior, probatur in sententia: quia via pœnitentiæ cordis incerta videtur, eò quòd pœnitens non satis certus est, si eius pœnitentia sit sufficienter intensa, aut sufficienter continuata, & ita videtur via dubia. Via verò confessionis sacramentalis certa est, quia in ea nil aliud ex parte confitentis requiritur, quàm quòd obicem malæ volutatis non ponat: nam sacramenta præstant gratiam ex opere operato non ponentibus obicem. De quo, scilicet, quòd cõfitens obicem malæ voluntatis non ponat, certissimus esse potest.

Quintò alij probant præfata obligationem cõfitendi de iure esse diuino, ex eo, quòd dixit Iacobus in sua canonica: Confitemini alterutrũ peccata vestra, Iacob. 5.

F 5 vt sal-

E vt saluemini. Qui quidē Apostolus, & si non fuerit, nec esse potuerit huius sacramenti institutor: potuit tamen esse, & fuit promulgator. Sicut & idem Iacobus sacramentum extremę vnctōnis ibidē promulgauit, quod à Christo creditur institutum. Afferunt etiā ad id illud Pauli Ad Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. In quo Apostolus Christi instituta sciens, videtur nobis intinuisse necessitatem vocaliter confitendi.

Sexto beatus Augustinus videtur id probare, ex eo, quod Christus ad leprosos, qui curari à lepra petierant, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. In quo Christus figuratiuē videtur peccatoribus præcepisse, si velint misericordiā obtinere, quod se sacerdotibus præsentent, vt per eorum iudicium impetrent quod desiderāt. Quandoquidem per leprosos, peccatores: per leprā, peccatum: per ostensionem, qua se debebant sacerdotibus ostēdere, cōfessio, & vitæ manifestatio figuratur: per iudiciū verō legalis sacerdotis, absolutio sacramentalis significatur.

Septimo, idem probat per hoc, quod Christus contulit Petro, & sacerdotibus clauēs ecclesię, per quas possint regnum cœlorum his, quos dignos esse iudicauerint, aperire. Igitur necessarium est peccatores, qui regnum cœlorū introire volunt, sacerdotibus se præsentent, & peccata confiteatur, vt per eorum iudicium, regnum cœlorum eis aperiat, quibus ob ipsorum peccata clausum fuerat. Alioquin si id necessarium non esset, sed possent peccatores per solam cordis pœnitentiam saluari, & regnū cœlorum intrare, frustra huiusmodi clauēs essent ecclesię collatæ.

Deniq; præfatam veritatem iam communiter doctores probāt, ex eo, quod suprā citatum est Ioan. 20. Quorū remisistis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Sumpta secunda parte huius clausule, quia vt glossa illic habet, sacerdotes retinere peccata, non est censuram aliquam, aut sententiam ferre ad ea retinendum, sed est sacerdotes ea non remittere: ita, vt retinere opponatur ei, quod est remittere. Iam deductio videtur aperta, Christus illic loquitur ad sacerdotes de peccatoribus, dicens: Peccata quę vos peccatoribus remisistis, ego remittam. Quę autē vos non remisistis, nec ego remittam. Tunc arguamus sic. Necessarium est peccatori ad eius salutem, quod Deus illi peccata remittat, sed

peccatori non remittet Deus peccata, nisi à sacerdote remittantur, vt dicit auctoritas: à sacerdote autem remitti non possunt, nisi peccata eidem innotescant: innotescere illi non possunt, nisi ipse peccator, qui sui conscius est, ea sacerdoti detegat: igitur à primo ad vltimū necessarium est peccatori peccata sua sacerdoti detegere. Hęc deductio procedit etiā seclusa omni iuris humani dispositio. Superest ergo, q̄ obligatio, & necessitas vocaliter cōfitēdi sacerdoti, est de iure diuino.

Libet iam huiusmodi rationes pertractare, & quam vim ad præsentem articulum probandū habeant, inquirere. Non enim videtur hæc veritas efficaciter contra hæreticos, & doctores aliam sententiam tuentes probari. Quod apparet, per easdem rationes discurrendo. Prima ratio Durandi innititur huic propositioni, scilicet, quod ecclesia, seu humana potestas non se extendit ad actus cordis, nec eos punire potest. Quod tamen à multis catholicis negatur, qui contrarium tenent, vt patet in Clementina prima, de hæreticis. Vbi glossa, & doctores ibidem non solum Iuristæ, sed etiam Theologi tenent, quod ecclesia potest homines pro peccatis interioribus excommunicatione afficere, vt pro mentali hæresi. Quod si in exteriori iudicio ecclesia actus cordis non punit, non est ob defectum iurisdictionis, sed ob defectum probationis. Sed de hac positione aliās egimus in tractatu de oratione. De quo post. Deinde, esto ecclesia præciperet confiteri, non ideo fit, vt ad interiora obliget, cum ipsa peccatorum vocalis confessio sit actus exterior, etiam si sit interioris actus manifestatiuus. Et quod ad actum exteriorem interioris manifestatiuum possit humana potestas obligare, patet ex communi practica Inquisitorum, qui si quis de hæresi sit accusatus, quia dixit aliquam propositionē ambigūā, ita vt in vno sensu sit hæretica, in alio non: præcepto, & iuramento exacto, & aliquando per torturam eundem compellunt, vt dicat, in quo sensu illud asseruerit. Non igitur hæc prima ratio conuincit.

Secunda ratio etiam non sufficienter probat. Primò, quia illa auctoritas Ioannis. 5. non satis pertinet ad propositum præsens adduci videtur. Nam illic non loquitur Christus de iudicio hoc secreto, quo peccatores per sacerdotes iudicantur, aut de eo, quo Christus in hoc sæculo quęquā iudicat: sed de iudicio finali, quo Christus in fine mundi in humana forma appa-

A appariturus, omnes iudicaturus est. Hoc patet, tum expositione sanctorum in eodem loco, tum ex ipso textu: nam cum dixisset: Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: statim subiungit: Nolite mirari hoc, veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ &c. Non ergo loquitur de iudicio, quo in hoc sæculo peccatores viuentes à sacerdotibus iudicantur. Et quod ait: omne iudicium dedit filio. Vbi cum, omne, dicat, videtur quod non de solo iudicio finali loquatur. Non probat quod loquatur de iudicio hoc, quod fit in foro pœnitentia, sed significat, quod Christus potestatem habet vniuersalem iudicandi, tã bonos, quã malos: & illos honorandi, hos autem inhonorandi.

Deinde, esto Christus habeat potestatem in hoc sæculo iudicandi peccatores, non inde fit, vt sit necessarium peccatori sua peccata sacerdotibus cōfiteri. Quia quãuis Christus, qui iudex est, in cœlo sit, & non in terra localiter, illic tamē vbi est, oīa quę hic fiunt, quantūlibet occultissima cordium sint, certissimē cognoscit. Igitur sufficienter innotescit ipsi Christo vniscuiusq; vita, vt possit hic vnūquęq; iudicare absq; hoc, q̄ vita hoīs sacerdotibus innotescat. Quod autē vicarius in terris reliquit, non pbat præfatā obligationē cōfitēdi vocaliter, vt statim patebit.

Tertia etiā ratio quę fundatur in eo quod habetur Ioā. 20. Quorū remisistis peccata &c. Matth. 18. Quęcunq; ligaueritis, erūt ligata &c. non probat intētū. Primò, quia illa auctoritas Matth. 18. impertinēter ad hoc propositum citari videtur, cū Christus illic non de ligatione, aut absoluteione à peccatis in foro pœnitentia loquatur, sed de cœsura excōmunicationis: quod patet: quia dixerat circa correctionem fratris, Si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. In quo fundant doctores, ecclesiā potestatem habere excōmunicandi cōtumaces. Et ad significandū ecclesię censurā, vim & robur habere, & i cœlis approbari, statim subiungit: Amen dico vobis, quęcunq; ligaueritis in terris, erūt ligata: & quęcunq; solueritis, erūt soluta in cœlis &c. Ex alia etiam Ioā. 20. non sequitur, nisi quod sacerdotes habent potestatem remittendi peccata: verū inde non sequitur, q̄ ergo peccatores teneantur illis cōfiteri. patet: nã doctor graduat⁹ potestatem habet ascēdēdi cathedrā, & ibi de iure docēdi, & tñ non inde fit, vt alij teneantur illi docētē

audire. Similiter iudices, & vicarij prælatorū potestatem habent iudicandi inter subditos circa eam quę inter ipsos est cōtrouersia: non tamen inde fit, quod ipsi subditi discordes teneantur vicarios illos adire, vt per eos cōtrouersia dirimat, quādoquidē possunt ipsi inter se componere, vel arbitros instituire &c. Igitur in proposito inualida fuit illatio.

Quarta ratio videtur non solum probare obligationem confitendi, sed multos videtur habere defectus. Primò, quia supponit quod de duabus viis, per quas quis salutem animæ consequi potest, tenetur amplecti quę tutior, & certior est: nam tunc homines tenerentur religionem ingredi, & non in sæculo permanere, cum religio tutior, & certior via sit ad regnum Dei obtinendum. Tenerentur etiam homines potius in continentia viuere, & peccarent, si dimissa continentia, vxores ducant. Peccarent etiam homines, qui postposita paupertate diuitias possident. Quę omnia sunt erronea. Secūdo deficit in hoc, quod ait, viam pœnitentię cordis certam non esse, eò quod incertum sit, an sit sufficienter intensa, & continuata, cum tamen falsum sit, esse necessariā certā intensiōē, aut tēporis durationem ad hoc, quod pœnitentiā cordis ad salutem valeat animarum, vt aliās deduximus, quum de cordis pœnitentiā agebamus. Tertio deficit in eo quod ait, viam confessionis certorem esse ad salutem, cum tamen multipliciter sit incertus valor absoluteionis. Tum quia non est omninò certum, illum qui absoluit, esse sacerdotem, cum multi fingant, aut putent se sacerdotes esse, & non sint. Tū, quia etsi sacerdos sit, non tamen est omninò certum, eum legitimum curatum esse, aut à curato potestatem habere, Tum etiam, quia et si verus curatus sit, non est omninò certum eum non esse excommunicatum. Denique, etsi excommunicatus non sit, non est omninò certum, quod in absoluendo debitam habeat intentionem. Ob quas omnes causas, redditur incertus valor illius absoluteionis: Quartò deficit in eo, quod significat, q̄ via confessionis non requirit ex parte cōfidentis, nisi quod obicē non ponat malę voluntatis: cum tamen suprā latē ostēsum sit, esse necessariam cordis pœnitentiā positiuā de peccatis, iuxta decretum Augustini: Omnis homo qui suę voluntatis arbiter cōstitutus est, nouam vitam inchoare non potest, nisi pœniteat eum veteris vitæ à qua soli paruuli immunes sunt &c. de consecratio. distinet. 4.

Quinta

E Quinta ratio non probat, quia ut supra dicebatur, Iacobus in illo loco non videtur loqui de confessione sacramentali: nam hæc solis sacerdotibus fieri debet. Illa autem de qua illic procedit, est confessio, qua homines se inuicem debent peccatores recognoscere, & pro se inuicem orare, ut supra dicebatur. Quod etiam ex epistola ad Roma. citatum est, minus cogit, quia illic Paulus non de confessione peccatorum loquitur, sed de confessione fidei, quam non fat est mente tenere: sed pro loco, & tempore, voce oportet confiteri. Et quod de fide voce protestata loquatur, patet tam ex antecedentibus, quam sequentibus, quia illic addit: Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in ipsum, non confundetur &c.

Sexta etiam ratio non videtur multum efficax. Tū, quia si Christus iussit leprosis, ut se sacerdotibus præsentarent, ideo id fecit, quia ita lex vetus disponebat. nō scilicet à Iudæis legis præuaricator notaretur: & ut diuinæ legi debitam exhiberet reuerentiam, cui se Christus subiecit, quousque per legem nouam esset antiqua reuocata.

F Itaque Christus in hoc non nouum præceptum Christianis tradere, sed veterem legē, dum vim haberet, voluit obseruare. Deinde si ex figura illa deberet argumentum sumi ad id, quod prætendit, non deberet argumentum maius sumi, quam ipsa figura se extendit: sed tunc in lege veteri, lepra, quam leprosus erat sacerdoti legali manifestaturus, erat publica, & nota, similiter & eius curatio. Igitur ex illa figura non licet argumentum sumere, quod peccator teneatur confiteri sacerdoti Euangelico nisi peccata publica, & quæ publicè sunt emendata, ut sacerdos iudicet, si dignus sit, vel indignus ad cætera sacramenta admitti. Imò si ex figura debeat argumentum sumi, sequitur quod sicut sacerdos legalis non curabat à lepra, sed curatum esse iudicabat: ita & sacerdos Euangelicus non remitteret peccata, sed ea iam remissa esse iudicaret, contra potestatem sacerdotibus concessam, qua possint peccata remittere. Sed de hoc post.

Septima ratio, quæ ex clauibus ecclesiæ collatis sumitur, non omnino concludit. Tum, quia oporteret probare clausas illas sacerdotibus concessas esse in foro interiori, seu pœnitentiæ ad absoluentem à peccatis: cum tamen clausas illæ ligandi, & soluendi accipi possunt in foro exteriori & iudiciali, ut supra diximus, iuxta illud

Matthæi. 18. Quæcumque ligaueritis &c. Nec G obstat, quod dicatur clausas regni cœlorum, quia regnum cœlorum etiam pro ecclesia militante solet accipi, iuxta illud Matthæi. 17. Mittet filius hominis angelos, & colligent de regno eius scandala &c. Vbi regnum cœlorum non potest pro ecclesia triumphante accipi, in qua nulla scandala, quæ colligantur, reperiri possunt, ut notat beatus Gregorius. Nam quod regnum cœlorum gloriæ aliter quam per clausas sacerdotibus collatas aperitur, apparet de his, qui Deum diligunt, & martyrium pro Christo patiuntur, quibus sine sacerdotum iudicio aditus patet ad regnum cœlorum, quod beatorum patria dicitur. Similiter his, qui baptizantur, si illicò cedat, patet introitus ad regnum. Igitur esto clausas habeant sacerdotes ad regnum aperiendum, non inde colligitur, neminem sine usu harum clauium posse regnum Dei introire. Nec ideo frustra sunt tales clausas in ecclesia, quia quauis non esset necessarium, quod peccatores per sacerdotes iudicentur, esset tamen vtile illis confiteri, & per eos absolui. Si enim probaretur, non posse peccatoribus aliter regnum cœlorum aperi, nisi per usum H clauium sacerdotalium, qui in absoluendo ipsos peccatores à peccatis exercetur, esset efficax ratio ex clauibus sumpta, id tamen non ita probatur.

Igitur inter alias rationes illa postrema videtur maioris ponderis, quæ innitur dicto Christi: Quorum peccata retinueritis, retenta erunt &c. Verum & contra hanc probationem posset aliquis insurgere, quod non colligatur ex loco illo obligatio confitendi peccata: quia in tota illa clausula id significatur, scilicet, Deum rati habiturum sententiam sacerdotum in remittendis, aut retinendis peccatis, clausula scilicet non errante, hoc est, si audita causa peccatoris & confessione eius, iudicent eum esse dignum, aut indignum, & ita vel absoluat, si dignum, vel non absoluat, si indignum eum reperiat. Sed hæc Dei rati habitio saluatur absque hoc, quod peccator sit astrictus sacerdoti confiteri: patet à simili: ut si ordinarius instituat vicarium causas subditorum iudicaturum, & promittat se ratam habere sententiam, quam vicarius tulerit, cum hoc stat; quod subditi non sint astricti causam ad vicarium afferre, cum possit aliter dirimi. Præterea, esto quod illinc colligetur necessitas confitendi sacerdotibus, non tamen ostenditur, quod sit necessarium in parti-

A particulari singula confiteri, etiam occulta cordis peccata, maxime cum hæc simul stare possint, quæ peccator in genere se peccatorem coram sacerdote esse cognoscat, & confiteatur, & ab ipso sacerdote ita in genere absoluetur. Nam & Deus peccatori in genere remittit, quando verè peccator in genere de peccatis suis conteritur. Sicut & ad confessionem generalē de venialibus factā, aut etiā de mortalibus, absoluitur à sacerdote etiā in genere à peccatis venialibus, ad id enim prodest generalis confessio. Præterea, quod sensus illius clausula, Quorum retinueritis &c. nō sit qui in argumēto positus est, scilicet, peccata quæ vos non remiseritis, ego non remittam, apparet, quia sapientissimè Deus remittit peccata antequam à sacerdote remittantur: imò etiam si à sacerdote non remittantur, nec sint in posterum remittenda, patet, quia quā primū quis intus de peccatis propter Deum conteritur, etiam si de confessione vocali nil sciat, nihilque memoriæ eius occurrat, illicò cōsequitur à Deo remissionem omnium mortalium. Quod addo, ad excludendum solutionem dari solitam, qua dicitur, quod tales remissionem obtinent à Deo, quia licet non in actu, bene tamen in voto habent sacerdotalium remissionem. Sed de his alibi.

B Dicendum igitur ad quæstionem. Quod necessitas confitendi sacerdotibus ortum habet à iure diuino in præfata clausula Ioannis. 20. tradito. Ex qua sufficienter colligitur, necessarium esse peccatoribus confiteri sacerdotibus, & à sacerdotibus iudicari, ut Deus illis peccata remittat. Id patet ex deductione supra facta.

Dico secundò, quod ex præfata clausula non colligitur sufficienter, aut euidētè necessitas confitendi sacerdotibus ad aurem omnia peccata etiam mentalia, ut patet ex dictis.

Dico tertio, etsi explicitè in dicta clausula id non contineatur, nec inde sufficienter deducatur: attamen sic est illa clausula intelligenda, & interpretanda, non quidē propter cap. Omnis vtriusque sexus. nam illud, quod illic dicitur de confessione semel in anno, nō procedit declarando, nec diuinum ius interpretando, sed potius tempus confitendi instituyendo, ut ex ipso patet, sed propter communem ecclesiæ consuetudinem, quæ est optima legū interpretis: sic enim in ecclesia confessio vocalis sacramentalis agitur, ut secretè fiat, & etiam de mentalibus, & occultis. Sic etiam tradiderunt sancti doctores Chrysosto. & Augustinus, & alii, ut videre licet ad lōgum

C in Decreto, de pœnitentiā, distin. 1. Sic etiam in primitiua ecclesia obseruabatur, ut patet ex Dionysio Apostolis contemporaneo, in octaua epistola, quam ad Demophilum scripsit, ubi eum leniter arguit, quod peccatorem sua peccata sacerdoti cōfitemem, quem & sacerdos absolvere volebat, nec ad ecclesiam admittere voluit, nec sacerdotem, eum absolvere permisit. Sic etiam legitur in Actibus Apostolorum. cap. 19. multos ad Apostolos venisse, sua illis peccata confitentes. Sic denique declaratum est in concilio Constantiensi. contra Ioannem Hus, qui dixit sufficere peccatoribus, ut saluentur, quod de peccatis suis coram Deo conteratur, & cōfiteatur, seclusa omni vocali confessione. Quanquam illic concilium illud non declarat, quod confessio vocalis sit necessaria de iure diuino, sed quod sit necessaria: attamen quia Ioann. Hus prætendebat, quod nullum esset diuinum ius, quod peccatores ad vocalem confessionem attingat, sed ad solā mentalem, quæ Deo fit: ideo determinatio concilij est ad ius diuinum extendenda. Sic denique in concilio quodam provinciali Compluten. fuit condemnata hæc propositio cum assertore eius, scilicet, quod confessio vocalis non est de iure diuino. Quæ cōdemnatio cum aliis super aliis propositionibus facta, fuit postmodū per summum Pontificem approbata, id est, per Sixtum quartum. Et ita tandem videtur ad hoc deuenire, quod huiusmodi confessio, de qua loquimur, fuit à Christo instituta etiam sub obligatione, quā particulari tradidit discipulis suis, quā sit in Euangelio scripta. Et ita per Apostolorum doctrinam, tenet hoc idem ecclesia: nec mirū, cum multa fecerit, & docuerit Christus, quæ scripta non sunt: Ioan. ultimo. Sicut idem etiam patet ex cap. Cū Matthæ. de celebratione &c. de verbis consecrationis vini, & aliis multis.

De obligatione confitendi sub pœna noui peccati.



Sed oritur inde dubitatio. Esto quod confessio vocalis sit de iure diuino, etiā quo ad obligationem, an sit ius diuinum præceptiuū, seu obligatorium sub pœna noui peccati? Et arguitur quod non: tum, quia si in iure diuino talis obligatio sub pœna noui peccati contineretur,

Eneretur, maximè in clausula supra tacta, Quorum remiseritis &c. sed illic nullum verbum imperatiuum, seu præceptiuum ponitur, cum sint verba potestatis, vt constat. Et esto quòd suo modo verba illa contineant comminationem contra eos, qui confiteri sacerdotibus negligunt, scilicet, quòd Deus nõ remittet illis peccata: attamen nõ inde aliud colligitur, quàm quòd non confitentes decedent in peccatis commissis absque eorum remissione. Ex quo non colligitur, quòd non confitendo, nouam incurrant culpam.

Secundò ad idem arguitur ex sententia Hugonis. 2. parte, de sacramentis: vbi præsupponens quòd Christ⁹ non præcepit peccatoribus vocaliter confiteri sacerdotibus, quarit causam huius. Et respondet ideò Christum id non præcepisse, vt peccatores spontè, & voluntariè, & non coacti ad confessionem perueniant, qualiter viderentur peruenire, si ad id præceptum obligatorium illis traditum esset. Et ita quibusdam videbatur textum illum Ioã. 20. locum habere statuti nobis necessitatem confitendi intimantis, non autem præcepti sub pœna noui peccati obligantis. Quòd autem statutum non eo ipso, quòd statutum est, sit obligatorium, seu præceptorium, patet: quia statutum est non posse paruulum introire regnum cœlorum, nisi per aquã baptizetur: Ioan. 3. Quod tamen respectu paruuli vim præcepti non habet. Sicut & olim de eis paruulis statutum à Deo fuerat eos perituros, nisi circumciderentur, & tamè nõ per hoc illis quicquid præcipiebatur. Ita & statutum est, neminem viuentium posse gloriam æternam assequi, nisi prius moriatur: & tamen nõ inde mors data est homini sub præcepto obligante.

Respondendum. Fateor aliud esse statutum, aliud præceptum. Attamen in præsentibus, textus ille in quo statutum est Deum nemini remissurum peccata, nisi per sacerdotem fuerint remissa, vim habet præcepti obligantis sub pœna noui peccati mortalis. Quòd probo, præsupposito, quòd charitas præhabita, amitti de lege non potest, sine nouo peccato mortali. Iam demus peccatorem, qui cum sanus esset, de peccatis verè propter Deum pœnituit: ita, vt gratiam sit consequutus: accedat articulus mortis, & habita copia sacerdotis nolit peccata sua confiteri: tunc ille, si ita decedat, perdet charitatem: quia ibit in infernum, eo quòd ex Christi sententia constat esse necessarium peccatori, vt tãdem

saluetur, quòd habita copia sacerdotis confiteatur: quòd cum hic in casu extremæ necessitatis omittat, sequitur quòd non saluabitur: igitur in charitate non decedet, & ita eam amisit: & non ob aliud, vt pono, nisi quia in tali articulo confiteri noluit: igitur ipsum nõ confiteri, est illi peccatum mortale.

Præterea, homo tenetur sub pœna peccati mortalis suam salutem æternam procurare, & per consequens tenetur medium ad id necessarium & à Deo institutum acceptare: sed medium ad id à Christo institutum est vocalis seu sacramentalis confessio, vt ex textu citato patet, igitur ad id tenetur peccator: alioqui nouum mortale incurreret. Dicere autem quòd non peccauit mortaliter, quia non confitetur, sed quia omittit implere præceptum charitatis de diligendo seipsum: Respondetur. Quicquid sit de hoc, satis est, quòd in re ipsa peccat mortaliter de nouo, qui in articulo mortis, habita confessoris copia, negligit confiteri.

Ad rationes. Dicendum ad primam, quòd quauis in præfata clausula verbum imperatiuum non ponatur, ponitur tamen comminatio pœnæ, quæ est, Deum non esse remissurum peccata homini, qui sacerdoti non confiteatur tempore necessitatis: in qua pœna includitur exclusio à regno cœlorum, vt constat: hanc autem pœnam Deus nemini comminatur, nisi pro mortali peccato, si capax obligationis sit. Quòd dico propter paruulos, & mente captos.

Si obiicias, quòd illud non ponitur per viam pœnæ, sed statuti, aut declarationis diuinæ voluntatis. Respondetur. Esto ita sit, eo ipso quòd declaratur peccatori quòd excludetur à regno Dei, si non confiteatur sacerdoti, tenetur sub pœna peccati noui ad ipsam confessionem, nè suæ salutis videatur esse neglector. Sed aliter obiicitur, quòd in casu non habeat locum pœna illa, aut statutum, quia talis etiam si in articulo mortis negligat confiteri, & moriatur, nõ decedat in peccatis prioribus sine remissione, quandoquidem iam fuerant per cordis pœnitentiã sufficienter, etiam quo ad pœnam omnem remissa, si feruida fuit pœnitentia. Sed hoc aliam quæstionem tãgit, scilicet, An peccata possint remitti ante sacramentalem confessionem, de qua aliàs.

Ad secundum ex Hugone sumptum respondetur, quòd nec Hugo id tenuit quod illi, scilicet, quòd non fuerit à Christo

Asto præceptum de confitendo traditum, nec ratio per eum facta aliquid valet. Primum patet: quia ipse Hugo tenet à Christo esse præceptam huiusmodi confessionem, quòdque eius præceptum nobis Iacobus intimauit in sua Canonica, cap. 5. quando dixit: Confitemini alterutrum peccata, vt patet ibidem. Secundum etiam patet, quia si ideò Christ⁹ confessionem vocalem non præcepit, nè scilicet peccator coactus, sed spontaneè ad confessionem veniret, pari forma nec debuisset baptismum, nec Eucharistiam, nec aliquid aliud præcipere, cum Deus non coacta, sed spontanea seruitia acceptet. Peccat igitur ratio, quia præsupponit, quòd præceptum inducat coactionem, & spontaneam tollat voluntatem, quòd tamen est falsum. Ponit igitur præceptum necessitatem, nõ tamen coactionem, cum vim non inferat his, quibus datur.

De confessionis necessitate ad salutem.



B

Deinde quærendum est, An sit de necessitate salutis sacerdotibus confiteri. Ad quod per duo dicta breuiter respondetur. Primum dictum est: De necessitate salutis est vocalis confessio post concilium Lateranen. in quo omnibus fidelibus iustum fuit, vt semel in anno confiteantur &c. Hoc patet, quia de necessitate salutis est, prælati nostris obtemperare: prout Christus dixit: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit &c. Et Paulus ad Roma. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Cum igitur ecclesia in præfato concilio iusserit confessionem semel in anno fieri, sequitur intentum.

Secundum dictum est, quòd ante præfatum conciliũ fuit etiam de necessitate salutis huiusmodi vocalis confessio. Id patet ex dictis: quia antequam concilium illud fieret, erat confessio à Christo non solum instituta, sed nobis sub præcepto tradita: modò autem de necessitate salutis est Christi præcepta seruare. Tum etiam necessarium est ad salutem id, sine quo peccata à Deo non remittuntur: hoc autem est confessio sacramentalis, vt patet ex textu citato, igitur. Tum etiam, non minus est necessaria pœnitentia sacramentalis ad remissionem actualis peccati, quàm baptismus ad remissionem originalis: sed baptismus est de

necessitate salutis, igitur & pœnitentia. Assumptum patet ex Hieronymo, dicente super Amos. 1. quòd baptismus est prima tabula post naufragium, & pœnitentia secunda.

Contra tamen obiicitur, quia potest homo sufficienter saluari, si mandata Decalogi seruet, iuxta illud Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Phariseo quærenti, quid ad vitam æternam esset illi agendum, & proposita dilectione Dei & proximi in quã omnia tendunt mandata, respondit Christus, hoc fac, & viues. Cũ igitur in mandatis decalogi nulla de huiusmodi confessione mentio fiat, sequitur.

Respondetur. Si hæc ratio valeret, per eandem etiam probaretur, non esse de necessitate salutis fidem, nec baptismum, nec aliud sacramentum, imò nec pœnitentiam cordis: cum de his in decalogo expressa mentio nõ fiat, sicut nec de vocali confessione. Ideo dicendum, non opus esse omnia quæ de necessitate salutis sunt, in decalogo expressè contineri. Nec ideò dixit Christus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: quia velit eorum obseruantiam formalem ad vitam sufficere: sed voluit significare, neminem nisi mandata seruet, vitam æternam habiturum. Eodem modo dicitur ad aliud. Vel aliter potest dici, quòd omnia Dei præcepta ad decalogum quodammodo reducuntur: & ea, quæ ceremonialia sunt, reducuntur ad præceptum de sabbatho sanctificando. Quòd præceptum extendi solet ad cultum Dei: quem à nobis exigit Deus, ad quem pertinet præceptum de sacramentis dandis, vel suscipiendis traditum.

Secundò obiicitur, quòd nõ sit de necessitate salutis vocaliter confiteri: nam si id necessarium esset, maximè ad assequendam veniam, seu remissionem peccatorum à Deo, per iudicium sacerdotis, vt authoritas sonat: sed hanc remissionem potest peccator aliter assequi, puta per pœnitentiam cordis. Hoc patet ex Ezechiele: Quacunque hora ingemuerit peccator &c. Et ex Dauid: Dixi confitebor aduersus me iniquitatem, & tu remisisti &c. Et ex Isaiã: Ad quem respiciam, nisi ad contritum corde, & tremens sermones meos? Et iterum ex Dauid: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Si dicas, verum esse per contritionem cordis assequi peccatorem veniam, & iustificationem, & gratiam. cũ hoc tamen sibi superesse sacerdoti confiteri, vt præceptum compleat de confitendo: sicut si quis ante

Ezechie. 18.

Psalmo. 31.

Isaiã. 56.

Psal. 50.

E ante baptismum verè conteratur, consequitur gratiam, & remissionem originalis peccati, cum quo tamen relinquitur ei necessarium suscipere baptismum fluminis, exemplo Centurionis, & Eunuchi, & aliorum sanctorum. Contra hoc replicatur, quia hæc solutio præsupponit quod post habitam poenitentiam cordis, & assequutam peccatorum remissionem, manet præceptum de confitendo. Contra quod apparet, quia cessante ratione, & causa legis, cessat ipsius legis vis, & obligatio: sed cum ratio & causa, ad quæ confessio instituta est, sit peccatorum remissio: igitur si hæc remissio per contritionem facta sit, sequitur cessare vim præcepti devocaliter confitendo. Respon. Per idem probaretur, quod qui ante baptismum est ab originali peccato liberatus, & apud Deum iustificatus, quod cessat vis, & obligatio legis de baptismo suscipiendo, quod supponitur falsum. Similiter cum finis legis de credendo, seu fidem adhibendo his, quæ à Deo sunt reuelata, sit salus hominis: si homo ipse aliter gratiam est consequutus, puta per baptismum, vel dilectionem Dei, vel aliter, non

F teneretur fidem adhibere reuelatis, à Deo & à Christo traditis. Ideò dicendum, quod assequuta gratia per poenitentiam cordis, tenetur peccator ob præceptum, tam Dei, quam ecclesiæ, confiteri sacerdoti. Nec verum est, quod adepta venia, cesset ratio finalis, & causa confitendi: quia Deus ex quo fuit peccatorem offensus, etiam si ad poenitentiam cordis culpam remittat, id tamen loco satisfactionis à peccatore exigiti ut scilicet suo vicario se humiliet, & confiteatur, & absolutionem petat. Et vsquequò à suo vicario absoluetur, dicitur quodammodo in peccatis permanere, etiam si culpa fuerit per contritionem remissa: & ita remissa culpa, adhuc manet ratio, & causa præcepti, scilicet, satisfacere Deo offenso ea satisfactione, quæ ipse exigit, eò quod aliter illi satisfacere de iustitia non possumus.

Tertiò obiicitur contra idem autoritate Chryso. qui enarrans quinquagesimum Psalmum dicit: Non dico, ut te prodas in publicum, sed obedire te volo prophetæ, dicenti: Reuèla domino viam tuam. Et iterum: Si erubescis peccata tua dicere socio, dicito ea quotidie in anima. Et nõ dico, ut ea confitearis conferuo tuo, dicito Deo, qui curat ea &c. In quibus videtur significare, quod satis est, si peccator Deo sua peccata confiteatur, etiam si homini ea non

dicat. Respondetur. Quòd Chryso. in G his locis non excludit confessionem hanc sacramentalem, de qua loquimur, sed publicam, quæ posset in infamiã cedere confitentis. Hoc patet ex ipsis verbis citatis, cum ait: Conferuo tuo, ut tibi exprobet &c. Igitur cum his stat, quòd secretè, & sacramentaliter sacerdoti debeat confiteri. Nec obstat quod ait, scilicet, satis esse peccatori, si Domino sua peccata fateatur: nam qui sacerdoti confitetur, Domino potiùs, quàm homini confitetur: ex quo sacerdos vicem Dei, cuius vicarius est, tenet. Et sacerdos audit, & iudicat, non ut homo, sed ut Deus. Et ita si in testem producat, potest dicere, se nil scire: quia nescit ut homo: sed, ut Deus, ut ait Th. cum aliis. Et quòd Chryso. dicens quòd Domino peccata fateamur, suadere intendat, quòd sacerdoti fiat huiusmodi confessio, aut quòd Domino, mediante sacerdote fateamur, patet: quia ait, Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre: in corde enim contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas &c. ut habetur de poenitentia, distinctio. i. cap. Perfecta. Et cap. Nõ potest. Et iterum idem Chryso. reprehendit peccatorem, quod non erubuit peccata facere, & erubescit ea confiteri: quod non procedit de confessione, quæ soli Deo in corde fit. nam illic non est quòd erubescat quis Deo confiteri: sicut erubescit, si sacerdoti ore sua detegat occulta. Vide ipsum in sermone de poenitentia, & alibi.

Quartò obiicitur cõtra idem ex Ambrosio, qui in sermone de poenitentia Petri, ait: Lego, quòd fleuerit, nõ lego quid dixerit. Lachrymæ eius lego, satifactionem non lego. Et iterum: Lachrymæ lauant delictum, quòd voce pudor est confiteri. In quibus videtur significare, non esse necessarium peccatori ut ore confiteatur, satis est, si doleat. Respondetur. Nec Ambrosius hic excludit hanc secretam confessionem, de qua loquimur, sed potiùs videtur vel le nobis intimare, quanta sit erga peccatores Dei misericordia, qui nulla expectata exteriori satisfactione, aut vocali confessione, in hoc solum quòd peccator verè de peccatis dolet, condonat offensam: cum quo tamen stat, quòd maneat obligatus suo tempore sacerdoti confiteri. Et quòd id sit de mète Ambrosij, patet ex cap. Verbum Dei. de poenitentia, distinctio. i. Vbi ait, sacerdotibus datum esse ius ligandi, & soluendi, sacerdotesq; esse à Deo iudices peccatorum constitutos. Et cap.

A capi. Non potest. statim sequenti, dicit eos partem in regno Dei habere non posse, qui negat sacerdotibus collatas esse claves regni cœlorum: quòdque sine huiusmodi clavis eos non posse cœlestem gratiam percipere. Vide ibi multa alia satis ad propositum dicta. Sed de his alibi.

Est tamen dubium, An dicere, quòd nõ sit de necessitate salutis, sit hereticum. Et dixit Bonaventura in suo. 4. quòd ante concilium Lateranens. vbi fuit iussum vocaliter confiteri, non erat hereticum illud dicere: cum multi Doctores Catholici contraria in hac re fuerint opinati, ut patet ex Gratiano, qui in tractatu de poenitentia multa pro & contra allegat, quem cõstat ante tempus præfati Concilij fuisse. Post Concilium autè hereticum esse illud asserere, ex quo ecclesia ius sit confiteri, cui de iure divino de necessitate parendum est. Contra hunc modum est aperta ratio: nam si ante statutum ecclesiæ hereticum non fuit, dicere, non esse de necessitate confitendum, igitur nec postea, patet: quia ecclesia nõ potest facere de non Catholica Catholicam propositionem, nec de non heretica hereticam: cum hæresis sit dogma falsum, fidei orthodoxæ contrarium: fides

B autem non ex humana constitutione, aut voluntate pendet, iuxta illud Petri: Non voluntate humana allata est prophetia, sed Spiritu Sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei &c. sed ex Dei reuelatione. Vnde & obiectum fidei, dicitur omne reuelatum à Deo &c. Igitur quantum statutum humanum potuit facere de non necessario necessario fieri, non tamen de non heretico hereticum. Nec in his quæ fidei sunt, potest ecclesia quicquam mutare, sed potest tantum declarare. Modò in statuto, Omnis vtriusq; sexus. non declaravit aliquid esse de fide: sed statuit, & iussit, quando esset confitendum.

Ideò dixit Adrianus quòd post præfatum statutum, & antea post datam legem Evangelicam fuit hereticum dicere, non esse de necessitate salutis vocaliter confiteri. Quod probatur, quia eius opposita, scilicet, necessarium est vocaliter confiteri, sequitur ex Evangelio, vbi dicit: Quorum peccata retinueritis, retenta erunt, ut supra deductum est.

Sed nec hoc videtur verum, loquendo propriè & strictè de heresi, ut supra definita est, & ipse definiuit, quòd scilicet est dogma falsum fidei contrarium &c. Nam sua opposita non est de fide strictè, cum illa propositio dicat de fide strictè, quæ expref-

C sè est inter reuelata contenta, vel ex ipsis reuelatis sufficienter deducta: hæc autem scilicet, necessarium est peccatori vocaliter confiteri, non expressè in scriptura continetur, ut patet. Et quòd ex scriptura non deducatur, sufficienter patet: quia ex dicto loco non sequitur immediate, nisi quòd necessarium est peccatori, quòd sua peccata à sacerdote remittantur. Et si subsumas, quòd peccata à sacerdote remitti non possunt, nisi priùs ipse peccator ea vocaliter confiteatur: Hæc subsumpta, quæ ad illationem est necessaria non est de fide, quanquam sit vera, nec rationabiliter possit negari.

Ideò dicendum quòd præfata assertio non est strictè hæresis, sed sapit hæresim. Illa enim dicitur sapere hæresim, cuius contraria sapit fidem: qualis est hæc, Necessarium est peccatori vocaliter confiteri. Patet, quia ex vna, quæ est de fide, cum alia quæ non est de fide, sed quæ rationabiliter negari non potest, sequitur illa: igitur illa sapit fidem. Patet sic arguendo. Necessarium est peccatori à sacerdote absolui à peccatis suis. Hæc patet ex textu Ioannis. 20. sed sacerdos non potest peccata peccatori remittere, nisi prævia confessione, per quam ea agnoscat, quæ remittere debet: igitur necessarium est peccatori confiteri sacerdoti. Maior est de fide. Minor non potest cum ratione negari. Igitur conclusio sapit fidem. Et ita sua opposita, de qua id quæsitum est, sapit hæresim. Ut autem assertor sit hereticus, & ut talis puniendus, satis est, si hæresim, vel propositionem sapientem hæresim cum pertinacia affirmet.

De hac tamen assertionem esset simile dubium si quis asserat non esse necessarium de iure diuino vocaliter confiteri, ut tenent Iuristæ, & cum eisdem Erasimus idem videtur sentire. Respondetur: Ex dictis aperte sequitur eam sapere hæresim, sicut & sua opposita sapit fidem. Patet, quia ex ea sequitur vna, quæ sapit hæresim, igitur & ipsa sapit hæresim. Antecedens patet: bene sequitur, vocaliter confiteri non est necessarium de iure diuino, igitur ante institutionem ecclesiæ, aut etiam nunc constitutione ecclesiæ semota non esset necessarium vocaliter confiteri. Hæc consequentia est nota, supposito, quòd huiusmodi vocalis confessio non sit de iure nature: consequens autem ostensum est hæresim sapere, igitur & antecedens. Sicut & sua opposita sapit fidem, scilicet hæc: De iure diuino est necessarium confiteri vocaliter.

G Quia

E Quia bene sequitur: Ante constitutionem ecclesie de confitendo erat, & est necessarium vocaliter confiteri, ergo de iure diuino est necessarium &c. Ex quo, nullo alio iure ante ecclesie constitutionem erat necessarium &c. Hanc autem necessitatem etiam ante ecclesie constitutionem satis nos docuerunt Doctores sancti Chrysolto. Ambro. & August. vt videre licet de poenitentia. distin. 1. &c.

De peccatis necessariò confitendis.



Pre-supposito esse de necessitate salutis vocaliter sacerdoti confiteri, est alia questio quid est quod de necessitate sit confitendum, scilicet, an originale peccatū, an veniale, an solū mortale: Et de mortalibus, an ea que ante baptismum commissa sunt, an solū ea que post.

De peccato originali sit conclusio, quod non est de necessitate confitendum, etiam si homo ad adultam peruenerit etate. Ratio, quia non sunt de necessitate confitenda peccata, nisi que personalia, & propria voluntate commissa sunt: peccatum autem originale nō est persone, sed nature vitium, nec est propria voluntate, sed aliena contractum: igitur ad sui remissionem actum personale nō exigit, sed potest per alterius actum remitti, puta per ablutionem baptismalem &c. Hęc ratio colligitur ex cap. Maiores. de baptismo, & eius effectu. Vbi dicitur, quod ad remissionem peccati originalis, nō requiritur proprius consensus, cum non propria voluntate tale peccatum fuerit contractum.

Secundò idem probat, quia pro originali peccato non debetur poena sensus, vt suppono, tam ex cōmuni doctorū consensu, quam ex præfata Decretali, Maiores. igitur non est necessariū de originali poenitere, & per consequens nec illud vocaliter confiteri: quandoquidem confessio vocalis de qua loquimur, inter alias conditiones, quas dixi habere, vna est, quod sit lachrymabilis, id est, ex cordis poenitentia procedens.

Tertiò quia originale peccatum suum peculiare remedium habet, scilicet baptismum, idque sufficiens: ac proinde ad eius remissionem, non est aliud sacramentum necessarium. Quod si quis obiiciat esse necessarium de culpa originali ad minus poenitere, ex decreto Augustini, de consecra-

tio. distin. 4. Omnis qui suæ voluntatis arbitrio constitutus est, nouam vitam gratiæ inchoare non potest, nisi poeniteat eum veteris vitæ: à qua poenitentia soli paruuli immunes sunt &c. Vnde colligitur, quod omnes adulti debent poenitere, inter quos possunt dari, qui nullam veterem habeant culpam nisi originalem, igitur de illa tenentur poenitere. Respon. Augustinus loquitur de adultis, qui peccata propria voluntate commiserunt. Quod notatur, seu significatur per veterem vitam, quæ peccati opera importat.

De confitendis venialibus.



De peccatis venialibus est eadē dubitatio: In qua nonnullis Doctoribus visum est esse de necessitate salutis ea sacramentaliter confiteri sicut & mortalia, modo sola sint, modo mortalibus sint adiuncta.

Tum ex eo quod Christus dixit, Quorū remiseritis peccata, remissa erunt: & quorū retinueritis, retenta erunt. In quo Christus indistinctè de peccatis loquutus est, dicēs in sententia se non remissurū peccata aliqua, quæ per sacerdotē, præuia confessione, nō fuerint remissa. Cū igitur noie peccatorū venialia peccata intelligenda veniunt, sequitur sub eadē necessitate esse venialia confitenda, sub qua & mortalia. **Secundò** id probat ex. c. Oīs vtriusque sexus. In quo statutū est, fideles debere confiteri omnia sua peccata. Vbi iterum nulla fit peccati exceptio: sed potius qui totum dicit, nil excludere videtur.

Tertiò, quia aliqua sunt peccata venialia, que an mortalia sint dubitat ipse peccator, igitur illa de necessitate tenentur confiteri, alioqui exponeret se periculo dimidiandi confessionem.

Quartò quia si necessarium est mortalia confiteri, id est, vt peccator veniam consequatur, & poenam æternam vitæ: sed venialia mortalibus coniuncta æternaliter puniunt, sicut ipsa mortalia: igitur de necessitate sunt confitenda, sicut & mortalia.

Respon. His non obstantibus tenenda est conclusio opposita. Probat, quia ad remissionem venialium alia plura remedia sufficiunt, ex cōmuni omnium sententia, scilicet feruor charitatis, confessio generalis, Oratio Dominica, aqua benedicta &c. Igitur ad eorum remissionem non est necessaria

A cessaria confessio sacramentalis, de qua loquimur, quandoquidem sufficiētia vnus remedij alterius necessitatem excludit.

Secundò quāuis homo in venialibus decedat, poterit in alio seculo veniam eorum consequi: imò non solum poterit, sed si in charitate simul decedat, veniam necessariò consequetur, igitur ad eorum remissionem non est necessaria vocalis confessio. Antecedens patet, tum ex sanctorum sententia super illum locum Pauli: Qui superædificat lignum, fœnum, stipulam, saluus erit, sic tamē quasi per ignem. Similiter super illud quod Christus de peccato in Spiritum sanctū dixit: Qui peccauerit in Spūm sctū, non remittetur ei in hoc seculo, nec in futuro. Vnde colligunt peccata aliqua posse in alio seculo remitti, & non mortalia, vt suppono, igitur venialia. Tum etiam ex ratione aperta: quia cum venialia se compatiuntur cum charitate, stat igitur aliquem in charitate simul & venialibus decedere: talis ob gratiam finalem tandem saluabitur quando quidem in iudicio omnes iusti mercedem æternam accipient, igitur necesse est peccata venialia in quibus decesserunt illis finaliter remitti: cum constet in regnum cælorum nil coinquinatum posse introire.

Tertiò, quia confessio sacramentalis, non est necessaria nisi de his peccatis propter quæ homo periclitatur, aut naufragium patitur, dicente Hieronymo super Amos. 1. Poenitentiam sacramentalem esse secundam tabulam post naufragium. Cū ergo per venialia huiusmodi naufragium non veniat, sequitur.

Ad rationes ante oppositū dicendum, quod & si Christus expressè non fecerit exceptionem quādo dixit, Quorū peccata non remiseritis, nec ego remittam: ipsa tamen ratio cogit nos, vt dictum illud de solis mortalibus intelligamus, quandoquidem si ad venialia peccata extenderetur, falsus esset sensus assignatus, scilicet: Quæ vos nō remiseritis, ego non remittam: cū certum sit, peccata venialia posse in hoc seculo, & in alio sine eorum sacramentali confessione, remitti. vt ex dictis patet.

Ad secundum de capi. Omnis vtriusque sexus &c. dicendum, quod nec illa Decretalis se extendit ad venialia. Tum, quia ecclesia non potuit obligare ad impossibile, vel quasi, quale est, omnia venialia confiteri, cū ea omnia homo dinumerare nō possit. Tum etiā, quia Christ⁹ nō obligauit ad con-

sessionem venialium, igitur nec ecclesia. Antecedens patet ex dictis. Et consequentia nota est: quia si Christus non obligasset ad confessionem mortalium, ecclesia ad eam minimè obligare potuisset, vt ex dictis patet. Et ita in præfata Decretali ecclesia nil noui videt induxisse super confessione peccatorū, præterquam assignare tempus. s. semel in anno.

Ad tertium dicendum, quod in casu verum est hominē debere confiteri venialia, non quia iure aliquo ad id astrictus, sed ratione cōscientiæ dubiæ, vt periculū vitetur: sicut etiā si sciat esse venialia, & cum hoc credat se teneri ad eorū confessionem, tenetur, nē cōscientiæ proprię contraueniat. Imò & si actus fecerit, qui re vera peccata non sunt nec mortalia, nec venialia, & dubitet an mortalia sint, stante dubio, teneat ea confiteri. Et ita nil cōtra conclusionem, quæ de iure procedit.

Ad quartum dicendum quod ratio supponit falsum, scilicet, venialia in inferno æternaliter esse punienda, vt patet ex dictis in tractatu de peccatis venialibus. Et eo cum antiquis Doctoribus admissio, nō sequitur quod sint de necessitate confitenda: quia quod æternaliter puniatur, accidit, non ratione sui, sed ratione status, vel peccati mortalis cui adiuncta sunt, vt aliās visum est.

Sequitur iam impertinens esse peccata venialia esse sola, an mortalibus cōiuncta ad hoc quod sint vel non sint de necessitate confitenda.

Ex his fortè posset aliquis moueri ad dicendum absolutionem à peccatis venialibus sacramentalem non esse, nec peccata venialia esse materiam confessionis sacramentalis. Nam aut Christus instituit venialia esse materiam huius sacramenti, aut ecclesia. Non secundum, vt suppono. Nec primum, quia ex supra dictis apparet confessionem sacramentalem à Christo esse institutam, quando dixit: Quorum remiseritis peccata &c. Sed illa autoritas non se extendit ad venialia, vt modò conclusum est, sed ad sola mortalia. Igitur sola mortalia instituit materiam sacramentalis confessionis. Et quantum Caietanus cum aliis dicat, venialia esse quidem materiam congruam confessionis sacramentalis, non tamen necessaria. Thomas etiam idem ait, quod Caietanus in. 4. distinctione. 21. quæstio. 2. ad primum. Idem dicit August. Et citat Magister, distin. 21. §. 5. in quarto. Id tamen minimè probant. Nec valet dicere per primam clausulam præfate autoritatis, Christum sacerdotibus potestatem remittendi omnia peccata cōtulisse: per

E secundam autem necessitatem mortalia confitendi significasse. Non valet, quia non est verisimile a quo uocè peccata accipi in textu signato. Nisi forte recurratur ad rationem, quia qui concessit maius, visus est, & minus concedere: modò maius est mortalia remittere, quàm venialia. Idem dubitari posset de absolutione à peccatis mortalibus reiterata, an sit sacramentalis, de quo post.

De confitendis mortalibus ante baptismum commissis.



DE peccatis mortalibus ante baptismum commissis est simile dubiū, an sint de necessitate confitenda. Ad quod dixit Ange. de Cla. verbo, confessio. 2. §. 2. q. sic. Et pro

se citat Richar. in. 4. dist. 17. Mouet, quia confiteri mortalia est de iure diuino, ideò obligat tam fideles, quàm infideles: quāuis statutum ecclesiæ de semel in anno nō nisi fideles obliget. Sco. dist. eadem videtur idē sentire, arguens cōtra eos, qui dicunt confessionē hanc de solo iure humano ecclesiastico esse inferēs

F inde quòd tunc infideles non essent obligati sua mortalia confiteri, quod supponere videtur falsum. Et consequētiā probat, quia statutum humanum non ligat infideles, iuxta illud Pauli. 1. Ad Corint. 5. Quid ad nos de his qui foris sunt iudicare? Adrianus rationes Sco. ad idem propositum referens, videtur hanc rationem Scoti approbare, dicēs eam efficacem esse. In quo videt idem quod Angelus sentire. Pro quibus etiam videtur facere, quod habetur Actuum. 19. Quòd multi ex Gentilibus, audita prædicatione Pauli, veniebant ad eum, confitentes peccata sua, cum tamen nondum essent baptizati.

Pro eisdem videtur Gabriël facere, dicens in genere, quòd illa peccata tenet homo voce confiteri, de quibus tenetur, corde pœnitere: sed peccator tenetur corde pœnitere de mortalibus, etiam ante baptismum commissis, iuxta decretum Augustini supra citatum, scilicet: Omnis qui suæ volūtatis arbiter confitutus est, nouam vitam gratiæ inchoare nō potest, nisi pœniteat eum veteris vitæ. Igitur tenetur etiam ea confiteri.

Respondetur, His non obstantibus videtur tenendum contrarium, & probatur: quia si necessarium esset peccata ante baptismum commissis voce sa-

cerdoti confiteri, vel essent confitenda ante baptismi susceptionē, vel post. Nō primum: quia ante baptismum non habet locum sacramentalis confessio, de qua loquimur: cum baptismus sit ianua sacramentorum, & pœnitentia sit secunda tabula post naufragium. Nec id etiam tenet ecclesiæ consuetudo: sed venientes ad fidem, si volunt baptizari, baptizantur, etiam si sacramentalis confessio non præcedat. Nec secundum, quia ex quo per baptismum sunt sufficiēter, & plenè condonata peccata, sic decedens, statim ad gloriam volaret: non igitur est necessarium illi postmodum illa peccata confiteri.

Et confirmatur ex fine ipsius confessionis, qui est, assequutio veniæ: nam confessio hæc, de qua loquimur, est confessio peccatorum facta sacerdoti, cum spe veniæ, seu ad finem veniæ consequendæ. Sed cum hæc venia sit plenissimè in baptismum adepti, non habet locum postea spes huiusmodi veniæ: Ut ait Paulus: Quod videt quis, quid sperat? Ita in proposito dici potest: Quod plenè obtinet quis, quid sperat? Ad idem facit Ambrosius super vndecimum cap. Pau. ad Rom. dicens: Gratia baptismalis nō requirit gemitum, nec planctū, nec vllam satisfactionem.

Quod citans Magister in. 4. & alij, exponunt non esse necessariā pœnitentiā exteriorē, nec satisfactionē vllam exteriorē de peccatis ante baptismum commissis, quæ omnia per baptismum plenissimè condonantur, & sunt, ac si non essent commissis. Sed vocalem confessionē exigit Deus loco satisfactionis pro offensa contra Deum per peccatum commissis, igitur.

Ad rationes autem ante oppositum, dicendum ad Angelū, qui pro se citat Richardum, ipsum Angelum decipi: quia Richardus querens, an pœnitentia sit necessaria de peccatis ante baptismum commissis, respondet distinguendo, de pœnitentia sacramentali, & de pœnitentia virtute, quæ cordis contritio est. De prima ait eam non esse necessariam. Secus de secunda. Ad id quod ex Scoto citatum est, ita videtur quòd in loco citato id quod dictum est videtur sentire. Attamen illic obiter procedit, & non ex intento ad quæstionem præsentem respondet. Et ipse Sco. in. 4. dist. 4. q. 4. ad secundum. satis apertè videtur tenere contrarium, dicēs de illo qui sic baptizatus est, quòd postea non tenetur confiteri, nisi peccatum fictionis, quod impediuit, nē gratiam baptismalem consequeretur. Ad aliud quod ex Actibus citatum est, dicendū quòd illi Gentiles, qui

A qui peccata confitebantur, non sacramentaliter confitebantur, nec ad hunc effectum, vt sacramentaliter per Apostolos absoluerentur: sed more illius temporis, qui veritatis fidei cognitione habita, ad Christū, & Deum conuertebantur, humiliter ad baptizantes veniebant, vt à peccatis abluerentur, & fidem Christi in baptismum profiterentur. In quo opere ipso monstrabant se peccatores esse. Et fortè ore confitebantur se in peccatis vixisse, à quibus lauari petebant. Id tamen in genere, non in specie, sicut nunc in ecclesia fit. Quod patet ex eo quod habet Mattha. 3. quòd scilicet, Pharisei, seu Iudæi veniebant ad Ioannem, vt baptizarentur, confitētes peccata sua. Quod tamen certum est, non de hac confessione sacramentali esse intelligendum. Adde quòd cap. 19. Actuum supra citato, videtur significari, quæ peccata confitebantur illi, qui ad Christum conuerti volebāt: quia non nisi publica peccata idolatriæ, in quibus vixerunt, vnde & libros suæ artis magicæ Apostolis offerebant, qui eos cōburi publicè iusserunt. Ad illud quod ex Gabriële obiectum est, nō puto eum sensisse confessionem hanc necessariam esse de peccatis ante baptismum commissis, etiam si de illis cordis pœnitentia sit necessaria. Sed quod dixit de illis peccatis esse necessariam confessionem, de quibus est pœnitentia cordis necessaria, procedit de peccatis post baptismum commissis.

De integritate confessionis.



Superest ergo, vt sola peccata mortalia post baptismum commissis, cadant sub necessitate cōfiteadi. Sed est quæstio de integritate confessionis: An scilicet necessarium sit, & quo iure, ea omnia integrè vni sacerdoti confiteri. Et cum concurs sit omnium sententia debere huiusmodi integritatem seruari: in fundamento tamen, & ratione est difficultas, scilicet, An possit sufficienter hic articulus probari. Super quo breuiter videndum.

Probat id primò Tho. à simili de morbo corporali, seu de homine multis morbis corporaliter laborante, qui si vult à morbo ope medici curari, debet omnē morbum suū medico pandere, eò quòd vnus morbus per alium aggrauatur, vt cognito

morbo, & his quæ ipsum aggrauant, medicus debitam adhibeat medicinam. Et confirmatur hoc idem, quia solet medicina egroti applicata prodesse contra vnum morbum, quæ ex altera parte nocet, & impedit alterius morbi curationem: ac proinde necessarium est, si debite sanari vult, omnem morbū medico pandat. Ita igitur debet, qui multis morbis animæ, id est, peccatis laborat, omnes eos medico pandere spirituali, id est, sacerdoti, vicem Dei tenenti, vt debite curetur.

Deinde confirmatur idem, quia peccator non solum indiget medicina curatiua peccati commissi, sed etiam præseruatiua à recidua, seu à peccato futuro: qualis est consilium sacerdotis, seu præceptum de vitando aliqua, sine quibus peccato recidivæ liberari nō potest. Hoc autem consiliū, seu præceptum dari peccatori sufficienter non potest, nisi sacerdos sciat integrè vitia, & peccata, & vitam ipsius pœnitentis: cum consilium datum ad vnum peccatum vitandum, possit dare causam ad vitium contrarium fouendum. Prætereà eundem articulum probat Durandus ex correspondentiā, quæ debet esse inter signum, & signatum. Confessio autem vocalis signum est contritionis mentalis: sed contritio debet esse integra de omnibus mortalibus. Qui enim de vno conteritur, necesse est de omnibus conteratur, si debet ipsi contritio prodesse: igitur & confessio debet integrè de omnibus fieri, si debet confitentiprodesse.

Item potest idem probari ex iure humano, cap. Omnis vtriusque sexus. Vbi præcipitur vnique fideli omnia sua peccata suo sacerdoti confiteri. Si dicas non inde manere, probatum esse de iure diuino integrè confiteri. Contra, imò si Decretalis attendatur, aliquid præsupponit, & aliquid de nouo per vim obligationis inducit. Quod autē de nouo inducit, vt ait Doctor sanctus, & alij Doctores, solum est temporis determinatio, puta quòd semel in anno fiat confessio, quæ alioqui absque temporis determinatione erat à Deo iussa. Et si hoc ita sit, sequitur quòd reliquum, quod illic iubetur extra temporis limitationem, seu determinationem, non sit de humano iure, sed diuino, scilicet, quòd omnis fidelis omnia sua peccata vni sacerdoti confiteatur. Ideò dixit sacerdoti suo, non sacerdotibus: vt intelligamus confessionem diuidi non posse, qualiter diuideretur, si peccator quædam vni sacerdoti confiteretur, quædam verò alteri confitenda reseruaret.

G 3 Item

E Item hunc articulum esse de iure diuino probari potest ex eodem text. Ioan. 20. unde probata fuit necessitas confitendi. Dixit enim Christus ad sacerdotes: Peccata, quæ vos non remiseritis, ego remittam: quæ autem vos non remiseritis, nec ego remittam. Sed Christus peccata mortalia ab aliquo commissa de lege non remittit nisi integrè. Vel enim nullum remittit, vel omnia, iuxta Augustini sententiam, impium est à Deo dimidiam sperare veniam. igitur nec sacerdos potest remittere peccata nisi integrè. Alioqui, si aliqua remitteret, & non omnia, cum Christus promiserit se remissurum ea, quæ sacerdotes remiserint: sequeretur quod etiã Christus in casu aliqua remitteret, & non omnia, quod est cõtra dictam Augustini sententiam. Si igitur necessarium est, sacerdotem omnia peccata integrè remittere, si aliquod remittit, igitur necesse est integram confessionem debere præcedere. Alioqui, si integra posset per sacerdotem fieri peccatorum remissio, non præcedere integra cõfessione, igitur pariforma posset remissio peccatorum per sacerdotem fieri nulla præcedente cõfessione, vel solum in genere &c. quod est contra veritatem supra probatam. Et ita ex eodem iure & textu, quo probata necessitas confitendi, probatur etiam necessitas integrè confitendi.

Mihi tamen non videntur præfate rationes admodum efficaces, vt per eas possimus hæreticos, seu contrarium tenentes, reuincere. Prima enim non probat intentum, propter duo. Primò, quia præsupponit omne peccatum per alterum aggruari, quod inde videtur falsum, si vniuersaliter intelligat: quia vitium, & peccatum est ignorantia crassa, ebrietas, timiditas, ita seu passio contra rationem rectam insurgens: & tamen hæc omnia non modò non aggrauant peccata inde consequentia, sed in parte excusant. Deinde, esto quòd vnum peccatum aggrauetur per alterum, quando alterum est alterius causa vel sequela, vel circumstantia quodammodò informans: non tamen id ita est, quando peccata inter se sunt omnino contraria, aut impertinentia, nec vnum est alterius circumstantia. Deinde, esto, quòd peccata futura aggrauentur per præcedentia, non tamè econtra, quando illa futura nullum habent colligantiam cum præcedentibus. Sicut enim peccata priora non fuerunt leuiora, quando commitebantur, propter bona opera subsequutura: ita nec fuerunt grauiora propter mala opera postmodum superaddita. Secludo

utrobique omnem colligantiam, & cõsequutionem posteriorum ad priora. Ita etiam opera meritoria præcedentia, non fuerunt magis meritoria propter opera postmodum subsequuta. Maxime si inter tempus commissio nis vnus, & alterius peccati, longa temporis mora sit interposita. Secundò demus id ita esse, vnum scilicet peccatum per alterum aggruari, non inde fit, vt sit necessarium omnia peccata integrè vni confiteri: quia tunc sequeretur esse necessarium confiteri omnes circumstantias peccatum aggrauantes, etiam si nouam culpam non inducant, quod pronunc supponitur falsum. Imò etiam sequeretur, esse necessarium confiteri beneficia à Deo accepta, tam spiritualia, quam temporalia, cum hæc omnia aggrauent peccatum contra Deum commissum: cum causa fuit, vt homo peccas, magis ingratus sit Deo, quam si ea non accepisset, quod est cõtra ipsum Th. dicentem, huiusmodi circumstantiam non esse de necessitate confitendam, nisi quando nouam ingratitude culpam inducit.

Secunda ratio etiam non probat, quia præsupponit, quòd sicut medicina curatiua vnus morbi corporalis potest quo ad alium morbum nocere, seu alium morbum inducere, vel fouere: ita & medicina spiritalis morbi curatiua, cum tamen id non ita sit. Nam omnis medicina spiritalis curatiua, seu expulsiva vnus peccati mortalis, est similiter curatiua omnium mortalium, siue sit gratia per se, siue sit sacramentum aliquod, siue aliud bonum opus in Deum relatum: & cum sacerdos non aliã adhibeat medicinam spiritualem peccati commissi curatiuam, nisi sacramentalem absolutionem, quæ vel omnem mortalem culpã, vel nullam excludit, sequitur in hac re, huiusmodi medicinam spiritualem non assimulari corporali.

Tertia ratio etiã non probat, quæ de medicina p̄seruatiua. i. de consilio sacerdotis confitendi necessariò procedit. Tum quia stat quòd cõfiteas nõ indigeat consilio sacerdotis: quia vel ipse confitens valde peritus, & doctus est, sciens quid sibi agendum melius quàm sacerdos: vel quia ipse sacerdos est idiota, nesciens rectè consulere: vel quia confitens scit alios viros doctos esse, qui possint sibi melius quàm sacerdos consulere, ad quos intendit adire. Tum etiam, quia si opus esset consilio sacerdotis, quod possit poenitentem à recidiua præseruare, & ita prodesse ad vitandum vnum peccatum quod nõ iuet ad aliud incidendum, hoc maxime videretur

A retur casu, quo poenitens haberet vitia contraria, ratione cuius in consulendo illi oporteret ad vtrũque vitium habere respectũ: tunc enim conueniret vtrunque vitium confiteri, vt pro vtroque conueniens acciperet consilium: attamen stat confitentem non habere huiusmodi vitia contraria. Aut etiam casu, quo cõfiteas esset in assuetudine aliquod negotium exercendi, seu in re aliqua tractandi, in qua opus esset consilio, vt sciret, an sit illi à negotio illo desistendum, aut quomodo se debeat in illo habere: verum stat poenitentem in nullo tali se exercere. Et denique quantum ad essentiam confessionis sacramentalis attinet, non est necessarium tale consilium: & per consequens ad finem habendi debitum consilium à sacerdote, non est necessarium integrè confiteri.

Quarta etiam ratio non probat, quæ innitit correspondentiæ, quæ debet esse inter confessionem vocalem, & contritionem. Deficit enim primò, quia falsum est, quòd contritio non admittat diuisionem. Quia stat peccatorẽ, qui plura commisit mortalia, de vno salubriter conteri, absque hoc, quòd de alio formaliter, seu particulariter conteratur: patet, hoc supposito, quòd præceptum de conterendo, cum affirmatiuum sit, non pro semper obliget. Dato etgo tempore, pro quo non obligat, tunc potest licitè conteri de vno propter Deum, absque hoc, quòd de altero cõteratur. Patet, quia licitum est ei de nullo eorum cõteri pro tunc, igitur licitum erit ei de vno tantũ conteri: quod si propter Deum fiat, habetur intentum. Deinde, si ob correspondentiã confessionis vocalis ad contritionem esset necessarium integrè confiteri, sicut necessariũ est integrè conteri: sequitur quòd quando contritio generalis solum habetur propter Deum, non descendendo ad particularem peccatorum contritionem, quòd tunc etiam si confessio fiat, non esset necessarium in particulari confiteri, sed sufficeret in generali, vt signum exterius suo signato correspondeat. Et ita, sicut cõtritio in genere valet ad remissionem peccatorum, & gratiam: ita & confessio in genere facta, sufficeret ad eorundem peccatorum remissionem. Si dicas vtrunque sufficere extra tempus obligationis confitendi, secus tempore obligationis. Contra, tunc si extra tempus obligationis quis cõfiteatur, licebit in genere solum se peccatorem esse fateri. Et ita, quoties sacerdotes celebrare volunt, ex

voluntate, & non ex obligatione, satisfaceret si solum in genere confiteatur. Consequens supponit falsum, & erroneum: cum cõfessio in genere tantum, sacramentalis non sit.

Quinta ratio non omninò cõuincit, nam præsupponit, quòd deberet probare, scilicet, Decretalem illam nullam obligationem de nouo induxisse, nisi temporis quo debeat fieri confessio, determinationem: reliqua autem præsupponit altiori iure esse iussa, scilicet, quòd si fidelis omnia sua peccata vni sacerdoti confiteatur. Hoc enim est, quod in præfentiarũ queritur: An sit de iure diuino omnia peccata vni sacerdoti confiteri. Deinde si reliqua omnia præsupponeret de iure diuino esse, igitur etiam esset de iure diuino sacerdotem iniungere poenitentiam, & poenitentem eam debere acceptare, & implere, quod est contra multorum sententiam. Deinde sequeretur esse similiter de iure diuino, quòd poenitens solus, & secretè suam faciat confessionem, cum tamen possit etiam corã aliquibus confiteri. Præterea cum per sacerdotem propriũ illic curatus intelligatur, sequeretur quòd præfata Decretalis præsupponeret esse de iure diuino cõfiteri curato parochiali: quòd tamen non videtur, cum videamus Papam passim dispensare, & indulgere, vt peccator confessorẽ sibi eligat, quem velit. Igitur non videtur, quòd illa Decretalis reliqua omnia, quæ de hac materia confessionis tangit, præsupponat esse de iure diuino, dempta temporis determinatione &c.

Sexta ratio videt esse alicuius momenti ad probandum articulum præfentem. Sed adhuc videtur quòd non sufficenter probet intentum, quia præsupponit, quòd sacerdos non potest remittere peccata, nisi integrè, ad quod prærequiritur confessio integra. Verum hoc non ita esse apparet, quia quando peccator habet casus referuatos, & non referuatos, sacerdos inferior absoluit à non referuatis, & superior à referuatis, in quo apertè diuiditur absolutio per sacerdotes facta. Et ita si absolutiones illæ aliquid valent, constat posse sacerdotem in parte remittere peccata, & in parte non, vt tenet communis opinio. Sed de hoc post.

Præterea quando sacerdos absoluit poenitentem, Quæro, vel absoluit eum à peccatis quod ad culpam, vel quo ad poenam temporalem, in quam æterna est per contritionem commutata, vel à debito vocaliter confitendi. Primum non potest dici, saltem si peccator fuerit per contri-

G 4 tionem

Etionem iustificatus: tunc enim absolutio non se extendit ad culpam. Si secundum, aut tertium, tunc certum videtur absolutionem admittere diuisionem, sicut & pœnæ remissio eam admittit. Similiter & confitendi obligatio, cum stet peccatorem deobligari à debito confitendi aliqua peccata, puta ea quæ confessus est, manente debito confitendi alia, quæ nondum confessus est & c. De quo tamen postea.

Deinde cum ait Christ⁹, peccata, quæ remiseritis, ego remittam: & quæ nõ remiseritis, nec ego remittam. Quando de remissione sacerdotali loquitur, quæro, an loquatur de illa remissione actu à sacerdote facta, an de ea quæ in proposito à voluntate pœnitentis fit, formaliter vel virtualiter? Non primum, quia non expectata absolutione sacerdotis, Deus remittit peccata, vt supra diximus. Si secundum, igitur non sequitur ex dicto textu, nisi quod peccator tenetur habere propositum, saltem virtuale cõfitemi omnia sua peccata integrè sacerdotibus. Et hoc propositum habere potest etiam si non proponat vni & eidem omnia confiteri, sed diuersis: igitur ex dicto loco non colligitur necessitas integritatis prædictæ. Itaque difficile est per orationes, aut textus, seu deductiones efficaces, probare præsentem articulum de confessione integrè vni & eidem agenda sacerdoti, de iure diuino: nisi recurramus ad Christi institutionem quam voce discipulis tradidit, à quibus & ecclesia id accepit, seruauit, & seruat. Pro quo facit Augustinus, qui cum institutionem ecclesiæ de confitendo semel in anno per multos annos præcessit, in libro de pœnitentia tradidit, & docuit huiusmodi integritatem confessionis seruandam, vt habetur de pœnitentia, distinctio. 5. cap. Consideret & c. Cum igitur huiusmodi confessionis integritatem omnes Doctores, & sancti necessariam esse fateantur, sicque vbiq; seruet, & teneat ecclesia, credendum est sic Apostolos à Christo didicisse, eosque posteris hanc doctrinam verbo tradidisse, etiã si in lege Euangelica aperte scriptum non sit. Dicere autem non esse necessariã credere, & tenere, nisi ea quæ aperte in scriptura sacra continetur, error est perniciosus, & merito damnatus contra huius tempestatis hæreticos, vt aliàs deduximus.

De circumstantiis confitendis.

De circumstantiis **G** est eadem difficultas, an scilicet sit de necessitate præfatæ integritatis cõfiteri omnes circumstantias. Et quidẽ de circumstantiis impertinentibus

quæ. s. nec aggrauant, nec alleuiant peccatum, non dubium, quin non sit necessariũ eas confiteri: quia non tenetur peccator confiteri, nisi ea, propter quæ Deũ offendit, ratione quorum veniret à Deo aternaliter puniendus, nisi vicario suo eadem confiteatur: sed propter illas circumstantias, quæ impertinentes sunt, nec Deum offendit, nec ob eas veniret puniendus à Deo. Et ob eandem rationem patet de circumstantiis alleuiantibus, quod non sunt de necessitate confitendæ. Et etiam, quia forũ illud secretũ, forum accusationis est, non excusationis. **C** De aliis verò circumstantiis, quæ aggrauant, & nouam culpam inducunt, non etiam est dubium, quin sint de necessitate confitendæ: alioqui non fieret integra confessio, sed dimidiata, quod non est licitũ, vt ex dictis patet. Et loquor de circumstantiis quæ nouum peccatum mortale inducunt, quia fortè stat aliquem mortaliter peccare ex obiecto, & tamen non mortaliter peccare ob circumstantiam, sed venialiter. Vt si quis mortaliter peccando, dat causam astanti alicuius scandali, quod sit solum veniale, vel alicuius mendacii, seu verbi otiosi, quod ille ad stans verisimiliter dicturus est. Vnde fit, vt pœna debita peccato mortali hic non dimisso, in parte remittetur in Inferno, patet, quando peccatũ mortale per aliquã circumstantiã fuit venialiter solum aggrauatũ, pœna ex illa circumstantia debita, finiatur in Inferno.

De aliis verò circumstantiis, quæ aggrauant peccatum, & non mutant speciem peccati, an sit necessarium de necessitate salutis eas confiteri. Dixerunt aliqui q̄ sic.

Primò ex sententia August. & habetur de pœnitentia. distin. 5. cap. Consideret. vbi docens quid debeat homo confiteri, inter alia connumerat perseverantiam, & quãtatem, & alia quæ non mutant speciem peccati, sed aggrauant, vel augent peccatum.

Secundò necessitas confitendi sacerdoti concernit ea, per quæ Deus à peccatore fuit offensus: sed stat Deũ magis offendi per circumstantiam aggrauantem solũ, quã per eam, quæ speciem peccati mutat: igitur tunc necesse erit illam aggrauantem

Atem confiteri. Maior supponitur. Et minor patet, quia si velit aliquis fornicari extra ecclesiam existens ex intensissimo conatu, & magna libidine, & addatur etiam continuatio talis malæ voluntatis: e contra alius velit fornicari intra ecclesiam existens, sed ex remisso conatu, & voluntate momentanea, iam ad offensam Dei plus videtur conducere ille feruens conatus fornicandi, & longo tempore cõtinuatus, quã circumstantia loci, in quo momentanea habetur mala voluntas. Aut exemplifica in quantitate obiecti, puta, Vult Socra. furari extra ecclesiam cõtum ducatos, & vult Plato furari in ecclesia vnũ argenteum, cæteris paribus, magis offendit primus, quã secundus: & si non, cum excessus peccati ex circumstantia loci proueniens sit finitus, augeatur circumstantia quantitatis furti, vt æquet, vel superet malitiam sacrilegij, & tunc habetur intentum. Tertiò, quia nisi peccata omnia cum circumstantiis aggrauantibus pandantur confessori, nõ poterit confessor pœnitentiam peccatis proportionatam ipsi pœnitenti iniungere.

Respon. His non obstantibus, videtur tenenda contraria conclusio, scilicet, quod non est necessarium huiusmodi circumstantias solum aggrauantes confiteri. Probat, quia nullo iure diuino, nec humano ad id tenemur, qd' patet: quia hæc iura nõ obligant peccatores nisi ad confessionem omniũ peccatorum mortalium: huic autẽ obligationi satisfacit peccator, si omnia peccata mortalia vni confiteatur, etiam superpresis præfatis circumstantiis, igitur.

Confirmatur, quia tunc teneretur peccator scire circumstantias aggrauantes, sicut tenetur scire peccata mortalia, quæ tenetur confiteri. Consequens est valde durum, obligare, scilicet, peccatorem ad sciendum circumstantias aggrauantes, & non solũ eas, quæ mutant speciem peccati. Est itaq; vtile eas confiteri, non tamen video esse necessarium ad salutem.

Ad rationes priores respõdetur. Ad primam ex Augustino sumptam dicendum, quod non ponit August. illic ea omnia in hac intentione, vt velit dicere semper ea esse de necessitate confitenda. Patet hoc, quia status, & conditio, & qualitas personæ peccantis, & eius cum qua peccatur, quæ illic Augustinus ponit, non semper sunt confitenda: quia stat, quod sint circumstantiæ impertinentes, si status, & conditio talis sit, qui in nullo aggrauet, vel alleuiet. Similiter stat,

quod status, & conditio aliquando alleuiet culpam. Leuius enim est peccatũ, quo dux, vel nobilis, vel Princeps vindictam ab eo, à quo iniuriam passus est, capit, quã si alius ignobilis vindictam capiat de iniuria sibi illata, cæteris paribus. Ac proinde tunc illa omnia confitenda sunt, quãdo speciem peccati mutant, vel nouum inducunt peccatum. Alioqui non de necessitate, sed de consilio, & congruitate veniunt confitenda.

Ad secundam dicendum, quod oblatio confitendi, non ex grauitate peccati nascitur, sed ex peccato ipso contra Deum commissio. Et quia circumstantia, quæ solum aggrauat peccatũ, non inducit nouum: ideò obligationem eam confitendi non inducit. Alioqui oporteret confiteri beneficia à Deo recepta, tam corporalia, quã spiritualia, per quæ offensa in Deum cõmissa redditur grauior. Ad tertiam, dicendũ, quod non procedit: tum quia, nec necessariũ est sacerdotem pœnitentiã iniungere, nec confitentem eam acceptare. Tum, quia esto sit imponenda, & acceptanda, non tamen est necessarium eam proportionatam grauitati peccatorũ imponere, cum arbitraria sit hodie pœnitentia.

De circumstantiis speciem peccati mutantibus.

Sed dubitabis, quæ sint illæ circumstantiæ, quæ speciem peccati mutant, vt sciatur quomodo sit integrè facienda confessio. Respond. Quod illæ dicuntur speciem peccati mutare, seu nouũ peccatũ inducere, quæ distincta, seu propria prohibitione prohibentur. Huius dicti ratio clara est, quia cũ peccatũ in tãtum sit peccatum, in quãtum contra præceptum, seu legem obligatoriam fit, verè igitur illa circumstantia distinctũ affert peccatum, quæ distincta prohibetur lege, aut præcepto. Et possumus de multis exemplificare. De circumstantia finis, si quis furatur, vt fornicetur, vel aliud flagitiũ cõmittat: constat finem illum alia lege distincta esse prohibitũ à lege, quæ furtum prohibet. De circumstantia obiecti, vt si quis fornicetur cum cõiugata, vel virgine, vel moniali. De circumstantia agentis, vt si religiosus contra votum continentiæ fornicetur. De circumstantia loci, vt si quis intra locum sacrum fornicetur. Idẽ patet de circumstantia temporis, & de aliis. Deinde

E fornicari, vel aliud malum agere scienter, est circumstantia, quæ distinctam malitiam affert, iuxta illud Pauli: Omne quod non est ex fide, id est, contra conscientiam, peccatum est. Similiter agere aliquid scilicet conscientia dubia de qualitate operis, specialiter prohibetur, iuxta illud ecclesiastici: Qui amat periculum, peribit in illo. Similiter peccare cum iactura propriæ famæ, specialiter prohibetur, iuxta illud ecclesiastici: Curam habe de bono nomine: nam melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Deinde peccare coram aliis, qui facile ad simile vitium prouocabuntur, est scandalizare, quod specialiter prohibetur, ut innuit Christus: Si quis scandalizauerit unum de pusillis his, expedit, ut suspendatur ei mota asinaria, & demergatur in profundum. Et Paulus: Si quis scandalizat fratrem, non manducabo carnes in æternum. Et denique quoties quis peccat, & peccatum illud comitatur, vel subsequutura præsumuntur damna aliqua corporis, vel animæ propriæ, proximi, vel reipublicæ, vel famæ, vel aliud damnum quodcumque, quod sub pœna peccati tenetur homo euitare: tunc huiusmodi circumstantiæ dicuntur mutare speciem peccati, non quod natura actus peccaminosi mutetur, sed in esse moris mutari dicitur, quia peccans cum tali circumstantia distincto præcepto prohibita, diuersis dicitur peccatis peccare. Vnde fit, ut in unico, & eodem actu peccaminoso contingat aliquæ multa simul peccata specie differentiâ committere. Vt si prælatus alicuius monasterij in suo monasterio accedat ad uxorem alterius, peccat multipliciter: Primò in fornicatione. Secundò, quia cum uxore coniugata. Tertio, cum scandalo fratrum, qui facile ad simile vitium prouocabuntur. Quarto, cum periculo mortis foemina: quia eam vir suus forte occidet. Quintò, cum iactura propriæ famæ, & totius ordinis. Sextò, quia contra conscientiam propriam, cum sciat se peccare. Septimò, contra votum continentia. Octauò, contra suam personam, quæ Deo consecrata est, tam ratione sacerdotij, quam ratione religionis. Nonò, seu decimò, contra proprium officium prælati, ad quæ pertinet bonum vitæ exemplum subditis præbere. Vndecimò, ratione loci sacri. Duodecimò, ratione temporis sacri, si dies festus sit. Et ita poteris alias circumstantias apponere.

Si quæras, an secundum hoc sit consequenter dicendum, quod talis prælatus, & quicumque alius similiter peccas, teneatur semper, quod confitetur, has omnes circumstan-

tias explicare. Respon. Non oportet, si confessio fiat confessori, qui confitentem, & conditionem eius agnoscat: scilicet si confiteatur confessori, qui illas circumstantias ignoret: quia tunc necessarium erit ad integritatem confessionis, omnes illas confiteri. Sicut si confessor vidit me aliqua peccata committentem, non sum obligatus illa explicare: sicut si eam non sciisset, satis est dicere: Pater confiteor me illa peccata commississe, quæ vidisti me committere.

Vnde sequitur quid ad casum sequentem, dicendum sit: Petrus confessus est suo sacerdoti, scilicet, Ioanni: & aderat clam alius sacerdos, qui similiter confessionem Ioanni factam audiuit: Ioannes autem cui erat facta confessio, Petrum non absoluit, quia noluit, vel quia amplius informari super confessione decreuit, & ita recessit. Postea ipse poenitens intellexit illum alium sacerdotem omnem eius confessionem audiuisse. Dubitatum est, an possit ille alius sacerdos Petrum absolvere non reiterata eiusdem confessione. Et dixit de Palude, quod non: quia iudex non potest ferre sententiam ex confessione partis coram alio iudice facta, si non coram illo ut iudice fiat. Præterea, ita requiritur intentio ex parte confitentis, sicut ex parte confessoris: igitur sicut necessaria est ex parte confessoris intentio absoluendi poenitentem, ita ex parte confitentis necessaria est intentio confitendi illi sacerdoti, qui ipsum absolvere debet, quod tamen in casu non fit. Quod si quis in oppositum obiiciat, quod ex duobus iudicibus ordinariis, aut delegatis potest alter causam cognoscere, & alter sententiam ferre: Respondet id verum esse, quando iudices possunt sibi acta iudicialia pandere, & communicare, ut potest in ordinario, & inquisitore verificari in causa hæresis, ut patet de hæreticis, cap. Per hoc. Acta tamen sacramentalia, uti sunt, quæ confessor in confessione agnoscit, non ita potest vnus confessor alteri communicare. Oppositum tamen videtur probabile, nec per omnia debent assimilari forum contentiosum, & poenitentiale: habet enim vtrūque suas leges, & condiciones. In foro enim poenitentiale, satis est, si peccator in genere se reum esse fateatur in omnibus, quæ post discussam conscientiam memoriam occurrunt, idque sacerdoti, a quo sacramentalem petit absolutionem, modo sacerdos ipse notitiam habeat peccatorum huiusmodi poenitentis. Non enim ad aliud videtur necessaria explicita peccatorum confessio, nisi ut sacerdos integrum habeat notitiam de peccatis

Actis, super quibus sententiam absolutiuam debet proferre. Ac proinde, si sacerdos aliunde habeat peccatorum ipsius poenitentis sufficientem notitiam, & peccator se omnium illorum, quæ sacerdos agnouit, reum esse fateatur, siue ea nouerit ex confessione ipsi, vel alteri facta, vel ex facti obedientia, vel aliunde, id pro sufficiente confessione habendum est, ut possit a tali confessore absolui. Inde fit, ut si mulier non habeat alia peccata confitenda, præter ea, quæ cum suo confessore commisit, satisfacit, si dicat: Ego fateor me peccasse in illis, quæ nosti me tecum commisisse. Et si quis extra confessionem verbo, vel scripto, omnem vitam suam peccaminosam confessori suo detextit, tanquam qui historiam narrat, volens postea ab eisdem peccatis sacramentaliter ab ipso confessore absolui, satisfacit, si in omnibus illis, quæ huiusmodi confessori retulerat, reum se esse fateatur, & poterit per illum absolui. Ad hunc modum de aliis casibus videtur dicendum: dummodò talis poenitens probabiliter credat huiusmodi sacerdotem de omnibus ipsius poenitentis peccatis alioqui sufficienter instructum esse. Et per hæc patet responsio ad rationes supra pro opposita sententia factas.

B De circumstantia loci, & temporis.



De circumstantia loci, & temporis, quærebat: An semper inducant nouum peccatum: Respon. Quibusdam visum est, quod non, nisi quando ipse locus, vel dies est obiectum prauæ voluntatis: ut si quis velit fornicari, vel furari intra ecclesiam, seu in die festo. Sicut dicit Almain, nouum esse peccatum ex circumstantia illa. Aut si quis in loco sacro faciat aliquod opus, quod sit impeditiuum eorum, quæ in ecclesia fieri debent, qualia sunt celebrare, officium ecclesiasticum dicere, mortuos sepelire, ad ecclesiam confugiens defendere, confessiones illic audire &c. Illa igitur peccata, quæ sunt horum operum impeditiua, mutant speciem ex circumstantia loci. Sic dicit Caietanus in opusculis. Verum quicquid sit de his modis dicendi, de quibus alias, videtur nunc breuiter, quod siue homo committat peccatum opere, siue sola voluntate, in loco, vel tempore sacro, potest se tripliciter habere. Quia vel id facit scienter, sciens se in loco sacro peccare:

vel ignoranter, crasse, seu affectate: vel ignoranter, inuincibiliter. Si primò, non dubito speciale peccatum esse in casu, ratione loci sacri, qui ad colendum Deum specialiter est dedicatus, & consecratus, ratione cuius illi sua debetur reuerentia: ac proinde qui in tali loco scienter peccat, videtur specialiter offendere Deum. Similiter si peccet in loco sacro ex ignorantia crassa, quia cum ignorantia crassa non excuset à toto, licet bene à tanto, non desinit peccare contra Deum ratione loci. Exemplum est clarum, si quis velit accedere ad eam, quæ reuera monialis est, siue id sciat is qui peccat, siue crasse ignoret, non dubium, quin sacrilegium committat. Aut si quis cum clericus sit, vult uxorem ducere, siue sciat, aut aduertat se clericum esse, siue id ex inaduertentia crassa faciat, non dubium quin peccet ob circumstantiam personæ, seu voti. Si verò inuincibiliter ignoret homo ille se in loco sacro, vel tempore sacro peccare: tunc non duplici, sed simplici peccato peccat: Nec opus est circumstantiam in hoc casu confiteri. Ex dictis sequitur peccatorem teneri ad confitendum numerum peccatorum, quæ commisit, seu frequentiam eorum. Ratio clara est, quia numerus ille seu frequentia ad dit peccatum peccato, & per consequens est de necessitate confitendus. Non quod singula in individuo narret, sed satis est, si dicat: Fateor me decies tale peccatum commississe, vel ter, aut quater &c. Corollarie sequitur, necessarium esse explicare personas, contra quas, vel cum quibus homo peccauit, si non potest aliter quis peccatum in specie explicare. Vt si quis habuit rem cum matre, aut sorore, aut consanguinea propria. Quod si confessor agnoscit personas complices, satius esset alium confessorem, qui eas non agnosceret, quæ re: idque de licentia proprii curati, petita, & obtenta. Si autem alterius copia haberi non potest, & instat tempus obligationis, confiteatur proprio, explicando personas, ratione quarum distinctum, vel nouum peccatum allatum est, iuxta ea, quæ dicta sunt. Excepto, si inde scandalum timeatur. De quo post.

Vbi illud notandum, quod non est licitum complices in confessione explicare, nisi si necessitas integrè confitendi, aut alicuius consilij accipiendi id exigat. Sicut nec nudum secretum confitenti commissum est licitum in confessione detegere, seclusa necessitate: etiam si id aliquando ipsi confitenti conueniret: quippe qui sacerdos aliquod ei salutare consilium, aut meliorem medicinam, audito secreto, exhiberet: quæ quidem, & si conuenientia

Enientia forent ipsi poenitenti, non tamen necessaria: modo autē consilia intelliguntur, falsis praeceptis. Et ita, quando confitentes in confessione personā tertij, absq; necessitate detegūt, debēt per cōfessorē auifari, vt de hoc ipso poeniteant, & deinceps id facere nō prae-sumant. Vbi tamen exprimere personam tertiam necessarium foret, quārat alium cōfessorem, qui illius tertiae personae notitiam nō habeat: alioqui confessio huiusmodi facta cōfessori tertiam personam agnoscēti, culpabilis erit. Nec excusabitur per integritatem confessionis seruandam: quia & si integritas confessionis exigit personam tertiam aliquādo detegere, nō tamen exigit, vt talis cōfessio integra fiat cōfessori tertiam illam personam agnoscēti, quando alius potest haberi cōfessor. Corollarie sequitur peccare de nouo peccatorem, qui non examinata prius conscientia, confitetur: quia exponit se periculo dimidiandi confessionem: ad cuius integritatem sub poena peccati mortalis tenetur, vt patet ex dictis. Quantum autem tempus requiratur ad huiusmodi examen, non potest dari regula certa: quia aliqui sunt, quibus minus tempus sufficit, vt si sint tenacis memoriae, aut habeant ingenij solertiam, aut nō diu antē confessi sunt &c. Aliis verō e contrā maius tempus est necessarium.

De integritate confessionis non semper seruanda.



Ed an semper sit necessariū prae-fata integritate confessionis seruare: Respond. quōd nō: quia in multis casibus licitum est confessionē dimidiare, etiā sciēter. Vt si est

verisimile, aut certum, quōd integra cōfessio cedet in infamiā ipsius cōfitentis: vt casu, quo poenitens scit cōfessorem illum solitum esse cōfessionem in certis criminibus reuelare, vn de verisimiliter credit, quōd ita secum faciet: tunc non tenetur poenitens integrē illiconfiteri. Ratio videtur nota: quia nec intētio Dei, nec ecclesiae, nec sanctorū est obligare poenitentem, vt cum infamia sua, seu famae suae detrimento cōfiteatur. Ideo in. c. Omnis vtriusq; sexus. statutum est, vt peccator solus sua peccata confiteatur. Ideo etiam dixit Chrysolomus loquens ad peccatorem confiteri erubescē

tem: Non dico tibi, vt confitearis peccata tua cōferuo tuo, vt tibi exprobet. Et iterum: Nō dico tibi, vt te prodas in publicum, vt supra citatum fuit. Similiter si confessio integra fieri non potest, nisi cum periculo mortis corporalis ipsius cōfitentis, aut alterius, tunc cessat obligatio integrē confitendi, vt casu quo confitens occidit fratrem suum, qui ex alio parente fuerat etiam frater ipsius cōfessoris, quem verisimiliter putat, audita integra confessione, ad sumēdum vindictā contra ipsum cōfitentem irritandum. Et casu quo foemina, quam curatus sollicitauerat, confitetur se cum alio clerico fornicatam esse, cuius mortē verisimile est poenitenticuratum procuraturū. Aut in aliis huiusmodi casibus, cessat obligatio integrē confitendi. Huius ratio aequē nota est: nam cessat obligatio integrē confitendi, quando id fieri non potest, nisi cum periculo famae propriae: a fortiore igitur cessat, quando fieri non potest, nisi cum verisimili periculo mortis propriae, vel alienae. Non enim voluit Deus, nec ecclesia ad huiusmodi confessionem cum tanto periculo, & damno quenquam obligare. In talibus enim casibus satis est summo sacerdoti illa peccata, seu circumstantias confiteri: vnde verisimiliter scit praefata pericula euentura.

Similiter si confessio integrē fieri non potest nisi cōfessio ab ipso cōfite reueletur, cessat praefata obligatio: vt casu, quo quidam clericus absoluit episcopum quendam a simonia, quem tamen absoluere non potuit, & idem clericus velit curato sua peccata confiteri, cui si confiteatur se quendam a simonia absoluit se, illico curatus veniet in notitiam episcopi, qui simoniam prius fuerat confessus: tunc nō tenetur is clericus illud peccatum in specie cōfiteri. Ratio huius etiam clara est: quia longē plus obligat praepceptū de non reuelando confessionem, quā praepceptū de integrē cōfitando, vt suppono: igitur hoc debet illi cedere.

Hinc patet ad casum sequentem. Si foemina cum aliquo fornicata, hoc peccatum suo sacerdoti confiteatur, & verisimiliter scit, quōd eam sollicitabit, & in libidinem excitabitur, an ad vitandum huiusmodi scandalum cōfessoris teneatur illud peccatum subticere. Et vniuersaliter posset queri, an in similibus casibus, pro vitando scandalum cōfessoris possit, & debeat dimidiari confessio? Dixerūt aliqui, quōd non. Tum, quia ex regula iuris, vtilius scandalum nasci permittitur, quā veritas relinquatur. Cum igitur integrē confiteri sit de veritate vitae,

ex

Ex quo est de praepcepto sub poena peccati mortalis obligate: sequitur, quōd nō est praetermittenda propter scandalum cōfessoris vitandum. Tum etiam, quia si liceret ab integra confessione cessare propter huiusmodi scandalum: igitur etiam liceret totaliter a confessione ob eandem causam cessare: vt si poenitens non habeat peccata, nisi talia, quae si confiteretur, esset cōfessor scandalizandus. Sed consequens videtur falsum: quia tunc staret poenitentem esse perplexum, vt si accedat articulus mortis, aut tempus paschae, quādo necesse est cōmunicare: tunc enim si confiteatur, peccaret ex opinione. Ecōtrā si non cōfiteatur, etiā peccabit, decedens, aut cōmunicans sine confessione, igitur. Nec valet dicere, quōd tunc euadet perplexitatem, si in genere confiteatur, non descendendo ad speciem. Non valet, quia quod diuino, & humano praepcepto confiteri oporteret, non est in genere confitendum, sed in specie.

Respon. Ex dictis apparet contrariū esse tenendum, scilicet, quōd cessat obligatio integrē confitendi propter scandalū sacerdotis vitandū. Probatur, quia non minus, imō magis tenemur ad salutem spiritualem proximi, & mortem spiritualem eius vitare, quā ad vitandum corporalem proximi, vel propriā, & quā ad vitandum propriam infamiā: sed vt ex dictis patet, si confessio integra fieri non potest, sine periculo verisimilis infamiae, aut mortis corporalis alicuius, cessat obligatio integrē confitendi, igitur etiam in casu praesenti. Deinde ex regula beati Bernardi in libro de dispensatione, & praepceptis: Quod pro charitate institutum est, contra charitatem non debet militare. In casu autem, si esset necessarium integrē confiteri, hoc ipsum contra charitatem proximi militaret, igitur in casu nec Deus, nec ecclesia obligat ad talem integritatem.

Præterea concurrentibus duobus praepceptis, quae simul obseruari non possunt, quod minus est, debet cedere maiori: sed in casu maius est praepceptum de vitando scandalum cōfessoris, in quo vita eius spiritualis periclitatur, quā praepceptum de integrē confitendo, cum primum sit iuris naturae: secundum sit positiuū iuris, vt constat. Et procedit ratio non solum de vitando scandalum fratris actiuo, sed passiuo: quia permittere scandalum fratris, cum illud euitare possumus, & scandalum eidem praebere, aequiparantur. Iuxta illud Symmachi Papae: Et habetur distin. 83. in principio: Non grandis differentia est, le-

thum inferas, vel admittas. Mortem enim laeuentibus videtur infligere, qui hanc, cum potest, nō excludit. Et iterum per illud Ambrosij: Fame pasce morientem, si non pauisti, occidisti. Et Augustinus Bonifacio scribens ait, de medico, & patre loquens: Si illos negligant, & perire sinant, ista falsa mansuetudo est, & crudelitas. Et habetur. 23. quaestio. 4. Ipsa pietas &c. Nota tamen diuersum quid esse sacerdotis scandalum, quod in casu timeatur ex malitia ipsius euenturum, aut ex fragilitate, seu ignorantia. Si enim ex malitia euenturum est, vt si alioqui parati animi sit eam sollicitare, vt secum consentiat, quacunque oblata occasione: tunc non est de tali scandalum curandum, nec propter illud vitandum, a cōfessione integra cessandum est. Id patet, tum quia rationes supra factae in hoc casu, non currunt, eō quōd ad integritatem confessionis non sequitur mors animae ipsius cōfessoris: cum ipse iam ob animi sui praeparationem mortuus sit. Tum etiam exemplo Christi qui docuit nos de huiusmodi scandalum Pharisaeorum, ex malitia proueniente, non esse curandum, nec ob illud a bono opere cessandum, vt patet Ioannis. 6. de multis, qui scandalizati sunt, audientes Christum dicentem: Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. Et clarius Matthaei. 15. quando discipuli dixerunt ad Christum, de cibo indifferenter sumendo praedicantem: Scis quia Pharisaei audito hoc verbo, scandalizati sunt? Quibus respondit: Sinite eos, quia caeci sunt, & duces caecorum. Si autem scandalum timeatur, ex fragilitate, aut ignorantia, occasione ex opere nostro sumpta: tunc de illo curandum est, & ab opere cessandum, pro vitando huiusmodi scandalum. Sic enim docuit Paulus. ad Corinthios. 8. Si esca scandalizat fratrem, non manducabo carnes in aeternum. De quo & exemplum habemus de Eleazaro, qui cum posset mortē euadere, sumpto cibo porcino, videns inde scandalizandos pusillos, omnino ab illo, etiam cum mortis periculo, voluit abstinere.

Iam ad rationes priores breuiter dicendum, quōd regula illa: Vtilius scandalum nasci permittitur. &c. procedit, quando ipsa scandalum permissio, altiore iure non est prohibita. Si tamen vitare scandalum sit de veritate vitae, sicut & integrē confiteri, non est permittendum scandalum nasci, & tunc regula nō procedit. Aut dicatur, quōd procedit de scandalum Pharisaeorum, quod ex malitia est: non de scandalum pusillorum, quod ex fragilitate, & ignorantia

2. Maccha. 6

rantia

Erantia est. Itaque pro debita regulæ intelligentia, attendenda est veritas illa, & scandalum qualitas, & videre quid cui debeat præferri.

Ad secundam, fateor in casu certo à tota confessione esse cessandū, nec inde erit peccator ille perplexus, quia cum à præcepto minore desistat, ut feruet, quod fortius est, nulla relinquitur perplexitas.

Sit igitur regula in hac materia, quòd quando confessio integrè vni fieri non potest, nisi cum periculo notabili, siue famæ, siue vitæ corporalis, siue spiritualis propriæ, vel aliæ, quòd quidem damnum aliquo de necessitate vitandū est, cessat obligatio integrè confitendi. Et similiter cessat obligatio confitendi simpliciter, quòd ipsa confessio sine tali dāno fieri non potest: quia tunc perinde est, ac si poenitens non habeat copiam confessionis, satis est summo sacerdoti tunc confiteri.

Sed ex hoc oritur dubium, an in casu huius regulæ, in quo cessat confitendi integrè obligatio, cesset etiā simpliciter obligatio confitendi, an potius sit necessariū confiteri dimidiando confessionem: quia hactenus non conclusum est, nisi quòd possit in casibus diuidi confessio. Respon. quòd in huiusmodi casibus, in quibus licitum est non integrè confiteri, necessarium est confiteri: quia diuersa sunt præcepta de confitendo, & de integrè confitendo, ex quo vnū potest sine altero compleri: ac proinde cessante obligatione integritatis præfatæ, non opus est cesset obligatio, reliqua peccata tempore necessitatis, seu præcepti confitendi. Et esto esset tantum vnus præceptum de confitendo omnia, ut inuenitur in cap. Omnis vtriusq; &c. Si non potest in toto compleri, opus est in eo, in quo potest illud seruari. Ut si vnū præceptum sit de ieiunando quadragesimam, qui non potest totam integram ieiunare, non inde deobligatur à necessitate ieiunandi, quòd potest, etiam si ieiunium dimidietur. Et ita in casu confessio non solum potest, sed etiam debet dimidiari, si integrè fieri non potest.

De integritate absolutionis.



Esset aliud dubiū, casu, quo peccator multa commisit, inter quæ habet casus Papæ, vel prælati suo referuatos, à quibus curatus eum absolueri non potest, an confitens curato possit diuidere confessionem sciē

ter, non confitendo nisi ea peccata, à quibus potest curatus eum absolueri. In quo tangitur alia quæstio, quæ huic præsupponitur. scilicet an absolutio sacramentalis, quæ de peccatis impenditur, admittat similiter diuisionem. Et video quadruplicem modum respondendi.

Vnus est, quòd nec confessio vnquam diuidi potest scienter, nec absolutio sacramentalis. In casu autem, quo non potest integrè confessio sine periculo aliquo fieri, & non habetur copia sacerdotis, cui sine periculo fieri possit, tunc dimittenda est confessio potius, quàm dimidianda: quia perinde est, ac si non habeat copiam confessionis, & tunc satis est Deo & summo sacerdoti Christi confiteri. Ita & casu, quo sacerdos non habeat potestatem plenè, seu integrè ab omnibus confitentem absoluedi, non potest ex parte absolueri: sed debet peccatorem ad superiorem remittere, qui ab omnibus eum absoluat, vel eum ad curatū remittat, cui vices plenas eū absoluedi cōferat.

Secundus modus ait, quòd quòd sine periculo fieri non potest integra confessio, aut sacerdos non habet plenam potestatem ab omnibus absoluedi, quòd licitum est tam confessionem, quàm absolutionem diuidere.

Tertius modus est, quòd licet confessio aliquando possit ob causam necessariam diuidi: absolutio tamen diuidi non potest: sed vel de nullo peccato fit, vel de omnibus.

Quartus modus est, quòd confessio semper integrè est vni sacerdoti agenda, etiam si peccator casus habeat superiori referuatos: & tamē absolutio diuidi potest, ut in casu præfati, in quo debet sacerdos poenitentem à peccatis non referuatis absolueri, pro aliis autē debet eum ad superiorem remittere. Sed quia de integritate, aut diuisione confessionis, existēte notabili periculo, iam dictum est, quòd possit diuidi: videre cōuenit de absolutione, & confessione integrè, vel diuisim agenda in casu præfati, quid de huiusmodi opinionibus sentiendum, quidq; in re tenendum sit.

De absolutione sacramentali dixit Durandus, & Adrianus, & alij, quòd diuidi non potest. Pro qua opinione arguitur, quia vnus peccatū mortale sine alio remitti non potest secundum fidem, igitur necesse est, sacerdos absoluat peccatorem ab omnibus peccatis, vel à nullo. Tum etiam, quia absolutio sacramentalis, vel cōfert gratiam gratum faciētem, vel non. Si primum, omnia igitur peccata mortalia tollit: nam cū gratia illa nullum mortale est cōpatibile. Si secundum, nullum igitur mortale remittit. Tum etiam sacer-

A sacerdos absoluens peccatorem, tenet vicem Christi, cui vicarius est in hoc foro: sed Christus vnus mortale sine alio non remittit, igitur nec vicarius suus, cui potestatem remittendi peccata per partes non contulit, cum nec ipse Christus de lege ordinata talem haberet, nec habeat potestatem.

Confirmatur hoc idem, quia si absolutio à peccatis diuidi posset, demus igitur, quòd sacerdos absoluat poenitentem ab vna medieta, & non ab alia: sequitur iam, sacerdos remittit illam medietatem, igitur Deus eam remittit: & sacerdos aliam medietatem non remittit, igitur nec Deus eam remittit. Hæ consequentia patent ex textu suprā citato, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Et ita Deus ex parte remitteret peccata mortalia, & ex parte alia relinqueret non remissa, quòd non stat in veritate. Impium enim est à Deo dimidiam sperare veniam.

Secundò idem probat Adrianus cōtra Paludem, quia sacramenta, quæ vnica forma perficiuntur, non admittunt diuisionē. Sicut baptismi forma vnica est: idē non nisi per vnū ministrum potest conferri. Similiter confirmatio, & ordinatio, quo ad vnus ordinem. Secūs de sacramentis, quæ ex partibus diuersam formam habentibus integrantur: nam talia bene admittunt diuisionem, ita, ut per plures ministrentur, quemadmodum vnctio extrema, cuius partes plures sunt, & quælibet eorum est sacramentum, suam formam habēs. Et Eucharistia, prout continet consecrationem panis, & vini. Cū igitur sacramentum poenitentia ex partibus diuersas formas habētibus non integretur, sed vnica forma perficiatur, ut patet, sequitur tale sacramentum diuidi in partes sacramentales non posse: ac proinde si sacerdos vnus à non referuatis absoluat, alius verò à referuatis: tales absolutiones non sunt sacramentales.

Si contra hos doctores obiciatur, quia tūc nihil operaretur illa casuum referuatio, quæ de iure Papæ, & episcopis fit. Respondent, quòd quantum ad absolutionem sacramentalem integrè, vel diuisim fieri, nihil operatur: quia, ut dicunt, illa referuatio non est ad remittendum peccatum sacramentaliter, sed ad remittendum poenam, quam quis ob certa peccata incurrit, cuius remissionem maiores sibi referuant. Et ita solus ille, qui omnia peccata in confessione audit, potest sacramentaliter absolueri, siue sit superior, siue inferior: alioquin si per partes fiat abso-

lutio, nec gratiā, nec sacramentū, nec remissionem peccatorū ipse peccator consequitur.

Tertio pro eadem opinione posset argui, quia tunc liberum esset confessori absolueri ab vno tantum peccato, vel duobus, vel tribus, etiam vbi nullus esset casus referuatus: & talis absolutio esset verè sacramentalis. & de Papæ, & episcopis pbatur: quia quod ipsi per alios facere possunt, per seipos possunt: sed per alios possunt diuisim peccata remittere, committēdo aliis sacerdotibus potestatem absoluedi in parte, & in parte sibi, vel alijs certos casus referuado: igitur per ipsos possunt à casibus communibus absolueri, non absoluedo à reliquis, qui eis videbuntur. Et si id possunt prælati facere in his, ad quæ sua potestas se extendit: igitur pari ratione curati, & sacerdotes parochiales possunt similem diuisionem in absolutione facere in his peccatis, ad quæ sua potestas se extendit: quòd si inconueniens sit, consequens est præfatam sacramentalem absolutionem per partes fieri non posse.

In oppositum video passim declinare doctores, Henricum, Thomam, Richardum, Bonauenturam, Scotum, & alios quamplurimos, tam veteres, quàm neotericos. Pro quorum sententia, & contra præcedentem opinionem argui posset. Primò, quòd casus, qui Papæ, vel episcopo referuantur, non fit sola absolutio à poena, seu censura Ecclesiastica, in quam peccator incidit, sed quòd etiam sit absolutio à peccatis ipsis: & per consequens absolutio à casibus certis, maioribus referuata est sacramentalis. Secundò, quòd absolutio sacramentalis potest per partes impendi. Probat primum ex cap. Si episcopus. De poenitentia, & remissio. libro. 6. Vbi in sententia dicitur, quòd si episcopus dederit subdito facultatem eligendi sibi confessorem idoneum, quòd taliter electus possit eum absolueri à peccatis: exceptis casibus episcopo referuatis. Et addit, quia in illis nullam potestatem habet sic electus. Iam arguitur. Cū detur illi electo potestas absoluedi subditum à peccatis: & inde excipiuntur casus episcopo referuati, ipsa exceptio arguit esse aliqua peccata excepta, à quibus non possit sic electus absolueri: Cū ex Dialectica constet terminum exceptum debere contineri sub termino, à quo fit exceptio. Vnde si data esset sic electo facultas absoluedi à poenis excipiendo inde casus referuatos: rectè talis exceptio ad solas poenas extenderetur.

Cum

E Cū ergo in præfato cap. data sit confessorii facultas absoluendi eligentem à peccatis, & inde excipiuntur casus episcopo referuati, argumentum certum est, illos casus episcopi, à quibus electus absoluere nō potest, peccata esse, non pœnas solum. Fortè dices illic non per modum exceptionis fieri mentionem de casibus referuatis, sed per viam monitiōis, aut instructionis, vt scilicet, sciant electi, non illis concedi potestatem ad casus referuatos, ita vt sit facultas illis concessa cum limitatione, non cum exceptione. Sed tunc afferam Extrauagantem Benedicti vndecimi, Inter cunctas. Vbi dicit: Fratres priuilegiatos, & sacerdotes parochiales non posse absoluere à casibus Papæ, & episcopis referuatis. Et quòd illic loquatur de absolutione à peccatis referuata, constat: quia dicit, quòd non se intromittant ad absoluendum eos, quibus erat pœnitentia solennis imponenda, nec excommunicatos, nec eos, qui ob delictum incurrerunt irregularitatem &c. Et datur illic pro causa, quia inconueniens est, quòd sacerdos absoluat à peccatis, quando pœnam, quæ peccata illa consequitur, remouere non potest. Quod ratione confirmatur, quam illic innuit textus. Qui non potest remouere posterius, non etiam potest remouere prius, cui illud posterius annectabatur: remoto enim priore, bene remouetur posterius: qui ergo posterius non potest tollere, igitur nec prius. Cū igitur, pœnæ ecclesiasticæ posterius quid sint, consequens ipsa peccata: si ergo sacerdos pœnam, quæ posterius quid est, tollere non potest: igitur nec peccatum, quod prius est. Sed dicit aliquis, textum non dicere, quòd sacerdos non potest remouere peccatum, ad quod talis pœna sequitur: sed quòd inconueniens est, quòd tollat peccatum, quando pœnā consequentem tollere non potest. Sed hoc parum valet, quia cū ait, inconueniens esse. &c. nos idem intelligimus, ac si diceret, non posse, iuxta cap. Si episcopus. suprā citatum. Alioqui si posset culpam ab anima peccatoris remouere: manente pœna suspensionis, seu irregularitatis, quam tollere non posset, quòd inconueniens esset? Imò magis conueniret, vt homo iustificatus in statu salutis esset, & facilius remedium pro pœnis amouēdis quæreret. Quòd si per hoc segnior esset, aut negligentior in inquirendo absolutionem à pœna si à peccato sit iustificatus, certè conueniret tollere à sacerdote potestatem remittendi tale peccatum. Ad hæc possent dicere: Esto ita sit, quòd illa referuatio non ad pœnas so-

lūm se extendat: sed etiā ad peccata, ob quæ illas inciderunt: non inde sequitur, quòd potest absolutio diuidi: sed id sequitur, quòd si peccator habet casus referuatos, quòd non potest curatus illū ab illis absoluere, nisi ablata referuatio, vel pœna: hinc tamen non sequitur, quòd possit eum ab aliis non referuatis absoluere, stante aliorum referuatio. Et si contra sic dicentes obiiciatur, quòd tūc nil videretur concessum fratri priuilegiato, aut alteri confessori de licentia episcopi per subditum electo: Responderent: Imò id esset illis concessum, quòd vbi non sint casus referuati, absoluant illos. Et si sint, quòd pœna per Episcopos, seu maiores, quibus erat referuata, remota: & ratione cuius pœnæ peccatum ipsum erat referuatum, possint ex tunc ab omnibus peccatis, etiam quæ alioqui referuata erant, absoluere. Et hoc sufficienter soluit rationes, quæ ex his iuribus sumptæ sunt, nisi communis ecclesiæ vsus in contrarium staret, qui tenet, quòd habens casus referuatos, coram suo curato confiteatur, qui absoluat eum à non referuatis: pro aliis vero eum ad superiorem remittat.

H Aliter arguitur pro hac communi sententia, quia sacerdos non potest quæquā à peccatis absoluere, nisi habeat potestatem iurisdictionis in eum, cū sola potestas ordinis non sufficiat, vt suppono: sed hanc iurisdictionem Papa concedit, & cōcedere potest, prout vult: igitur potest alicui concedere facultatem plenam integrè absoluendi: potest igitur & semiplenam potestatem concedere, vt possit quosdam peccatores absoluere, & quosdam non: & possit à quibusdam peccatis absoluere, & à quibusdam non: cū hoc non sit à Deo illi prohibitum: non enim iussit Deus integritatem absolutionis, sicut iussit integritatem cōfessionis. In illa enim clausula, Quorum remisistis peccata. &c. Et quorum retinueritis &c. sacerdotibus non est imposta necessitas, sicut peccatoribus. Illis enim ibidem Christus potestatem contulit remittendi: his autem necessitatem iniunxit confitendi. Præterea supposito, quòd sacerdos non absoluat à peccatis quo ad culpā, quam supponimus per contritionem prius fuisse deletā, sed à debito, quo peccator tenebatur confiteri, vt à sacerdote absoluatur, & à pœna temporali, in quam fuerat æterna cōmutata: hæc autem admittit diuisionem, vt constat, igitur & absolutio sacramentalis admittit diuisionem. Minor probatur, quia postquam quis cōfessus est peccata, quæ sciuit, quorundam aliorum

A rum oblitus, & absoluitur, tollitur obligatio confitendi illa, à quibus absolutus est: & manet obligatio confitendi alia, quorum oblitus est, quando memoriæ occurrerint. Similiter si quis ex necessitate ob causas suprā dictas dimidiavit confessionem, & absoluitur, tollitur obligatio confitendi illa, quæ dixit, & manet suo tempore obligatus dicere, quæ subicitur: igitur absolutio à debito confitendi diuisionem admittit, sicut & ipsa confessio, quando vel necessitate, vel obliuione confessio dimidiatur. Quòd autem pœnæ temporalis diuersis peccatis debitæ remissio etiam diuisionem admittat, satis certum est: igitur quo ad vtrunque effectum, quem absolutio sacramentalis operatur, admittit diuisionem: igitur & ipsa absolutio. Secus de absolutione, qua Deus peccatorem à culpa mortali absoluit: nā hæc diuidi non potest, quia reatus æternæ pœnæ etiam diuisionem non admittit. Sed æterna pœna peccatis debita, vel totaliter tollitur, vel totaliter manet.

Tenendo igitur hanc secundem sententiam communem, videtur dicendum, quòd potissima ratio pro priore sententia adducta innititur huic propositioni, quam præsupponere videtur, quòd absolutio, quæ à sacerdote fit, est absolutio à peccatis quo ad culpā, idque ratione gratiæ, quam ex opere operato cōfert, quæ cum omni peccato mortali repugnet, consequens est, quòd omnia peccata remittit: nec vnum potest sine alio remittere. Quòd etiam nos ipsi concedimus. s. q. absolutio sacramentalis non potest vnum mortale sine alio, quo ad culpā remittere. Et quo ad id, non admittit diuisionem, siue actualiter peccata quo ad culpam dimittat, siue aptitudinaliter: cū semper gratiā conferat, quæ vel actu, vel aptitudine pœnā mortalia excludit. De quo post, quando agetur de efficacia huius absolutionis. Est tamen alius absolutionis effectus. s. quia esto mortalia sint quo ad culpā per contritionem dimissa, relinquitur tamen peccator adhuc ligatus, & in debito quodā, quo tenetur se sacerdoti subicere, & illi confiteri, & ab eodem absolutionem procurare: & antequā sic absoluatur, dicitur in peccatis, saltē quo ad ecclesiam, manere. Voluit em̄ Christus, quòd peccator Dei & ecclesiæ absolutionem sibi, præuia confessione, procuraret, quæ Deus per cōtritionem ab omnibus peccatis, quo ad culpā præstando gratiam, absoluit, quā absolutionem sibi referuauit, esto quòd ministerium sacerdotibus concessit, quo illi absolutionis beneficium

impendant: & hoc, vel in toto, vel in parte, vt ecclesiæ visum fuerit peccatoribus expedire. Et quia contingere poterat, minimè impedire, quæcunq; peccatorē ab omnibus peccatis, ob quorundā peccatorū enormitatem simul absoluere: ideo Christus concessit ecclesiæ, vt si expedierit, quædam peccata remittant, quædam autem retineant. Et ita factum est, quòd cū inferior peccatorē à non referuatis absoluit, aliqua remittit, aliqua vero retinet, quousq; per superiores, vel de eorum licentia per inferiores, ab huiusmodi referuatis, is qui ea commisit, absoluatur. Et tam absolutionem, quam retentionem per ecclesiam factam, Christus, & Deus in cœlis approbant. Igitur absolutio, quæ à non referuatis fit, sacramentalis est, & gratiam confert, & inde aptitudine omnia peccata, quo ad culpam, remittit, quantum est ex parte sua ratione huiusmodi gratiæ, quam præstat. Sed quantum ad debitum, quo tenebatur ligatus, quo scilicet debebat se ecclesiæ præsentare, & ab eadem beneficium absolutionis, præuia confessione, obtinere, non est plene per illam primam absolutionem liberatus, sed ex parte: quia illa peccata, quæ confessus est, & ab eisdem absolutus, non tenetur amplius ecclesiæ confiteri, cū de his iam sit per ecclesiam iudicatus, & absolutus. (Abfurdum enim est eum, qui semel legitime absolutus est, eodem debito rursus teneri, vt dicitur in Extrauagā. Inter cunctas.) manet tamen in debito confitendi alia peccata referuata ei, cui referuata sunt, vt ab illis legitime per ecclesiam absoluatur. Itaque absolutio à peccatis quo ad culpam, diuisionem non admittit: sed quo ad ligaturam, seu debitum præfatum, quod post iustificationem relinquitur, bene admittit diuisionem. Absolutio etiam sacerdotis de se recōciliatiua, simul & solutiua debiti dici potest, ea ratione, qua reconciliatiua est, diuisionem non admittit: ea tamen ratione, qua solutiua debiti est, partitionem admittit, siue id referatur ad debitum, quo peccator cōfiteri tenetur: siue ad debitum, quo obnoxius est pœnæ temporali, in quam fuerat æterna commutata. De absolutione igitur, quæ à peccatis fit quo ad culpam, & quæ de se recōciliatiua est, procedūt, quæ in ratione prima obiecta sunt: non autem de absolutione, quæ est à præfata ligatura ex peccato relicta. Et quando vltimò vrget ratio: quia sacerdote aliqua remittente, & alia referuante, Deus similiter aliqua remitteret, & alia non. Respond. id verum esse de remissionem

H fione

E sione secundo modo considerata, quæ diuisionem admittit. Vnde Deus duplici absolutione absoluit peccatorem confessum: altera à peccatis quo ad culpam, & hæc fit per contritionem: altera à peccatis quo ad relictum debitum, & hæc fit per sacerdotem, in qua sacerdos ministerialiter absoluit, Deus verò principaliter. Et confessio, quæ sacerdoti fit, Deo per sacerdotem fit. Et Deus est, qui illic per sacerdotem poenitentem iudicat. Et ita sacerdos, quæ illic scit, vt Deus scit. Ac proinde quæ sacerdos, vel ecclesia remittit, Deus remittit: & quæ ecclesia retinet, Deus retinet: siue remissio in toto fiat, siue in parte, iuxta facultatem sacerdoti concessam. Et ita patet verificatio dicti Christi, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. In quo peccatori imponitur necessitas confitendi: sacerdoti vero, seu ecclesie potestas remittendi, & retinendi conceditur. Et per hæc patet ad primum. Ad secundum **A**driani, responsio faciliore est: nam vbi materia sacramenti alia, & alia est, quæuis forma sit vna à diuersis ministris prolata, sacramentum est aliud, & aliud. Vt diuersificatio pane, & forma consecrationis à diuersis sacerdotibus, vel ab eodẽ super diuersum panem prolata, diuersum est sacramentum, & diuersa consecratio. Et ita si vnus intendat primam medietatem panis consecrare, & alius secundam, & si eadem forma vtantur, tenebit vtriusque consecratio: & ita vnus panis potest plenè, & per partes consecrari. ita igitur, & si forma absolutionis sacramentalis vna sit, quæ non diuersificetur, cum materia eius sit confessio peccatorum, hæc diuersificata, vel diuisa, non mirum, quòd absolutio diuidatur, ita vt peccata per partes remittantur: maximè si id intendat ipse absolvens, vt intèdit, quando reperit casus reseruatos &c. Si obiicias quòd materia absolutionis sacramentalis non est dimidiata confessio, sed integra: ac proinde absolutio etiam debet esse integra. Respõ. Esto ita, sit quòd non potest ab aliquibus absolui peccatis, nisi præcedat integra confessio (si commodè præcedere potest) cum hoc tamen stat, quòd non ab omnibus simul absoluantur peccatis, cum intentio absoluentis, quam habet, aut habere debet, non ad omnia peccata se extendat, sed ad ea, ad quæ sua se extendit facultas, & iurisdictione, id est, ad non reseruata. Deinde cum ad superiorem vadit pro absolutione à reseruatis, superior reperiens reliqua esse legitimè per inferiorem remissa absoluit illum à

residuis, vel ad inferiorem eum remittit, vt G absolutionem compleat. Ad tertium videtur consequenter dicendum, quòd Papa, & episcopi, & prælati, quibus est concessa potestas reseruandi sibi aliqua peccata possunt confitentem à quibusdam peccatis absoluerè, alia enormia retinendo, aut eorum absolutionem differendo, prout viderint expedire, vt ratio suadet. Alij verò inferiores, quibus facultas reseruandi peccata aliqua non est concessa, non video vnde possint per partes peccata non reseruata remittere. Non enim quod maioribus conuenit, debet similiter minoribus conuenire. Si obiicias, quòd maiores habent facultatem præfatam à Christo, per id quod sape citatum est, Quorum remiseritis &c. Quod quidem dictum Christi non ad maiores sacerdotes solum, sed ad omnes vniuersaliter dictum est, quemadmodum ad omnes sacerdotes, quando ordines suscipiunt, ab ipso ordinante vicem Christi tenente, dicuntur. Vel igitur omnes sacerdotes possunt remittere & retinere, ad sensum datum, vel nulli. Respon. Verè loquendo, in dictis verbis potestatem ordinis Christus omnibus sacerdotibus concessit, sicut & potestatem ordinis episcopus his, quos ad ordines sacerdotij promouet, ministerialiter tribuit, quando eadem verba ad eos dirigit. Iurisdictionis autem potestatem plenam Christus suo primo vicario cõtulit, per quem huiusmodi iurisdictionem voluit ad alios deriuari. Et inde est, quòd Papæ conuenit primariè peccata aliqua reseruare, deinde his, quibus ipse talem concessit facultatem, id est, prælati: quam, quia inferioribus non concessit, ideò non est illis attribuenda. Si iterum obiicias, quòd discipuli Christi, seu apostoli antequàm à Papa iurisdictione ad absoluentem acciperent, habebant potestatem non solum ordinis, sed iurisdictionis, qua soluere possent, & ligare, non nisi à Christo immediatè: nec videtur quando à Christo hanc potestatem in foro poenitentiali acceperint, nisi quando eos sacerdotes instituit dicens: Quorum remiseritis peccata &c. Igitur tunc non solum potestatem ordinis, sed & iurisdictionis omnibus contulit. Respõ. Esto tunc omnes habuerint hanc potestatem iurisdictionis à Christo, non constat quòd quæ illa verba dixit eam illis omnibus contulerit: verum dato quòd ea verba dicendo hanc iurisdictionem omnibus concessit, potuit hoc esse per quandam concomitantiam, qua tradendo potestatem ordinis voluit simul potestatem iurisdictionis tradere: nõ tamen quòd

A quòd voluerit illa verba instituire ad eam præstandam. Quod inde constat, quia potestas iurisdictionis separabilis est à potestate ordinis, vt postea patebit contra Armachanum. In potestate igitur iurisdictionis Christus omnes Christianos subiecit Petro, & successoribus suis: ideò per ipsum debet huiusmodi potestas in alios dimanare. Et talis, & tanta, quantam ipse illis concesserit.

De confessione casuum reseruatorum.



Am de eo quod

principaliter quærebatur. s. de integritate confessionis, quando peccator habet casus superiori reseruatos, an sit necessaria. Et arguitur quòd nõ, tum quia non est necessaria integritas absolutionis, vt ex dictis patet: igitur nec confessio nis, cum non sit maior ratio de vna, quàm de alia. Imò magis necessaria videtur vnitas absolutionis ab omnibus peccatis, quàm vnitas confessionis omnium, eo quòd sacerdos à peccatis absolvens, tenet vicem Dei, qui non nisi ab omnibus absoluit: & tamen videmus absolutione diuidi, cum diuersi sacerdotes à diuersis peccatis absoluat. Si dicatur, vt dicunt, quòd sacerdotes gerunt vicem Dei vnus, qui vnus Christi sunt vicarij: ideò & si diuersi absoluant, vt vice vnus absoluunt, & ita non fit diuisio in absolutione. Cõtrà, quia tunc si quis diuersis confiteatur, & vni quædam, alij verò alia peccata, cum illi diuersi, vnus Christi vicem gerant, non dicetur confessio diuisa: quod suppono falsum. Et sequela patet paritate rationis. Secundo, si sacerdos nullam habeat potestatem absoluendi, nullum peccatum tenetur peccator illi cõfiteri ob defectum iurisdictionis: igitur si sacerdos nõ habet potestatem integre ab omnibus absoluendi, vt in hoc casu, nõ tenebit peccator ei omnia peccata cõfiteri, ea. s. à quibus absolui ab alio nõ potest. Confirmo hoc, quia vocalis confessio non videtur necessaria, nisi ad finem absolutione obtinendi, ita & integritas confessionis nõ deducitur necessaria, nisi ad finem consequendi integram absolutione: igitur vbi necessarium non est integram absolutione ab aliquo sacerdote obtinere, cum sit impossibile, vt in casu: sequitur tunc non esse necessarium eidem integre cõfiteri. Assumptum patet, repetendo rationem, qua deducit est necessarium esse cõfiteri,

ex illo, Quorum retinueritis &c. quæ talis fuit: C Ait Deus, peccata quæ sacerdos non remiserit, ego non remittam: sed necessarium est peccatori, quòd Deus illi remittat peccata: igitur necessarium est, quòd sacerdos ea illi remittat: sacerdos autem non potest peccata remittere, nisi præcognita: præcognoscere non potest, nisi præcognita: igitur necessaria est peccatorum confessio. Ex qua deductione apertum est, ideò colligi necessarium esse confiteri, quia necessarium est à sacerdote absolui. Igitur quando quòd à sacerdote absolui integre nõ potest, non est necessarium ei integre confiteri. Et si nullo modo potest à sacerdote absolui, non est necessarium, nec semiplenè illi confiteri. Inde cessat obligatio in subdito confitendi suo superiori excõmunicato, vel hæretico facto, quia absoluere nõ potest. Si dicas, quòd ecclesia iubet districtè, vt confessio integre fiat: cap. Omnis vtriusque sexus. contra id obiici potest: Tum quia sequitur, quòd ad minus erat necessaria huiusmodi integritas ante præfatam ecclesie constitutionem in casu præfati. Tum etiam quia nec esset necessaria nunc de iure diuino. Tum denique: esto de iure humano necessarium sit integre confiteri, vt textus ait, quare non patietur exceptionem ius hoc humanum, vt excipiat casus, quando, scilicet, non potest inde integra sperari absolutio: Sicut & diuinum ius de fraternæ correctione cessat, vel exceptionem admittit, quando non inde speratur fratris correctio. Tertio ad idem argui potest, argumeto sumpto ex ratione Thom. qua probat necessitatem integre confessionis, à contrario arguendo. Si quis multis laboret morbis corporalibus, & pandendo vnum eorum medico, sperat salutarem medicinam, quæ ita profit ad expellendum illum morbum, quòd in nullo noceat, respectu alterius morbi, nec illum alterum morbum reuelado, sperat pro illius curatione remediũ: certè talis infirmus non tenetur pandere morbum medico, pro cuius curatione, nullum inde sperat remedium, satis est si primũ pandat. Igitur ita erit in morbis animæ. Quarto, stante iure de confitendo, stat esse licitum ob iustam causam eam dimidiare, non enim Augustinus videtur damnare dimidiatam confessionem, nisi quado ob hypocrisim, vel ex pudore peccator desinit integre cõfiteri, vt apparet ex cap. Confideret. de poenitentia, distinctio. 5. Cum igitur in præfati casu concurrat iusta, & rationabilis causa non cõfitemi curato casus reseruatos, quia scilicet non inde speratur eorum

H 2 remissio,

E remissio, ne hic adest hypocrisis, nec pudor ea confitendi: sequitur & c.

Oppositum tamen video passim à Doctōribus teneri, scilicet, quòd necessaria est integritas confessio nis, licet non sit necessaria integritas absolutionis. Christus enim necessitatem imposuit peccatori integrè confitendi: ecclesiæ autem non imposuit necessitatem integrè absoluen di: sed reliquit ecclesiæ facultatem conferendi beneficium absolutionis, his qui sua peccata fuerint confessi, prout ipsa viderit expedire, vt supra dicebatur. Vtrunque apparet ex testimonio supra citato, & ex ritu, quem ecclesia seruat, & ex cap. Omnis vtriusque sexus. In quo ultra temporis determinationem, reliqua ibi de confessione posita, videntur ad ius diuinum pertinere, vt communiter dicitur. Sic etiam docuit Augustin. ante ecclesiæ determinationem, docens necessariam esse integram confessionem. Huius ratio solet talis assignari: quia, vt dictum est, Deus exigit à peccatore, quòd sua peccata Deo confiteatur, non solum mente, quod per contritionem fit: sed etiam voce, quod fit quando quis vicario Christi confitetur. Qui enim sacerdoti confitetur, Deo confitetur.

F Confessio autem, quæ Deo fit, nisi integra sit non est ipsi grata. Sicut nec contritio, quæ Deo mente fit, dolor quo quis dolet de aliquibus peccatis, & de aliis, etiam memoriæ occurrentibus non dolet, non est debita contritio, aut mentalis confessio. Nam si de aliquibus dolet, sicut dolendum est, quatenus, scilicet, Dei offensiuæ sunt, necesse est de omnibus occurrentibus, ob eandem causam doleat. Ita & si ore Deo per sacerdotem aliqua peccata sua confitetur in quantum offensiuæ fuerunt Dei, ob eandem causam debet omnia alia, per quæ Deum offendit, eidem, si memoriæ occurrant, confiteri. Itaque Deus confessionem sibi factam immediatè, vel mediatè sacerdote, nisi integra sit, non acceptat. ideo indignum est absolutione, qui taliter confitetur. Et per hoc patet ad rationes. Ad primum, fateor causam discriminis per aliquos assignatam, qui dicunt sacerdotes plures, quia vicem tenent vnus Christi, & si à diuersis peccatis absoluant, non propriè absolutionem diuidere: Secus de confitente, qui in partes diuidit confessionem, minimè satisfacere. Sed causa quare requiritur integra confessio, est, quæ dicta est supra. Causa autem quare non requiritur integra absolutio est, quia facultas concessa est ecclesiæ peccata re

mittendi, & retinendi: & non est imposita necessitas integrè absoluen di, sicut imposita est peccatori necessitas integrè confitendi.

Ad secundum, consequentia non valet, quia necessitas imposita est peccatori, vt confiteatur vicario Christi, qui sibi possit beneficium absolutionis loco ipsius Dei impendere, qualiter potest sacerdos proprius, etiam si non valeat ab omnibus absolueri. Et ad rationem confirmationis. Ita est, quòd confessio iniuncta est ad finem assequendi veniam, eam, scilicet, quam ecclesia statuit impendere, scilicet, plenè, vel semiplenè iuxta ecclesiæ statuta: quæ quia iusta sunt, à Deo ratificantur. Non tamen inde fit, vt integritas confessionis sit iniuncta solū ob integram absolutionem ab eo, cui fit obtinenda: sed ideo iniuncta est integra confessio, vt dictum est, quia confessio, quæ quis Deo facit siue per se, siue per vicariū suum, nisi integra sit, à Deo non acceptatur. Ad illud autè, quod ibidem dicitur de statuto humano, quo iubetur, vt peccator omnia peccata confiteatur, dicendum, quòd id non admittit exceptionem prædictam, quia id non tam iubet ecclesia, quam à Christo iussum esse præsupponit. Ad tertium dicendū, quod sicut argumentum ex morbis corporalibus sumptum non probat sufficienter esse necessarium integrè confiteri, vt supra patuit: ita nec argumentū inde à contrario sumptum, sufficit ad probandū in casu non esse integrè confitendum. Ad quartum dicendum, quod non est alia causa, qua dimidiari possit scienter confessio, nisi necessitas aliqua vitandi damnū aliquod notabile, vt supra tactum est. Nec Augustin. ideo de hypocrisis, & pudore illic meminit, quasi tunc solū vitietur dimidiata confessio, quādo ex hypocrisis, vel pudore dimidiatur: sed quia quādo dimidiatur, rarò vel nunquam fit nisi ob aliquam ex illis causis. Et ita videtur tenenda communis opinio, aliis dimissis, quas supra commemorauimus. s. posse diuidi: absolutionem sacramentalem, iuxta ecclesiæ statuta: non tamen confessionem, nisi necessitate compellente.

Nota hic in præsentī casu tunc fieri integrè confessionem, quando ei, cui peccator aliqua peccata confitetur, nullum non remissum definit scienter confiteri. Quod dico, quia si in casu præsentī primò ad curatum, & confitetur solū ea, quæ non sunt reseruata, dimidiat confessionem. Si etiam primò venit ad superiorem, cui illa sunt reseruata, & eidem sola reseruata confitetur, dimidiat confessionem. Ideò ei, cui primò se

De confessione statim agenda.



Einde quæri so

let, an peccator quā primū potest, teneatur sacerdoti confiteri? Et pro affirmatiua parte arguitur. Primò, quia quod debetur sine termini præfixione,

ad statim debetur. ff. de re iudic. & in l. eum qui. §. quoties. ff. de verbo. obligatio. Cū ergo peccator debeat confiteri ex iure diuino: & nullus sit eidem iure diuino terminus ad confitendum præfixus, sequitur, quòd statim tenetur. Secundò ad idem ratione periculi, cui se homo exponit, si non illicò medicinam ad salutem necessariam sumat: tenetur enim statim, quòd potest, siue homo sit in periculo corporis, siue animæ: alioqui perire meretur, iuxta illud Ecclesiastici. 3. Qui amat periculum, peribit & c. Modò autem duplex est periculū, si homo non illicò, quod potest, confiteatur. Alterum, quia nihil est morte incertius. Vnde Ecclesiasti 5. Ne tardes conuerti ad Deum, nec differas de die in diem: subitò enim venit ira illius, & disperdet te in tempore vindictæ. Alterum, quia vnum peccatum aliud inducit: si non illicò per poenitentiam tollatur, iuxta illud Grego. Peccatum, quod per poenitentiam non diluitur, mox suo pondere in aliud trahit. Tertiò non minùs necessariū est homini à peccato recedere, quā in peccatum non incidere: vtrūque enim repugnat saluti hominis: sed quoties quis in peccatū incidit, potens non incidere, peccat, & tenetur non incidere: igitur quoties quis in peccato existens, potens ab eo recedere, & non recedit, peccat, & tenetur recedere: igitur quā primū potest & c. Hæc ratio patet à simili: quia eodem præcepto, quo tenemur non furari, tenemur rem furtiuam, quā primū possumus, suo domino restituere: quandoquidem furtum idem est, quod rem alienam accipere, & detinere. Igitur etiam in præsentī ad idem genus peccati reducitur, in peccatum incidere, & à peccato non recedere. Cū igitur sine sacramento poenitentia, quod secūda tabula est post naufragium, nemo possit à peccato liberari, sequitur & c. Confirmatur hoc, quia in peccato permanere videtur contra charitatem ad Deum habendam, & contra charitatem ad seipsum habendam: & est Deum odi-

H 3 re, simi

A se præsentat, & confitetur, tenetur omnia confiteri: & postquā fuerit ab illo à quibusdam peccatis absolutus, si eat ad secundum, non tenetur illi secundò confiteri, nisi ea quæ prior reliquit in absoluta, nec propter hoc dimidiabit confessionem. Ideò si fuit primò ad curatum, & illi integrè confitetur: & tamen curatus non vult eum absolueri, etiam nec à non reseruatis, sed eum ad superiorem remittit, tenetur tunc illi superiori iterum integrè confiteri: quia à priore in nullo fuit absolutus. Nec releuatur quis ab iteratione confessionis per hoc, quòd semel integrè ea fuerit confessus, si non sit ab eisdem absolutus. Interim enim quòd non absoluitur peccator, manet in eodem debito, in quo prius. Inde est quòd si primò confitetur integrè curato, à quo absolutionem à non reseruatis obtinet, tenetur postea confessionem iterare eorū peccatorum, à quibus non fuit absolutus, scilicet reseruatorū.

Nota etiam quòd si quis fuerit omnia confessus, & plenè etiam absolutus, poterit postea ex deuotione, vel ex odio quorundam peccatorum iterum confiteri, & hæc iterata confessio dimidiari potest sine peccato. Non enim est necessaria integritas in confessione, nisi de his peccatis, à quibus peccator non est absolutus.

Nota deinde confessionem etiam peccatorum non remissorum diuidi posse etiam scienter, si fiat sine animo assequendi, vel petendi absolutionem, vt potest, qui multa habet peccata hodie in vna hora aliqua eorum confiteri, & non petita absolutione, relinqueret alia in castinam diem, & alia in aliam confitenda: dummodò quādo petierit absolui, omnia occurrentia non prius remissa, sit iam confessus eidem. Illa enim confessio quæ fit sacerdoti, & non cum spe, & voto venia, seu absolutionis obtinendæ, propriè, & strictè non est sacramentalis. An autem sit de necessitate celanda, sicut ea quæ sacramentalis est, patebit postea. De quo vide Baptis. confessio. i. Nota etiā quòd remota poena ecclesiastica peccato per superiorē annexa, etiā si superior à peccato reseruato non absoluerit, manet peccatū simplex non amplius reseruatum, cum cessauerit causa, ob quam fuerit reseruatum. Nota deniq; quòd qui habet casus reseruatos, simul & non reseruatos, si primò se superiori præsentat, qui eum audire non vult, nisi de reseruatis sibi: tunc sicut absolutio diuidi potest, ita & confessio, ex quo non stat per poenitentem ipsum, quo minus integrè confiteatur: sed per superiorem, qui eum integrè audire non vult.

Ere, similiter & seipsum: saltem pro toto tempore, quo vult in illo peccato permanere: hoc autem est peccatum, & contra præceptum negatiuum, de non odiendo Deum, nec seipsum. Quod præceptum cum negatiuum sit, obligat pro semper. Quarto in Deuterono. 22. & alibi iussum est: & est præceptum charitatis, vt si viderimus asinum proximi sub onere iacentem, non pertranseamus, sed eum subleuemus. Igitur cum peccator subiaceat sub onere peccati, à fortiori cum possit, tenetur ex charitate ad seipsum habenda, se illicò subleuare. Remedium autem à Deo institutum, quo possit homo à peccato refurgere, est confessio sacramentalis: igitur & c. Quintò, si non esset peccatum in peccato ad tempus permanere: igitur non esset peccatum velle in peccato permanere. Quod enim potest quis licitè opere facere, licitum est hoc ipsum velle facere. Quo dato, igitur à fortiore licitum est velle proximo, quòd in peccato, saltem ad tempus, & sine gratia Dei, & id Dei inimicitia permaneat: hoc autem est odire proximum, vt constat: igitur non est licitum id velle proximo: igitur multo minùs licitum est id velle sibi ipsi cum ex ordine charitatis non minùs teneatur quis seipsum diligere, quàm proximum.

Respon. His non obstantibus, videtur oppositum tenendum. Et quia rationes non minùs, imò magis videntur probare esse homini necessarium conteri quàm primum potest, quàm confiteri, quam primum potest: ideo de vtroque idem dicamus, scilicet, neutrum esse homini sub poena noui peccati necessarium, scilicet, nec conteri quàm primum potest, nec confiteri quam primum potest. Vtriusque ratio vna est, quia præceptum de conterendo, & de confitendo est affirmatiuum: affirmatiua autem non obligat ad statim, etià oblata opportunitate, sed tempore præfixo, si tale quid præfixum sit: vel quando necessitas expostulat, si tempus præfixum non sit. Exemplum clarum est, de suscipiendo baptismum, de danda eleemosyna, de prædicanda fide. Ad hunc modum de aliis, quæ quidem differri possunt ad tempus, quo necessitas huiusmodi actus expostulauerit. Secundò idem patet ex Augustino primo de Ciuitate Dei, dicente: quòd non tenemur fratrem reducere ad statim post lapsum, quin possimus maiorem opportunitatem expectare: igitur nec tenemur nosmet ad statim in statu gratiæ reponere: cum teneamur fratres sicut & nos ipsos diligere. Et cur-

rit hæc ratio, vbi nullum periculum fratris, nec proprium ex huiusmodi dilatione timetur.

Ad primum igitur in oppositum adductum, dicendum quòd multis modis potest aliquid deberi, vel per viam restitutionis, vt si præcessit rei alienæ iniusta detentio, seu ablatio, vt fit in furto, & vfura: aut etiam rei alienæ iusta receptio ex domini voluntate ratione contractus, vt in commodato, deposito, mutuo. Aliquando debetur per viam satisfactionis pro damno iniuste dato. Aliquando debetur per viam vindictæ, seu emendæ, vt pro iniuria verbis illata citra damnum omne in corpore, fama, & rebus: vt si quis animo iniuriandi dicat alicui, quæ publica meretrix est, meretricem esse. Aliquando debetur aliquid ratione voti, aut promissionis, aut præcepti superioris. Et regula illa. scilicet, quòd debetur absq; termini præfixione ad statim debetur, & statim soluendum est, non procedit de omni debito: sed de eo, quòd debetur alteri per viam restitutionis, seu satisfactionis pro damno iniuste dato, siue in rebus, siue in fama, siue in persona. Cuius ratio est clara, quia alienum detinere, inuito domino, peccatum est: ideo ad peccatum vitandum, & non in eo perseverandum, necessarium est debitum solui, quam primum comòde potest. Secus si quid debeatur per viam contractus: quia tunc res aliena, aut alteri debita, non iniuste, sed ex voluntate domini retinetur. Ideò pro tunc currit necessitas eam reddendi, quando, scilicet, dominus petierit: nam si tunc non reddatur, postea dicitur non reddens esse in mora. Et ideo si in contractibus terminus fuit præfixus, lapso termino incipit debitor esse in mora: ideo ex tunc tenetur quam primum potest. Alia verò debita ex lege, vel statuto si terminus à lege non sit definitus, debet solui, quando is cui debentur, exegerit: vt in decimis, & aliis tributis ex lege soluendis: & antequàm exigantur, non videntur de necessitate soluenda, Ratio, quia cum dominus non exigat, cum possit, non videntur eo inuito retineri, sed præsumitur eum in detentione contentere: nisi alia concurreret causa, per quam aliud esset præsumendum. In debitis autem ex promissione, voto, & præcepto, si is qui vult, promisit, aut præcepit, terminum non præfixit, non video, quòd statim currat obligatio illud adimplendi, sed pro loco, & tempore, quòd. scilicet, necessitas postulauerit, vt in eleemosyna promissa, vel iussa.

Cum igitur præceptum diuinum de conterendo, aut confitendo non præfi-

A præfixerit terminum adimplendi: superest hominem non teneri ad statim conterendum, vel confitendum nisi quòd articulus necessitatis postulauerit, scilicet, quando tenetur homo se in statu gratiæ reponere, siue ratione periculi mortis, siue ratione sacramenti ministrandi, vel recipiendi. Et esto illa debeatur per viam satisfactionis, siue poenæ, aut vindictæ pro offensa contra Deum commissa, talia debita non sunt in conscientia statim soluenda, sicut nec poena debita ex actione iniuriarum, antequàm ad eam soluendam condemnetur, vt constat. 12. q. 2. Fratrnitas.

Ad secundum ex periculo sumptum, dicendum quòd si tale periculum esset probabile, vel mortis statim venturæ, vel alterius peccati, cui scilicet, periculo per naturam, aut voluntatem non potest (saltem sine magna, & notabili difficultate) occurrere, occurreret autem per contritionem, & confessionem: tunc ratione talis periculi, necessarium foret conteri, & confiteri. Attamen peccator non semper post peccatum est in probabili periculo mortis statim euenturæ. Peccatum etià in quòd is, quem non poenitet, incidit, tale est quòd non contra voluntatem ipsius eueniet: nam tunc peccatum non esset. Nec quòd ait Gregorius vnum peccatum in aliud trahere, procedit de tractione necessitante, sed de inclinante, cui inclinationi facile potest homo ipse contrauenire. Ad de quòd Greg. non loquitur nisi de peccatore, quem vt poeniteat, Deus longo tempore sperat: qui tamen Dei benignitatem contemnens, poenitere non vult. Talis enim non mirum, si de vno peccato in aliud inuitus quodammodo trahatur sic, quòd vnum ex altero in voluntate permanente necessario consequatur. Sed de hoc supra in tractatu de poenitentia.

Ad tertium de recessu à peccato, dicendum. Aliud est recedere à peccato secundum actum, aliud secundum reatum. Ad primum tenetur homo, quam primum potest, sicut & semper tenetur non incidere in peccatum secundum actum. Ad secundum tamen non pro semper tenetur peccator sub poena noui peccati. Discrimen notum est, quia in peccato incidere, & in peccato secundum actum permanere, est contra præceptum negatiuum, vt constat: quia sicut nunquam est peccandum, ita nunquam est in peccato secundum actum permanendum. Manere tamen in peccato secundum reatum tantum, non ita est contra præceptum negatiuum, sed contra affirmatiuum, quòd tenetur vnusquisq;

à peccato ad gratiam per poenitentiam refurgere: & ita non nisi suo tempore obligat, vt dictum est. Similitudo autem de furto tenet, quo ad primum membrum, vt patet.

Ad confirmationem dicendum quòd nec agit contra charitatem Dei, nec sui, qui in peccato secundum reatum ad tempus manet, pro tunc, scilicet, quando non tenetur ad actum posituum, qui ad gratiam sufficiat: talis enim actus non pro semper cadit sub præcepto. Sicut ergo ille Deus diligit, qui mandata eius obseruat: ita ille Deum odit saltem virtualiter, qui mandata eius præuaricatur, aut violat: quòd fit, quòd homo in peccatum incidit, non quando solus reatus manet, quia tunc stat, quòd nil committat, nec omittat contra legem Dei. Ille etiam dicitur odire seipsum, saltem virtualiter, qui aliquid committit, aut omittit, aut vult vnde dignus sit, qui æternaliter puniatur. Quòd enim ad tempus possit aliquis velle carere gloria Dei, aut ab eadem retardari, alibi in tractatu de peccato veniali ostensum fuit, nec peccatum esse, nec contra charitatem sui ipsius esse. Ita etiam velle ad tempus hic carere gratia Dei, non est peccatum mortale, nec contra charitatem sui. Hoc tamen stat dupliciter, scilicet, quia potest quis velle carere gratia, aut gloria Dei per commissionem, seu omissionem, per quam talem carentiam mereatur, & hoc peccatum est, & contra charitatem Dei & sui. Alio modo per sustinentiam huiusmodi carentiæ, seu priuationis gratiæ, ex quo in poenam peccati prius commissi, iuste huiusmodi priuatio inducta est: & sic non est mortale. Si tamē peccator gratia priuatus, velit æternaliter ob peccatum prius à se commissum gratia carere, mortale peccatum est: quia talis voluntas tacitè includit voluntatem nunquam poenitendi, nec confitendi, vt constat.

Ad quartum ex Deuter. dicendum quòd si postquam asinus sub onere cecidit, nullum ipsi asino, aut domino periculum fit si non illicò subleuetur, non tenetur, qui transit, se detinere, vt subleuet statim, cum per alios, aut postea poterit illi succurri. Secus si ex mora aliquod illi asino, aut domino damnum eueniret: tunc enim necessarium est statim succurrere. Ita de peccatore per omnia dicendum, quòd vbi esset ipsi periculum notabile animæ, aut corporis remedium differre, teneretur ad statim refurgere, secus aliàs.

Ad quintum patet responsio ex solutione tertij cum confirmatione. Non enim tenemur statim proximum lapsum eri-

H 4 gere

Egere, seu excitare, si nullum sit in mora periculum, sed possumus aliquod aliud tempus expectare, & hoc non est illum odire.

De tempore quo confiteri oportet.



His igitur suppositis restat inquirendum quando est necessarium confiteri. Respon. Communis Theologorum sententia est, quod in quinque casibus currit confitendi obligatio.

Primus est quando peccator est in periculo probabili mortis, siue ratione infirmitatis, in qua homines solent mori, siue ratione belli, quod homines breui suscipere parati, & determinati sunt, siue ratione tempestatis in mari subortæ, siue ob quancunq; aliam causam. Ratio clara est, quia cum iure diuino teneantur peccatores confiteri, si volunt à Deo peccatorum remissionem consequi, & finaliter saluari: qui in articulo mortis habet copiam sacerdotis non vult confiteri, dignus est, qui in peccatis sine remissione decedat. Inde in c. Cum infirmitas. de poenit. & remissio. iubetur medicis, ut in primis faciant agrotantem confiteri &c. Et propter confessionis necessitatem iure conceditur, ut quilibet sacerdos, etiam alioqui simplex, possit absolueri eos, qui in huiusmodi periculis sunt constituti. Huic primo casui potest addi alius. scilicet si quis cibum aliquem, aut medicinam ob causam aliquam sumere compellitur, unde verisimiliter timet, quod in perpetuam, seu diuturnam incidet demeritiam, tunc tenet confiteri, idque iure diuino. Alioqui omittens pro tunc confiteri, exponit se periculo decedendi sine confessione, & sine beneficio absolutiois, cui periculo tenet obuiare.

Secundus casus est, quando peccator habet ad presens copiam confessoris, & timet verisimiliter, quod postea tempore debito hanc opportunitatem non habebit: tunc si peccata habet, tenet ea confiteri, non expectato tempore iure definito. Ratio huius etiam clara est, quia qui habita huiusmodi opportunitate negligit confiteri, exponit se periculo omittendi, quod suo tempore deberet facere: maxime si timeat verisimiliter successu temporis periculum mortis incidere. Ille igitur, qui pro tempore futuro ad aliquid tenetur, si verisimiliter timet se non habiturum tempore illo opportunitatem, & ad presens habet tenetur prouenire. Huius exemplum sumitur

ex c. licet. de feriis. Vbi conceditur, ut die feriato, puta Dominico, vel festo, homines capiant haleces tunc aduenientes (quæ genus quoddam piscium est) quia. si incertum est, an similis opportunitas se offerret postea. Similiter licet diebus feriatis, oblato vento opportuno, triticum in area purgare, & vindemiam, habita opportunitate, facere &c. quando similis opportunitas postmodum non speratur. Obiicit aliquis quod tunc homo sanus timens se postea in infirmitate casurum teneretur ieiunare & horas dicere, & celebrare, & reliqua facere quæ timet se postea facere non posse. Respon. negando sequelam. Pro quo nota quod quedam sunt homini certo tempore necessaria, ratione ipsius temporis: & hæc non tenetur homo prouenire ex timore, quo timet se suo tempore illa non posse facere, talia sunt ieiunare in certis vigiliis, & diebus statutis, similiter horas tali die talis festi dicere &c. Alia sunt, quæ ad salutem hominis sunt instituta sine temporis determinatione: & talia oportet prouenire, habita opportunitate, si timeat eam postmodum defuturam: talis est casus presens. Addi etiam potest huic secundo casui alius. scilicet si peccator verisimiliter timet, quod si confessionem usque ad Quadragesimam differat, aliquod peccatum, seu peccata à memoria ipsius peccatoris excident: in tali casu tenetur prouenire, & confessionem anticipare, nec debet tempus iure determinatum expectare. Nam cum peccator teneatur sollicitè curare, ut integrè confiteatur, & integrè peccatorum suorum absolutionem à sacerdote obtineat, qui in huiusmodi casu quando potest negligit confiteri, exponit se periculo dimidiandi confessionem, & ex consequenti dimidiatam absolutionem obtinendi.

Tertius casus est, ratione conscientie positivæ, vel dubiæ, ut si quis habet conscientiam, qua putat, vel dubitat, quod teneatur hodie confiteri, tenetur hodie confiteri: alioqui ageret contra conscientiam, & ad gehennam ædificaret, ut habet glossa super illud Pauli: Omne quod non est ex fide, peccatum est &c. In quo notari solet illum in casu non absolutè teneri ad confitendum tunc, sed ad vnum de duobus, scilicet, ad deponendum conscientiam, vel ea stante, ad confitendum. Sed forte queret aliquis an sit in hoc casu ipsi homini liberum conscientiam deponere, & ita non confiteri sine peccato? Respon. Duobus modis potest quis conscientiam semel formatam deponere, scilicet, temerè, hoc est, sine causa rationabili, & cum causa

Ad Ro. 14.

1 ad Cor. 11.

A causa rationabili, & iusta. Primo modo non est licitum conscientiam deponere, & ea sic deposita, non est licitum ab opere desistere. Ratio videtur clara, quia qui stante conscientia tenebatur confiteri, vel aliud quid agere: si illud omittat, peccat contra conscientiam: & si conscientiam temerè deponat, similiter peccat: quia ipsa temeraria depositio, non releuat illum, quo minus se periculo opus debitum omittendi exponat. Si verò causam habeat rationabilem deponendi conscientiam, tunc licitè potest eam deponere, & ex consequenti se à debito confessionis pro tunc liberare. Si querat quando habeat causam rationabilem eam deponendi? Respon. Si conscientiam temerè, & sine causa concepit, sine causa alia potest eam deponere. Si cum causa aliqua eam concepit, cum alia causa fortiore potest eam deponere: alioqui si causas habet æquales ad habendum conscientiam præfatam, & ad eam deponendum: satius est dubitare, quam in partem minus tutam declinare.

De confessione præmittenda sumptioni Eucharistiæ.

B



Quartus casus est, ratione Eucharistiæ suscipiendæ. De quo casu est quæstio iter aliquos, & tenet communis opinio, quod semper quod qui eucharistiæ sumpturus est, tenetur prius confiteri. Pro qua sententia faciunt, quæ sequuntur. Primo, quod ait Hierony. super Amos. 1. quod baptismus est prima tabula, poenitentia secunda. Igitur sicut non licitum est ad alia sacramenta transire, nisi suscepto baptismo, qui prima tabula est: ita non est licitum sine poenitentia sacramentali ad alia sacramenta transire, cum secunda tabula post baptismum sit. Et primum de baptismo probatur ex capi. Veniens. de presbytero non baptizato. Vbi decretum est, cum qui cum non esset verè baptizatus, ad sacerdotium, & alios ordines promotus est, quod cum id confiteri, baptizetur, & illos ordines iterum suscipiat &c.

Secundò facit Apostolus ad Corinthios scribens: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat &c. Et addit: Nā qui indignè manducat, iudicium sibi manducat &c. Ex quo sequitur peccare illum, qui indignè manducat: indignè autem manducat,

qui in peccato manducat. Est homo in peccato, quando à peccato non est absolutus, quando quidem peccata, quæ à sacerdote non sunt remissa, non etiam sunt à Deo remissa, iuxta illud Ioānis: Quorum retinueritis &c. Igitur necessarium est hunc panem cælestem manducatur, prius peccata, quæ recolit, confiteatur.

Tertio facit capi. Omnis vtriusque; sexus &c. Vbi præcipitur vnicuique; fidei Eucharistiæ tempore Paschæ sumere, & præmittitur ibidem præceptum de confessione. Unde argumentum est, quod intentio ecclesiæ est, quod fideles confiteantur, ut postea Eucharistiæ dignè, sicut debent, suscipiant. Cum igitur eadem sit ratio præmittendi confessionem quocunq; tempore quis velit Eucharistiæ sumere, quæ est tempore Paschæ: quandoquidem eadem est Eucharistiæ sanctitas, & reuerentia quocunq; tempore anni, similiter & quocunq; tempore quo sumitur, dignè sumi debet: igitur sicut tempore Paschæ sumptionem Eucharistiæ debet confessio præcedere, sequitur quod etiam quocunq; tempore debet præcedere.

Quarto facit capitulum. Ut ieiuni. De consecratione, distinctio. 4. Vbi dicitur, quod qui sacramentum confirmationis debet suscipere, monendus est, quod prius confiteatur: igitur à fortiore, qui sacramentum Eucharistiæ sumpturus est, debet prius confiteri &c.

Quinto facit ratio, quia qui sine præuia confessione determinat Eucharistiæ suscipere, exponit se periculo indignè sumendi: quia si præmitteret confessionem, certus esset se dignè suscipere, seu ad Eucharistiæ dignè accedere: si autem non præmittat confessionem, & ad mensam Domini accedat, non ita certus est, se dignum accedere, igitur.

Sunt alij, qui contrarium opinantur: Unde sunt, qui dicunt, quod si quis non habet de præsentibus copiam confessoris, potest celebrare, & Eucharistiæ accipere, modo contritus sit, & paratus postea oblata copia, confiteri. Sunt qui dicunt, quod etiam si talis habeat de præsentibus copiam confessoris, non tamen talis, qualè ipse vult: sperans se postea alterius copiam habiturum, cui longè deuotius confiteri putat, quod in tali casu potest celebrare, & confessionem differre, ob huiusmodi meliorem opportunitatem, quam sperat habere. Sunt alij, qui dicunt, quod esto habeat de præsentibus copiam idonei confessoris, nec speret postea commodiorem habere.

H 5 re,

Ere, potest celebrare, & Eucharistiam accipere, modò cōtritus sit. Et hi omnes sunt doctores catholici, & probati: igitur non est de necessitate salutis semper quòd quis vult communicare, confessionem præmittere.

Pro his facit etiam ratio, quia si confessio esset communioni præmittenda, maximè ad hunc finem, vt scilicet homo se dignificet, vt dignè possit ad Eucharistiam accedere: sed sic est, quòd potest homo se dignificare aliter, quàm per cōfessionem, puta per contritionem ex summo conatu, & dilectione Dei procedente, quæ secūm omnes sufficientissima dispositio est ad Dei gratiam, & amicitiam impetrandum: igitur.

Deinde ad salutem non est necessariū, quòd nullo iure præceptū est nec statutum: cum igitur ius nullum appareat, quòd obliget hominem ad præmittendum confessionem antequàm Eucharistiam accipiat, nec ratio ad id conuincat, sequitur &c. Quòd autem ita sit, patet. Si enim per ius aliquod, aut rationem aliquam opposita sententia probari posset, maximè per ea, quæ allegata sunt: sed illa non probant sufficienter. Patet hoc ad ea respondendo.

F Ad primum dicendum, quòd illa ratio deficit: quia fundat se in hoc, quòd baptismus, & poenitentia ideò dicuntur prima, & secunda tabula, quia sine eis ad alia sacramenta transiri non potest: cum tamen potius dicantur tabulæ, quia sunt remedia, quibus peccator inniti debet, si vult à naufragio peccati liberari. Et quia contra peccata veteris hominis primò est baptismus institutus, contra posteriora verò poenitentia, ideò baptismus prima, & poenitentia secunda tabula dicuntur. Quòd ergo sine baptismo ad alia sacramenta transiri non potest, non est quia prima tabula est, sed quia ianua sacramentorum est, vt in dicto capi. Veniens, dicitur. Non sic poenitentia dicitur ianua reliquorum sacramentorum: quòd inde patet: quia baptizatus, si ad ordines promoueat non dum sacramentaliter confessus, non venit reordinandus, sicut si non baptizatus fuisset promotus. Si dicas, quauis reordinandus non veniat, quia ordines verè suscepit, attamen suscipiendo, sine præuia poenitentia, peccauit: & per consequens sine poenitentia ad alia sacramenta licitè peruenire nō potuit. Respon. Imò ex sententia doctorum potest baptizatus alia sacramenta, etiam non præuia confessione, suscipere, modò contritus suscipiat. Et consilij est, non necessitatis,

confessionem præmittere, vt de susceptione confirmationis, & ordinis, & matrimonij, dici communiter solet &c.

Ad secundum ex Paulo sumptum, dici potest, quòd & si prærequiratur cōscientiæ examinatio ante sumptionem Eucharistiæ, ad id prærequiritur, vt homo dignè ad hoc sacramentum accedat. Cum ergo homo sufficienter se dignificet per contritionem omnium peccatorum, quæ facta discussione occurrunt, vt supra dicebatur, consequens est, ex dictis Pauli, necessitatem præconfitendi non colligi. Si obicias, quòd tunc non esset opus peccatori discutere conscientiam, quia ad reponendum se in statu gratiæ satis est, Deum diligat: & si peccata in genere doleat: cum tamen Palus necessarium esse doceat, prius conscientiam examinare.

Respondetur. Primo illo concessio, non videtur aliquod inconueniens sequi: & tunc illa conscientiæ probatio, & examinatio, non esset, vitam totam ad memoriam reuocare, vt de singulis peccatis doleat, sed seipsum probare, & certificare, quòd in gratia Dei sit: quòd fieri potest, si homo in seipso experiatur, se Deum super omnia diligere, & bolere, se Deum offendisse, & vitæ, & morum correctionem in posterum proponere, quæ cum quis in se esse cōpererit, dicitur seipsum probasse. Aut secūdo dici posset, esto Paulus per probationem illam intellexerit peccatorum ad memoriã reductionem, id ipsum homo potest facere, & de singulis peccatis occurrentibus conteri sine confessione vocali. Et supposito quòd hæc probatio sit necessaria ad dignè Dominicum corpus manducandum: tunc sola poenitentia in genere cum dilectione Dei sufficere, vt ipse poenitens in casu velit cōscientiã, vt debet, discutere: alioquin non sufficere ad gratiã, quã omisio præfatæ discussiōis impedit, quòd suppono falsum.

Ad tertium ex capi. Omnis vtriusque sexus, dicendum, quòd quauis secundum ordinem literæ prius in præfato cap. ponatur præceptum de cōfessione, quàm de Eucharistia sumenda, nō inde fit, quòd ideò id ecclesia fecerit, quia intenderit fideles ad confessionem obligare ad hunc finem, vt dignè Eucharistiam suscipiant: quòd inde patet: quia peccator non minùs tenetur semel in anno confiteri non sumpturus Eucharistiam, quàm sumpturus. Stat enim peccatorem deobligari à sumptione Eucharistiæ tempore Paschæ, vel quia copiam non habet ministrantis,

A ministrantis, vel quia patitur frequentem vomitum, vel ob aliã causam: & tamen nō inde deobligatur à confessione, deobligaretur autē, si ad finem sumendi Eucharistiam esset præcepta confessio. Sicut deobligatur quis à correctione fraterna, quando emenda, vel non potest, vel non speratur euenire. Adde quòd præcepto de confitendo semel in anno satisfacit quis quacunque parte anni confiteatur. Non igitur ad finem dignè sumendi Eucharistiã in Paschate, iussa est ab ecclesia cōfessio.

Ad quartum ex capi. Vt ieiuni. sumptū, breuiter dicitur, non inde colligi necessitatem præmittendi confessionem, cum textus dicat, quòd tales moneantur confiteri: quòd verbum necessitatem non importat, sed congruitatem confitendi.

Ad quintum dicendum, quòd minùs conuincit: nam si loqueris de certitudine euidentiæ, vel fidei, nec confessus accedens, nec non confessus, est certus se in gratia accedere, vt cōstat. Si verò loqueris de certitudine morali, & probabilis cōiecturæ, per contritionem propter Deum habitam, est certus, quòd in gratia accedit: & ita sic accedens cum hac certitudine, sine confessione, non se exponit periculo indignè sumendi.

B Et ita rationes illæ pro communi opinione factæ, non omninò conuincunt cōtra eos, qui opinantur contrariū, vt sunt Gerson, Richardus, Panormitanus, Caietanus, Adrianus, & alij.

Attamen quauis stando in solo iure diuino, aut humano, aut etiam in ratione, non conuincamur opinionem communem tenere, consuetudo tamen vbiq; inter viros bonos seruata, habet vim iuris. In tota enim ecclesia Latina, sacerdotes ante requiã celebrent, si copiam habent sacerdotis, confitentur: & oppositum agentes, se delinquere putant. Similiter & laici antequàm cōmunicent, solliciti sunt confiteri prius: nec aliter ad mensam Domini accedere audent. Quòd autem huiusmodi consuetudo vim habeat iuris obligantis, constat, quia consuetudo rationabilis, & tam approbata, solet iuri de opposito præualere, quòd certum est: igitur vim habet, imò maiorem, quàm ipsum humanum ius. Hugo etiam vir magnæ auctoritatis, ait in libro ecclesiasticæ potestatis, Audacter dico, si ante sacerdotis absolutionem ad communionem corporis, & sanguinis Christi quis accesserit, pro certo sibi iudiciū manducat & bibit, etiam si eum multum poeniteat, & doleat vehementer, & ingemiscat. Et

id verum est, si habeat copiam confessoris. Si autem copiam non habeat, & celebrationem, & communionem sine scandalo differre potest, tenetur differre: secus si scandalum ex dilatione timetur, vt ait Scotus & alij. Et ita tenendum videtur, quòd semper quòd quis celebrare vult, aut cōmunicare, tenetur prius cōfiteri, habita copia confessoris: & si copia nō habeatur, debet expectari, vel quæri, si commode potest: nisi necessitas cogat: quia tunc sufficit contritio, cum proposito confitendi. Est autem multiplex necessitas, scilicet vitandi infamiam, vel scandalum. Est etiam necessitas satisfaciendi officio sibi iniuncto, si curatus est. Est etiam necessitas ex præcepto superioris, quando aliqua vrgens causa celebrandi concurrat. Has & alias huiusmodi epieikeias admittit præfata consuetudo de confitendo ante communionem &c. quapropter in huiusmodi necessitatibus potest quis ad celebrationem non præmissa confessione procedere &c.

De confessione semel in anno agenda.



Quinto casus est, D quando confessio venit agenda, ratione statuti ecclesiæ capitul. Omnis vtriusque sexus, de poenitentia, & remissionibus &c.

Circa quòd esset dubiū, an illud statutum obliget ad confessionem, an eam solùm exhortetur: Dixit Florentinus quòd obligat: probat ex pœna in fine capit. apposta, quæ non nisi contra mortaliter peccantes solet imponi. Econtrà dixerunt alij, vt Durandus, quòd illud statutum non est præceptuum confessionis: quia in illo nec ponitur verbum præceptuum: cum nec dicat mandamus, iubemus, præcipimus, aut aliud huiusmodi, quòd vim videatur habere præcepti. Nec etiam ex pœna illic apposta potest deduci, confessionem esse ibidem præceptam.

Pœna enim illic posita est, vt viuus arceatur ab ecclesia, & moriens careat ecclesiastica sepultura. Quæ pœna nō videtur contra non cōfidentes imponi, sed contra eos, qui Eucharistiã in Paschate non suscipiunt. Ratio, quia talis pœna videretur superflua, & inaniter posita cōtra eos, quia omnia sua peccata (iuxta statutum) suo sacerdoti non confitentur, eò, quòd non potest ecclesiæ constare, ac peccator

Ecator omnia sua peccata confessus sit, ne cne, quod soli ipsi peccatori constare potest.

Tum, quia forū illud secretū est, nec confessor potest aliquid in hoc articulo contra confitentem testificari: & si testificetur, nō in de poterit ecclesia confitentē punire. Vnius enim testimonium non valet ad puniendum reum. Tum etiam, quia sunt peccata cordis, & alia occultissima, de quibus sciri per ecclesiam non potest, an peccator illa omnia sit confessus, vel non: & per consequens illa pœna minimē potest iuste in quenquam infligi, ob id, quod non omnia peccata suo fuerit confessus sacerdoti.

Si dicas, quod quanuis peccatori confessionem omittenti, pœna illa infligi non possit ob defectum cognitionis: attamen peccator eam incidet in conscientia, si non, vt debet, cōfiteatur: sicut ex cōmunicationem pōt quis in conscientia incidere, ob peccatū de quo ecclesia nō habet, nec habere potest cognitionē.

Contra stat ratio, quia hæc pœna, scilicet vt viuens arceatur ab ecclesia, & moriens careat ecclesiastica sepultura, non est de his, quas delinquentes in conscientia eo ipso incurrunt: quales sunt, quæ absolute in eorum sunt potestate, de factō eas subire, vel non: vt patet de suspensione, ex cōmunicatione, irregularitate &c. Hæc autem pœna talis est, quam alij debent infligere contra delinquentem inuitum, hoc est, illum viuum ab ecclesia arcere, & mortuum ad ecclesiasticam sepulturam non admittere. Itaque concludunt illam pœnam non contra non confitentes semel in anno esse impositam: sed contra eos, qui Eucharistiam tempore Paschæ non suscipiunt. De hoc enim bene potest ecclesiæ constare. Et quod ibidem de confessione præmissum est, dicit exhortatoriē esse positum, vt qui cōmunicaturi sunt in paschate, per cōfessionē præuiā disponantur. Tēperatiū loquitur Thomas, qui in. 4. dist. 27. q. 1. tenet, confessionem non per se iuberi ab ecclesia, nisi per accidens, ratione scilicet Eucharistiæ quam omnes fideles in Paschate tenentur accipere, ante quam necesse est confiteri &c.

Contra tamen est communis Theologorum, & Iuristarum cōsensus sententia, quod illud statutum est obligatorium ad confessionem, & Eucharistiam sumendum. Contra etiam est totius ecclesiæ consuetudo, quæ ex vi illius statuti id habet in consuetudine, vt omnis peccator semel in anno confiteatur, quæ quidem est optima legum interpret. Vnde & prælati in suis dice-

cessibus scientes qui non fuerit illo anno confessus, eum non solum pœna pecuniaria puniunt, sed etiam excommunicatione feriunt. Contra etiam est ratio: quia si non esset illic statuta confessio semel in anno, nisi ad hunc finem, vt scilicet qui communicaturus est se melius disponat: tunc sequitur quod prius, scilicet quod si quis impeditus sit, ne commodē valeat in Paschate cōmunicare, quod non teneretur confiteri: quod est falsum.

Quod etiam in suæ assertionis fundamentum citant, nullum illic poni verbum præceptium, nō suffragatur eisdem: quia & si formaliter nullum ex dictis ponatur, ponitur tamen illud verbum, confiteatur, quod imperandi verbum est. Consuetudo etiam, quæ optima legum interpret est, simul cum doctō et oribus, præceptiue statutum esse tradunt. Sed quod de pœna illic apposita dicunt, apparentiam habet: quanquam dicere, quod non potest ecclesiæ cōstare de omissione confessionis, non omninō verum est: quia posset constare, quod peccator aliquis publicus non se sacerdoti suo presentauit. Posset etiam constare, quod non sit plenē confessus per propriam ipsius confessionem. Posset etiam constare per testimonium sacerdotis, qui absolute non foret ei denegauit, videns eū non integrē confiteri. Adde, quod pœna illa videtur super totum statutum cadere, & non solum super partem: quia statutum de confessione, & Eucharistia, nō ponitur copulatiue, sed categoricē. Nō enim dicit, suscipiat q; &c. sed suscipiēs reuerenter Eucharistiam &c.

Aliam possent pro se rationem facere, quia ecclesiæ præceptum ad interiora cordis non se extendit, ad quæ tamen se extendit illud statutum ecclesiæ: igitur exhortatorium est, nō præceptorium. Verūm ad hoc duplex patet responsio. Altero, quod nō est certū, quod illi pro certo supponunt, quod ecclesia ad interiora non habeat potestatem, maximē cum hic nō interiora iubeatur, sed exterior confessio. Secunda est, quod hic ecclesia non iubet confessionem simpliciter: sed determinat tempus, in quo iubet id cōpleri, quod Deus suis fidelib; sine tēporis determinatiōe præcepit.

Præsupposito ergo quod præfatum statutum obligatoriu sit, esset dubium, an peccator illi satisfaciat, si quacunq; parte anni confiteatur, etiam si in quadragesima non cōfiteatur. Respond. Si stemus in solo iure apparet, quod quacunq; parte anni confiteatur quis, satisfacit præcepto ecclesiæ: quandoquidem in ipso statuto nulla certa pars anni

Anni pro confessione designatur, sicut pro Eucharistia: maximē cum de confessione ibidem præcipiatur, quod quilibet, saltem semel in anno &c. In quo dicens, saltem semel, videtur non tradi præceptum de confitendo determinatē in quadragesima, sed per totum annum. Ita teuet Baptista, confessio. 2. §. 4. Si autem stemus consuetudini, & communi hominum intelligentiæ, vel opinioni: similiter & statutis provincialibus pœnas contra non confitentes statutibus, apparet præceptum hoc obligare ad confessionem in quadragesima. Qui enim tunc non confitentur, se præuaricatores esse putant: & vt tales, pœna pecuniaria puniri solent. Et curatis imponitur necessitas tradendi prælati in matriculis eos, qui in quadragesima vniuscuiusq; anni fuerint, aut non fuerint confessi. Itaq; consuetudo interpretatur statutum, quantum ad tempus. Ideo tenet Thomas in. 4. distinct. 17. q. 3. ad primum. artic. 4. dicens, idem tempus simul est ab ecclesia institutum pro confessione, & Eucharistia, excepto, quod confessio debet præcedere. De quo supra.

Sed an qui in quadragesima omisit confiteri, teneatur ea transacta, quæ primum poterit, confiteri: an possit sine nouo peccato confessionem vsq; ad aliam quadragesimam differre. Florentinus dixit, quod transactō tempore anni, non tenetur de necessitate ante aliam quadragesimam confiteri, secus de congruitate. Idem dicit de eo, qui omisit sumere Eucharistiam in Paschate. Cum eodem tenet Baptista, verbo, communicare &c. Mouentur ad id à simili de aliis præceptis ecclesiæ, vt de ieiunio, & de horis dicendis. Si quis omittat ieiunare vigiliam alicuius sancti, vel quadragesimam, non tenetur postea defectum per simile ieiunium supplere. Et si omittat horas canonicas vnius sancti, elapso die, non tenetur eas postea dicere. Igitur, qui in tempore debito omisit confiteri, aut Eucharistia suscipere, non tenetur postea defectum supplere, antequam simile tempus anni sequentis adueniat. Potest id confirmari, si quis in periculo mortis existens, siue ratione belli, siue infirmitatis, siue tempestatis &c. non confiteatur, vt debet, & post ab illo periculo liberetur, nō tenetur illico quod liberatus est, confiteri loco aut vice confessionis omissa: igitur nec in præfati casu.

Præterea si clericus curatus, aut capellanus est specialiter obligatus ad celebrandum in certo loco, vel capella certis diebus, & illis diebus non potest in destinato loco cele-

brare: quia fortē ecclesia est violata, aut aliter impedita, talis non tenetur in alio loco non sic sacro celebrare, loco missæ, quæ in destinato loco non celebratur, excepto nisi voluntas institutoris alia fuerit &c. Igitur etiam in præfati casu.

Mihi tamen non omninō certa videtur huiusmodi responsio, in eo, quod idem volunt esse iudicium de ieiunio, & horis dicendis, & de confessione, & Eucharistia &c. Nam nō tam verba præcepti videntur attendenda, quam præcipientis intentio. Et quia, vt communiter tenetur, intentio ecclesiæ ieiunium certis diebus præcipientis, est præcipuē ad honorem sancti alicuius habere respectum, quem taliter, & tali die voluit colere, habito præcipuē respectu ad tempus tale determinatum: ideō elapso illa tempore, non est necessarium alio die sanctum illū illo modo colere, quo statutum erat suo die esse colendum. Idem dico de horis dicendis talibus, & tali die: quia præcipuē habetur respectus ad diem certum: si tunc horæ non dicantur, non est necessarium postea eadem redicere, quandoquidem intentio ecclesiæ ad huiusmodi obligantis, præcipuē tendebat in tempus & diem: quo elapso, non est intentio eius ad eadem obligare. Secus in aliis præceptis, & statutis, in quibus non tam habetur respectus ad tempus determinatum, quam ad salutem, & bene esse fidelium, vt in præcepto de confitendo semel in anno, in quo non intendit ecclesia tempus alicui sancto, vel sacro mysterio specialiter dedicatum celebrare. Quod patet in eo, quod nullum certum tempus ad confitendum præfixit: sed semel in anno, dixit confessionem agendam esse, volens occurrere negligentia humanæ, de confitendo. Nam si hominibus relinqueretur liberum confiteri quando velint, vix confiterentur homines, nisi in articulo mortis. Daretur etiam eis occasio, multa peccata obliuioni tradendi. Id ergo intendit ecclesia cum præcipit, quod semel in anno fiat confessio, scilicet quod non ultra annum protēdatur, seu differatur, vt dicit Thomas in. 4. ideō dixit, saltem semel. Ac proinde elapso anno, necesse est, hominē confiteri quam primum potest, vt se ecclesiæ intētionem conformet. In præcepto verō de Eucharistia sumenda, aliud videtur: quia ecclesia in illo videtur principaliter habere respectum ad tempus Paschæ, cum ipsum specialiter commemoret, & intendit Dominicam cœnam, quam Christus cum discipulis habuit

E habuit celebrare, aut illam, quã cum eisdem in regno suo facturus erat, hoc est, postquam esset resuscitatus, & deuicto hoste, gloriose triumphans. de qua dixerat, Amodò non bibam de hoc genimine vitis, quousq; bibam illud vobiscum in regno meo &c. Et ideò elapso tempore Pascha, non ita videtur manere obligatio ad communicandum: saltem ex vi statuti præfati, nisi aliud exigat statutum aliquod particulare, aut consuetudo. Idem etiam videtur de capellano, qui ex institutio nefundatoris tenebatur pro defunctis certis Missas in sua capella dicere, cum principalius intenderit missarum fructum sibi, & suis defunctis applicari, quàm loci veneratio nem: ideò capella impedita, tenebitur alibi missas illas dicere, sicut elapsis diebus in quibus capellan? celebrare tenebatur, & omisit, tenetur postea totidem dicere, nè dotator defraudetur. Idem videtur de curato, qui si in sua ecclesia, quia destructa, vel impedita est, missam celebrare non potest, diebus quibus populus missam audire tenetur, debet eam in alio loco commodo celebrare, nè populus, à quo debitum accipit stipendium, suo fructu spiritali defraudetur. Itaq; in similibus statutis, aut obligationibus, in quibus principaliter habetur respectus ad honorandum locu, vel tempus, seu sanctum, aut mysterium aliquod tali loco, aut tempore celebrandũ: tunc extra locum, & tempus signatum non currit obligatio. Secus si principalis intentio præcipietis fuit officium ipsum, vel opus iniunctu facere: quia tunc si loco & tẽpore debitis non fuit factum, non cessat obligatio illud postmodum, aut alibi supplendi.

Aliud verò quòd arguebatur de eo, qui cū in periculo mortis esset constitutus confiteri neglexit, si à periculo liberetur, fateor quòd non tenetur illico loco confefsionis omiffæ confiteri. Ratio clara est, quia cessante periculo, cessat ratio, ob quam tenebatur confiteri, iuxta vulgare dictum, cessante causa, cessat effectus. cap. Cùm infirmitas. de poenitentis & remissi. Non sic quando elapsus est annus, in quo homo non fuit confessus, imò quanto magis currit ratio statuti præfati: cum magis in damnum cedat peccatoris, & magis tradet obliuioni peccata commiffa. Quorum vtriq; ecclesia voluit in præfata decretali occurrere.

De modo secretè confitendi.



Olet insuper circum quodam modò confitendi queri, An sit licitum plures vni confiteri, & vnũ pluribus, & an sit licitũ confiteri per interpretem, & coram testibus aliis, & publicè. Secundò, supposito quòd hæc licita sint, an sit necessarium sic confiteri, quando aliter confefsio fieri non potest. Tertiò, an in huiusmodi casibus confefsio facta sit sacramentalis, ita vt absolutio verum sit sacramentum, etiam si in scriptis fiat.

Respon. Ad primũ visum est quibusdã dicere, quòd non est licitũ illo modo confiteri, eò quòd per ecclesiã præceptũ est, vt peccator solus, soli sacerdoti confiteatur: cap. Omnis vtriusq; sexus. Sed in casibus illis, in quibus plures interueniunt, nõ id seruatur, quòd ecclesia iussit, & per consequens confefsio facta, vt dictum est, nec licita est, nec necessaria, nec verè sacramentalis, cum peccaminosa sit. Sic tenet angelus verbo, confefsio. i. §. 29.

Alii autem dixerunt, licitum quidem esse huiusmodi confefsionem, non tamen necessariam, nec sacramentalem, vt tenet Scotus in. 4. distinct. 17. Quòd enim licita fit, ideò est, quia quòd dictum est, peccator rem solum soli sacerdoti debere confiteri, in fauorem ipsius peccatoris ita institutum est, non iussum: potest autem peccator huic iuri cedere, si velit: maxime si causa rationabilis subsit. Quòd autem necessaria nõ sit satis patet, si peccator nolit præfato iuri cedere. Quòd verò sacramentalis non sit, ideò est, vt dicunt: quia confefsio sacramentalis à natura debet esse secreta, qualis non est ea, de qua queritur: sed patula, & per testes, aut scriptũ in foro humano probabilis, vt constat.

Aliis verò aliter visum est, quòd licita, & necessaria, & sacramentalis sit præfata confefsio. De licentia patet, ob rationem factam. Quòd autem necessaria sit, si aliter fieri secretè non potest, probant multipliciter. Primò, quia absolutio sacramentalis à sacerdote impensa, est peccatori ad eius salutem necessaria, quia sine ea, Deus peccata non remittit, iuxta dictum saepe citatum Ioannis. 20. igitur necessarium est, per media alioqui licita illam procurare: cum ergo in casu præfati confefsio non omninò secretè licita sit, igitur necessarium erit sic confiteri ad finem assequendi præfata absolutio nem.

Confir-

A Confirmatur à simili de baptismo, quem, cum sit ad salutem necessarius, tenetur homo procurare suscipere per media alioqui licita, aliàs videtur propriam salutem negligere.

Confirmatur iterũ, quia si potest per media licita præfatam absolutionem obtinere, & nõ vult, maxime nè per illa media infametur, per quæ eius peccata possunt in multorum notitiam deuenire (non enim est aliud damnum, quòd inde timeri possit) sed qui ob seruandam famam in casu non vult confiteri, & ex consequenti nec absolui, videtur famam propriæ salutis animæ præferre, quòd est ordini charitatis contradicere.

Confirmatur vltimò, quia si in casu negligeret confiteri, cum non aliter possit, exponeret se periculo damnationis, eò quòd non confessus nõ potest ita certus esse, quòd sit in statu gratiæ, sicut confessus, & absolutus: igitur ad vitandum huiusmodi periculum, videtur necessitatus confiteri, eo modo, quo potest. Hæc tamen rationes, præsupponunt in casu præfata confefsionem sacramentalem esse, & apparet ita esse: quia absolutio publicè, aut secretè impensa, sacramentalis est. Sacramentum enim non variatur per hoc, quòd publicè, vel occultè ministratur.

Aliter tamen videtur dicendum. Et fit primũ dictum, quòd licitum est peccatori pluribus simul sacerdotibus confiteri cū spe veniæ. Probatur ex sententia Augusti. cap. Quem poenitet. de poenitentia, distinct. 1. dicentis: Quanto quis pluribus cõfessus fuerit in spe veniæ, facilius remissionem assequetur. idem etiam patet ex consuetudine laudabili, in quibusdam religionibus obseruata, & practicata, qua scilicet simul quis confitetur Priori prædicatorũ, & carmelitarũ, & Guardiano minorũ, vt refert Palude in suo. 4. Idẽ Richardus, & post eum Baptista, cõfefsio. i. §. 10. non solum in necessitate, sed extrã. Deinde si aliquid obstaret, quo minus id fieri posset, maxime fama poenitentis, quæ per hoc exponitur periculo pereudi. Verũm hoc nõ obstat, tum quia omnes illi tenentur sigillatim habere cõfefsionem illam, ac si vniciq; eorum seorsum facta esset. Tum etiam, quia stat peccata illius peccatoris esse alioqui publica, quæ quidẽ ipse potest in foro contentiofo publicè confiteri: igitur à fortiori id potest occultè pluribus sacerdotibus. Deinde modus ille secretus in fauorem peccatorum fuit

institutus, cui ipse peccator cedere potest, si non aliud maius damnum inde timeatur. Idẽ tenet Adria. in. 4. Et Ioann. Andre. & post eũ Baptista, confefsio. i. §. 11.

Secundum dictum. Talis cõfefsio est sacramentalis, & erit valida absolutio secluso obice &c. Ratio, quia Augustinus vbi supra de sacramentali cõfefsione loquitur, & absolutio impensa ab illis pluribus religiosis supra narrato casu, etiam fuit semper sacramentalis reputata. Tum etiã, si plures sacerdotes possunt simul eadem hostiam consecrare, vt certum est, quare igitur non poterunt simul eundem peccatorem absolvere? Deinde cõfefsio per interpretẽ facta, aut alioqui tertio assistente, sciẽte, vel nesciente ipso cõfiteute, ex sententia omnium sacramentalis est, etiã si secretissime nõ fiat: igitur, quòd confefsio fiat pluribus, aut corã multis, non impedit veritatẽ absolutionis subsequẽtis. Nec obstat, quòd forũ poenitentia debet esse secretissimũ: nam hoc non variat essentiam sacramenti, quòd in absolutione consistit. Nec etiam in vim præcepti dictum est, quòd solus soli quis confiteatur, sed per viam cuiusdam modificationis præcepti sine qua, noluit ecclesia peccatorem ad confitendum obligare, vt tenetur communiter.

Tertium dictum. Si peccator habeat copiam confessoris idonei, quãdo confiteri tenetur, & potest voce peccata sua præfentialiter cõfiteri, non est illi licitũ per internuntium, aut per scripturam absenti confiteri. Id patet, tum ex eo quòd Christus figuraliter id præcepit, quãdo leprosis iussit, vt sacerdotibus seiplos personaliter præsentaret. Tum etiam ex cap. Quẽ poenitet, supra citato: vbi dicit non per scripturam, nec per internuntium cõfitemdum esse: ac proinde in hoc casu non erit valida confefsio, nec absolutio sic impensa, saltem propter obicem peccati, quem ponit is, qui illo modo absque causa aliqua excusante confitetur.

Quartum dictum. Si peccator non potest cõfessorem adire, nec eum ad se accerere, probabile est posse per internuntiuũ, & per literas absenti confiteri, & ab eodẽ per literas sacramentaliter absolui, vt tenet Adrianus, & Palude. Et de cõfefsione quidem non dubitatur. Pro quo facit cap. Qualis. 30. q. 5. vbi dicitur, quòd poenitentia in scriptis est admittenda. De absolutione tamen probatur quòd possit in absentia impedi: quia si aliquid obstaret, esset, quia hmoi sacramentum cõfistit in voce, non in scripto: aut

Luce. 17.

Confessio et ab-

olutio, iam damnata est in absentia a Clemente

VIII.



E aut quia absolutio huiusmodi requirit presentiam absoluti, iuxta tenorem formę, in qua dicitur, absoluo te, per quę presentia corporalis absoluti notatur: aut preceptum Christi de se presentando sacerdoti. Sed nil horum ob stare videtur. Quod enim sit de necessitate absolutionis sacramentalis quę voce fiat non scripto, non ita certum est, ut putat Caietanus: Nec illam formam vocalem esse debere, declaratum est. Absolutio enim sententia quę dā est, in foro illo data: de essentia autē sententię non est, quod vocalis sit, cū videamus eam sæpe in scriptis dari, siue sit sententia excommunicationis vel absolutionis ab eadem, siue alia. Nec refert forum esse diuersum, quia quod feratur sententia secretē, vel publicē, nō variat essentiam sententię. Adde, quod & si confessor absens sit, potest absentem voce absolvere, & absolutionē scriptis mandare. Nec videtur ad essentiam absolutionis requiri presentiam absoluti, nec illa forma: Absoluo te à peccatis &c. videtur præcisa forma huius sacramenti: nec in concilio Florentino declaratur tanquam præcisa forma: nam ut ait Scot. potest sub aliis verbis absolutio tradi, scilicet, sit Petrus absolutus, vel absoluo Petrum à peccatis suis &c. Sicut de baptismo dicitur, quod forma illa, qua Gręci vtuntur, valida est, scilicet, Baptizetur seruus Christi. Nec etiam ex dicto Christi, vnde colligitur huius sacramenti institutio, colligitur quod absolutio fieri debeat voce, nō in scripto, aut quod impendatur presentī non absentī: vbi dictum est, quorum remisistis peccata, remittentur &c. Sic etiam Papa absentes plenē absoluit, quando plenas indulgentias illis concedit, & absolutio huiusmodi in scriptis data, valet. Quod autem Christus præceperit leprosis, quod se personaliter sacerdotibus presentarent, non obstat: quia ex illo colligitur preceptum esse peccatoribus se presentare sacerdoti, sed quando possunt. Non enim preceptum ad impossibile obligat, igitur quando non possunt, nil videtur ob stare, quo minus per scriptum se sacerdoti presentent.

Quintum dictum. Et si licitum sit his modis confiteri, in quibus non solus soli qui voce confitetur, nō tamen est necessarium: quia, ut supra tactum est, nec est intentio Dei, nec ecclesię, ut peccator teneatur confiteri eo modo, quo possit infamari, qualiter potest, si per interpretem, vel nuntium, vel scriptum, vel pluribus simul confiteatur. Ideo ecclesię preceptum modificans ait, quod solus soli confiteatur. Quod etiā su-

prā ex intentione Chrysostomi probatum **G** fuit, qui peccatori necessitatem confitendi significās ait: Non dico tibi ut te prodas in publicum. Et iterum: Non dico tibi, ut peccata conferuo confitearis, ut tibi exprobet, sed soli Domino volo te cōfiteri. Et est communis sententia doctorum.

Iam respondetur ad rationes, per quas probabatur id esse necessarium, quādo aliter peccator absolui à sacerdote non potest. Ad primum dicendum, quod si esset simpliciter necessaria absolutio sacerdotis ad salutem peccatoris, probaret ratio, quod ex cōsequenti esset necessarium per media hæc licita eam procurare. Attamen nō ita est absolute necessaria, sed tunc tantum, quādo quis solus potest soli sacerdoti confiteri, nec aliter intendit Deus peccatorem obligare, ut dictum est.

Ad confirmationem primam de baptismo, dicendum non esse simile: quia baptismus datus est tanquam absolute necessarius, & non cum modo simili, cum quo iusta est confessio, & non aliās.

Ad secundam cōfirmationem dicendum, quod ratio quare non est necessarium sic cōfiteri, est quæ dicta est, scilicet, quod nec Deus, nec ecclesię obligat quenquam ad cōfessionem, nisi solius soli, quanquā ratio quare non aliter quenquā obligauerit, est nē peccatores metu infamię definant confiteri.

Ad tertiam confirmationem respondendum, quod si non posset aliquis debitam certitudinem sui status habere nisi per confessionem, & absolutionem, & per eā posset habere, fateor quod esset necessarium sic confiteri, ob periculum vitandum. Attamen cum huiusmodi certitudo non sit euidentię, sed probabilis coniecturę, hæc autem haberi potest per solam contritionem, sine huiusmodi non secreta confessione: igitur defectus certitudinis non inducit necessitatem confitendi, non seruato modo secreto.

Verum cōtra id quod dictum est, modum scilicet secretē confitendi non cadere sub precepto, obiiciet quis decretalem Sixti quarti, in qua condēnauit errores magistri Oxoniensis, & sociorum eius, inter quos hic erat vnus, scilicet, non exigi de necessitate confessionem secretam. Nec valet si dicatur id de confessione peccatorum mentalium intelligi, quæ peccata dicebant illi non esse de necessitate confitenda. Non, inquam, valet: quia in eadem decretali etiam est damnatus ille articulus, scilicet, pro peccatis cordis non esse necessariam vocalem confessionem:

A fessionem: post quem articulum condemnatum apponitur hic præfens, scilicet, non de necessitate exigi confessionem secretam: igitur non solū cōfessio, sed modus confitendi secretē, cadit sub precepto diuino, quia sic videtur Decretalis procedere. Respon. Ita est diuersos esse articulos præfatos ibidem damnatos: sed potest multipliciter responderi. Primò enim intentio potius quàm verba Decretalis attendenda est. Id enim intendit Papa illic damnare, quod illi Magistri Salmantienē affirmabant. Illi autem asserebant, non necessariò exigi cōfessionem secretam, id est, de peccatis secretis. Nam illi ibidem condemnati, tenebant cōfessionem hanc vocalem non esse de iure diuino, sed humano ecclesiastico: & quia ecclesię in secretis intromittere se non potest ea præcipiendo, cū huiusmodi occulta ad diuinum iudicium sint referuata: ideò dicebant non esse de precepto confessionem secretam, id est, quæ de secretis fit. Sunt autem secreta hominis peccata duplicia, scilicet cordis, & operis. Et in altero articulo asserebant peccata cordis nō esse de necessitate confitenda: cū per solam interiorum poenitentiam remittantur. In hoc autem articulo asserebant non esse necessarium secreta confiteri, etiam si exteriora sint. Vnde patet saluari diuersitatem articulorum. Hanc ego intelligentiam collegi ex Concilio ipso Compluten. in quo primitus illi errores fuerunt damnati, & eorum damnatio postea fuit per Papam Sixtum confirmata.

Obiicies secundò sententiam cōmunem Doctorum, qui inter cōditiones sexdecim, quas debet habere confessio, quasdam earum dicunt de necessitate exigi, & inter eas cōnumerant hanc, scilicet, quod sit secreta, non publica. Respon. Ideò dicunt debere esse secretam: quia debet fieri de peccatis omninò secretis, quæ nō cōuenit in publicum deducere, nē confessio tam salutaris, in infamiam cedat confitentis: vnde odio sa hominibus redderetur. Et ita significat doctor sanctus in. 4. quando ait debere esse secretam: quia scilicet de peccatis secretis fit, quæ si publicè dicerentur, ridiculosa esset, & infamatoria ipsius peccatoris, & ita peccaminosa. Attamen in casu, quo quis nō publicè, sed occultè duobus sacerdotibus, aut tribus simul confiteat, satisfacit, cū satis secretē fiat illa confessio, quæ non potest in infamiam cedere cōfitentis: cū omnes illi teneantur eam sigillatam habere. Et ita in hoc sensu etiā potest Decretalis præfata intelligi, scilicet quod

exigitur necessariò cōfessio secretā, ut opponitur contra publicā, quando de secretis fit.

Obiicies teriò, quia de iure diuino est necessaria confessio, & non est necessaria publica, igitur restat quod sit necessaria secreta: & ita modus confitendi cadit sub precepto Dei, sicut ipsa confessio. Respon. ut ex dictis patet, de necessitate exigitur cōfessio secreta, ad hunc sensum, scilicet, quod habita opportunitate modi secreti necessariò exigit confessio, qualiter non exigitur, quando non potest cum modo illo fieri. Et erit hic tertius sensus præfate Decretalis. Vnde quod Deus præcepit, hoc est, quod confiteamur omnia peccata vni sacerdoti, & hoc est, secretè confiteri, id est, vni: quia non obligat nos ut pluribus: sed, ut vni confiteamur. Ac proinde si quis vni coram aliis confiteatur, satisfacit precepto abundanter, quia soluit plus quàm debet. Sicut qui tenetur dare eleemosynam pauperi, non tenetur nisi eam, quæ sufficiens est, id est, panem: si tamen dat panem, & carnem, soluit abundanter. cui iniungitur, quod det eleemosynam vni pauperi, & dat multis, soluit abundanter. Et cui iniungitur, ut ieiunet vna feria sexta, & ieiunat quatuor, satisfacit abundanter. Ex dictis elicitur, quod stat quod confessio cum modo cadat sub precepto, quando, scilicet, est peccator in articulo necessitatis, & habet solum sacerdotem. Stat quod confessio cadat sub precepto, & non modus, ut si potest confiteri solus soli sacerdoti, cū tamen alij adsint, tenetur confiteri, sed non tenetur seruare modum, si nolit, modò infamiam, & scandalum euitet. Datur etiam casus, in quo nec confessio, nec modus cadat sub precepto, ut si sit tempore, aut loco, quando non potest confiteri, nisi alij audiant.

De confessione sine poenitentia cordis facta.



Liud dubiū, An satisfaciat quis precepto ecclesię de confitendo, si omnia sua peccata suo sacerdoti cōfiteatur sine poenitentia cordis. Dixit Adrian⁹ tria. Primū est, si cōfiteat oīa peccata suo sacerdoti sine poenitentia cordis cū animo suscipiēdi absolutionē sacramentalē, quę talis non satisfacit precepto ecclesię de confitendo. Ratio eius est: quia nemo potest satisfacere precepto alicui per actum

I pecca-

E peccaminosum, eò quòd sub præcepto actus peccaminosus cadere non potest. Nunquam enim Deus, aut ecclesia præcipit actum illicitum, seu peccaminosum. Cum igitur in casu præfata confessio sine cordis poenitentia, sed cum animo assequendi absolutionem sacramentalem facta sit vitiosa & peccatum, cum sacramentalis absolutio sine cordis poenitentia licite recipi non possit, sequitur intentum.

Secundò dixit, quòd si peccator suo sacerdoti integrè omnia sua peccata sine poenitentia cordis confiteatur, non cum animo assequendi sacramentalem absolutionem à sacerdote: tunc satisfacit præcepto ecclesie de confitendo. Ratio, quia ecclesia in præfato cap. Omnis utriusque sexus, non obligat peccatorem ad interiorem contritionem, sed ad confessionem solùm vocalem integram: igitur cum in casu huius dicti peccator integrè faciat confessionem, quæ peccaminosa nõ est sicut prius, sequitur quòd satisfacit præcepto ecclesie de confitendo. Confessio enim non ex hoc vitatur, quòd sine poenitentia cordis fit, sed vel quia dimidiatur scienter, quod est contra præceptum: vel quia fit animo absolutionis sacramentalis recipiendæ, quæ sine cordis poenitentia recipi non potest: vel ob aliam circumstantiam deprauatam, quæ omnia pono in casu cessare. Dicit tertio, quòd si peccator velit omnia peccata confiteri, & ita faciat, id quæ velit vno actu voluntatis, & velit simul per alium actum voluntatis absolui sacramentaliter, non habendo poenitentiam cordis: tunc quidè quavis peccet per secundam voluntatem qua vult absolui, nõ habens poenitentiam cordis: non tamen peccat per primam voluntatem, qua vult omnia peccata confiteri sine poenitentia cordis: & tunc etiam satisfacit præcepto ecclesie de confitendo. Ratio, quia peccator satisfacit præcepto, quoniam per actum licitum, & non peccaminosum facit quod sibi præceptum est: licet autè est in proposito: igitur.

F In oppositum videtur contra primum dictum, in eo quod supponit neminem satisfacere præcepto per actum peccaminosum. Quod videtur falsum, vt patet de eo, qui ponens obicem peccati mortalis, vult sacramentum baptismi recipere, & realiter cum eodem obice illud recipit, talis satisfacit præcepto de recipiendo baptismum: cum maneat in posterum deobligatus à recipiendo baptismum. Et dicere contrarium, est erroneum. Similiter patet de eo, qui restituit debitum creditori, apposita mala circumstantia deprauante ipsum actum restitutionis, ta-

lis satisfacit præcepto de restituendo quod **G** debebat: cum maneat liber ab eodè debito, & tamen actus restitutionis per eum factus est peccaminosus. Similiter patet de eo, qui dat elemosinam pauperi egestate laboranti, & eam dat in publico, quærens inde humanam gloriam: talis satisfacit præcepto de succurrendo pauperi, & tamen actus ille peccaminosus est, ob deprauantem circumstantiam. Ad hunc modum de aliis. Itaque hæc positio in hoc videtur deficere, quòd putat sub præcepto cadere non solùm opus quod præcipitur, sed qualitatè operis. s. vt bene fiat, aut saltem nõ malè: cuius oppositum videtur esse tenendum, vt in plurimò. Quavis in nonnullis præceptis obseruandis, necessarium est, non solùm opus facere, sed bene illud facere, si homo vult peccatum vitare. Quod maximè veritatem habet in præceptis de suscipiendo aliquod sacramentum, cui scilicet sua reuerentia debetur: nec licite potest recipi cum peccato, cum id esset obicem Spiritui sancto ponere. In reliquis tamen potest quis per opus peccaminosum satisfacere præcepto, satisfactione à debito liberante, quavis non satisfactione reconciliante. Si quis obiciat regulam iuris, qui ex timore facit præceptum, aliter quàm debet facit, & propterea non facit. **H** ita qui malè, aut cum quacunque alia circumstantia deprauante facit præceptum, aliter quàm debet facit, & ex consequenti non facit. Respon. regulam procedere de obseruantia præcepti non solùm quo ad substantiam præcepti, sed quo ad intentionem præcipientis. Secus si ad solam substantiam præcepti habeatur respectus.

Contra secundum etiã videtur quòd non satisfaciat præcepto ecclesie de confitendo in casu eiusdè secundi dicti. Nam hoc secundum dictum præsupponit, quod ecclesia in præfato statuto nõ obliget nisi ad solam confessionem, & non ad absolutionem, nec ad poenitentiam cordis: quod tamen falsum esse videtur. Quia ecclesia in præfato statuto non obligat quoniam directè ad integrè confitendum: nam cum integra confessio se extendat ad occultissima cordis peccata, ad quæ tamè ecclesie potestas non se extendit, ex multorum probabili sententia: sequitur quòd ecclesia non obligat directè ad confessionem integram, de qua procedit statutum, sed obligat solùm reflexè, sic. s. quia Deus iussit confessionem, quatenus valet ad remissionem peccatorum, vt patet Ioan. 20. & tamen non præfixit tempus certum in quo fieri deberet, relinquens eccle-

A ecclesie disponendum de tempore, quo expedit. Ideò ecclesia statuit, vt illam confessionem, ad quam fideles iure diuino tenentur, certò tempore faciant, puta semel in anno. Itaque sub præcepto huiusmodi ecclesie cadit adimplere confessionem à Deo iussam. Cum ergo Deus confessionem præcipiens, obliget peccatorem ad vocalem confessionem sacramentalem ex cordis poenitentia procedentem, eò quòd licite sine poenitentia cordis fieri non potest: sequitur eum non satisfacere præcepto ecclesie de confitendo, qui non confitetur, vt Deus instituit, & iussit: & ita intentum. Præterea, ecclesia non præcipit confessionem qualemcumque, sed sacramentalem, quæ est quæ fit cum spe veniæ, id est, cum spe assequendi absolutionem ab ecclesia, & per consequens à Deo. Ad hoc enim præcipitur, vt peccator à peccatis absoluat, & vt per huiusmodi confessionem peccator ad reuerenter suscipiendum Eucharistiam tempore Paschæ præparetur, vt dicit Thom. & ceteri Doctores. Per solam autem confessionem non sufficienter præparatur homo ad Eucharistiam, nisi sacramentum absolutionis suscipiat. Igitur, qui solùm confitetur, etiam

B am integrè, non ad finem assequendi huiusmodi absolutionem, non satisfacit præcepto ecclesie de confitendo. Deinde si ita esset, sequitur quòd peccator omnia sua peccata, suo sacerdoti confitens, etiam non obtenta absolutione, quòd non teneretur peccata rursus confiteri: quod suppono falsum, cum sit illi necessarium à sacerdote absolui, nec absolui potest, nisi confessione præuia. Et sequela patet: quia qui semel præcepto de confitendo satisfacit, non tenetur postmodum eodem debito. Si quis obiciat, Esto finis ecclesie confessionem præcipientis sit, vt peccator à sacerdote absoluat: cum intètio præcipientis non cadat sub præcepto, sequitur peccatorem satisfacere præcepto ecclesie, etiam si intentioni ecclesie non se conformet. Respon. Duplex est intentio præcipientis, quædam finalis, & quædam obiectiua. Et licet prima non cadat sub præcepto, bene tamen secunda. In præfati verò, intentio ecclesie intendit quòd peccator à sacerdote absoluat, obiectiua est potius quàm finalis, vt patet ex dictis, quoniam ecclesie præceptum de confitendo est reflexiuum, quo præcipit, vt diuini præceptum de confitendo semel in anno compleatur, præceptum autem diuinum extenditur ad absolutionem sacramentalem, vt constat, igitur. Obiciet aliquis secundò,

quòd absolutio à peccatis non iniungitur ab **C** ecclesia peccatori in vim præcepti, sed sola confessio. Probat, quia si quis habet casus reseruatos, à quibus curatus eum absolueri nõ potest, si suo curato omnia sua peccata in Quadragesima confiteatur, satisfacit præcepto de semel in anno, etiam si non absoluat, igitur. Respon. Tenetur peccator ex statuto ecclesie totaliter suo sacerdoti confiteri, vt per eum non stet, quo minus absoluat. Et ita si omnia curato confitetur, & curatus vel non potest, vel non vult eum absolueri, iam non stat per eum, quo minus tunc absoluat à curato, & satisfacit præcepto, eodem modo, quo potest. Manet tamen in eo obligatio procurandi absolutionem ab eo, qui possit, & velit eum absolueri, pro tunc tamen proderit illi confessio ad vitandum nouam culpam, quam incideret, si non esset integrè confessus. Obiciet tertio, quòd ecclesia admittit confessionem peccatoris non vere poenitentis, iuxta cap. Quod quidam. de poenitentis, & remissionibus. de eo scilicet, qui cum confitetur, dicit se à criminibus abstineri non posse: igitur sine poenitentia cordis per solam confessionem satisfacit quibus præcepto ecclesie. Respon. cum Durando, quòd ecclesia talium confessionem iubet admittere, non ad absoluendum taliter confitentem, sed ad eum instruendum, & eidem salubriter consulendum. Nec inde sequitur, quòd satisfacit homo ille præcepto de confitendo.

Ad tertium dictum etiam videtur, quòd siue vno actu velit confiteri, & absolui, siue diuersis, sine cordis poenitentia, quod non satisfacit præcepto ecclesie. Tum, quia voluntas confitendi, vt confitens absoluat, non habita cordis poenitentia, peccaminosa est, siue vno actu tendat in confessionem simul & absolutionem, siue diuersis, vt satis de se constat. Tum etiã quia sub præcepto ecclesie cadit, vt peccator sacramentum absolutionis, & Eucharistiam semel in anno suscipiat: absolutionem autem non recipit, qui sine poenitentia cordis confitetur. Quod inde patet, quia verè nemo à sacerdote absoluitur, qui à Deo non absoluitur, iuxta dictum Christi: Quorum remiseritis peccata &c. Sed in casu confitens ille non absoluitur à Deo, cum poenitentiam cordis non habeat: igitur nec à sacerdote, & per consequens verum absolutionis sacramentum non recipit, & ita præcepto ecclesie non satisfacit, siue vno, siue diuersis actibus voluntatis in confessionem & absolutionem tendat. Videtur ergo iuxta veriorum

E sententiam, quod sine poenitentia cordis non satisfacit, qui confitetur, etiam si integram faciat confessionem. Nec confessio illi proderit, ut absolutus sit à Deo nec ab ecclesia, quāvis proficit, ut poenam ecclesiasticam in praefato statuto contentam euitet.

De confessione reiteranda ob defectum confitentis.



Lia quæstio de confessione reiteranda, quādo scilicet est necessarium eam iterare. Respon. Regula est, quando peccator est sacramentaliter, & verè à peccatis absolu-

tus, non tenet eadē ratione iuris cōmunis iterum confiteri. Si verò absolutio impensa fuit nulla, tunc est de necessitate reiteranda confessio. Ratio primi est clara ex Extrauagā. Inter cunctas. ut sepe citatū est, ubi dicitur: Absurdum est eum, qui semel legitime absolutus est, eodem debito rursus teneri. Ratio secundi etiā est clara, quia peccator tenet de iure diuino, & humano procurare sibi veram absolutio- nem sacramentalē, nec eam obtinere potest, nisi prauia confessione: igitur interim quod non est verè absolutus, tenetur cōfiteri ad veram absolutionē obtinendū. Sed quæres, in quo sciemus absolutionem esse inuālidam? Respon. Quod redditur inuālidam dupliciter, vel ex parte cōfitentis, vel ex parte absoluentis. Primum fit, quoties confitens ponit obicem peccati ipsi absolutioni. Id autem cōtingit tripliciter. Primo, si existēte in eo excommunicatione, petit absolui sacramentaliter. Secundo, si dimidiāuit cōfessionem. Tertio, si careat debita cordis poenitentia.

De confessione ab excommunicato facta.



De primo dubitatur, an peccator excommunicatus possit verè à peccatis absolui, anteq̄ ab excommunicatione absoluat. Et quidē si per ipsum stat, quo minus ab excommunicatione absoluat, & petit prius à peccatis absolui, peccat recipiēdo: aut intendendo recipere sacramentū, nō pramissa absolutione ab excommunicatione, cum possit, si velit, eam obtinere: & per consequens ponit obi-

cem peccati, & ita absolui verè non potest, & in hoc non est controuersia. Si verò per eum non stat, quo minus à censura absoluat, & accedit cōtritus, & humilis, paratus, cum poterit, à censura absolui: tunc dixit Richardus Anglicus, & quidam alij, quos etiā Angelus sequutus est verbo, confessio. 5. §. 10. quod potest absolui, & absolutio impensa à peccatis erit valida. Ratio, quia ille in casu dignus est, qui ab ecclesia absoluat, ex quo Deus eū absoluit, & eum sibi reconciliauit: non enim debet esse crudelior spōsa mater nostra, quā sponsus: qualis esset, si in casu nollet, quod illi beneficium absolutionis à sacerdote impēdatur, qui apud Deū, & Christum noscitur absolutus. Deinde videretur ille rigor contra charitatē militare, si in casu, quo per eum non stat quo minus à censura absoluat, absolutio sacramentalis illi denegeretur. Contra regulam: quod pro charitate institutum est, contra charitatē militare non debet.

E contra verò dixerunt alij communiter, quod talis etiam si per eum non stat, non potest à peccatis absolui. Ratio, quia non est capax alicuius sacramenti, durante excommunicatione. Sicut dicit Adrianus. q. 1. de Matrimonio, quod Papa quando aliquem excommunicat, facit eum materiā ineptā, & incapax sacramentorum.

Verū salua pace, ambz opiniones videntur deficere. Prima, in conclusione in se. Secunda, in fundamento. Vnde contra primam videtur, quod non possit in casu verè absolui: quia omni excommunicato interdicitur per ecclesiam ministratio, & perceptio sacramentorum, durante excommunicatione, ut patet per cap. Si celebrat. de clerico excommunicato, vel suspenso & c. Et cap. Illud. ibidem. Et cap. A nobis. el. 2. de sententia excommunicationis. Vbi dicitur, quod excommunicatus reconciliari ecclesie non potest, nisi prius sit ab excommunicatione absolutus, etiam si apud Deum sit reconciliatus. Pro quo etiam facit. c. Quicumq; 24. q. 1. ubi dicitur, quod si se segregauit ab unitate fidei, & societatis Petri & Pauli, non potest à vinculis peccatorū absolui. Quod licet de hereticis formaliter procedat, etiā ob eandem rationē ad excommunicatos debet extendi. Cum igitur fidelis omnis teneatur ecclesie parere, iuxta præceptū Euangelicum: sequitur quod excommunicati, quantumvis cōtriti, tenentur sub poena peccati mortalis à sacramentis ministrandis & recipiēdis abstinere, nisi articulus necessitatis ad aliud cōpellat.

Contra

A Contra secundū modum in eo, quod ait, excommunicatum non esse capax sacramentorū, si ut iacet accipiat, falsum est: quia excommunicatus si durante excommunicatione contrahat matrimonium, verum est sacramentū: si suscipiat Eucharistiā, verum percipit sacramentū: si confirmetur, vel ordinetur, verè erit cōfirmatus, & ordinatus: ita ut non opus sit iterum confirmetur, aut ordinetur & c. Quamuis igitur excommunicatus non sit capax sacramentorū de iure, seu licitè, seu dignè, benè tñ de facto.

Dicendum igitur distinguendo de confitente excommunicato, quia vel talis scit se excommunicatum esse, quodq; non est ei licitū sacramēta suscipere anteq̄ ab excommunicatione absoluat: aut id ignorat ignorantia lata, & crassa, aut ignorantia probabili, seu inuincibili. Si primū, scilicet quod sciēter confitetur petens à peccatis absolui, peccat contra interdictū ecclesie, tum ob textus supra citatos, tum etiā quia non videntur hæc duo se compati, scilicet, q̄ sit aliquis excommunicatus, & q̄ durante excommunicatione possit licitè, & dignè sacramēta sciēter suscipere, cum nulla causa in casu videatur eum excusare. Excommunicatione enim est extra cōmunionem positio, maxime sacramentorū. Si verò talis laborat ignorantia crassa, seu lata, similiter peccat, volens sacramentaliter absolui: quia ignorantia illa non excusat agentem à toto, & si culpam aliquantulum attenuet. Ac proinde in his casibus cū peccet, ponit obicem absolutioni: ideò & si absoluat, nō valet absolutio, cum nec verè maneat absolutus. Si autem habet ignorantiam inuincibilem, qua putat licere sibi absolutionem sacramentalem accipere, etiam si à censura non sit absolutus: tunc videtur posse illum absolui, & tenebit absolutio à peccatis. Ratio, quia ut ait Caietanus, illic est debita materia, debita forma, cum debita intentione, & non ponitur obex, igitur est vera absolutio sacramentalis: quando quidem per excommunicationem non redditur homo ille incapax sacramenti, sed solum ei interdicitur, ne sacramenta recipiat, aut ministret. Et quamuis factum sit cōtra huiusmodi prohibitionem, non sequitur quod non teneat: multa enim prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent. Inde patet, quæ confessio facta ab excommunicato debeat iterari, & quæ non.

Sed contra primum membrum, videtur currere ratio pro prima opinione facta: quia videtur crudelitatis esse & con-

tra charitatē, non impendere beneficium C absolutionis sacramentalis excommunicato per quem non stat quo minus à censura absoluat, cum dignus sit à Deo absolui & c. Respon. quod nec crudelitatis est neq; contra charitatē fratris id facere: imò sicut is, qui homicidium, seu adulterium, aut aliud facinus capitale perpetravit, eo ipso dignus est vita priuari, & iuste ea priuat, esto quod post facinus perpetratum per contritionem fuerit à Deo veniam consequutus: ita & iuste ei beneficium absolutionis denegatur, qui excommunicari meruit, etiam si post delictum, per poenitentiam sit Deo reconciliatus. Non igitur crudelitas, sed iustitia est. Quod etiam contra charitatē non sit, patet, quia denegatio huius sacramenti benè se compatitur cum salute spiritali ipsius excommunicati, qui per solā cordis veram poenitentiam potest se in statu gratiæ reponere, & ad eius salutem pertinet, durante excommunicatione, à sacramētis abstinere, quibus se immiscere, suæ salutis præiudicaret.

Et cum hæc vera sint, scilicet, excommunicatum non posse prius à peccatis quam ab excommunicatione absolui, quando peccator est extra articulum necessitatis, aut quando commodè potest prius absolutio ab excommunicatione tradi, aut sine periculo sacramentalis absolutio expectari: An etiam vera sint, quando si præmitteretur absolutio à censura, esset probabile periculum, quod poenitens sine sacramentali absolutione decederet. Et dixit Adrianus, quod in tali casu potest sacerdos sic morientem à peccatis absolui, non præmissa absolutione ab excommunicatione. Ratio, quia contra charitatē est, mortem æternæ damnationis, cum possumus à proximo non excludere, iuxta illud Symmachi, & habetur. 73. dist. Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc, cum potest, non excludit. Et. 26. q. 6. ait Coelestinus contra eos, qui morientibus poenitentiam negāt: Quid, inquit, hoc aliud est, quam morienti mortem addere: eius animam, ne absoluta possit esse, occidere? Et post, Salutem ergo hominum adimit, quisquis mortis tempore poenitentiam sibi denegat & c.

Et si in oppositum arguatur, quod per ecclesiam prohibitū est cum excommunicato in sacris cōmunicare, igitur non debet, nec potest talis excommunicatus à peccatis sacramentaliter absolui, anteq̄ sit ab excommunicatione absolutus. Respon. quod illa ecclesie prohibitio currit extra similem articulum

I 3 lum

Elum necessitatis: tum quia ob corporis necessitatem tollitur rigor huiusmodi prohibitio nisi: ita ut tunc licet cum excommunicato communicetur: ergo à fortiore tollitur hic rigor ob animæ necessitatem, ut in præfenti casu. Tum etiam quia ex dicto Bernardi in libro de præceptis, & est regula iuris: Quod pro charitate institutum est, non debet contra charitatem militare. Talis autem prohibitio esset contra charitatem, si in casu præfenti seruanda esset.

Si iterum obiiciatur sententia eiusdem Bernardi in eodem libro dicentis de præceptis ecclesiæ, quod & si aliquando militat contra charitatem, etiam seruanda sunt quo usque per superiorem declaretur, aut dispensetur: ad præpositos enim pertinet iura interpretari, & declarare, sicut & condere. Respondet, hoc procedere, quando ex mora, seu declaratione expectata, nullum timeretur periculum, sicut in præfenti casu timetur: in quo si superioris interpretatio, aut licentia expectaretur, decederet peccator in absolutus.

Verum contra hanc sententiam videtur, **P**rimò, quia præsupponit vnum incertum, scilicet, quod talis moriens nisi à peccato absoluetur, æternaliter dannabitur, qualiter non damnaretur, si absolueret. Quod aliàs probauimus falsum esse: nam si talis moriens in casu contritus est, saluabitur, etiam si non absoluetur: si autem, etiam si absoluetur, damnabitur.

Secundò, si ita esset, quod in casu talis necessitatis per absolutionem saluari posset: & ideo debet à peccatis absolui, non obstante quod excommunicatus sit: sequitur quod ob similem necessitatem deberet moriens à sacerdote excommunicato, seu hæretico absolui, si alius haberi non potest: non enim minus contra charitatem esse videtur prohibere nè sacerdos excommunicatus morientem absoluat, quam prohibere, nè moriens excommunicatus in necessitate simili à sacerdote absoluetur: ac proinde si in vno casu cessat rigor prohibitionis ecclesiæ, igitur & in alio. Si concedant illatum, contra est textus. 24. q. 1. cap. Subdiaconus. Vbi dicitur cætera sacramenta, dempto baptismo, in articulo mortis ab hæretico, vel excommunicato ministrata, vel nullum, vel lethalem habent effectum. Et in lib. Canonum penitentialium, & citatur ad id Chrysost. dicitur, quod in articulo mortis potest batisimus à quocumque recipi: penitentia verò & alia sacramenta non possunt, nisi à catholico, & non præciso, recipi. Pro quo facit cap. Cœpit Ermigildus. 24. quæst. 1. Ille enim sanctus Rex, & à sanctis commendatus, maluit mor-

tem pati, quam de manu hæretici excommunicati sacramentum Eucharistiæ recipere.

Tertio facit ratio, quia repugnantia videtur dicere, quod aliquis sit nominatim excommunicatus, & quod antequam ab excommunicatione absoluetur, alia possit sacramenta recipere: eò quod de ratione excommunicationis est separatio à communione sacramentorum. Vel igitur in casu non est licitum sacramentum penitentiae illi dare, vel pro tunc ratione tantæ necessitatis cessat, seu suspenditur excommunicatio iure ipso: saltem quo ad effectum principalem excommunicationis quæ est separatio à sacramentis: licet maneat quo ad minus principalem, quia scilicet non sepelietur in ecclesia antequam ab excommunicatione absoluetur: & ita stante præfenti necessitate, non erit plene excommunicatus.

Dicendum igitur ad propositum dubium quod positio Adriani vera esset, si eius fundamentum staret, scilicet, quod absolutio sacramentalis potest peccatorem primò iustificare, & illi gratiam primam conferre, quando dolor ipsius penitentis per se ad gratiam non sufficeret. Hoc tamen fundamentum dimisso, & eandem sententiam in conclusione tenendo, potest ad has obiectiones responderi. **A**d primum, quod quauis absolutio sine contritione ad gratiam non valeat, contingit tamen, quod absolutione negata, peccator damnabitur: qui si absolueretur, saluus fieret: quia in illo articulo multa concurrunt, quæ facile trahunt morientem ad interitum animæ, nisi remediis salutaribus adiuuetur: ideo Decreta sacerdotem in illo articulo absolutionem denegantem, merito reprehendunt: quia infirmus videns quod ad penitentiam non admittitur, facile desperabit, qui alioqui confideret, & saluaretur. **D**æmon etiam negatis illis remediis salutaribus, vehementius vrgebit, & tentabit illum &c. Et ita apparet multum referre penitentiam morientibus conferri, aut denegari.

Ad secundum quod difficilius esse videtur, dicendum esse inter casus illos nonnullam differentiam: quia quando penitens est excommunicatus, & non confessor, possunt omnia quæ ad sacramentalem absolutionem requiruntur, concurrere, scilicet subditus penitens, confitens, & minister idoneus, & forma, & intentio. Quando autem confessor excommunicatus est, non est minister idoneus: quia potestate iurisdictionis in ministro requisita, priuatus est, ideo absolutio per eum impèsa, nulla foret in casu: secus aliàs. **Q**uem admo-

De confessione dimidiata ^C
iteranda.

Ecōfessione dimidiata an sit necessario iteranda: Respon. id posse quatuor modis fieri. Primò, si quis scieter, & sine causa excusate eam dimidiat. Secundo si quis

scieter, & cū causa excusante eam dimidiat. Tertio si ex obliuione, quia. s. memoria non occurrunt oīa peccata, eam dimidiat. Quarto si ex ignoratia facti, vel iuris eam dimidiat ut si ignoret, an sit peccatum quod fecit.

Si dimidiatio confessionis scieter fit, & sine causa excusante, peccatum est, & ita confitens ponit obicem: & per consequens si absoluetur, non verè absolutus manet, & ita confessio est iteranda.

Si verò confessio dimidiatur scieter ob causam excusantem, ut si fieri integrè non potest sine periculo corporis, vel animæ, vel famæ & c. tunc licet dimidiatur: & ita qui sic confitetur, non ponit obicem: & per consequens ex parte sua confessio valida est, & non de necessitate reiteranda: quanquam maneat obligatus peccator ipse peccata, quæ subicit, seu occultauit, tempore debito confiteri.

Si autem confessio dimidiatur ex obliuione, distinguatur: quia vel obliuio accidit ex negligentia ipsius, quia conscientiam, non, ut debuit, ad finem integrè confitendi, discussit: aut quia facta debita discussione, non occurrunt memoriæ peccata quod fecit. Si primum, quod scilicet non discussit, ut debuit: tunc iterum distinguatur, aut confitetur in articulo necessitatis, ut si sit in periculo mortis, aut tempore, quo necessarium est ei celebrare, seu Eucharistiæ sumere, ut vitet scandalum alioqui euenturum, & tunc si de peccatis doleat, simul & de negligentia debite discussionis: in tali casu ob articulum necessitatis, quia non superest sibi tempus conscientiam discutiendi, debet absolui, & valet absolutio. Probatur, quia si non: maximè quia ponit obicem dimidando confessionem: sed hoc non, quia in hac dimidiatione duo fiunt, scilicet, confitetur peccata, quæ memoriæ occurrunt, & ea, quæ non occurrunt non confitetur: sed peccata quæ occurrunt confitendo non peccat, & ea quæ non occurrunt non confitendo

I 4 non

A admodum si aliqua persona sunt per ecclesiam ad coniugium illegitimatæ, non possunt etiam si attentent contrahere, sine superioris qui in hoc valeat dispensare licentia, non obstante quacumque necessitate.

Ad tertium ita videtur dicendum, scilicet, quod in casu ius ipsum ex parte tollit excommunicationem, quantum ad effectum, qui est excommunicatum in sacramentis vitare, lege charitatis in casu id postulante. Itaque ubi mora præsumeretur in spirituale damnum infirmi cessura, nisi illico penitentiae sacramentum illi impendatur, non præmissa absolutione ab excommunicatione, absoluentis venit.

Esset tamen dubium, si infirmus in illo articulo necessitatis à peccatis absolutus postmodum conualescat, an maneat verè absolutus: ita ut non teneatur iteratò confiteri, & iteratò post obtentam absolutionem à censura à peccatis absolui. Ratio huius dubij est, quia penitentia sacramentalis non permittitur impendali cui excommunicato, antequam ab excommunicatione absoluetur, nisi si in articulo necessitatis, puta, quando homo est in periculo mortis. Refert autem hominem esse in vero articulo mortis, an in apparenti. Respond. absolutionem præfatam in casu validam fuisse, siue homo fuerit in vero articulo mortis, siue in apparenti. Id patet à simili: quia quando licitum est violare votum, aut ieiunium frangere ob verum periculum corporis, idem etiam licitum est, ob apprens, & verisimile periculum. Et sic licitum est Sabbathum violare, ob veram hostium incurfionem, seu inuasionem, ita idem licitum est ob apparentem, & probabilem, igitur.

Præterea in casu omnia, quæ ad validitatem sacramentalis absolutionis sunt necessaria, concurrunt, cum sit peccator subditus, & penitens, atque confitens: sit etiam confessor idoneus, proprius, vel à proprio ad id licentiatus, cū reliquis necessariis: sequitur igitur illic verè fuisse sacramentalem absolutionem, & per consequens non de necessitate iterandam.

Præterea non minus est fauorabilis necessitas quam ignorantia: sed si peccator probabiliter ignorans se excommunicatum esse à suo curato præmissa confessione, absoluetur, est verè absolutus, ut supra diximus: igitur etiam in præfenti necessitate homo manebit verè absolutus: nec postea si conualescat, tenebitur iteratò confiteri.

E non peccat: quia obliuio eum excusat, negligentia etiam praterita non obstat: quia huiusmodi negligentia per poenitentiam de ea habitam purgatur, nec aliud potest ille peccator agere in tali articulo necessitatis positus: igitur impendenda est ei absolutio ob necessitatem, & valida erit, & per consequens non tenebitur postea, si periculum euadat, eadem peccata reconferri, quauis teneatur supplere negligentiam priorem, diligenter discutiendo conscientiam suam, ut postea ad plenum confiteatur.

Extra articulum vero necessitatis, qui ex obliuione ex negligentia proueniente confessionem dimidiat, quauis doleat de priore negligentia, non venit absoluendus, & si absoluatur, confessio est inualida. Ratio, quia cum sibi supersit tempus ad conscientiam discutiendam, & eam discutere non vult, sed petit absolui, eo ipso ponit obicem ob dimidiatam confessionem: & per consequens venit iteranda confessio.

Si obicias contra hoc, quod in hoc casu potest praterita negligentia per poenitentiam similiter purgari, sicut in casu articuli necessitatis: igitur in utroque casu potest legitime absolui, & tenebit absolutio. Respō. Non est simile: quia in articulo necessitatis non superest tempus supplendi prateritam negligentiam per discussionem conscientiae: ideo satis est de ea dolere. In casu vero extra articulum necessitatis, non satis est, praterita negligentia poenitere: sed cum tempus ad discutiendum conscientiam habeat: oportet eam discutere, & non antea absolutionem petere.

Si denique confessio dimidietur ex ignorantia siue iuris, siue facti, qua credidit non esse peccatum quod fecit, cum tamen realiter peccatum esset: tunc iterum distinguatur: quia vel talis ignorantia, ex qua peccatum illud fecit, fuit inuincibilis, vel non. Si primum, quauis poenitens illud non confiteatur, ut peccatum, nec velit de illo, ut de peccato conteri, non est illi deneganda absolutio, si aliud non obstat, de quo post, & absolutio impensa erit valida, & ita non est iteranda talis confessio. Si vero talis ignorantia fuit culpabilis, & nolit de illo peccato conteri nec illud confiteri, tunc culpabiliter dimidiat, & ponit obicem, nec absoluendus venit, & absolutio sic impensa, erit nulla, & ita confessio iteranda.

Circa hæc tamen, dubia quædam oriuntur, de peccato oblito, & de peccato ignorato: si confitens discussa debite consci-

entia, vnus peccati in confessione oblitus est, & sacerdos scit: quia forte vidit peccatorem illud peccatum commississe, & videt quod confitens definit illud ex obliuione inculpabili confiteri, an teneatur confessor illum auisare, seu ei ad memoriam illud peccatum oblito reducere. Respond. Distinguedum est: quia vel peccatum illud fuit solum in offensam Dei commissum, vel etiam in damnum proximi. Si primum, non tenetur confessor illud peccatum oblito confitenti intimare, quauis esset ei valde utile. Exemplum: Si commisit confitens fornicationem, vel adulterium, vel incestum, vel blasphemiam contra Deum, vel sanctos: vel votum, vel iuramentum sine alterius damno violauit &c. non tenetur confessor id sciens confitentem illius peccati inuincibiliter oblito auisare, aut certiore: m facere. Ratio, quia vel esset id necessarium ad finem integrè confitendi, vel ad finem veniam, quo ad Deum vel ecclesiam consequendi, vel ad finem pro illo satisfaciendi. Non primum, quia ad integritatem confessionis seruandam satis est, si peccator omnia mortalia, quæ præmissa debita discussionem conscientiae, memoriae eius occurrerint, confiteatur, paratus reliqua, cum occurrerint, confiteri. Nec secundum, quia ex quo talis confitens omnia ex parte sua fecit, quæ ad remissionem obtinendam tam à Deo quam ab ecclesia facere tenebatur, dignus est, qui à Deo, & ab ecclesia absoluatur: cum ex parte sua nullum sit impedimentum: igitur ad finem consequendi veniam non est necessaria talis intimatio. Nec tertium, scilicet, ad finem satisfaciendi offensus: quia quantum ad culpam, iam satisfecit per contritionem: quantum ad poenam, iam ex parte satisfacit per confessionem: satisfactorius quo ad aliam partem per alia opera, vel in Purgatorio soluturus, nec plus ab eo Deus offensus exigit, igitur.

Si vero peccatum sic oblito fuit in damnum proximi commissum, ex quo orta fuit obligatio restituendi, vel proximo iniuste læso satisfaciendi, ut si confessore vidente ille confitens proximum iniuste diffamauit, aut rem eius per vim, seu clam, abstulit &c. tunc confessor tenetur de peccato oblito huiusmodi eum auisare, ad finem satisfaciendi proximo per eum iniuste læso: alioqui confessori imputabitur culpa non satisfaciendi, quoniam ei incumbit non solum confitenti, quæ illi necessaria sunt intimare, ex quo illi se subiicit, paratus quod necessarium esse

dixerit

A dixerit adimplere: sed etiam alterius tertij damnum vitare quando comode potest. Iuxta illud Hiero. Prouer. 20. Et habetur de furtis, c. Qui cum fure. vbi dicitur, quod non solus, qui rem abstulit, reus est furti, sed etiam is, qui quærente possessore non indicat. Sed de hoc aliàs. Et procedit hoc casu, quo confessor certus est, aut dubius, quod eius intimatio peccati obliti proderit ad finem prædictum, alioqui si nulla de hoc habetur spes, non tenetur confitenti huiusmodi peccatum intimare. Iuxta illud Augustini: Si scirem tibi non prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Et habetur de poenitentia, distin. 7. Si quis &c.

Similiter dubitari solet in casu, quo confitens recordatur se certum opus fecisse, quod reuera alioqui erat mortale peccatum, sed illud ex ignorantia fecit, putans non esse peccatum, & in eadem persistens ignorantia definit illud confiteri: An possit in casu absolui? & an sacerdos teneatur illum de veritate instituere? Respond. Distinguat, ut supra de qualitate ignorantiae. Nam si fuit vincibilis, peccauit homo ille, & tenetur de illo conteri, & confiteri: quod cum non faciat, & absolutionem petit, peccat mortaliter: ac proinde in casu si absoluatur, peccat absoluens, & absolutio non tenet. Confessor tamen in casu tenetur illum de veritate informare, ut ea cognita doleat, & confiteatur, ut dignus sit absolutione.

Si tamen ignorantia fuit inuincibilis: quia, scilicet, vel nunquam audiuit, sciuit, aut legit, illud factum fuisse prohibitum: & si audiuit, aut legit: fecit tamen, quod in se fuit, ut veritatem sciret, & à viris fide dignis intellexit non esse peccatum, & ita illud fecit, & cum eadem ignorantia inuincibili confitetur: tunc si absoluatur, tenet absolutio.

An autem confessor teneatur eidem veritatem dicere, antequam absoluat, dubitant aliqui. Ad cuius solutionem, multiplex opus est distinctio. Et primò distinguat de ignorantia: quia vel fuit ignorantia iuris diuini, vel humani, quod scire spectat ad ipsum confitentem: vel est ignorantia facti. Si primum, iterum distinguatur de peccato: quia vel fuit peccatum transiens, quod dici solet momentaneum. Aut est peccatum continuatum, in quo verisimile est confitentem permanfurum, aut in illud casum, nisi de veritate instruat. Si sit transiens, & non continuatum, iterum distinguatur: quia vel fuit commissum solum in offensam Dei, vel in damnum proximi. Similiter distinguatur de ignorantia facti, ex qua pec-

catum, seu factum damnatum commissum est, C quia vel commissum est cum damno proximi iniusto, vel nõ. Si sic, siue tale peccatum sit continuatum, siue momentaneum ad sciendum an confessor teneatur ignorantem de veritate iuris, vel facti, quod nescit certiore facere: iterum distinguatur, quia aut est verisimile ipsi confessori, quod eiusmodi informatio proderit ad satisfaciendum iniuste per poenitentem læso: vel est verisimile, quod non proderit ad hunc finem: vel est dubium, an proderit huiusmodi informatio. Et conformiter ad hæc diuersimodè esset in diuersis casibus respondendum. Et sit primum dictum: quod si peccatum fuit momentaneum, in nullius tertij damnum commissum: nec timetur verisimiliter, quod in simile peccatum talis confitens incidet etiam si in sua relinquatur ignorantia: tunc non tenetur confessor illum de veritate, quam ignorat, informare, siue sit ignorantia iuris, siue facti. Ratio huius clara est, quia vel esset id necessarium ad finem dolendi de illo peccato, vel ad finem illud confitendi, vel ad finem læso satisfaciendi, vel ad finem recidivam vitandi: sed ad nullum tale est necessarium in casu illum informare. De facto enim huiusmodi non tenetur poenitere, nec illud confiteri, cum in eo nullo modo peccauerit ignorantia inuincibili illum penitus excusante, ut in casu ponitur. Sed nec est illud necessarium ad finem læso satisfaciendi, cum illud peccatum, in nullius damnum fuerit commissum, ut in casu ponitur. Nec ad finem recidivam vitandi, quia in casu nulla talis recidiva timetur, ut in casu huius dicti ponitur. Potest si quidem totum dictum aliquando verificari: & ita in casu potest illi absolutio impendi, etiam si prius de veritate per eum ignorata non informetur à sacerdote. Sit secundum dictum: Si ex informatione veritatis nulla penitus est spes, quod ille confitens à peccato recedet, non tenetur confessor illum informare: sed satius est eum in sua ignorantia inuincibili relinquere, siue sit ignorantia iuris, siue facti: siue sit peccatum continuatum in damnum proximi, siue non. Cuius ratio etiam clara est: quia quando ex informatione veritatis nullus penitus speratur fructus, propter quæ erat huiusmodi informatio facienda, non iam est necessaria, ut patet ex dicto Augustini supra citato: Si scirem tibi non prodesse, non te monerem, non te terrerem. Et ex dicto Hieronymi, ex Salustio sumpto: Frustrati, & nil aliud labo-

lando

E rando quàm odium querere,extremæ demē-
tia est. Inde est, quòd in simili casu cessat ne-
cessitas corrigēdi fratē. De quo in suo loco.

Fortè contra hoc obiicies dictum Ambro-
sij in sermone. 84. Ego interdum parcens vo-
bis tacere velim: sed malo vos contumaciæ
causas reddere, quàm me negligentia susti-
nere iudicium &c. Et illud Apostoli Actu.
20. Mundus ego sum à sanguine omnium ve-
strum: non enim præterfugi, quo minùs an-
nuntiarem omne cōsiliū Dei vobis. Vnde
Grego. infert: Mundus ergo à sanguine eo-
rum non esset, si eis Dei consilium annuntia-
re nolisset, quia cùm increpare delinquen-
tes voluerit, eos procul dubio tacēdo pastor
occidit &c. Vt habetur. 18. distin. c. Epheljs.
Respon. Hæc, & similia procedere, casu, quo
vel ex correctione, vel veritatis informatio-
ne aliquis fructus speratur in ipsis informa-
tis, aut etiam in aliis, qualis speratur ex gene-
rali correctione, aut informatione, quæ mul-
tis, seu coram multis fit: de quibus omnibus
non est facilè præsumendum, quòd nulli eo-
rum sit huiusmodi correctio profutura. Se-
cūs de informatione secreta per confessorem
vni confitenti facta, de qua contingere po-
test, & sape, quòd non solum non speretur
fructus, sed damnum aliud timeatur, vt proce-
dit dictum præfens. Corollariè sequitur ex
dicto, quòd in casu venit ille confitens absol-
uendus, etiam si non informetur de veritate:
quia tunc cùm in sua maneat ignorantia in-
vincibili, & est sufficienter confessus, & con-
tritus, dignus est absolutione. Exemplum est
clarum, saltem de ignorantia facti: imò & de
ignorantia iuris. Sit casus, quo Maria contra-
xit cum Petro cum bona fide, quia credent
inuincibiliter priorem maritum Mariæ mor-
tuum esse, confessor autem solus sciat opposi-
tum, iam Maria cum bona fide exigit, & red-
dit conjugale debitum secundo viro: veniunt
ad confessionē, & verè poenitentes sua pecca-
ta confitentur: & de huiusmodi vita marita-
li nec dolent, nec confitentur, quia semper
sunt in bona fide, & cum eadem ignorantia
inuincibili: si confessor sciat, aut credat, quòd
si de veritate, id est, de vita prioris viri illos
certiores faciat, nil penitus proderit ad hoc,
quòd separentur, filere debet, & ad absolutio-
nem procedere. Idem in casu, quo duo in gra-
du prohibito ex dispensatione Papæ contra-
xerunt, quam dispensationem solus confes-
sor scit nullā esse. Pro quo facit. c. Quia circa
cap. De consanguinitate, & affinitate. Vbi
declaratur licitum esse episcopo, vt dissimu-

let super matrimonio nullo partium in bo-
na fide existentium, cùm ex separatione vi-
det graue scandalum imminere. De ignorantia
iuris etiā est exēplum. Sit casus, quo duo
contraxerūt in gradu tertio, vel quarto con-
sanguinitatis, ignorantes inuincibiliter ius,
quod tale coniugium prohibet, si confessor
videat, quòd ex informatione veritatis nul-
lus penitus speratur fructus, satius est dissimulare,
& eos in sua ignorantia relinquere:
& potest, & debet eos absolue, cùm obicē
non ponant malæ voluntatis. Si fortè op-
ponas sententiā Adriani, doctoris quidem ce-
lebris, ac subtiliter veritatem indagantis, qui
tenet, quòd confessor tenetur confitentē de
veritate iuris informare, quando videt confi-
tentem ex iuris ignorantia peccatum conti-
nuatum. Respō. In primis non esse neces-
sariū in omnibus cuiquā doctōri inhzere.
Secundò, quòd Adrianus huic determinatio-
ni non contradicit: quia rectè suum proces-
sum attendens, agnoscet, quòd procedit, quā-
do confitens laborat ignorantia vincibili iu-
ris, quam in casu vincibilem esse dicit: ex quo
habet confessorem, à quo potest sufficienter
veritatem edoceri, qui si eum sentit minimè
informationi veritatis pariturum, nō tenetur
eum informare, sed nec potest eum absolue-
re, quia in illo iam vincibilis est ignorantia,
secundum hunc doctōrē. Vnde patet, quòd si
adhuc esset in tali cōfidente inuincibilis igno-
rantia, siue facti siue iuris, quòd posset eum
absolue. Quòd autem talem ignorantiam
inuincibilem habere possit, patet si ipse cōfi-
tens, alios viros doctos, & fide dignos, & do-
ctiores, & fide digniores, quàm sit huiusmo-
di cōfessor, adierat, à quibus omnibus absq;
scrupulo fuit informat⁹, licitū sibi esse quòd
fecit: à quorū sententia non tenetur propter
dictum cōfessoris minùs docti recedere. Iam
in casu hoc diceret Adrianus, quòd nos dixi-
mus. Similiter potest dictū verificari, & exem-
plificari de peccato in damnum proximi con-
tinuato ex ignorantia siue iuris, siue facti.
Vt si quis contractum vsurariū fecit, ignorās
contractum vsurariū esse, cùm sit valde occul-
ta, & palliata ibidem vsura, & non aperta: si
confessor videt quòd illa ignorantia est in
confitente inuincibilis, & quòd si velit eum
veritatem docere, nil penitus proderit, nec ad
restituendum vsuram, nec ad recedendum
ab opinione, cui inuincibiliter adhæret: tunc
nec tenetur eum informare veritate, nec de-
bet absolutionem negare: debet tamen illi in-
iungere, vt rectè, & diligenter curet, à fide
dignis

A dignis de veritate ampliùs infirmari & c.

Sit tertium dictum. Si confessor verisimili-
ter sperat fructum ex informatione veritatis
ipsi confitenti facta, quem videt ex ignoran-
tia inuincibili peccatum etiam cum præiudi-
cio tertij continuaturū: tunc tenetur cōfessor
veritatem illi intimare: quòd notum esse sup-
pono. Sed an sit necessariū in hoc casu, quòd
confessor priusquam illum absoluat, eum de
veritate instruat: Et dicendum, quòd nō: imò
potest eū absolue, & postea eum de veritate
informare. Ratio videtur clara: quia ex quo
ille peccator sufficienter contritus est, & suffi-
cienter & integrè cōfessus, nec ponit obicem,
dignus est qui absoluator: & ita sacerdos eū
debet absolue, etiam si priùs eum de veri-
tate per eum ignorata non informet. Si tamē
confessori sit verisimile, quòd si confitentem
absoluat priusquam de veritate eundem in-
formet, quòd non proderit ad finem retrahē-
di illum à peccato assuetu: maximè in præiudi-
cium proximi continuato, & prodesset il-
lum informare ante absolutionem: tunc con-
fessor tenetur antea, quàm eum absoluat, de
veritate præfata eum informare. Quòd si tūc
promittat, aut proponat ab huiusmodi pec-
cato abstinere, & proximo satisfacere, absol-
uat eum. Si verò id non absolute proponat,
sed quòd ita faciet si fuerit à viris aliis fide
dignis edoctus sic esse agendum, quia fortè
confessor talis est, cui peccator in hoc fidem
non teneatur adhibere: tunc etiā eum absol-
uat. Si tamē nec hoc, nec illud proponat, iam
non verè poenitet, & obicem ponit, ideò non
est absoluedus. Et absolutio si impendatur,
erit nulla. Si tamen ex informatione verita-
tis ante absolutionem, aut etiam post facta,
nullus fructus speratur, tunc faciat confessor
quòd supra in secundo dicto positum est.

Corollariè sequitur, quid debeat agere cō-
fessor, quādo est sibi verisimile, quòd si confi-
tenti veritatē per eū ignorat am notificet, scan-
dalizabitur: quia si est verisimile, quòd ita scā-
dalizabitur, quòd nunquā finis notificatio-
nis eueniet. s. quòd non ob id à peccato rece-
det, nec proximo læso satisfaciet, malè agit,
eum de huiusmodi veritate, quā inuincibili-
ter ignorat, informando, vt pono: sed sine hu-
iusmodi informatione debet eum absolue.
Si autem scandalum, quòd timet euenturum
est momentaneum, & cum hoc confessor fru-
ctum, & finem suæ informationis sperat, tūc
tenetur eum informare, non obstante scanda-
lo illo. Attamen consulerem, quòd priùs
eum absolueret, nè absolutionis gratia pri-

uetur, & postea informet illum de huiusmo-
di veritate.
Sed si videat verisimiliter confessor, quòd
nisi neget absolutionem confitenti,
non recedet à peccato cōtinuato, seu frequen-
tato, nec satisfaciet proximo per eum læso:
recedet autem si absolutio negetur eidem, an
possit confessor, & debeat absolutionem ne-
gare ad finem prædictum, posito semper ca-
su, quo confitens perseueret in sua ignoran-
tia inuincibili. Respon. Videtur distinguen-
dum de confessore. Quia vel est proprius cu-
ratus confitenti, qui ex officio tenetur sub-
ditis suis sacramenta ministrare: vel est alie-
nus. Si alienus, & certus est talis confessor,
quòd confitens errat, & ex errore perseuera-
bit in peccato, & in damni illatione: tunc pu-
to huiusmodi cōfessorem licitè posse, imò de-
bere illi absolutionē denegare in casu posito:
quia vnusquisq; tenetur per media licita, sine
suo, aut alterius incommodo eri ātem contra
Deum, & proximū reuocare: alioqui videret-
ur cōsentire in peccato, & damno proximi,
iuxta illud Augu. Fidentissimè dixerim, qui
pro homine ad hoc interuenit, nè malè abla-
ta restituat, & qui ad se confugientem, quan-
tum honestè potest, ad reddendum non com-
pellit, socium esse fraudis, & criminis. Et habe-
tur. 14. quæst. 6. Si res &c. Cùm igitur in casu
confessor præfatus habeat medium licitum,
& honestum, quo possit præfata mala vitare,
scilicet negando absolutionem cōfidenti, qd'
sibi licitum est, ex quo non tenetur illi sacra-
menta ministrare, cùm suus curatus non sit:
sequitur intentum. Si autem confessor sit
suis proprius, qui tenetur subditis sacra-
ta ministrare: tunc si informando illum de
veritate potest per auctoritatem sufficien-
tem, aut rationem conuicentem ipsi confi-
tenti errorem suum demonstrare, tenetur sic
eum ante absolutionem informare, & erro-
rem demonstrare: & si parère nolit aliter, quā
negando ei absolutionem, neganda est illi
absolutio. Ratio, quia iam se facit indignum
tali absolutione, cùm sit sufficienter illi veri-
tas ostensa, & parère non vult. Et procedit
hoc, quādo confitens sic informatus, nullum
habeat subterfugium, quo minùs ob demon-
strationem veritatis ei factam, teneatur sen-
tentiaë confessoris adherere. Nam si excusa-
tionem habet, quia, scilicet, ab aliis fide di-
gnis oppositum audiuit, & exhibet se para-
tum ampliùs à viris doctis informari, quia for-
tè reputat se inhabilem ad soluendum rati-
onem, vel motiuum, quòd illi confessor af-
fert,

E fert, quod forte alii soluere scient: tunc curatus non potest ei absolutionem denegare, quia tenetur eam sibi ex officio impendere. Ideo ad fidem releuandi alios à grauamine per confitentem illato, vel inferendo, non debet negare subdito sacramentum illi debitum. Si uero curatus non est omnino certus quod erret confitens, aut si sit, non potest ueritatem euidenter illi demonstrare, non potest ei absolutionem negare: cum semper permaneat in ignorantia inuincibili, nec facit se per hoc dignum, qui absolutione priuetur. Excepto, nisi si confitens talis sit, qui teneatur fidem adhibere confessori, ut si subditus sit simplex, qui in errorem suum incidit, non quia à uiris doctis, & fide dignis fuerit informatus: sed quia nunquam audiuit, nec legit peccatum esse, quod facit, tunc ex simplicitate errat, & tenetur confessori parere: & si nolit, iam culpabilis efficitur eius ignorantia, & indignus est qui absoluat. Itaque in hoc dubio hæc uidetur responsio, quod non potest absolutio negari confitenti ad finem releuandi proximum à damno, quando à tali confessore est eidem confitenti debita absolutio: est autem ei debita à suo curato, quando indignus non est absolutione, id est, quando contritus est & integre confessus, nullum habens obicem, aut impedimentum. Non sic est ab alieno confessore debita huiusmodi absolutio.

Sequitur iam quid dicendum in casu quo confitens, & confessor sunt contrariæ opinionis in facto, vel contractuali quo, quorum alter, scilicet, confessor, tenet opinionem damnatam: confitens uero tenet opinionem liberantem, seu iustificantem. Exemplum. Si confitens tenet plura beneficia incompatibilia ex dispensatione: putans id licitum sibi esse, & uerā esse opinionem liberantem: Econtra confessor est contrariæ opinionis: An confessor debeat confitenti, nolenti opinioni confessoris adherere, absolutionem denegare: &c. Respon. Si talis, & tam eminens est confessor, & confitens simplex, qui non putat ab aliis se posse melius edoceri, tenetur parere confessori: & si non pareat, uidetur se indignum absolutione facere. Si tamen habet confitens alios æquē, aut plus fide dignos quā sit confessor, à quibus informatus est, vel informari intendit, non tenetur adherere confessori, nec ei parere: & ita confessor non potest ei absolutionem denegare. Excepto, nisi (ut supra dixi) confessor sit alienus, & certus omnino de falsitate opinionis, quā tenet confitens, & quod ex perseverantia in

eadem falsa opinione alij defraudantur, vel G damnificantur iniuste, ut sit error circa contractus, circa pedagia, tallias, aut alias impositiones, circa scissionem lignorum de locis publicis, circa venationem, & piscationem in locis reipub. vel non suis, sed alienis, in quibus solent domini subditos aggrauare: tunc enim confessor potest absolutionem negare, si alienus sit, uidēs, quod negata absolutione, alij à grauamine releuabuntur, & non aliās. Si tamen cōtrarietas opinionum sit in facto, sine alterius tertij præiudicio, aut damno iniuste illato: tunc nec proprius sacerdos, nec alienus, debet negare absolutionem confitenti contrariam opinionem tenenti, quandiu laborat ignorantia inuincibili. Et per hoc uenit limitandum, quod aliās dixi contra Conradum, non ponens differentiam inter confessorem proprium, & alienum in casu, quo confessor, & confitens sunt contrariæ opinionis. Est quidem differentia ponenda, quando factum, vel contractus, de quo sunt variæ opiniones, sit in damnum & præiudicium tertij. Secus aliās, ut in casu de pluralitate beneficiorum, de qua diuersæ sunt opiniones: tunc parum refert, quod confessor sit proprius, vel alienus, cum illa pluralitas non sit in præiudicium, & damnum tertij. Aut si sit diuersitas opinionis, de circumstantia loci, quando non cadit sub obiecto uoluntatis ipsius, qui peccat, an inducat nouam culpam, & sit confitenda, an non? similiter uerum est, quod ibidem dixit, non esse differentiam inter proprium, & alienum, quantum ad hoc, scilicet, quod sola diuersitas in opinando, quæ est inter confitentem & confessorem, non est causa sufficiens, ut alienus debeat absolutionem confitenti negare, & non proprius, nisi (ut dictum est) quando absolutionis negatio proderet ad finem releuandi alios à grauamine iniuste per confitentem illato, vel inferendo: alioquin licite potest absolui, tam ab alieno, quā à proprio. Quod deberent attendere religiosi, qui magnatum, & potentum confessiones audiunt, qui tenent opiniones in sui fauorem & in damnum subditorum. Si uiderint eos causam habere sufficentem ad eas tenendū, cum sint per alios viros doctos sufficienter instructi, & excusati, non tenentur eis absolutionem negare, quanuis possint, ad finem præfactum. Nisi omnino certus esset confessor, quod errant, & quod negatio absolutionis proderit, ut alij releuentur &c. Quia tunc tenetur absolutionem negare, etiam si laborent ignorantia inuincibili. Qualiter non teneretur proprius

A proprius curatus eam negare, nec posset, ut dictum est. Corollarie sequitur, quod potest confessor contra propriam opinionem consulere, imò iubere confitenti, quod aliquid faciat, scilicet, ut se confitens conformet opinioni, quam habet. Exemplum est, femina quæ uenit priore marito contraxit cum secundo, & est à uiris fide dignis informata, quod in casu dubij de morte prioris coniugis teneatur reddere debitum secundo postulatū, iuxta. c. Dominus. de secund. nupt. cuius contrarium opinatur, & tenet confessor: tunc confessor uideat eam in sua opinione uelle perseverare, debet ei consulere, quod ita faciat, ut informata est ab aliis doctoribus: quāuis ipse putet eos, & eam decipi. Sicut si solus confessor sciat impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis esse inter eos, qui bona fide contraxerunt, potest, & debet eis consulere, quod uiuant maritaliter, cū uolens diuertiādi minimè pateat: idq; si uiderit nil profuturū, si confessor ueritatē, quā nouit, illis notificet. Et ita stat, quod quis possit licite alteri consulere aliquid, quod ipsi consulenti esset peccatum, si id ipsum faceret. Quia in multis accidit unū & idem opus unī homini esse peccatū, quia B illi prohibitum, vel quia contra eius conscientiam fieret, quod alteri licitum est: quia non sic est alteri prohibitum, nec contra ipsius conscientiam. Exempla sunt clara.

De confessione ficta iteranda.



Lertius casus, in quo uenit iteranda confessio ex parte confitentis, est ex defectu poenitentię cordis, ut si suo curato integre confiteatur sine debita poenitentia.

Super quæ solet quæstio moueri, An absolutio impensa fidei confitenti sit uerū sacramentum. Et si tunc non præstet gratiā, an præstabit postea quando fictio per contritionis superuentū recesserit? Et dixerūt aliqui, è quibus est Caietanus, quod si confitens nullam prorsus habeat cordis poenitentiam: tunc non est ualida talis absolutio, nec est uerum sacramentum: & ideo talis absolutio nec tunc, nec postea vnquam proderit. Ratio, quia illic deficit materia sacramenti poenitentię, quæ est peccator confessus poenitens. Si tamen aliquo modo quāuis non perfecte poeniteat, & integre

confiteatur, tunc est uerū sacramentum: quod C licet pro tunc gratiam ob fictionem, seu defectum ueræ poenitentię non præstet, præstabit tamen postea quādo accesserit uera poenitentia. Quod autē in hoc casu sit illic uerum sacramentū absolutionis, probant, quia hoc sacramentum potest sine fructu eius suscipi: nā id commune uidetur esse omnibus sacramentis gratiæ. scilicet, quod possit uerum sacramentum accipi, quando res sacramenti non suscipiatur propter obicem effectui sacramenti positum. Quod si vnquam id de sacramēto absolutionis potest verificari, maximè in præsentia casu, quo confitens ueram cordis contritionem non habet. Secundò, quia confessio sacramentalis potest esse informis, & sine gratia: alioquin homo nunquam esset certus, si uerè confessus sit, & uerè sacramentaliter absolutus, cum nūquam homo sit certus, quod sit, aut operetur aliquid in gratia: & per consequens semper deberet esse anxius, & perplexus, & semper deberet iterum eadem confiteri, & nunquam à confessione eorundem peccatorum cessare, quod est absurdum. Quo supposito probat secundum, scilicet, quod illa absolutio, quæ actu non prodest, proderit tamen recedente fictione. Primò à simili de baptismo, qui si fide D susceptus sit, incipit prodesse quando fictio recesserit, ut dicit Augustinus de consecratione. distinct. 4. tunc ualere. Igitur pari forma absolutio sacramentalis incipit tunc prodesse. Secundò, quia quando causa definit operari effectū suum propter impedimentum existēs, eo semoto, incipit operari. Cum ergo in præsentia absolutio præfacta non caualet gratiam propter fictionem impediētem, sequitur, quod ea remota, gratiam caualet.

Verum hæc positio in utroq; uidetur deficere. Primò in eo, quod ait uerum esse sacramentum absolutionis in casu. Secundò, quod incipit prodesse ad gratiam, recedente fictione. Contra primū stat ratio, quia si uerum esset sacramentū absolutionis in casu, igitur uerè esset à sacerdote peccator ille absolutus. Sicut si quis uerum sacramentum baptismi, vel ordinis, vel confirmationis accepit, uerè manet baptizatus, confirmatus & ordinatus, ut patet. Sed in casu ille confitens non manet uerè absolutus à sacerdote, quia tunc etiam esset uerè absolutus à Deo, iuxta promissionem Christi, quorum remisit peccata, remittuntur eis &c. à Deo tamen non manet homo ille absolutus, cum maneat eisdem peccatis ligatus, quibus prius, imò & plus ligatus manet, eò quod fidei confitendo, nouū peccatū addidit.

Tum

E Tum etiam sacramenta gratiæ, sacramenta veritatis sunt, non falsitatis. Forma autem illa absoluedi, qua confessor utitur, in casu est falsa, cum dicat: Ego te absoluo à peccatis: qui tamen verè huiusmodi fictum non absoluit. Si dicas, forma excusatur à falsitate quia intelligitur, quòd confessor, quantum est ex parte sua illum absoluit. Contra stat ratio, quia quantumuis ex parte sua conetur absolueret: non tamen ideò verè absoluit, cum ipse confitens impedimentum ponat absolutioni. Sicut si aliquis sit intra cameram inclusus, sera exterius apposita, & qui foris est mediante clauē conetur aperire: & qui intus est, impedimentū apponat, constat, quòd qui extrà est conatur, quantum est ex parte sua ianuam aperire: non tamen ideò aperit, stante impedimēto. Ita in proposito, & si confessor ex parte sua conetur confitentem absolueret: non tamen verè absoluit, ob obicem, quem confitens ponit. Contra secundum, in quo dicunt, quòd talis absolutio ficto impensa, incipit valere, quando fictio per veram contritionem recesserit, stat ratio. Tum, quia (vt dictum est) non fuit verum sacramētum, & esto fuisset, non ideò valere debet, recedente fictio ne. Quia tunc si quis in peccato mortali Eucharistiam recipiat, cum verum sit sacramentum illud, & non valet, quando actu suscipitur, inciperet valere postea, accedente contritione, quod nemo dicit. Non enim valet corpus, & sanguis Domini ei, qui indignè ea suscipit, nisi ad condēnationem, vt dicit Paulus. I. ad Corinth. II. Secundò, causa quæ non est, nil causare potest, quia effectus præsupponit existentiam causæ: sed quando fictio deponitur, iam trāsit absolutio, & non ampliùs manet, igitur. Respondent, quòd licet nō maneat causa in se tempore, quo fictio deponitur: manet tamē in suo effectū, seu semine, scilicet, in ornatu, qui est immediata dispositio ad gratiam sacramentalem. Contra, quia superfluum omninò videtur ponere huiusmodi ornatum, quia cum nō ponatur nisi ad saluandum causalitatem sacramēti respectu gratiæ sacramentalis, vel ergo ponitur ad saluandum causalitatem efficientiæ, & hoc nō: quia sacramentum non concurrat effectiue ad gratiam, quæ à solo Deo effectiue causatur, sicut à solo Deo effectiue fit peccatoris iustificatio, & peccatorū remissio. Restat ergo, quòd ponatur ad saluandum sacramenti causalitatem sine qua non: sed ad hoc, quòd sacramentum sit causa sine qua non gratiæ, impertinēs omninò est præfatus ornatu, vt constat.

Tum etiam, quia tunc etiam Eucharistia ab indigno suscepta, præstaret illi gratiam, si antequam resoluantur species, quæ ad stomachum descenderent, peccatorem ipsum commisit si pœniteat: quia non minùs sunt huiusmodi species efficaces respectu gratiæ, quàm sit ornatus ex sacramento reliētus. Iam ad rationes prioris sententiæ facillè respondetur. Ad primum, quo probabatur in casu esse verum sacramentum, etiam si res non suscipiatur.

Respon. negando illud. Et quauis sit commune cæteris sacramentis posse ea suscipi sine re: in præfenti tamen sacramento non ita repetitur: quia non stat, quòd quis verè à sacerdote absoluetur, quin à Deo absoluetur. Ideò non stat, quòd confitens ponat obicem rei huius sacramenti, quin etiam ponat obicem sacramento ipsi. Nam dato opposito, stare hominem absolui à sacerdote, absq; hoc, quòd à Deo absoluetur, quod ex dictis apparet falsum. In cæteris autem sacramentis bene stat ponere obicem rei, & non sacramenti.

Ad secundum dicendum, quòd licet homo nō possit habere certitudinem euidentiam, aut fidei, quòd sit in gratia, vel quòd gratiā sacramenti suscipiat: potest tamen esse certus certitudine morali, seu pbabili: vt si fecit, quod in se est, conterendo, & confitendo, & absolutionem accipendo. Et hæc certitudo sufficit ei ad euadendū prædictam perplexitatem, & periculū. Quando arguebatur, quòd postea recedente fictioe incipiet valere sicut baptismus: Dicendum non esse omninò certum, quòd baptismus valeat ad gratiam baptismalem, quando recedit fictio: quia aliquibus visum est, quòd tunc homo ille per solam contritionem assequetur gratiam. Et ad decretū Augustini posset dici, quòd intelligitur: ex tunc hominem baptizatum in statu salutis reponendum, in quo per baptismum non fuerat propter obicem repositus. Et esto baptismus, & confirmatio, & ordo, quæ sunt sacramenta initerabilia, incipiant ad gratiam sacramentalem, recedente fictioe, valere: hoc ideò est, quia alioqui homo gratia huiusmodi priuatus maneret, cum non sit locus eam postmodum per iterata sacramenta recuperandi, quæ ratio in aliis sacramentis iterabilibus locum habere non potest. Ad rationem aliā, qua arguitur, quòd deposito obice, causa debet operari effectum suum: Verum est, si causa in se maneret, obice remoto. Absolutio autem non ita manet in ficto tempore, quo fictionem deponit, vt constat: alioqui Eucharistia indignè sumpta, postea similiter vale-

re in

A re inciperet, vt supra arguebatur. Cōcluditur ergo, quàm cōfessio verè sacramētalis nō est, nec ex opere operato poterit vnquā proficere, si in obice peccati mortalis facta fuit. Pro quo particulariter ponuntur aliqua dicta.

Primum: quòd cōfidenti necessaria est cordis pœnitentia, vt verè absoluetur. Hoc patet ex decreto August. de cōsecra. distin. 4. Omnis homo, qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, nouam vitam, scilicet, gratiæ inchoare nō potest, nisi pœniteat eum veteris vitæ.

Secundum dictum. Non sufficit atteri, sed necessarium est conteri. Patet ex illo Isaia. 66. Ad quem respiciā, nisi ad pauperculum contritum corde, & tremementem sermones meos?

Tertium dictum. Non satis est in genere conteri, sed necessariū est in particulari pœnitere, sicut necessarium est in particulari confiteri. Patet hoc ex eo, quod dixit Isai. Recogitabo tibi oēs annos meos, in amaritudine aiæ meæ.

Quartum dictum: Non satis est sic de commissis conteri, sed necessarium est propositum postmodum à peccatis abstinendi. Hoc patet ex definitione pœnitentiæ à patribus approbata. Pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda, iterum non committere.

B Quintum dictum: Non etiam satis est sic dolere, nisi propter Deum summè dilectum hominè pœniteat. Patet hoc ex sententiā August. in libro de Confessione, dicentis: Sine amore Dei consequetur veniam, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam: quasi dicat, non.

Sextum dictum: Qui sic pœnitet, etiā si nō intensè, & per certum tempus doleat, sufficenter dispositus accedit, vt gratiam tam ex opere operantis, quàm ex opere operato consequatur. Hoc patet ex cap. Qualis. de pœnitentia. distin. 3. vbi dicitur: Quantulacumq; & quantumlibet breui tempore gestam pœnitentiam Deus acceptat. Qui autem non accesserit cū ea pœnitentia quæ dicta est, fictus accedit, & indignus, qui gratiā absolutionis assequatur. Ac proinde si de facto fictus huiusmodi à sacerdote absoluetur, verè non absoluitur: cum non vera materia absolutionis subsistat, vbi confessio nō ex vera cordis pœnitentia procedit: & per consequens huiusmodi confessio venit de necessitate iteranda. Pro quo etiam vltra ea, quæ supra adduximus, videtur facere, quòd qui cōfitetur sine vera pœnitentia, non satisfacit præcepto de confitendo, siue diuino, siue humano. De diuino supponatur. De humano etiam inde apparet, quia ecclesia non præcipit immediatè confessionem: sed eam, quam Deus fieri iussit, iu-

bet ecclesia, quòd tali tempore fiat. Ac proinde de qui confessionem iure diuino debitam nō facit, præcepto ecclesiæ de confitendo non satisfacit.

Deinde pro eodem facit, quòd sacerdos in casu non verè intendit illum fictum absolueret, nisi quia præsumit eum verè pœnitentem esse. Si autem sciret eum fictum esse, & non verè pœnitere, eum non absolueret. Et ita cum ad veritatem sacramenti necessaria sit intentio ministrantis, sequitur in casu nō esse verum sacramentum absolutionis, & ita confessionem illam debere iterari.

De confessione iteranda ob defectum confessoris.



Nunc breuiter videamus, quando sit de necessitate iteranda confessio ex defectu absolutionis. Et in primis præsupponantur ea, quæ necessaria sunt in absolueret, vt valida sit eius absolutio. Requiritur enim in absolueret potestas ordinis sacerdotalis: si enim sacerdos non sit, remittere peccata nō poterit. Solis enim sacerdotibus collata est huiusmodi potestas peccata remittendi. Et solis eiusdem tempore quo ad sacerdotium promouentur, dicitur: Quorum remiseritis peccata &c. Secundò requiritur in eiusdem potestas iurisdictionis super absoluedum. Hoc patet ex concilio Florētino, declarante sacerdotem non posse quenquā à peccatis absolueret, nisi iurisdictionē habeat, vel ordinariā, vel commissam super absoluedum. Tertio requiritur in absolutioe sciētia, qua. sciat, qua forma uti debeat, vt verè absoluet: alioqui si id nesciat, quo pacto verè valeat absolueret, nō apparet. Quarto requiritur in eodem intēto, sicut requirit in ministro cuiuscūq; sacramenti, qua deficiente, nullū est sacramentū, vt in eodē Concilio supra citato declaratū est. Quicquid igitur horum desit in absolueret, absolutio erit nulla, & per consequens confessio erit de necessitate iteranda. Quamquā fieri posset difficultas in eo, quod tanquam certū supponitur. s. An semper sit necessaria in absolueret iurisdictionis super cōfidentē, vt valida sit ipsa absolutio. Et dixerunt aliqui, q non: sed sufficit potestas ordinis sacerdotalis, eò quòd Christus oibus sacerdotibus potestatem contulit remittendi peccata, quemadmodum & in

E & in eorum ordinatione ad eosdem dicitur: Quorum remiseritis peccata &c. Cum igitur hanc potestatem non irritam, & inanem oēs sacerdotes quando promouentur accipiunt, sequitur, quod eo ipso, quod ordinati sunt, possunt confitentes absolueret. Deinde sacerdos simplex potest Papam eidem confessum absolueret: in quem tamen nullam videtur iurisdictionem habere. Similiter & existet in articulo mortis, in quem nullam habet sacerdos simplex iurisdictionem potest absolueret. Parochianus etiam, qui curatum habet ignarum, potest alium simplicem adire, & eidem confiteri. Quemadmodum qui licentiam habet confessorem quemcumque eligendi, siue ex Bulla à Papa concessa, siue ex licentia praelati &c. potest simplici sacerdoti confiteri. In quibus casibus valebit absolutio, etiam si absolues iurisdictionem in confitentem non habeat. Dixerunt alii, quod iurisdictionem quidem in absolute necessaria est, sed hanc habent omnes sacerdotes immediate à Christo, seu de iure diuino. Nam eo ipso, quod Christus omnes sacerdotes peccatoribus praelit, visus est, omnes peccatores sacerdotibus subiecisse, & sacerdotes iudices eorum in foro poenitentia li instituisse. Quod factum videtur posse confirmari, quia tempore Apostolorum etiam post Christi Ascensionem vnusquisque eorum, qui à Christo fuerant ordinati, poterant omnem peccatorem absolueret: quod minime potuissent, nisi à Christo cum potestate ordinis simul iurisdictionem accepissent. Alii verò dixerunt quod necessaria est iurisdictionem in absolute, sed non nisi ea, quae voluntaria est, quam. scilicet sacerdos sortitur ex voluntaria summisione, qua peccator se submittit sacerdoti, cui confitetur, à quo & iudicari vult. Quod probant ex eo, quod supra de Papa tetigimus. scilicet quod quilibet sacerdos quantumuis simplex, cui Papa se voluntarie submittit, habet in eum sufficientem iurisdictionem, vt illi in illo foro valeat iudicare. Sicut & si contedentes ex voluntate propria se alicui arbitrio submittat: arbiter ille iurisdictionem in causa illa sortitur sufficientem. Verum quia hæc quæstio pendet ex illa alia, an possit quilibet sacerdos quilibet confitentem de facto absolueret, si attet, ita vt teneat absolutio, de qua quæstio inferius agetur: ideo præfens difficultas in posterum differatur. Satis sit ad præfens tenere, quod dictum est, & per Concilium Florentinum declaratum est, & approbatum. scilicet nullum sacerdotem posse peccatorem aliquem absolueret, nisi in eum potestatem habeat ordinis simul & iurisdictionis.

De confessione cōfessori G excommunicato scienter facta.



St etiã aliud, quod ex parte absolute reddit absolute inualidam. scilicet impedimentum Canonicum, vt si sit curatus excommunicatus maiori excommunicatione: de quo est inter aliquos quæstio, An valida sit absolutio ab excommunicato impensa. Et dicebatur quod non, quia tunc confitens excommunicato verè esset absolutus: confitens est falsum, quia ponit obicem peccati, recipiens sacramentum ab excommunicato, quem tenetur sub poena peccati mortalis in sacris euitare, vt habetur. c. Sacris. de his, quæ vi, metusue causa fiunt. Confirmo hoc idem ex. 2. Canonica Ioan. c. 1. Si quis, inquit, venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum, nec, aue, ei dixeritis. Qui enim dicit ei, aue, communicat operibus eius malignis. Quod & si de heretico expressè dicatur, æquè veritatem habet de excommunicato, quem non minus quam hereticum vitare tenemur, iuxta dictum Christi, Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. &c. Et ita non solum huiusmodi confitens ponit obicem, quia comunicat cum excommunicato, sed quia ei ad malum cooperatur. His non obstantibus, videtur aliter sub distinctione respondendum. Nam potest curatus esse excommunicatus dupliciter, scilicet nominatim, seu particulariter, & generaliter. Et iterum qui nominatim est excommunicatus, aut est declaratus, seu denunciatus, aut non. Deinde si sit declaratus, stat, quod huiusmodi declaratio sit nota, vbi excommunicatus residet, aut ignota.

Et secundum hæc potest ad dubium responderi per aliqua dicta. Primum sic. Si sit aliquis excommunicatus nominatim, & nobis scientibus denunciatus, tenemur illum in occulto, & in publico euitare, maxime in diuinis. Hoc supponitur ex dictis & dicendis certum esse. Secundum dictum. Si quis sit excommunicatus particulariter, & non publicè denunciatus, idque mihi soli constet, teneor illum in occulto euitare: non tamen in publico. Id patet ex cap. Cum non ab homine. de sententia excommunicationis. Vbi dicitur in sententia, quod excommunicatum debes euitare, licet denun-

A denunciatus non fit. Nisi forte id tibi soli pateret: quo casu ipsum priuatim tantummodo euitabis, quandiu ab Ecclesia toleratur. Vnde colligitur, quod vbi, & quando excommunicatus ab ecclesia toleratur, non est de necessitate vitandus: imò gesta per eum tenent, hoc est, quando duo concurrunt. scilicet titulus, & communis error facti: vt si episcopus conferat beneficium cum cura alicui, qui in re veritate est excommunicatus: attamen ignoratur communiter ipsum excommunicatum esse: tunc eius gesta tolerantur ab Ecclesia. De quo aliàs in materia de excommunicatione. Nec tenemur illum vitare in publico. Si tamen ego solus sciam illum esse excommunicatum, teneor in occulto eum vitare: vt si sciam aliquem esse excommunicatum pro debito pecuniario, qui nondum est denunciatus, teneor in occulto eum vitare, licet non in publico. Tertium dictum. Si aliquis sit solum generaliter excommunicatus, etiam si sciam illum excommunicatum esse, non teneor illum vitare, nec in publico, nec in occulto, nec in ministracione, nec receptione sacramentorum. Id patet ex Concilio Constantiensi. & Basiliensi. & Lateranensi. Vbi statutum aut declaratum est, quod excommunicatum generaliter, siue à iure, siue ab homine antequam sit declaratus, non tenemur vitare, etiam in sacris, nisi in casu, quo violentas manus in clericum iniecerit, adeo patenter, vt nulla possit tergiversacione celari. Vt si sit lata sententia excommunicationis contra eum, qui fur tum, aut crimen commissum per eum scitum, non reuelauerit: & ego sciam Petrum præfati furti aut criminis conscius esse, & factum non denunciare, non teneor Petrum etiam in sacris vitare. Quartum dictum. Absolutio à curato solum generaliter excommunicato confitenti impensa, est valida, & ex consequenti confessio illi facta, non est de necessitate iteranda. Excepto casu, de violenta manu in clericum iniectione manifesta: quia tunc idem esset, ac si esset denunciatus. Hoc patet ex præfatis Concilijs, quæ videtur equi parare eos, qui solum generaliter sunt excommunicati, his qui excommunicati non sunt, quantum ad hoc, quod est ministrare illis sacramenta, aut de eorum manu ea recipere. Quod vniuersaliter de omnibus sacramentis fuit institutum, nec fuit facta exceptio de sacramento absolute, vt suppono. Tum etiam, quia gesta per huiusmodi excommunicatos tenent, interim quod ab ecclesia tolerantur. Cum igitur tolerantur quandiu non

sunt nominatim excommunicati, nec declarati, sequitur. &c. Quintum dictum. Absolutio impensa ab excommunicato nominatim, siue declaratus sit, siue non, siue in publico, siue in occulto impendatur, est nulla, si confitens sciat confessorem sic excommunicatum esse, nisi per ignorantiam de vitando huiusmodi excusetur. Id patet, quia taliter excommunicatum tenemur saltem in occulto vitare: & cum absolutio sacramentalis non nisi in occulto fiat, sequitur quod in casu, homo qui absolute ab illo petit, aut recipit, peccat mortaliter, & ita ponit obicem: & per consequens absolutio est nulla, & confessio iteranda. Idem si confessor fuit excommunicatus generaliter ob violentam manuum in clericum iniectionem, quæ nulla possit tergiversacione celari, iuxta Concilium Constantiense supra citatum. Sextum dictum. Absolutio impensa à curato, vel alio excommunicato simul & denunciatio est nulla: & per consequens iteranda. Hoc patet, tum ex præcedente à minori. Si enim quando est excommunicatus occultè, sed nominatim, etiam si denunciatus non sit, confessio illi facta in occulto est nulla, cum in occulto debuit euitari: à fortiori ergo si sit denunciatus. Tum etiam, quia excommunicatum publicè denunciatum non dubium est quin teneamur vitare in sacris, vt patet ex dictis: & per consequens qui illi confitetur scienter, ponit obicem, & per consequens non verè absoluitur. Corollarie sequitur non esse verum de iure, quod ait Caieta. in Summa: verbo, absolutio. quod in duobus casibus solum est absolutio nulla ab excommunicato impensa. scilicet si sit nominatim denunciatus, aut si notorie violentas manus in clericum iniecit. Extra quos casus, ait huiusmodi excommunicatos, nec in publico, nec in occulto esse vitandos, etiã in sacris. Hoc enim falsum esse videtur ex. c. Cum non ab homine. supra citato. scilicet si quis sit nominatim excommunicatus, sed non denunciatus, vitandus est ab his qui sciunt illum esse excommunicatum, saltem in occulto: & absolutio sic in occulto impensa, non tenet. Nec suffragatur Caietano Concilium Constantiense. quia illud non loquitur nisi de his, qui à iure, vel ab homine sententiam in generali latam inciderunt: quod. scilicet tales non sunt de necessitate vitandi in publico, nec in occulto, antequam denuntiantur expressè. Nam in alijs nominatim & specialiter excommunicatis, etiam si denunciati non sint, nil per Concilium Constantiense iuri antiquo detractum est. Concilium enim hoc duas

K tantum

E tantum continet antiqui iuris coarctationes, seu moderationes: una est, de non vitandis his, qui solum sunt generaliter excommunicati, antequam denuntientur. Secunda est, de non vitandis his, qui violentas manus in clericum iniecerunt occulte, vel non ita notorie, ut nulla possit tergiversatione celari. Quas limitationes antiquum ius non videbatur habere. Et ita antiquum ius in ceteris mansit in suo vigore. Dixi notanter illud Caietani non esse verum de iure, quia forte consuetudo in hac re obtinet vim, ut scilicet nominatim excommunicati vitandi non sint ante denuntiationem, sicut nec generaliter excommunicati. Esset enim consuetudo huiusmodi rationalis: & si talis sit, tenebit veritatem, quod ait Caietanus. Verum, ut videtur, ipse non consuetudini, sed statuto Concilii Constantiensis innititur. Per haec patet responsio ad quaestionem simul & ad rationes supra factas, in quibus probabatur, quod nunquam licitum est communicare cum excommunicatis, maxime in sacris: sed vitandi sunt, & habendi sicut ethnici, & publicani. Procedit enim haec de excommunicatis nominatim, aut de his, qui per iudicem sunt denuntiati: secus de alijs: & sic possumus cum generaliter excommunicatis communicare, ita & cum haeticis antequam sint per iudicem declarati. Nec obstat Canonica Ioannis supra citata: nam illud dictum Ioannis procedit casu, quo illos vitare est necessarium ad eorum correctionem, vel proximorum cautelam, vel nostram preservationem, ut dicunt doctores. Aut casu, quo nostra cum illis conuersatio est causa quod in sua haeresi permaneant, & non resipiscant, quod videtur magis literae conuenire: quia tunc dicemur operibus eius malignis communicare. Contra secundum dictum obijciat aliquis, quod poenitens non tenetur vitare in occulto curatum excommunicatum, quando ipse solus scit illum esse excommunicatum: nam adueniente tempore necessariae confessionis, scilicet tempore Paschatis, curatus poterit iudicialiter compellere illum peccatorem, ut ipsi, qui suus curatus est, confiteatur: si alius non sit, cui legitime possit confiteri: & si parere nolit, iure poterit illum subditum ab ingressu ecclesiae arcere, iuxta cap. Omnis utriusque sexus. Igitur in casu subditus iure compulsus, tenebitur illi confiteri: nec in hoc peccabit, quia nemo legis autoritate peccat: & quod quis iure facit, iuste facit. Pro quo facit. 22. q. 1. Si peccatum. & 23. q. 4. Qui peccat. &c. Inde arguitur contra quintum dictum,

quod talis confessio sit sacramentalis, & ab G solutio valida, & ex consequenti non iteranda: dico de ea, quae fit curato nominatim excommunicato, & non denuntiato. Tum, quia ex quo iure potest peccator ad confitendum suo curato compelli, confessio erit legitima, & valida. Tum etiam, quia gesta per excommunicatum tenent interim quod ab ecclesia tolleratur. Dico gesta per excommunicatum facta, ratione publici officij, l. Barbarius. ff. de officio praet. Sed talis curatus interim quod non est denuntiatus, tolleratur ab ecclesia, & gesta per eum ratione publici officij, quale est cura animarum, tenent: igitur absolutio per eum impensa tenebit. Postremo arguitur quod confessio facta ei, qui est excommunicatus solum generaliter, si id scit ipse confitens, quod non est valida: quia talis poenitens, qui illi confitetur, saltem extra tempus necessitatis peccat, & ita ponit obicem. Id patet, quia sicut ministrare sacramentum taliter excommunicato extra necessitatem est peccatum, & contra legem Christi: Nolite sanctum dare canibus: ita accipere sacramentum de manu excommunicati extra necessitatem, est similiter peccatum cooperationis: cum constet taliter excommunicatum peccare ministrando sacramenta extra necessitatem. Nec releuat statutum H praefatum Concilii Constantiensis. in quo dicitur, quod non tenemur vitare generaliter excommunicatos in datione, aut receptione sacramentorum. Nam statutum humanum non debet diuino iuri praualere, nec diuini iuris obligationem tollere. Cum ergo iure diuino teneamur non ministrare sacramenta excommunicatis etiam generaliter, eodem etiam iure teneamur non cooperari ad peccatum proximi: sequitur praefatum statutum non valere ad excusandum a peccato subditum, qui curato generaliter excommunicato confitetur: & per consequens huiusmodi confessio erit iteranda: ita bene, sicut illa, quae fit excommunicato nominatim, & denuntiato: cum utrobique concurrat eadem ratio nullitatis absolutionis, scilicet, obex peccati in confitente. Respon. ad primum. Esto quod talis subditus per iudicem possit in foro iudiciali compelli ad hoc, quod suo curato confiteatur: non sequitur inde, quod tunc possit id agere subditus: quia in foro iudiciali ad multa potest homo compelli, quae cum bona conscientia agere non potest. Ut si quis publice cotraxit cum aliqua, qui tamen scit impedimentum esse inter eos, quod nemo alius scit: compelletur a iudice reddere debitum postulantibus.

A stulanti: & tamen non poterit tute huiusmodi debitum reddere. Pro quo etiam facit casus, qui habetur. c. Dominus. de secundis nuptijs. Et casus, qui habetur. c. Inquisitioni. de sententia excommuni. In casu igitur praesenti hoc idem accidit, quod quando a iudice compellatur subditus ille suo curato confiteri: non tamen tenetur. Ratio, quia habet praecipuum ecclesiae in contrarium, quo tenetur excommunicatum vitare in occulto, maxime in sacris. Et iudicis praecipuum in casu procedit ex ignorantia, quae si iudex nescit illum curatum excommunicatum esse, qui si id sciret, non illud praeciperet. Et esto sciret, & praeciperet, non esset illi parendum: iuxta regulam magistralem: Si inferior iubeat aliquid, cuius contrarium superior iubet, non est inferiori parendum. ut patet. n. q. 3. Nom semper. cum alijs sequentibus. Quod autem allegatur, qui peccat legis autoritate, non peccat: verum est de lege diuina, ut exponit Augustinus. Et si ad omnem legem id velimus extendere, verum est quod nulla lex tribuit auctoritatem ad peccandum, etiam si leges multa permittant peccata. Aliud enim est, legem peccata permittere: aliud vero ad peccandum auctoritatem praestare. Ad secundum, nego illam confessionem validam esse, nec enim legitima est, imo contra legem iubentem vitare excommunicatum in occulto, quando scitur esse talis. Gesta etiam per excommunicatum ratione publici officij valent, quantum ad forum iudiciale: quia non inuaduntur in illo foro, quando ab ecclesia tolleratur: secus in foro poenitentiali, & conscientiae. Discrimen est clarum ex dictis: quia in gestis publicis per excommunicatum toleratum, defectus potest per leges publicas suppleri, ita ut facta teneant. Absolutio autem sacramentalis ab excommunicato occulto impensa, non ita tenet: quia eius defectus, per publicas leges humanas suppleri non potest, eo quod absolutio impensa actu peccati, seu obicem ponenti, de iure diuino est nulla, ut ex dictis apparet. Ad tertium, dicendum, quod quando quis, qui generaliter excommunicatus est, peccet sacramenta ministrando, non tamen inde fit, ut semper peccet, qui de manu eius sacramenta suscipiunt, ad minus non peccabunt contra ecclesiae praecipuum: quandoquidem statutum concilii Constantiensis non prohibet suscipere sacramenta de manu illorum: ipsis tamen iure diuino vetitum est sacramenta ministrare, cum indigni sint. Nephas enim est, ut ait Dionysius, immundis

sacra tractare. Et hanc culpam statutum Concilii non tollit. Et esto suscipientes cooperentur ad peccatum ipsorum: non tamen huiusmodi cooperatio culpanda est, quando ipsa cooperatio in nullo dat peccanti causam, ut peccet, ut si alioqui paratus sit sic peccare, ut dicit Adrianus. Sed statim obijceretur, quod ille sacerdos non audiret confessionem illius peccatoris, nisi ad instantiam ipsius: & ex consequenti videtur illi praebere causam indignam tractandi sacramentum. Ideo posset aliter responderi, quod cooperari de per accidens ad peccatum proximi, causa etiam data de per accidens, non est semper peccatum, cum excusetur per necessitatem, vel aliquam spiritualem utilitatem. De quo alias. &c. Pro nunc tamen dicendum, quod in tribus casibus est peccatum cooperari ad peccatum proximi. Primus, quando est cooperatio ad aliquid de se malum. Secundus, quando cooperatio est causa, quod proximus peccet, quia alioqui non esset peccaturus, nec in peccato permanens. Tertius, quando sola voluntate cooperamur ad peccatum, id est, sine necessitate, aut utilitate. Erit autem licita cooperatio, quando est de per accidens, & fit ob necessitatem, vel notabilem utilitatem, quae non ita commode aliter haberi posset. Exempla sunt clara. D

De confessione nescienter facta excommunicato.



EX dictis oritur dubium: quia, ut videtur, ideo absolutio ab excommunicato impensa est inualida, quia illi confessus, & absolutionem petens, ponit obicem peccati, communicando cum illo. Quod verum esse non dubitatur, quando ipse confessus scit confessorem excommunicatum esse. Pone igitur, quod id nesciat inuincibiliter: An in tali casu absolutio sit nulla, & confessio iteranda. Et loquor de confessore excommunicato nominatim denuntiato. Et videri posset alicui, quod confessio tunc sit valida: quia non ponit obicem ipse confessus, & ita absolutio non carebit effectu. Oppositum tamen videtur tenendum. Pro quo facit. cap. Si celebret. de clerico excommunicato. Vbi dicitur, quod excommunicatus minore excommunicatione grauius peccat, si sacramenta ministrat, aut suscipiat: quauis ministrata per eum, non careant virtutis effectu. Et datur pro causa: quia taliter

K 2 excom-

E excōmunicatus, non est remotus à collatione, sed à perceptione: id est, non est suspensus quo ad alios, sed quo ad se. Vnde à cōtrario videtur, quod ministrata ab excōmunicato maiore excōmunicacione, carent virtutis effectu: ac proinde absolutio per talē impensa est nulla. Facit etiā. c. Diobus. de sententia excōmunicacionis. Vbi sententialiter dicitur, quod propter vinculū minoris excōmunicacionis nō expirat potestas soluendi, & ligandi. Vnde à cōtrario videtur, quod expirat talis potestas propter vinculū maioris excōmunicacionis. Iam inde arguitur: quia vel expirat quo ad licentiā, ita vt excōmunicatus non possit licite soluere, nec ligare: & hoc dici non potest, quia illo modo etiā expirat per vinculum minoris excōmunicacionis. Vel expirat quo ad potestatem remotam, quæ est potestas ordinis: & hoc non, quia illa potestas ordinis in charactere fundata, est inaufertibilis, sicut & ipse character. Restat ergo, q̄ expiret quo ad potestatem propinquam, & de facto: ita. f. quod si talis attentet quenquam soluere, vel ligare, non teneat factum: & ita sic absolutus, quantumuis cum bona fide cōfessus, tenetur aliam legitimam absolutionem procurare. Secus de generaliter excōmunicatis, & toleratis, quorū gesta tenent, vt supra diximus. Consonat etiā rationi: quia qui ligatus est, quomodo potest alios soluere, aut ligare? Corollariè sequitur, quod absolutio impensa ab excōmunicato denunciato est nulla, non solum propter obicem quem illi cōfiteus ponit, cōmunicando cum illo, sed etiā ob defectum potestatis propinquæ, quam talis excōmunicatus non habet: qua tamen priuatus nō est, qui solum generaliter est excōmunicatus, cuius gesta ratione publici officij tenent. Sic tenent Adrianus in. 4. fol. 85. post Angelum, excommuni. vltimo. §. 19. Sic Richard. in. 4. distinet. 18. Et Innocen. & Panormi. in cap. Veritatis. de dolo, & contumacia. Vide Baptistam, verbo, Absolutio. §. 3. & 4. Corollariè sequitur, quod particulariter excōmunicatus non potest morientem absoluere, nec moriens tenetur taliter excōmunicato confiteri. Vnde tunc si alium non habeat cōfessorem, perinde est ac si copiam confessoris non habeat, ex quo ille excōmunicatus propinquam potestatem non habeat ad soluendum quenquam: tunc enim satis erit si Deo cōfiteatur: quam excōmunicatus in illo articulo necessitatis possit à quolibet non præciso absolui. De quo aliās.

De confessione facta G confessori prauo.



Liud dubiū: An

Alicut excommunicatio confessoris facit absolutionem inualidam: ita etiam malitia confessoris reddat ipsam absolutionem nullam. Et arguitur, quod sic: quia malitia confitentis reddit absolutionem nullam: igitur & malitia absoluentis: nam actus potius vitatur ab agente ipsum, quam à patiente. &c. Præterea ligandi, & soluendi potestas veris, non falsis sacerdotibus à Domino tradita est. Cuius argumentum est, quia Christus dicitur Apostolis, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: præmisit, Accipite Spiritum sanctum. &c. Vt cunctis euidenter ostenderet eum, qui Spiritum sanctum non habet, peccata non posse tenere, vel remittere: vt ait Alexander secundus. Et habetur vigesima quarta, quæstione prima. &c. Oppositum tamen videtur tenendum: iuxta. cap. plerunq. n. q. 3. vbi dicitur, quod iudex sæpe ligat, & soluit, cuius ad locum vita minimè concordat. Et. c. Confulem. 28. distinet. Vbi dicitur non esse vitandū presbyterum habentem vxorem, aut criminofum, sed tolerandum. In cuius exemplum adducitur, quod Christus Iudam criminofum tolerauit. Ac proinde facta per clericū criminofum tenent, & per ecclesiam approbantur. Quod clarius patet ex cap. Sciscitanibus. 15. q. vltima. Vbi Nicolaus ad consulta Bulgarorum respondens, ait posse sacramenta recipi de manu sacerdotis in adulterio deprehensi. Et datur ibidem causa: quia non potest aliquis, quantumcumq; pollutus sit, sacramenta diuina polluere. &c. Et additur: Qualiscumq; enim sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinari nō possunt. Idcirco ab eo (quousq; iudicio episcoporum reprobetur) communio percipienda est. Facit etiam ratio: quia sacramenta ecclesiæ non merito ministrantium innituntur, sed Christi institutioni, & meritis eiusdem: quemadmodum de baptismo à criminoso sacerdote ministrato, & de Eucharistia à malo sacerdote confecta suo loco dictum est. Deinde, si absolutio impensa ab eo, qui est excōmunicatus (saltem generaliter) valet, à fortiori igitur valebit impensa ab eo, qui nullo modo est excōmunicatus, quantumuis sit in peccato mortali.

Ad

A Ad rationes ante oppositū: Respō. ad primum, quod illa prima cōsequencia nō valet. Quāuis enim actus humanus quo ad bonitatem, vel malitiam magis pendeat ab agente, quam à patiente: attamen quo ad efficaciam, vel effectū agendū in patiente, magis à patiente pendet, & ab eius dispositione, q̄ ab agente. Vt Eucharistia, & reliqua sacramenta suā efficaciam in recipiente nō habent, nisi iuxta dispositionem recipientis, quantumuis sanctus sit, qui ministrat. Ac proinde nō mirū, si malitia cōfitentis impediatur absolutionis veritatem, & efficaciam, & nō malitia absoluentis. Ad secundū pro nūc illa glos. acceptetur, quæ ait: Sacerdotē, qui Spiritum sanctū non habet, non posse peccata remittere vitæ merito, posse tamē vi sacramenti. Et primo modo procedit decretum Alexandri citatum. Sequitur ex dictis non esse de necessitate iterandam confessionem ob id quod pœnitens est oblitus pœnitentiæ prius iniunctæ. Nec ob id quod pœnitentia iniuncta, sit in peccato adimpleta. Nec ob id quod confitens, tempore quo confitebatur, oblitus fuit alicuius peccati mortalis à se cōmissi. Hæc omnia patent: quia cū his stat, quod confessio prius facta, simul & absolutio fuerit legitima & valida, & per consequens non iteranda. Nam pono huiusmodi pœnitentem cum debita contritione, & præmissa debita discussione cōscientiæ, absq; aliquo impedimento fuisse suo proprio curato confesum: iam illa confessio, & absolutio fuit valida ex parte tam confitentis, quam absoluentis, vt suppono: confessio autem, & absolutio semel legitime facta, non potest reddi nulla per casum postmodum occurrentem. Ac proinde si postea succedat iniunctæ pœnitentiæ obliuio, aut eiusdem in peccato adimpletio, non inde fit vt absolutio, quæ valida fuit, sit nulla. Si tamen peccator velit in hoc sæculo pro peccatis confessis satisfacere iuxta qualitatem & quantitatem peccatorum quæ commisit, & iniunctæ pœnitentiæ oblitus est, tenebitur eadem peccata reconferri ad finem hunc, scilicet, vt debita pœnitentia illi iniungatur. Attamen hoc voluntatis est, non necessitatis: quia liberum est pœnitenti in hoc sæculo satisfacere, aut satisfactionem ad Purgatorium relinquere, vt postea patebit. De pœnitentia etiam in peccato adimpleta, an sit iteranda, seu an sit satisfactoria patuit supra: & iterum patebit inferius. De confessione etiam dimidiata ob obliuionem alicuius peccati, an sit de

necessitate iteranda, supra conclusum est. Et in præsentiarum breuiter dicendum, distinguendo de huiusmodi obliuione: quia si processit ex negligentia cōfitentis, eo quod non debite suam cōscientiam discusserat, culpabilis fuit talis obliuio, & ita absolutionem suscipiens posuit obicem, & ex consequenti non mansit verè absolutus, ac proinde tenetur reiterare cōfessionem illam. Si autem obliuio illa illi accidit absq; negligentia sua, cum fecit quæ debuit vt omnia sua delicta ad memoriam reuocaret, & nō potuit: tunc valida fuit confessio, & non iteranda. Satis erit, postquam peccatum oblitum ad memoriam fuerit reuocatum, illud cum cæteris, quæ post illam confessionem commisit, confiteri. Illud in hac materia notandum est, quod si confessus certus est de nullitate absolutionis sibi impensæ; siue ob defectum ipsius cōfitentis, siue ipsius confessoris: tunc tenetur reiterare confessionem, vt dictum est, in casibus supra positis. Si autem non fit de hoc certus, sed dubius, est videndum de huiusmodi dubio, an sit probabile, ita vt subsit iusta causa dubitandi, & tunc etiam est cōfessio iteranda, nec dubium temerè deponendum. Si autem sit dubium non ita probabile, sed leue, scilicet, si non subsit iusta & rationabilis causa dubitandi: tunc vel deponatur dubium, vel reiteretur confessio: alioqui exponeret se homo periculo non habendi veram absolutionem. Si autem hoc dubiū habeat homo tempore quo confitetur, tunc stante dubio peccat absolutionem petendo: quia exponit se periculo irritam faciendi absolutionem, & ideo tenetur confessionem iterare, cum confessione obicis.

A Liud occurrit dubium: An in illis casibus, in quibus est de necessitate reiteranda confessio, sit reiteranda particulariter, & explicitè: an sufficiat in genere, dicēdo, Confiteor me illa omnia commisisse, quæ olim vobis confessus fui. &c. Respon. Si reiteratio confessionis fiat nouo confessori, & non ei cui prius erat facta confessio: tunc non dubium, quin in particulari sit reiteranda. Si autem fiat priori confessori, distinguunt doctores: quia vel peccata prius confessa exciderunt à memoria illius confessoris, vel non. Si non, satis est confessionem in genere reiterare. Secus si à memoria confessoris exciderunt. Contrā tamen videtur, quod non sit necessarium reconferri peccata eidem confessori in particulari, etiam si peccata à memoria cōfessoris exciderint. Ratio, quia memoria

K 3 memoria

E memoria peccatorum confessorum non est in confessore necessaria ad validitatem absolutionis. Probat, ut si quis confiteatur multa peccata, cuius confessio duret per octo dies, vel per mensem, aut etiam per annum: si quis omnia peccata totius vite velit confiteri, & in fine anni confessor eum absoluat, valebit absolutio, etiam si confessor non teneat memoriam omnium, quæ in confessione audiuerat. Similiter si absolutio differatur ad petitionem confitentis, qui vult amplius suam discutere conscientiam: aut ad voluntatem confessoris, qui vult super certis casibus in confessione auditis, amplius per librorum inspectionem, aut virorum Doctorum instructionem informari, & differatur ad mensem, vel annum, & postea absoluat poenitentem, valebit absolutio, etiam si sacerdos non habeat memoriam omnium, quæ in confessione audiuerat. Sic tenet Palude in suo 4. sic Adna. q. 4. de confessione. Sic Baptista confessio. l. 8. Si arguas: Poenitentia illi imponi dignè non potest, nisi iuxta quantitatem & qualitatem peccatorum: ad hoc autem necessarium est, ut confessor notitiã peccatorum habeat: Dicendũ, quòd si velit peccator per poenitentiam condignam à sacerdote iniunctam in hoc seculo satisfacere, necessarium est peccata in particulari reconfitetur, si à memoria confessoris exciderunt: attamen cum poenitentia iniuncta sint arbitraria, ut habetur. c. Mensurã. de poenitentia. distinct. 1. Et cap. Deus. de poenitentis & remissio. & sit in voluntate peccatorum velle hic, vel alibi satisfacere: ideo non est simpliciter necessarium in particulari reconfiteri. Si secundo arguas, quia confessor absolvens poenitentem quando à confessoris memoria peccata exciderunt, exponit se periculo absoluendi, quem absolvere non potest: quia forte ille poenitens habebat casus reseruos, aut erat maiori excommunicatione ligatus, à quibus hic confessor eum absolvere non potest. Igitur peccat sine memoria peccatorum illum absolvens. Respon. Quòd si est ipsi confessori certum, vel probabile, aut dubium, quòd ille habuerit tales casus, peccat, illũ vniuersaliter absoluendo: quia exponit se periculo prefato, in quo casu non procedit prefata responsio. Secus si credat nullũ tale fuisse impedimentũ, quòd potest licitè credere, si ipse poenitens sit doctus, & fide dignus, & certiorat suũ confesorem, q. nullum talem habuerit casum.

Sed pone, quòd Petrus primò omnia sua peccata, quæ pro tempore habebat con-

fessus est vni confessori idoneo: deinde alio anno reliqua sua peccata alteri idoneo integre confessus est: vtraq; tamen fuit inualida, vel ex defectu ipsius confitentis, vel ipsorum confessorum, & vtraq; confessio reiteranda. Quærebatur, an satisfaciat ille poenitens, si ad primum confessorem adeat, dicens: Confiteor me illa omnia commisisse, quæ tibi confessus fui. &c. Et ad secundum similiter, dicens: Confiteor me illa omnia commisisse, quæ tibi olim confessus fui. &c. ita ut vterq; illum absoluat. Respon. Cum prefata confessiones ab homine in casu facte inualidæ fuerint, similiter & absolutiones, perinde est, ac si non esset confessus: ideo si vult ab omnibus peccatis absolui, non à diuersis confessoribus, sed ab vno, vnicam quærat absolutionem. Et illi, à quo petit absolui, omnia commissã à quibus hætenus absolutus non est, confiteatur. Et si illi vni aliquando, licet inualidè, aliqua peccata fuerit confessus, illa in genere eidem confiteatur: & reliqua quæ illi non erat confessus, reconfitetur, ut ab illo omnium peccatorum integram assequatur absolutionem.

De facultate simul & fructu

legitimam confessionem iterandi.



Alia iuxta mate-

riam prefatam occurrit dubitatio. Esto quòd confessio legitima, & valida semel facta, non sit de necessitate iteranda, an saltem possit licitè, & fructuosè reiterari. In qua distinguendum videtur de confessione, & de absolutione. Nam de confessione nulla est quæstio quin possit eadè frequenter eidem, & diuersis confessoribus fieri. Nec dubium est, huiusmodi iteratam confessionem eorundem peccatorum fructuosam esse ex opere operantis, ratione humilitatis ipsius peccatoris, & ratione reiteratæ contritionis, ex qua reiterata confessio procedit: & ratione verecundiæ, quam in ipsa peccatorum confessione habet, & ratione consilij, & correctionis, quam ei confessor potest exhibere. De absolutione autem iterata super eisdem peccatis est dubium: An licita sit & fructuosa. Et dixit quidã doctor de Rubione, quòd nõ est licitũ huiusmodi absolutionem in casu iterare. Cuius ratio est, quia secunda absolutio esset irrita, & inanis, & falsa: quia cum talis peccator ab illis suis peccatis quæ recon-

fitetur

A fitetur fuerit prius verè sacramentaliter absolutus: igitur non mansit postmodum eisdem peccatis ligatus: ac proinde quando sacerdos reiterata confessione ait: Ego te absoluo à peccatis tuis, quæ mihi confessus es: falsum dicit pro tunc, cum nemo verè dicatur solui, qui immediatè ante ipsam solutionem ligatus non fuerat: & ita absolutio est irrita: & per consequens, qui absolutionem reiterat, & qui eam reiterari facit, ex parte sua facit sacramentum irritum: & ita peccat, sicut qui semel est baptizatus, si iterum baptizaretur.

Sco. ait in Quarto confessionem simul & absolutionem iterari quidè posse licitè: non tamen salubriter, quia secunda absolutio nil in confitente operatur. Tum, quia opposito dato, per solam reiterationem confessionis sine alia satisfactione posset peccator totaliter à peccatis liberari. Tum etiã, quia sententia semel lata, clauæ non errante, à Deo ratificatur in cœlis, ita ut nõ maneat peccator amplius ligatus. Tum etiã, quia ita videmus in foro contentioso, quòd sententia semel lata non reiteratur, & reiterata, non plus quàm prima operatur: igitur. Oppositum tamen vtriusq; videtur tenendum. Tum ex cõmuni doctorum & sanctorum sententia, qui commendant peccatorem sua peccata etiã prius confessã, frequenter, & pluribus cum spe veniæ confitentem, ut patet ex cap. Quem poenitet. de poenitentia, distinctio. 3. Quod procedit de confessione sacramentali reiterata. Tum etiam, quia apud religiosos simul & apud alios viros deuotos & Deum timentes approbatur communiter, & commendatur consuetudo, qua solent multi, vel in seculo manentes, vel religionem ingredientes confessionem totius vite repetere, & ab omnibus simul absolutionem recipere.

Quòd etiam fructuosa sit huiusmodi iterata confessio, & absolutio ex opere operato, apparet: quia est illic verum sacramentũ, cum concurrat debita materia, & forma, & minister idoneus, & intentio, ut suppono: igitur. Si dicas deficere debitam materiam, quæ est peccata non prius remissa: Contra, quia tunc si quis omninò contritus, præcedente feruida charitate confiteatur, & absoluitur, non illi huiusmodi absolutio prodesset: quia deficit materia per te, scilicet, peccata non prius remissa, cum constet illa omninò quo ad culpam & poenam esse remissa, ut suppono in casu. Si dicas non esse remissa à sacerdote, licet sint à Deo condonata: Contra, quia id non obstat. Nam quæro quis sit

fructus absolutionis sacramentalis? quia vel est remissio peccatorum quò ad culpam, vel quo ad poenam, vel est collatio gratiæ, seu augmentum eius. Si primum, sequitur quòd cum peccata sint sufficienter à Deo remissa per contritionem præuiam in casu, quòd esto absoluitur à sacerdote, infructuosa erit talis absolutio impenfa ei, qui contritus confitetur, sicut si iteratò confiteretur. Si secundum, aut tertium, sequitur quòd iterata absolutio super iterata confessione, habet fructum suum facere, scilicet, dare augmentum gratiæ, & remittere aliquid de poena temporali, si cui tali mansit homo obnoxius: & per consequens quòd peccata confessã, sint prius à sacerdote remissa, vel non, nil obstat, quo minus iterata absolutio super iterata confessione sit verum sacramentum. Deinde vtrunq; idem patet ex Extrauagante Martini Quinti supra citata, qui determinauit, quòd confessi fratribus generalem licentiã habentibus, nihilo minus tenerentur iterum suis parochialibus confiteri, prout in Concilio generali Lateranen. fuerat institutum: cap. Omnis vtriusq; sexus. &c. Quod tamen statutum non de sola confessione agenda, sed de sacramentali cum absolutione subsequuta intelligendum esse supra deduximus. **D** Et patet, quia si de confessione reiterata, & non cum spe absolutionis loqueretur, non esset opus suo proprio reconfiteri, sed cum sit talis confessio facienda proprio, ideo est, quia non potest nisi à proprio absolui. Similiter idem patet ex Extrauagante Benedicti Vndecimi, Inter cunctas. vbi ait sententialiter, quòd religiosi, qui iuxta statuta sui ordinis tenentur suis prælatis confiteri, si alijs licentiatas confiteantur, quòd nihilo minus teneantur iterum suis prælatis iuxta sua statuta confiteri. Quæ constitutio licet sit per Clementinã, Dudum. de sepulchris. iam reuocata, quantum ad obligationem reconfitendi, attamen ante reuocationem habebat vim, & post reuocationem licet sit ablata obligatio reconfitendi, non tamen licentia. Adde, quòd Benedictus ibidè ait, quòd licet confessi fratribus licentiatas nõ teneantur suis proprijs curatis reconfiteri: est tamen salutare: ideo prædicti fratres debent illis cõsulere, ut iterũ suis proprijs curatis cõfiteantur. Dicendũ igitur ad quæstionem sub distinctione, quia duobus modis potest reiterari absolutio ab eisdem peccatis. Vno modo, reiterata confessione. Alio modo, ea non reiterata. Et quidè si confessio non reiteretur, sed ea semel tantum facta,

K 4 cta,

Eta, reiteretur absolutio bis, aut ter, aut pluries: tunc probabile est, talem absolutionem nil plus quam primam operari. Sicut si quis in eadem Missa plures hostias accipiat, nil plus, quam si vnā perciperet, obtinebit. Si tamen confessio iteretur, simul & absolutio: tunc currit sententia modò probata, quòd talis absolutio toties proderit, quoties confessio iteretur, modò nò ponat obicem ipse confessus. Sicut quoties dignè celebrat, toties illi proderit ex opere operato Eucharistiam suscipere. Dixi notanter, nisi confitens obicem ponat: Quia qui confessionem reiterant, cum animo iteratam absolutionem ab eisdem peccatis recipiendi, possunt se dupliciter habere: quia vel id faciunt ex diffidentia præteritæ absolutionis, quasi illa prima absolutio ei, ob grauitatem suorum peccatorum non suffecerit: & talis diffidentia, mortale peccatum est, & ad infidelitatem seu heresim pertinens. Et ideo qui ex tali diffidentia confitetur, obicem ponit, & ita huiusmodi iterata confessio simul & absolutio nil illi proderit. Aut confessionem reiterant ex humilitate, & deuotione, quam ad huiusmodi sacramentū habent, omni tali diffidentia, cæterisq; obicibus seclusis: tunc licet, & fructuosè talis confessio cum absolutione, vt supra dictum est, iteratur. Verum esto non sit fructuosa iterata absolutio super eadem confessione non iterata, esset dubium, an saltem sit licita. Et videtur probabile, quòd nò, secundum primam sententiam, nisi ob causam iustam reiteretur: puta, si dubitat confessor, an primò absoluerit, quia fortè oblitus est, an debita verba formauerit, an debitam adhibuerit attentionem, aut ad aliquem alium defectum, si quis fortè interuenerit, supplendum. Eodem modo potest dici, quòd non est licita reiteratio verborum consecrationis super hostia consecrata, nisi ob aliquam similem causam. Et generaliter nulla forma alicuius sacramenti esset licitè iterabilis, non iterata materia, nisi ob causam. Inde est, quòd verba matrimonialia semel domi celebrata, in ecclesia publicè reiterantur: quia subest iusta, & rationabilis causa, ea in publico iterandi, vt occasio calumniandi, seu perperæ, & finistrè de illis cohabitantibus opinandi, tollatur. Iam ad rationes prioris sententiæ responderi potest. Ad primum, quòd falsum est iteratam absolutionem super iterata confessione irritam esse, & inanem: imò valet ad augmentum gratiæ, & remissionem pœnæ, si qua soluenda post deletam culpam re-

manfit. Et quando arguitur, quòd forma sit in casu falsa, quæ significat illum confitentem tunc absolui, cum tunc ligatus non esset. Dicendum primò secundum Magistrum facile soluitur, qui ait sensum illius formæ esse: Ego te absoluo, id est, te absolutum esse iudico: & hoc verum est. Secundum verò alios erit sensus: Ego te absoluo quantum est ex parte mea, & similiter verum est. Fortè etiā nò erat omnino à peccatis solutus, quia vt in plurimū post remissionem culpam, relinquitur ligatura temporalis, à qua in toto, vel in parte potest confitens per sacerdotem absolui. Adde, quòd si deberemus in sono verborum præfatæ formæ stare, per eandem rationem concluderetur, quòd esset falsa, irrita, & inanis prima absolutio ei, qui ante fuerat contritus, impenfa.

Ad secundū pro parte Scoti allegatū, dicendum, quòd nil inconuenit dicere, quòd per iteratam confessionem, simul & iteratam absolutionem tota pœna peccatis prius dimissis debita remittatur, sicut & per alia opera pœnalia & meritoria reiterata dimitti potest: quando quidem nò minoris virtutis, & efficacitatis sunt sacramenta iterata, quàm humana opera similiter iterata. Ad aliud, quo arguitur, quòd sententia sacerdotis ratificatur in cœlis, fateor, ita, scilicet, vt nò amplius teneatur peccator ea, quæ semel confessus est, iterum confiteri, cum quo stat posse fructuosè confessionem simul & absolutionem iterari. Ad tertium, esto, quòd sententia in foro exteriori iterata super eadē causa nil plus, quam prima sententia operetur: in nostro tamen casu potest aliquid amplius repetita absolutio operari. scilicet, augmentum gratiæ, & pœnæ remissionem, vt dictum est. Et quia in foro contentioso non est, quòd secunda sententia iterata debeat aut possit conferre vltra id quòd prima contulit, ideo non mirum si effectum nouum non habeat.

De his, qui confiteri tenentur.



Iam quæritur, quis teneatur confiteri. In primis proponatur Decretalis: Omnis vtriusq; sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenierit, omnia sua peccata, solus proprio sacerdoti, saltem semel in anno confiteatur, & pœnitentiā iniunctam studeat pro viribus adimplere. Quòd si voluerit alieno confiteri, licentiam prius postulet, & obtineat à pro-

A à proprio &c. Quæritur igitur de huiusmodi obligatione confitendi, an se extendat ad infideles: Et dixerunt aliqui, quòd obligatio confitendi, quæ est de iure humano, puta semel in anno, non se extendit ad infideles, de quibus ecclesia non iudicat, iuxta illud Pauli: Quid ad nos de his, qui foris sunt, iudicare? Obligatio autè confitendi ex iure diuino orta extendit se, vt dicunt, ad fideles, eò quòd iuri diuino omnes tam fideles, quam infideles subijciuntur: maxime, quia quando Christus dixit, Quorum remisistis peccata &c. nullam fecit inter hos & illos peccatores, differentiā.

Respon. Aliter dicendum est, quòd nec iure humano, nec diuino tenentur infideles confiteri peccata tempore infidelitatis commissa. Probatur, quia vel tenerentur ea confiteri antequam baptizentur, vel post. Non primum, quia baptismus est ianua aliorum sacramentorum, & pœnitentia est secunda tabula post naufragium, & nulli sacerdoti data est potestas iurisdictionis super infideles in foro pœnitentiali, quæ omnia suppono certa: igitur in eis antequam baptizentur absolutio sacramentalis locum habere non potest. Sed nec potest dici secundum, scilicet, quòd post baptismum tenentur confiteri peccata, quæ tempore infidelitatis commiserunt: nam illa omnia in baptismo totaliter remittuntur, quo ad culpam & pœnam, ac si commissa non essent. Et vt ait Ambrosius. Baptismalis gratia non requirit gemitum, nec planctum, nec vllam exteriori satisfactionem, nec confessionem. Si dicas, ad minus si infidelis ponit obicem tempore quo baptizatur, peccata priora illi non remittuntur, sed in eo permanet post baptismum, & ita tenebitur postea ea confiteri: quia sub præcepto confessionis cadunt omnia mortalia post baptismum commissa, & permanetia.

Respon. Ad id dici posset, quòd etsi baptismus in casu non remittat peccata tempore, quo suscipitur, remittet tamè ea postea, quādo factio recesserit, iuxta decretum Augustini, Tunc valere. de consecra. dictin. 4. Contra poterit replicari, quòd ex sententiā quorundam, vt Sco. etiam tangit, quando factio recesserit, non virtute baptismi remittentur peccata, sed virtute contritionis tunc aduenientis: & si ita sit, non videtur improbabile, quòd cadant sub præcepto confessionis, sicut reliqua post baptismum commissa. Verum quicquid sit de hoc, illud tenendum est cum communi sententia, quòd in casu, quo factio, superueniente contritione, recedit, gratiam ba-

ptismalem consequitur, quā propter obicem C malæ voluntatis prius non fuerat consequutus: & ita huiusmodi gratia baptismalis idè nunc operatur, quòd fuisset operata tempore baptismi, nisi obicem reperisset. Tunc autem certum est, quòd gratia illa omnia peccata tempore infidelitatis commissa omnino deleuisset: ita, vt nulla de illis opus esset confessione, aut satisfactione. Hoc igitur idè post operatur, cedente fictione.

DE fidelibus est dubium: An obligatio confitendi se extendat ad omnes fideles. Pro quo supponatur, posse fideles esse in quadruplici genere, vt Primi sint, qui omni carent peccato mortali, & veniali. Secundi sint, qui carent mortali, sed non veniali. Tertij sint, qui carèt mortali exteriori, sed nò carent mortali mentali. Quarti sint, qui sunt in peccatis mortalibus exterioribus. Sed an sit dabile primū genus hominū, qui omni peccato in hac vita careant: saltem per notabile tempus in ætate adulta: nam de paruulis baptizatis non dubium, quin careant omni peccato. Similiter de adultis, non dubium quin possint omni peccato carere per instans, vel saltem per breue tempus, vt si in adulta ætate baptizentur cum pœnitentia perfecta omnium suorum peccatorum, poterunt saltem ad breue tempus in innocentia permanere: non ita per notabile tempus, vt Augustinus ex intento probat. Tum, quia nò est homo, cui non conueniat orationem Dominicam quotidie dicere, in qua petimus, dimitte nobis debita nostra. Tum ex eo, quòd ait Ioan. in sua canonica: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis nò est. Tum, quia non est homo qui nò peccet, etiam si iustus sit, non poterit gloriari se immunem esse à peccato: septies enim in die cadit iustus, vt ait scriptura. Si tamè aliquis talis sit, qui speciali Dei gratia ab omni peccato sit immunis, talis non erit alitrius confiteri, nec iure diuino, nec humano: quandoquidem confessio, de qua loquimur, non nisi de proprijs peccatis fieri debet. De his autè, qui mortali peccato carèt, sed non veniali, est dubium, an teneantur confiteri. Et dixerunt aliqui, quòd licet non teneantur necessitate sacramenti, eò quòd peccata venialia non sunt materia necessaria sacramenti pœnitentiæ, tenentur tamè necessitate præcepti ecclesiæ, quæ in presenti Decretali vnicuique fideli iubet, vt semel in anno confiteatur, cui quidem præcepto de necessitate obtemperandum est.

K 5 Non

E Non esset opus ad hanc quæstionem nunc respondere, cum supra fuerit absoluta, nisi propter eos, qui opinionem suam specialiter fundant in Decretali, Omnis utriusque. Contra quos dicimus, per huiusmodi Decretalem non teneri homines peccata venialia confiteri, etiam si mortalibus coniuncta sint. Quod probatur, supponendo, quod ecclesia in hac Decretali non induxit novam obligationem confitendi, sed tantum limitavit tempus, in quo homines preceptum divinum de confitendo adimplerent, ut est communis Theologorum sententia: igitur per hanc Decretalem homines non tenentur confiteri nisi ea que iure divino confiteri tenent. Sed sic est, quod divinum ius non obligat quemquam ut venialia confiteatur: nam illud dictum Christi, unde orta est obligatio confitendi, scilicet, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, erunt retenta: non potest de venialibus vere intelligi, ex quo venialia multis alijs modis remitti possunt, ut supra dictum est, & ita hæc Decretalis non obligat homines huius secundi generis. Secundò idem patet ratione Doctoris sancti: quia ecclesia non potest obligare ad impossibile, vel quasi: sed impossibile est hominem omnia peccata venialia confiteri, cum sint innumera, quæ homo dinumerare non potest: igitur hæc Decretalis non se extendit ad confessionem venialium, siue mortalibus sint adiuncta, siue non. Tertio, quia sacramentalis confessio, non est necessaria, nisi ad liberandum hominem à naufragio, est enim poenitentia secunda tabula post naufragium. Cum ergo homines per sola venialia naufragium pati non possint, cum per ea charitas in nullo diminuat, sequitur non esse necessariam ea confiteri. Postremò idem patet ex poena in hac Decretali posita, contra huiusmodi confessionem omittentem, scilicet, ut vivus arceatur ab ingressu ecclesie, & moriens careat ecclesiastica sepultura. Quam poenam tam duram non est credendum ecclesiam imposuisse propter non confessionem venialium. Peius enim est venialia committere, quam commissa non confiteri: sed talis poena imponi non debuit, imò nec poterit contra eos, qui venialia committunt: igitur multò minus contra eos, qui venialia commissa non confitentur. Sequitur ex dictis, non esse standum in sententia Caietani, qui ait, fratres nigros teneri ad confessionem venialium semel in mense, etiam si communiter fideles ad huiusmodi confessionem non teneantur. Et ita dicit, quod Clementi-

na de statu monachorum, quæ ait, quod fratres nigri teneantur semel in mense confiteri, procedit de monachis, sola etiam venialia habentibus. Contra quod militat ratio prima supra facta: quia ecclesia non induxit obligationem novam confessionis, præter eam quæ est de iure divino. Cum ergo iure divino fratres nigri nec alij non teneantur confiteri venialia, siue sola sint, siue mortalibus coniuncta: sequitur præfatam Clementinam non ad venialia se extendere, sicut nec præfata Decretalis, Omnis utriusque, sexus. Et quavis religiosi, & etiam alij viri seculares possint obligari ad confessionem venialium, hoc erit ex ipsorum voluntate, seu voto. Quod autem inuiti ab ecclesia, seu iure communi ad id obligentur, non apparet verum. Quod si inter se habent statuta per quæ puniuntur hi qui venialia non confitentur, ut erunt statuta, de ea in genere confitendo: vel erunt statuta quibus ipsi propria voluntate se subiecerunt. Itaque non video apparentiam, quod vel religio, vel ecclesia, vel commune ius obliget religiosos ad confessionem venialium in particulari. Nam de hac loquimur.

De confessione peccatorum cordis.

His etiam hominibus tertij generis, qui carent mortali exteriori, sed non mentali, est simile dubium, An teneantur peccata mentalia confiteri. Super qua quæstione olim fuerunt multi qui tenuerunt partem negativam. Pro quibus facit ratio, quia peccatorum confessio prærequirit in confessione iurisdictionem, ut supra patuit: sed confessor non habet iurisdictionem super actus cordis, sicut nec ecclesia tota, cum occulta cordium iudicio Dei sint reserata, ut quam plura iura testantur. Etiam homo non iudicat nisi de his, quæ apparent, prout scriptura ait: Homines iudicant quæ vident, Dominus autem intuetur cor. 1. Reg. 16.

Oppositum tamen tenendum est, scilicet, quod peccator habens mortalia peccata post baptismum commissa, tenetur ea omnia confiteri, non solum exteriora, sed etiam mentalia, siue sola sint, siue exterioribus coniuncta. Id probatur ex dicto Christi sæpe citato, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Quæro, vel Christus hic solum de peccatis exterioribus

Abus loquutus est, vel etiam de interioribus. Non primò, quia tunc satisfaceret peccator divino iuri, si sola exteriora confiteatur, & ab eisdem à confessore absoluat: & confessor non haberet à Christo potestatem absolvendi, nisi ab exterioribus: quia in eodem loco dedit Christus sacerdotibus potestatem remittendi peccata, & preceptum peccatoribus de ea confitendo. Et ita si illic Christus de solis exterioribus peccatis loquutus est, nec peccator teneret confiteri nisi exteriora, nec sacerdos absolvere posset, nisi ab exterioribus. Ex quo hæc absurditas sequeretur, quod Deus remitteret in confessione sola exteriora peccata, & non alia pure mentalia. Nam dixit Christus in sententia: Peccata, quæ vos sacerdotes remiseritis, ego remittam: quæ autem vos non remiseritis, per iudicium vestrum absolutivum, nec ego remittam. Cum igitur secundum hanc responsionem sacerdos non remittat pure mentalia, sed tantum exteriora, quæ in confessione audiunt: igitur Deus similiter non remitteret pure mentalia, sed solum exteriora confessæ à sacerdote remissa. Quod impiè est dicere: quia Deus vel nullum mortale remittit, vel omnia. Nam vel in remissione gratiam infundit, vel non. Si sic, illa gratia omnia mortalia expellit: Si non, nullum igitur mortale expellitur, aut remittitur. Resistat ergo, quod Christus in loco allegato de omnibus mortalibus sit loquutus, etiam mentalibus, & per consequens iure illo divino tenentur peccator mentalia confiteri, siue sola sint, siue exterioribus coniuncta.

Quæquam proterius dicere posset, rationem hæc non concludere, & quod sententia Christi de exterioribus tantum procedat peccatis, & quod illa remittuntur per sacerdotis absolutionem, modo de illis debitam habeat contritionem propter Deum: & tunc Deus virtute contritionis remittit mentalia. Quod si talis contritio non adsit, nulla illi à Deo peccata mortalia remittuntur. Contra tamè arguitur: quia illa remissio, qua Deus hæc peccata remittit vi contritionis, illa verò vi absolutionis, non habet locum, nec habere potest, loquendo de remissione quo ad culpam, quam Deus facit, quam nunquam facit, nisi infusa charitate. Et patet hoc: quia non aliter remittit mentalia per contritionem, nisi dando gratiam: hæc autem gratia vi contritionis data, omnia mortalia excludit: igitur repugnat de lege, quod Deus vi contritionis remittat aliqua mortalia, & non omnia. Similiter si vi sacramenti remittit exteriora, id non fit, nisi gratiam sacramentalem infundendo: hæc autem gratia iterum

omnia etiam mentalia excludit: igitur repugnat, quod vi sacramenti sola exteriora remittat. Ratio igitur facta valida est, cui adde quod supra dictum est, quod eodem iure divino est necessaria integritas confessionis, quo est necessaria ipsa confessio: & ita non satisfacit peccator iuri divino, si sola exteriora, tacitis mentalibus, confiteatur: & per consequens nec satisfacit huic Decretali, in qua præcipitur, quod illa confessio, quæ iure divino necessaria est, fiat semel in anno: & ita intentum. Hanc rationem in integritate confessionis fundatam, non probat Caietanus: quia ait eam procedere, quando peccator confitetur exteriora, & non interiora, cum habeat utraq; non tamen procedit, quando nulla exteriora commisit, sed solum interiora. Sed probò quod eam debet approbare, supposita necessitate integritatis de iure divino: quia si habet peccator peccata mentalia simul & exteriora, & sola exteriora confitetur, agit contra divinum ius, quo tenetur omnia per eum commissa confiteri: & cum non sit aliud expressius divinum ius quod id præcipit, nisi quod supra allegatum est, scilicet, quorum retinueritis peccata, retenta erunt, id est, peccata, quæ vos sacerdotes non remiseritis, nec ego remittam: igitur talis peccator in casu, quo sola exteriora confitetur, & non interiora, peccat: quia confessionem interiorum omittit: igitur illo iure divino tenentur peccata interiora confiteri, sicut & exteriora, cum sententia Christi ad omnia etiam mentalia se extendit. Alioquin si ad sola exteriora Christi præceptum se extenderet, satis servaret peccator integritatem confessionis, quando omnia exteriora præcisè confitetur. Pro hac vera sententia facit etiam qualitas fori poenitentialis, quod secretissimum est, sicut & esse debet: eo scilicet, quod in illo de causis secretissimis tractetur, inter quæ sunt peccata occultissima cordis. Facit etiam, quod sacerdos ea, quæ in foro poenitentiali scit & audit, scit ut Deus, non ut homo, ut dicitur. Deo autem etiam occultissima cordium sunt confitenda, cuius locum sacerdos tenet. Facit etiam ratio: quia Christus venit curare vulnera nostra, nec dicendum est, quod fuerit imperfectus, & defectuosus medicus, qui reliquerit medicinam pro exterioribus peccatis curandis, & non pro mentalibus. Medicinæ autem, quas reliquit ecclesie, sacramenta sunt. Nec videtur, quod aliud sacramentum reliquerit, ad curandum mentales morbos post baptismum contractos, quam sacramentum poenitentiae: igitur non solum exteriora sunt confitenda, sed & mentalia.

E talia, vt huiusmodi medicina sacramentalis omnibus his morbis prodesse valeat.

Postremo facit presens Decretalis, que de pretemporalis limitatione, in quo confessionem fieri iubet, in reliquis que ad confessionem attinent, potius est diuini iuris declaratiua, quam noui inductiua. Cum igitur dicat, quod omnis fidelis omnia peccata confiteatur, & nomine, omnia, veniunt etiam mentalia intelligenda, nam qui totum dicit, nil excludit, sequitur obligationem confitendi ad pure mentalia se extendere. Specialiter etiam facit concilium Compluten. in quo fuerunt condemnati magistri quidam Salmanticensium, qui asserbant, peccata cordis non esse confitenda, sed per solam contritionem cordis deleri. Cuius condemnatio fuit per Sixtum Quartum approbata, vt supra tetigimus.

Ad rationes priores contra veritatem supra positas, facile est respondere. Esto enim confessio prerequirit in confessore potestatem iurisdictionis, nego tamen, quod confessor hanc non habeat in peccata cordis in foro penitentiali, in quo causae occultissimae tractari debent, in quo etiam confessor tenet vicem Dei. Dicendum secundo, quod licet confessor non habeat iurisdictionem coactiuam in peccata cordis, cum homo purus non possit peccatorem compellere, vt occulta cordis confiteatur: habet tamen iurisdictionem absolutiuam ipsorum peccatorum, pre-supposita spontanea subiectione, qua peccator in huiusmodi occultis se subijcit confessori.

F Ad aliud, quo dicitur quod homo non iudicat nisi de his que apparent, fateor: sed peccata mentalia quando quis ea confitetur, iam apparent: & ita confessor potest de illis iudicare.

De alijs hominibus quarti generis, qui habent peccata, non solum mentalia, sed exteriora, non est dubitandum, quin teneantur ea omnia confiteri, tam iure diuino, vt supra deductum est, quam humano, virtute presentis Decretalis. Esset tamen dubitatio de Papa. Et videri posset, quod esto, quod sub hoc quarto genere comprehendatur, non teneatur confiteri alicui sacerdoti, sed soli Deo. Ratio, quia confessio sacerdoti facienda, vt valida sit, pre-supponit in ipso sacerdote potestatem iurisdictionis super ipsum confitentem: hanc autem nullus sacerdos videtur habere supra Papam, qui caput omnium est, cui omnes alij subijciuntur: ipsum autem nulli nisi Deo constat esse subiectum.

Deinde quod virtute huius Decretalis non

teneatur confiteri, apparet: quia Papa non videtur legibus humanis de necessitate subiectus: cum omnes tales, saltem ecclesiasticæ, sua auctoritate, & voluntate sint instituta: in quibus potest ipse cum alijs hominibus, etiam pro voluntate sua dispensare: ita, vt teneat dispensatio, & dispensatus maneat liber ab obseruantia huiusmodi legum: igitur a fortiore ipse est liber ab illis. Nec obstat, quod huiusmodi Decretalis facta est per Concilium generale, cui omnis fidelis, quacunque fulgeat dignitate, etiam papali, parere tenet, vt in Concilio Constant. fuit declaratum. Non inquam obstat: nam siue teneamus, quod Papa sit supra Concilium, vt communis doctorum sententia tenet, siue quod est inferior concilio, hæc que per concilia statuuntur, intelligenda veniunt, excepta semper auctoritate Romani Pontificis, vt habetur cap. Significasti. de electione & electi potestate.

Respō. videtur, quod quauis huic iuri humano de semel in anno confitendo non sit de necessitate Papa ipse astrictus, quod apparet, tum ex dictis, tum etiam, quia hæc Decretalis loquitur de fidelibus illis, qui habent proprium sacerdotem, & de quibus verificari potest, quod possunt confiteri proprio sacerdoti, vel alieno de licentia proprii, petita, & obtenta, vt ait textus: de Papa autem id non verificatur: ac proinde hæc Decretalis non se extendit ad Papam. Iuri tamē diuino de confitendo subditus est, sicut ceteri fideles, imō grauius ipse peccaret legem diuinam non seruando, quam alij inferiores, eo quod Christus legem suam specialiter suo vicario commisit, vt eam seruaret, & per alios seruari faceret, pro cuius obseruatiua sibi vsque, ad sanguinis effusionem pugnandum est, vt ait Decretum Urbani Papæ. Et quauis nullus homo in terris habeat potestatem iurisdictionis coactiuam supra ipsum Papam, habet tamen absolutiuam, pre-supposita eius spontanea summisione, qua alicui confessori se summittat. Nam potestas iurisdictionis in foro penitentiali in re non addit supra potestatem ordinis, nisi hoc quod est habere materiam subiectam, in quam sacerdos possit suam exercere potestatem. Materiam autem sacerdotibus subijcere, conuenit originaliter Papæ, qui oues Christi diuersis committit pastoribus. Et sicut ei conuenit alias oues summittere, cui velit: ita eidem conuenit se ipsum, quatenus peccator est, summittere cui velit confessori: qua summisione facta, ille quem eligit, dicitur iam iurisdictionem in eum habere, qua possit eum soluere & ligare.

Cui

A Cui debeat fieri confessio.



Einde queri potest,

cui sit de necessitate faciēda confessio? Laico scilicet in defectu sacerdotis, an sacerdoti excommunicato in defectu alterius idonei, An simplici sacerdoti, seu alieno in defectu proprii? Et querit hoc, casu quo peccator sit in articulo necessitatis. Et dixerunt aliqui cum Magistro sententiarum, quod in tali articulo necessarium est confiteri laico.

Id probat primo ex eo, quod Iacobus dixit in sua Canonica: Confitemini alterutrum peccata vestra. Quam epistolam, non ad solos sacerdotes scripsit, sed indifferenter ad laicos, & sacerdotes. Et cum dicat, alterutrum, videtur innuere, quod laicis etiam sit confitendum, idque maxime in articulo necessitatis. Secundo idem arguitur ex ratione: quia cum confessio sacramentalis a Deo iuxta duo contineat, scilicet confessionem, & absolutionem sacramentalem, esto quod in prefato casu absolutio haberi non possit ob defectum ministri, non ideo tolletur obligatio confitendi: quia de duabus seruitutibus, vna remota, altera relinquitur, vt tenet, & citat glo. c. Ois vtriusque, sex. de usu pallij. cap. ex tuarum. Et de priuilegijs. c. Pastoralis.

B His non obstantibus dicendum, quod etiam in articulo necessitatis non est necessarium confiteri laico. Probat: quia nec de iure diuino, nec humano. Primum patet: quia ius diuinum, vnde necessitas confitendi deducitur, solum procedit de confessione faciēda sacerdotibus: nam ad solos sacerdotes dixit Christus: Quorum remisistis peccata, &c. Igitur ubi non habet copia sacerdotis, non tenet peccator homini laico confiteri. Secundum etiam patet: quia potissimum ius humanum de confitendo, est presens Decretalis: hæc autem non obligat, nisi vt semel in anno quisque confiteatur proprio sacerdoti: Ex nullo igitur iure deduci potest necessitas confitendi laico.

Secundo idem patet: quia confessio a Deo & ecclesia iuxta, est confessio sacramentalis: ea autem que laico sit, non est talis, nec esse potest, ob defectum ministri, qui necessario debet esse sacerdos: & ita confessio facta laico, nunquam cadit sub precepto diuino, vel humano. Et ita si in articulo mortis peccator careat copia sacerdotis, non tenet homini confiteri, factis est, si Deo contritus confiteatur. Poterit tamen si velit confiteri laico, tamen in necessitate, quam extra, ad

finem habendi ab eo, si doctus sit, salutare consilium, seu consolationem, & ad finem amplius merendi, ob verecundiam ibidem habitam: non tamen ad finem suscipiendi ab eo absolutionem.

Ad primum ex Iacobo citatum in oppositum, dicendum, quod Iacobus non loquitur ibidem de confessione iustificatiue, qualis est sacramentalis: sed de confessione humiliente, qua scilicet vnusquisque se peccatorem esse recognoscat, & proximum suum delinquentem non ob id contemnat, sed vtrique agnoscētes culpam, pro se inuicem orēt, vt supra dixi.

Ad secundum, dicendum, quod procedit de diuersis seruitutibus, seu obligationibus, quibus aliquis ex æquo tenetur: non de his, quarum altera est principalis, altera accessoria. Exemplum primi, vt peccator semel in anno tenetur confiteri, & Eucharistiam recipere: & ad vtrumque videtur ex æquo teneri: ideo si potest confiteri, & non potest Eucharistiam suscipere, tenetur ad id quod potest, & e contra. Secus in nostro casu, in quo absolui sacramentaliter est principale, confiteri vero est accessorium. Nec cadit sub precepto confessio, nisi propter absolutionem. In lignum cuius Christus in auctoritate sæpe citata, non directe & immediate loquitur de confessione: sed de remissione peccatorum a sacerdotibus impetranda. Cum igitur in casu presenti peccator ille nullam speret absolutionem a laico, ideo cessat obligatio confitendi illi, quemadmodum cessat obligatio fraternæ correctionis, casu, quo nulla sperat emenda.

Sed contra obijcies: quia tunc non tenetur peccator, habens casus superiori reseruatōs, eos suo curato confiteri, ex quo nullam ab ipso curato eorum remissionem sperat.

Respon. Si ita esset, quod peccator nil haberet, quod esset necessario confitendum, nisi si casus superiori reseruatōs: tunc non teneret huiusmodi peccator suo curato confiteri. Attamen si habet alia peccata, que subsunt iurisdictioni curati, & simul habet alios casus alteri reseruatōs: tunc tenebit omnia simul confiteri, ne integritatem confessionis dirumpat: quam supra ostensum est esse de iure diuino.

Ad aliud, an scilicet in articulo necessitatis debeat peccator confiteri sacerdoti nominatim excommunicato, si non habeat alterius idonei copiam. Arguitur quod sic, primo: quia in articulo necessitatis debet sacramentum baptismi de manu hæretici, & excommunicati suscipi: igitur etiam sacramentum penitentiae, cum vtrunque sit de necessitate salutis. Antecedens patet, ex cap. Si quem for-

te. 24.

Ere. 24. q. 1. vbi ait Augustinus de quodā, qui in articulo necessitatis baptismum de manu hæretici suscepit: dicens, Factum illud nō solum non improbamus, sed securissimè, & veraciter laudamus. Secūdō, quia si non esset sacramentū pœnitentiæ à sacerdote excōmunicato suscipiendū, esset propter prohibitionem ecclesię, quæ prohibet cōmunicatiōem cum excōmunicatis: sed hoc in articulo necessitatis nō obstat: tum ob id, quod dictum est in ratione p̄cedēte: tum etiam, quia nō obstante p̄fata ecclesię prohibitione, potest in simili necessitate sacerdos cōmunicare cum peccatore excōmunicato, & eidem beneficium absolutionis impendere, vt patet ex cap. Nō dubium. de sententia excōmunicati. Igitur non obstante p̄fata prohibitione, poterit pœnitens sacramentum absolutionis recipere de manu excōmunicati.

Respon. Oppositum tenendum est: quia excepto baptismo, nullū aliud sacramentū potest recipi de manu hæretici, aut excōmunicati, vt ait beatus Chrysostomus, vt habetur in lib. Canonum pœnitentialium. Et Gratianus. 24. q. 1. cap. Subdiaconus. concludit, quod dēpto baptismo, cetera alia sacramenta à p̄cis, aut hæreticis, etiam in articulo mortis ministrata, aut nullū aut lethalem habent effectum. Secūdō idem patet, si sacerdos est nominatim excōmunicatus, non habet potestatem propinquā soluendi, & ligandi, vt supra deduximus, ex cap. Si celebrat. de clerico excōmunicato celebrāte. Et ex cap. Duobus. de sententia excōmunicati.

F Ac proinde peccator qui non habet sacerdotem cui confiteatur, nisi excōmunicatū, perinde est ac si copiā nō habeat cōfessoris: & ita nō tenet illi magis quā laico cōfiteri.

Ad rationes ante oppositum, dicendum, quod & si in necessitate possit, & debeat sacramentum baptismi de manu excōmunicati vel hæretici formā ecclesię seruantis recipi: non tamē sacramentum pœnitentiæ. Ratio quæ solet assignari est, quia sacramentū baptismi est de necessitate salutis: non ita sacramentum pœnitentiæ, cum peccatoribus alia via salutis pateat. Sed non omninō placet hæc solutio: quia sicut peccatoribus patet via salutis per contritionem, & cōfessionem Deo factam: ita hominibus non baptizatis, saltem adultis, patet via salutis per veram cordis pœnitentiam, & amorē, & fidem Dei. Et sicut adultis datū est in p̄cepto, q̄ baptismum suscipiāt: ita peccatoribus baptizatis datum est in p̄cepto, vt sacramentū

pniæ suscipiāt: igit̄ vtrūq; videt̄ de iure diuino æquē necessarium adultis peccatoribus.

Ideo aliter dicendū, quod in articulo necessitatis potest, & debet sacramentū baptismi de manu excōmunicati & hæretici, recipi: quia talis idoneus minister est ad baptizandum, ad quod non requiritur nisi posse absoluere, & verba sacramentalia proferre. Quod æquē cōuenit hæreticis, & catholicis. Sacramentum autem pœnitentiæ non potest in articulo necessitatis ab excōmunicato recipi: quia nominatim excōmunicat⁹ non est minister huiusmodi sacramenti idoneus, cō quod per excōmunicatiōem maiore expirat potestas soluendi, & ligandi: potestas in quā propinqua, ad quam requiritur ultra potestatem ordinis potestas iurisdictionis, quæ excōmunicatus per ipsam excōmunicatiōem priuatur. Sed ultra replicabis, quod tunc ad minus sacramentum Eucharistiæ deberet in necessitate recipi de manu hæretici, aut excōmunicati, sicut & baptismus: nam tanta necessitate videtur necessarium vnum ex his sacramentis, sicut reliquum, de quorum altero scriptum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest ingredi regnum Dei.* De altero verò: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam æt.* Cum tamen textus citati solū baptismi sacramentum de manu hæretici recipi permittant, & tamen sicut hæretico non deficit potestas baptizandi: ita nec potestas cōsecrandi, si vtrobiq; formā seruet ecclesię.

Respon. pro nunc non esse de necessitate salutis sacramentum Eucharistię, sicut est sacramentū baptismi. Nam illa verba ex Ioan. 6. supra citata, scilicet, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem æt.* non de manducatione sacramentali, sed de māducatione spiritali, quæ per fidem est, exposita sunt per Innocētium Papam in epistola super hac re ad beatum Augustinū missa, cum Aphricanū Conciliū celebraretur, cui aderat Augustinus. Significauit igitur, & exposuit Innocētius id esse māducare carnem, & bibere sanguinem Christi, quod est eidem per fidem incorporari, & membrum eius fieri. Ac proinde dixit illam Christi corporis manducationem, & sanguinis potationem in paruulis adimpleri, quando baptizantur: quia tunc per fidem, quam ibidem recipiunt, Christo incorporantur, & eius membra efficiuntur. Qua expositione audita, Augustinus gratias retulit eidem Innocen-

nocen-

Anocentio, Vnde patet diferimen inter baptismi sacramentum, & Eucharistiā, quantum ad eorum necessitatem ad salutem. Sed de hoc aliās. Ad secundam rariōem supra factam: Respon. quod falsum est ideo non esse confitendum sacerdoti excōmunicato, quia ecclesia prohibet cōmunicare cum excōmunicato: sed quia nominatim excōmunicatus nō habet potestatem propinquam soluendi, & ligandi, quam supra ostensum est per maiorem excōmunicatiōem expirare.

Ad aliud, an scilicet in eodē articulo necessitatis sit necessariò confitendum sacerdoti simplici, aut alij cuiusq; non p̄ciso, quando proprii sacerdotis copia haberi non potest. Et arguitur quod non: quia cōfessio sacramentalis p̄supponit in absoluente potestatem iurisdictionis, cum sola potestas ordinis nō sufficiat, vt postea patebit: sacerdos autem simplex huiusmodi iurisdictionem non habet: nam suppono eum nō habere licentiam à proprio sacerdote, sine qua, neminem potest absoluere, vt dicitur in Decretali p̄fata, *Omnis vtriusque sexus.*

Oppositum tamen tenendum est: quia in articulo necessitatis quilibet sacerdos, etiam simplex, non alioqui ius suspensus, aut excōmunicatus, potest quemlibet absoluere, nō solum à peccatis communibus, sed à reseruat⁹, imò & à cēsura excōmunicatiōis, vt patet ex cap. supra citato, Nō dubiū. de sententia excōmunicatiōis. Et per Extrauagantē Sixti Quarti, in qua ponitur casus de coena Domini, à quibus ait neminē absolui posse, nisi per Papam, excepto articulo mortis, in quo poterit absolui: p̄missa tamen satisfactione, vel sumpta cautioe, vt illic dicit̄. Itaq; quāuis sacerdos simplex ordinariā potestatem nō habeat, neq; à curato cōmissam, aut ab ep̄o: habet tamē facultatem à iure Pōtificum sibi in tali articulo mortis concessam.

Quod autē in hmōi articulo teneatur peccator confiteri sacerdoti simplici, si proprii copiam non habeat, patet: quia iure diuino tenetur peccator, saltem in articulo mortis, sua peccata confiteri sacerdoti, qui possit eū absoluere: alioqui per eum stabit, quo min⁹ sacramentaliter absoluatur, & ex cōsequenti decedet in peccato mortali: sed sic est q̄ in illo articulo quilibet sacerdos simplex habet potestatem à iure, quæ possit eum absoluere, si velit eidem confiteri: igitur & c.

De confessione fratribus

priuegiatis facta.



Xtra tamē arti

culū necessitatis, si quæ rat̄ cui sit cōfessio necessariò faciēda, textus declarat, quod proprio sacerdoti, vel alieno de licētia proprii, cum nō possit aliter absoluere.

In quo tres partes notant̄. Prima est p̄ceptiua, quæ p̄cipit ecclesiā, q̄ quilibet fidelis semel in anno suo proprio sacerdote cōfiteat̄. Secūda est prioris moderatiua, seu dispōsitiua. f. si velit alieno cōfiteri, licētia pri⁹ postulat à proprio, & obtineat. Tertia est definitiua, in qua dicit̄, q̄ nō aliter possit absoluere, vel ligare. Ex quo apertè sequit̄, q̄ qui cōfiteat̄ suo proprio sacerdote, aut alieno de licētia proprii, satisfact̄ huic statuto: cū nō obliget, nisi sub disiunctiōe. Sed est quæstio, An parochianus, qui cōfiteat̄ religiosi priuilegiatis, quib⁹. f. cōcessum est priuilegiū audiendi cōfessiones, non prius obtenta licētia proprii sacerdotis. i. curati, satisfaciat huic statuto, ita vt nō sit ei necessariū iterū proprio curato cōfiteri. Quæ quæstio duas inuoluit: altera est, an religiosi priuilegiati possint sine licētia curati parochianos audire, & verè sacramentaliter eos absoluere. Altera est, p̄supposito quod sic, An cōfessi illis sine licētia curati, teneant̄ iterū suo curato confiteri.

Ad primam quæstionem dicit Ioan. de Polliaco, quod religiosi, vt p̄ferē, priuilegiati, seu ab episcopis licētiati, vt cōfessiones parochianorum audiant, nō possunt sine licētia curatorū eas audire: & si audiant, absolutiones per eos impense non sunt validæ, nec verè sacramentales. Pro cuius probatione supponebat, quod proprius sacerdos in p̄fenti Decretali accipitur strictè pro solo curato parochiali. Cum enim proprius sacerdos tripliciter soleat accipi, scilicet comunissimè pro omni sacerdote potēte absoluere ex potestate ordinaria, siue cōmissa, aut delegata: Secūdo modo, pro omni sacerdote potente absoluere ex potestate ordinaria tantū: Tertio modo strictè, pro solo curato parochiali: probāt isti, q̄ in p̄fenti Decretali non potest accipi comunissimè. patet, quia propri⁹ sacerdos, de quo hæc decretalis loquitur, potest licētiā audiendi confessionem alieno dare, & ita potest aliū delegare, vt patet ex secunda clausula supra citata. Hanc autem licentiā dare non potest quilibet sacerdos potens absoluere, scilicet ille qui solū habet potestatem cōmissam: quia delegatus nō potest



E test subdelegare, non igitur cōmunissimè accipitur. Nec etiā accipitur secundo modo cōmuniter, scilicet pro omni habente potestatem ordinariā. Id probat: quia tunc Episcopus & Papa dicentur proprii sacerdotes horum parochianorum, cum tamē sint cōmunes: nam Papa cōmunis pastor est omnium fidelium, episcopus etiam cōmunis pastor est omnium ecclesiarum ad suam diocesim pertinentium. Si igitur cōmunes sunt, non erunt dicendi proprii, prout dicit Ambrosius, & habetur cap. Sicut. 47. distin. Nemo dicat proprium, quod cōmune est. Secundò idem patet ex Extrauagāte Martini Quinti, apud veterem urbē edita, quæ tamen non habet in corpore iuris, in qua ait, quod qui fratribus fuerint confessi, teneantur nihilo minus proprio sacerdoti parochiali semel in anno confiteri, prout in generali concilio Lateranenē. institutū est: in quo apertè declarat, sacerdotem propriū in præsentī Decretali esse sacerdotē parochialē: hic autem est curatus. Restat igit, quod proprius sacerdos sit curatus: & ita intentū pro supposito suo.

Quo præsupposito, respondet ad quæstionem, quod religiosi præfati. s. priuilegiati, aut ab epō licētiati, non possunt sine licentia curati confessiones parochianorum audire. Probat primò, quia si possent, maximè ratione priuilegij à Papa illis cōcessi, prout eisdē cōcessum est in Clemētina, Dudū. de sepulturis. sed tale priuilegiū non potuit illis concedi in præiudicium curatorū, nec Papa intendit alicui præiudicare, quādo priuilegia concedit, vt colligitur ex cap. Ex tuarum. de autoritate, & vsu pallij. Et determinat similiter Gratianus. 25. q. 1. cap. fina. Sed tale priuilegiū fratribus cōcessum, esset in præiudicium curatorū, quib⁹ de iure cōuenit, quod sui parochiani nulli alij confiteantur, nisi de licētia ipsorū curatorū. Pro quo facit, quod dicit, cap. Peruenit. 11. q. 1. Si vnicuiq; episcopo iurisdicōtio nō feruat, quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus ordo custodiri debuit, cōfundat: Quod etiā currit de parochiali presbytero, cui sua iurisdicōtio in suos parochianos cōuenit. Secundò idē probat ex clausula postrema, in qua dicitur, quod alienus nō potest aliter soluere, nec ligare, nisi de licētia proprii, id est curati, vt in supposito prætēdit. Tertiò facit glos. ibidem, in verbo, alieno. vbi dicit, quod fratres priuilegiati absoluerē parochianos non possunt, nisi de licētia curati. Vnde infert, quod stante statuto hmōi Cōcilij generalis, repu-

gnat q̄ alienus sacerdos possit quenq̄ absoluerē sine licētia curati, nec Papa potest super hoc dispensare, nisi dissoluto statuto.

Respon. Hæc opinio errat in vtroq; , tam in eo quod præsupponit, scilicet sacerdotem propriū accipi solū pro curato parochiali, idq; tenendo cōmuniōrē sententiam, quæ ait, proprium sacerdotem opponi cōtra aliē nū, quam in cōclusiōe principali. Quod em̄ falsum sit propriū sacerdotē pro solo curato accipi, patet: quia tūc ep̄s, & Papa nō essent proprii sacerdotes, & ex consequenti essent alieni: cum alienus, & propri⁹ videantur ex opposito se habere, iuxta tenorē Decretalis. Et si Papa esset alienus, sequit̄ non posse Papā quenq̄ parochianū absoluerē, nisi de licētia à curato obtēta, quod est absurdū, cum Papa habeat plenissimam potestatem ordinariam super omnes fideles in vtroq; foro. Nec eius potestas quenq̄ absoluerē pēdet ex licētia curati. Ac proinde error videtur dicere, quod proprius sacerdos in p̄senti Decretali pro solo curato accipiat, & non se extendat hmōi nomen ad ep̄m, & Papam. Itaq; in hoc puncto, sacerdos propri⁹, dicit̄ sacerdos qui habet potestatem ordinariā absoluerē parochianos: & ita se extēdit hmōi nomen ad episcopum, & Papam, & non solū ad curatum, vt isti volūt, restringitur. Nec obstat, quod supra allegatū est ex decreto Ambrosij, dicit̄: Nemo dicat propriū, quod commune est &c. quia propriū dicit̄ dupliciter. Vno modo, vt opponitur cōtra cōmune, & sic potest accipi decretum Ambrosij, qui loquebat̄ de bonis tēporalib⁹, quæ tēpore necessitatis cōmunia sunt. i. indigētib⁹ cōmuni cāda, & nō ipsis possidentib⁹ appropriāda. Alio modo, vt opponitur cōtra alienū, & ita in præsentī Decretali accipit̄ secundū cōmunē sententiā: ac proinde nil impedit papā esse sacerdotē, seu pastorē cōmunē, & proprium: quandoquidē vnusquisq; fidelis potest verē dicere, Papa est meus pastor: quod quia qui libet fidelis potest id de Papa dicere, est cōmunis pastor. Et quia potest dicere, q̄ est meus pastor, est vnus cuiusq; proprius, quia nō alienus. Quod si ob id, q̄ Papa est cōmunis omnium pastor, nō esset proprius cuiusq;: ita nec curat⁹ vnus parochiæ diceretur proprius pastor alicui⁹ parochiani, cum curat⁹ etiā cōis sit multorū parochianorū pastor.

Nec obstat, quod secundò ex Extrauagāti Martini allegabatur, in qua dicit, sacerdotem proprium esse sacerdotem parochialem. Nam sacerdos parochialis dicitur is, cui

A cui cura parochiæ commissa est: constat autem curā parochiæ esse à Christo cōmissam papæ, & à papā episcopo, & ab episcopo curato inferiori, cui ministerium incumbit.

Ac proinde in præfata Extrauagante, sacerdos parochialis se extendit ad episcopum & papam, sicut & sacerdos proprius. Quāquā de sacerdotē proprio quis sit, iuxta præsentem Decretalem aliter quam cōmuniter tenetur sentiendum est, vt patebit postea.

Iam superest ostendere conclusiōnē præfati doctoris falsam, & erroneam esse. Pro quo p̄mittēda sunt tres propositiones p̄ambulæ. Prima est, quod episcopus potest propria autoritate ordinariā cōfessiones parochianorum audire, & eosdem sicut & curatus absoluerē. Hæc patet, quia quod potest inferior, potest à fortiore superior: cum igit̄ episcop⁹ sit curato superior, poterit ergo sua autoritate absoluerē eos, quos potest curatus, idque sine licētia ipsius curati. Quod inde magis cōfirmatur, quia episcopus potest limitare potestatem curati, & non econtrā: quia potest ob causam illi prohibere, nē cōfessiones audiat, imò ne baptizet, vt habetur 16. q. 1. cap. Cunctis. & in alijs capitulis.

Secūda propositio. Ep̄s potest vices suas, hoc est absoluerē potestatem committere alijs capacibus, prout velit. Hæc patet extrā, de officio ordinarij. his quibus. Et de consecratione ecclesiarum, cap. Aqua. vbi apertè dicitur, quod ea quæ sunt iurisdicōnis possunt alijs cōmitti. Cum igit̄ absoluerē poenitētē ad iurisdicōnē pertineat, sequitur &c. Quod simul cum præcedenti confirmat̄ ex his quæ de officio ordinarij dicuntur, cui inter cetera iura id conceditur, vt in cathedra t̄c̄ ecclesijs & collegialibus ordinarij assumant sibi viros idoneos coadiutores in officio prædicationis, & audientia confessionū: hoc autem esse non possēt, nisi episcopi possent sua autoritate ordinariā cōfessiones audire, & vices suas alijs committere.

Tertia propositio. Episcopi possunt vices suas audiendi. s. cōfessiones, cōmittere, non solū sacerdotib⁹ secularibus, sed etiam religiosis. Hæc patet: quia religio non facit hominem incapacem huius potestatis iurisdicōnis, cū de essentia religionis sit paupertas, castitas, & obediētia: hæc autē perfectē fuerūt in Apostolis, qui t̄n non fuerunt incapaces hmōi potestatis. Multi etiam ep̄i sunt & fuerunt religiosi, quibus conuenit potestas huiusmodi absoluerē: ac proinde religio non obstat, quo minus episcopus possit il-

lis facultatem audiendi confessiones concedere. Nec obstat decretum 16. q. 1. ca. Placuit: & ca. Interdicimus. & alia, in quibus expressè prohibetur monachis vt non audiant cōfessiones: quia hoc intelligitur sine licētia episcoporum: quia de licētia episcoporum bene possunt, vt habetur eadē causa, & quæstione, cap. Ex autoritate. Et cap. Sic viue. Quibus præmissis corollarie sequitur, q̄ religiosi ab episcopis licētiati, possunt cōfessiones parochianorum audire, etiam sine licētia curatorum. Nam licētiatus à curato, potest confessiones audire: igit̄ à fortiore licētiatus ab ep̄o: & hmōi licētiatus habet potestatem ordinis & iurisdicōnis in casu: igit̄. Inde sequitur quod religiosi à papa priuilegiati, possunt etiā sine consensu curatorum confessiones audire parochianorum: quādo quidem non minus operat̄ priuilegium à papa cōcessum, quā licētia & cōmissio episcopi. Sequitur secundò confessionem taliter licētiatis factam, verē esse sacramentalem: quia illic cōcurrunt omnia, quæ sunt de essentia huius sacramenti. s. debita materia, scilicet peccator poenitēs, debita forma abolutionis, & competens & idoneus minister, scilicet sacerdos habens potestatem ordinis, & iurisdicōnis &c. Igitur. Sequitur tertio errorem esse, dicere, stante statuto præsentī Concilij Lateranenē. Papam non posse religiosos licētiare, vt sine curatorū licētia confessiones parochianorū audiant. Hoc patet, quia quod potuit facere papa ante statutū Cōcilij, potest facere post statutū, iuxta cap. Significasti. de electione & electi potestate, vbi dicitur, q̄ in omnib⁹ statutis per cōcilia generalia, intelligit̄, excepta autoritas Romani Pōtificis: sed ante statutū potuit papa licētiare religiosos, vt cōfessiones audiat: igit̄ etiam postea: quando quidem statutū in nullo abstulit aut imminuit potestatem papæ. Quibus quidē rationibus cum Ioan. de Polliaco satisfacere non possēt, coactus fuit errorem suum reuocare. Et ita per Alexandrū papam, & per Clementem quartum, & per Ioan. 22. declaratum fuit, præfatos religiosos priuilegiatos, posse de licētia papæ, aut episcopi, parochianos confitentes absoluerē, inferiorum assensu minimè requisito. De quo vide Clementin. Dudum. de sepulturis. & Extrauagan. Ioan. 22. Vas electionis.

Nunc respondēdum est ad rationes ante oppositū factas. Arguebatur primò quod tale priuilegium non fuit cōcessum fratribus in præiudicium curatorum. Illo admif-

L fo di

Eso dicendum, quod nullum ex tali privilegio præiudicium fit curatis: quia ut ait Tho. tunc privilegium datur in iudicium tertij, quoniam per privilegium auferit à tertio aliquid quod erat eidem concessum in fauore suum. Modò autem quod parochiani possint suo curato confiteri, aut alieno de licentia proprii, hoc cedit in fauorem parochianorum, quibus datur libertas & optio vnum de duobus eligendi. Deinde præfatum privilegium etiam cedit in gratiam, & fauorem ipsorum curatorum: nam per tale præfatum privilegium exonerantur curati ab onere, quo per se ipsos tenebantur confessio nes suorum parochianorum audire. Etiam non est specialiter curatis concessum, ut ipsi soli possint licentiam suis parochianis concedere, ut alieno confiteantur: nam facultas dandi huiusmodi licentiam, proprio sacerdoti conceditur: quo nomine intelligatur, non solus curatus, sed episcopus, & papa. Et ideo, quando episcopus, aut papa conferunt licentiam fratribus ut confessiones audiant, suo iure utuntur, etiam si consensum curatorum non requirant.

Ad cap. Peruenit. n. q. i. dicendum, quod procedit de coerciua iurisdictione, quam pro utilitate subditorum, & communis boni, necesse est vniciq; episcopo seruari, nec consensu ad impunitatem criminum vel turbationis fiat, & ut inferiorum ad superiores debitus ordo & reuerentia seruetur. Secus de iurisdictione fori poenitentialis, quæ magis innititur voluntarie summisioni subditorum. Ad secundum sumptum ex clausula tertia. scilicet quod non potest alienus aliter soluere vel ligare, nisi de licentia proprii. i. curati, dicendum, quod procedit ex falso supposito. scilicet in hac Decretali proprius sacerdos accipiat pro solo curato, quod ostensum est esse falsum. Ac proinde licentia fratribus à papa vel episcopo concessa, sufficit ut possint absoluere. Ad tertium ex glossa præsentis Decretalis dicendum, quod errauit, & ab ea recedendum est.

Esto igitur, quod licentia episcopi aut papæ religiosis concessa sufficiat ut audire possint parochianorum confessiones, & eos absque curati licentia absoluere, est questio. An parochiani fratribus confessi, teneantur iterum curato confiteri, seu confessionem reiterare. Et dixerunt nonnulli Iuriste quod sic, ut Ioan. Monachus, & Archidiaconus, & alij. Pro qua sententia arguitur primo, ex Extrauaganti Martini Quinti, qui inter alia ait: Volumus autem quod hi qui fratribus confitebuntur, eisdem suis parochialibus sacerdotibus semel saltem in anno confiteri, prout genera-

le Concilium statuit, nihilo minus teneantur: **G** Quodque iidem fratres eos ad hoc diligenter & efficaciter secundum datam eis à domino gratiam exhortentur. Secundo arguitur: quia licentia alicui concessa ad aliquid, non tollit obligationem præcepti, quando ambo composibilia sunt. Quod exemplis apertis constat: quia paulo ante Christi passionem erat baptismus institutus, & erat de consilio quando circumcisio erat de præcepto, & licentia tunc data de baptismo, non auferbat obligationem de circumcisio: imò tunc baptizatus, tenebatur præcepto de circumcisio, quam suppono non cessasse ante Christi passionem. Similiter licentia alicui data ut possit Missam in die dominicam extra parochiam suam audire, non tollit obligationem audiendi Missam solemnem in propria parochia, quam de iure audire tenetur. Et licentia quam quis habet eundi ad sanctum Iacobum, non tollit obligationem voti, si quod emisit, de eundo in Hierusalem: cum in his casibus illa sunt composibilia. Cum igitur in presenti casu parochianus habeat licentiam confitendi fratribus privilegiatis, cum qua confessione facta, se compatitur iterata confessio facta proprio sacerdoti, iuxta statutum Concilij Lateranen. sequitur quod confessi prædictis fratribus tenentur iterum suo proprio confiteri semel in anno.

Tertio idem videtur: quia ad officium curati pastorale pertinet inuigilare super oves sibi commissas, & vitam earum agnoscere, iuxta illud: Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Curatus autem non potest vultum pecoris agnoscere, nisi præuia confessione: non igitur poterit curatus impediri, quo minus confessiones suarum ouium audiat. Et ita, esto parochiani sint fratribus confessi, tenentur iterum eadem suo curato confiteri.

Quarto. Ex præcepto Euangelico curati non debent dare sanctum canibus, id est, non debent iniquis, & peccatoribus sacramenta ministrare, nec aliam spirituales doctrinam, ex qua nullus speratur fructus: ad curatum autem pertinet, cum sacramenta confert, scire, an sint digni, qui sacramenta suscipiant: hoc autem scire non potest, nisi agnita vita, & correctione, & poenitentia suorum parochianorum: quod nisi præuia confessione, scire non poterit. Igitur, esto parochiani sint fratribus confessi, tenentur suo sacerdoti proprio confiteri &c. Respon. His non obstantibus, tenendum est contrarium, quod scilicet confessi fratribus privilegiatis non tenentur recitari proprio sacerdoti. Pro cuius manifestatione po-

Proverb. 23.

Matth. 7.

no

Ano aliquas propositiones. Prima est. Confessio facta prædictis fratribus privilegiatis est verè sacramentalis, & absolutio per eos impensa, valida. Hæc probatur ex dictis: quia si aliquid deesset, quo minus fuerit sacramentalis, maxime idoneitas ministri: sed hoc non, quia præfati fratres habent potestatem tam ordinis quam iurisdictionis per licentiam, aut privilegium illis concessum, ut patet: igitur.

Secunda propositio. Confessio prædictis fratribus facta, non est necessario iteranda. Hæc probatur primo ex Extrauagante Benedicti Undecimi, Inter cunctas. Vbi dicitur: Absurdum est eos, qui semel legitime absoluti sunt, rursus eodem debito teneri. Secundo idem patet ex Extrauagante Ioan. 22. Vas electionis. vbi in sententia dicitur, quod confessi hominibus religiosi privilegiatis, non tenentur eadem iterum confiteri, magis quam si proprijs curatis fuissent confessi. Tertio idem patet ratione: quia si esset illis parochianis necessarium iterum suo curato eadem confiteri, vel esset id necessarium de iure diuino vel humano. Non primum: quia iuri diuino iam satisfactum est per hoc, quod peccator semel fuit à sacerdote idoneo legitime absolutus.

Nec secundum: quia ius humanum non potest quenquam obligare ad confitendum peccata, quæ alioqui iure diuino non sunt de necessitate confitenda. Inde est, quod ecclesia non potest obligare fidelem baptizatum, ut confiteatur peccata, quæ ante baptismum commisit. Nec etiam ecclesia potest queng obligare, ut particulariter sua peccata venialia confiteatur: quia scilicet nec hæc, nec illa alioqui sunt de iure diuino necessariò confitenda. Nam tolle diuinum ius de confessione agenda, nullum aliud ius potest queng obligare ad confitendum. Cum igitur de iure diuino peccata confessi, & à sacerdotibus sacramentaliter remissa, non sint de necessitate confitenda, sequitur quod ecclesia non potest queng obligare ad reconfitendum peccata prius confessi &c.

Tertia propositio. Qui confitetur fratribus ut supra dictum est, ab episcopo vel papa licentiatis, satisfacit huic statuto, de confitendo semel in anno. Hæc probatur: quia hæc Decretalis non obligat fideles ad confessionem semel in anno faciendam, nisi sub disunctione. scilicet ut confiteantur proprio sacerdoti, vel alieno de licentia proprii: cui quidem præcepto satisfacit, qui alteram partem disunctionis adimpleuerit. Cum igitur confessi fratribus privilegiatis alteram partem disunctionis compleant, quia confitentur alieno, scilicet fra-

tri, de licentia proprii, quo nomine venit intelligendus episcopus, & papa: sicut & curatus ex communi sententia: sequitur.

Quarta propositio est, quod licentia data parochianis in generali, ut fratribus confiteantur, in nullo relaxat rigorem & obligationem presentis statuti de semel in anno confitendo proprio &c. Hæc etiam patet: quia totus rigor huius statuti in hoc puncto est, quod quilibet confiteatur proprio, vel alieno de licentia proprii: ab hac autem obligatione non solum non eximitur qui fratribus ex præfata licentia confiteatur, sed eo ipso quod præfata licentia utitur, adimplet in rigore hominibus generale statutum, ut satis de se patet. Vnde fit, ut confessi hominibus fratribus, liberi sint ab obligatione eadem peccata suo curato, aut alij recitari.

Ad rationes ante oppositum, dicendum ad primam, quæ videtur difficultatem facere, eò quod videntur pontifices contraria in presenti articulo declarare, cum per plures pontifices declaratum sit hominibus confessiones fratribus factas validas esse, & non reiterandas: per Martinum autem decretum sit, quod confessi fratribus teneantur iterum suo curato confiteri, &c. Sed pro concordia, videtur de licentia fratribus concessa distinguendum: alia enim est licentia illis concessa secundum formam & tenorem Clementinæ, Dudum. de sepulturis. alia verò, quam Martinus præfatis fratribus concessit. Prima licentia confessiones audiendi est illis concessa cum quibusdam circumstantijs. scilicet quod superiores ordinum Minorum & Prædicatorum compareant coram diocesano, aut vicario eius, ut de eis consensu eligant religiosos, qui confessiones audiant: quo habito, eligunt hominibus confessores, & hi electi, præsentant episcopo, ut electio confirmetur, & ipsi electi, confessiones audire possint. Et tales habent absolutam, seu categoricam licentiam confessiones audiendi. Et qui his fuerint confessi, non tenentur iterum proprio sacerdoti confiteri. Licentia verò à Martino fratribus concessa, simplicior est. scilicet ut superiores præfatorum ordinum eligant, quos velint, & confessiones audiant, absque præfatis solennitatibus. Et hæc licentiam dedit Martinus non absolutè, sed referuata obligatione presentis statuti generalis, quo semel in anno fideles teneantur peccata suo proprio curato confiteri. Et qui hac licentia uti volentes fratribus confitentur, manent obligati, proprio semel in anno confiteri, cum non aliter fuerit hominibus licentia fratribus concessa. Si opponas contra hoc, quod ex quo sunt sacramentaliter & verè absoluti parochiani his fratribus confessi, etiam iuxta licentiam Martini

L 2 no

Eno cōcessam: non igitur tenentur recōfiteri proprio sacerdoti, cum ecclesia semel absolutum obligare non possit, ut iterū cōfiteatur. Respon. q̄ in casu præfata licētia, obligatio iterū cōfiteendi non est ob ius ecclesiasticū, quod neminem potest cogere, ut confessā reconfiteatur, sed ob voluntatem ipsius, qui licentia taliter data uti vult, cum non aliter data sit à Martino licētia cōfiteendi, nisi hac lege, ut taliter cōfessi, confiteantur semel in anno suo sacerdoti. Et hoc ipsum etiam posset curatus facere, quod. s. parochiano volenti pro sua deuotione alieno confiteri, licentiā conferat, hac lege, ut ipsimet iterū confiteatur. Et valet hæc licentia, nō ad eximendū parochianū ab obligatione proprio cōfiteendi, sed ut ipse pœnitēs ampliorē gratiā ampliorēq; peccatorum remissionem consequatur.

Sed quæri posset, an qui fratribus taliter licentiatis fuerit confessus sine voluntate iterum proprio curato confitendi, an teneatur iterum proprio confiteri. Si sic: non ergo huiusmodi obligatio reconfitendi nascitur ex voluntate pœnitentis. Si non: ergo non stat Decretalis Martini Quinti. Respon. Distingendum est ex parte sic confitentis: quia vel scit licentiā, qua utitur, fratribus confitendo esse concessam cum reservatione obligationis reconfitendi proprio: vel id ignorat. Si primū, & utens licentia non proponit iterū curato confiteri, tunc ponit obicem peccati, & ita non manet verē absolutus. Si secundum, & ignorantia sit inuincibilis, tunc tenetur iterum cōfiteri, esto quod sit verē sacramentaliter absolutus. Ratio, quia etsi nō proposuerit formaliter iterum cōfiteri, proposuit tamen virtualiter ex quo cum bona fide voluit licentiā præfata uti, virtualiter paratus legem seruare, sub qua huiusmodi licentia concessa fuit.

Posset secundò dici, quod intentio Martini fuit dare licentiā fratribus ut intra annum confessiones audiant, & tales erunt validæ. Attamen illa confessio, quæ semel in anno, scilicet in Quadragesima agenda est, reseruetur agenda proprio curato, non quidem de peccatis prius confessis, & per fratres licentiatis remissis: sed de peccatis (si quæ sint) post vltimam confessionem fratribus factam commissis: si autem postea nulla peccata homo cōmiserit, tunc teneatur se suo curato præsentare, dicens se nil habere, quod debeat confiteri. Et hoc credendum est Martinum prætendisse. Quanquam esset particularius videndum eius decretum.

Ad secundū quo arguebatur, quod licentia alicui ad aliquid cōcessa nō tollit obligationem præcepti, quando ambo composibilia sunt. Fateor. Et quando arguitur, igitur confessus fratribus licentiatis tenetur iterum proprio cōfiteri: Cōsequentia nil valet, & procedit argumentum ex falso presuppósito. s. quod hæc Decretalis obliget categoricē fideles, ut suis proprijs sacerdotibus confiteantur: quod tamen falsum est: quia nō nisi sub disunctione obligat, ut dictum est. Ac proinde, qui fratribus priuilegiatis confessus est in Quadragesima, satisfacit huic statuto, cum sit de illo verum dicere, q̄ confessus est proprio vel alieno de licentia proprij.

Ad tertium quo arguebatur, quod ad officium curati pertinet inuigilare &c. Respon. Si ratio probaret quod prædicit, etiam probaret quod confessus alieno de licentia expressa ipsius curati, teneretur eadem peccata iterum ipsimet curato confiteri, cum non aliter possit vitam subditi cognoscere: quod tamen est falsum. Ideo dicendum, quod illic non iniungit curato & pastori, nisi quod est in sua potestate agere, non quod ex alterius pendet voluntate. Debet igitur vigilare super subditos, ut si viderit eos non sicut debent viuere, illos sua correptione reuocet, nē peccent. Cognoscere autem subditorum peccata per confessionem secretam, non in eorum potestate est, sed subditorum, si scilicet velint omnia illi confiteri. Ideo citata auctoritas, nō se extendit ad confessionē pœnitentiāle.

Ad quartum. s. non esse dādum sanctū canibus, dicendū quod curatus sacramēta dare non debet nisi dignis, hoc est, quos putauerit esse dignos, quādoquidē realē eorū dignitatem, quæ per gratiā Dei est, non potest ipse humanit̄ scire. Iustē autē putat suū subditū dignū esse, q̄n̄ asserit ei, se sufficienter alteri cōfessum esse, & cōscientiā pēti nō habere.

Habemus igitur ex prædictis, quod sola licentia ep̄i, aut papæ sufficit, ut parochiani alicuius curati possint sine licētia curati fratribus, aut alijs taliter licētiatis cōfiteri, quodq; illis confessi satisfaciunt præcepto ecclesiæ de semel in anno: ita, ut non teneantur cōfessionē reiterare. Quodq; sacerdos proprius in præfata Decretali nō strictē p̄ solo curato parochiali accipitur, sed largius, ut se extendit ad omnē habentem potestatem ordinariā, ut dictū est, idq; secundū cōmunem sententiam.

Est tamen hic dubium, An possit tene-
Eri, q̄ proprius sacerdos in præfata Decretali non nisi strictē accipitur: ita scilicet, quod

A quod in ordine ad parochianos alicuius parochiæ solus curatus dicat illis parochianis proprius sacerdos, iuxta Extrauagantē Martini supra citatam. Et dico notanter in ordine ad parochianos: nam in ordine ad peccatores indifferēter, non dubiū quin proprius sacerdos se extendat ad ep̄os, & archipresbyteros, & ad papam. Respon. quod nō solum probabilis est talis assertio, sed vera, ut apparet, si sano modo intelligatur: quia papa est proprius sacerdos cardinalium, & ep̄orum. Episcopi verò sunt proprii sacerdotes archipresbyterorum, & aliorum inferiorum prælatorum. Archipresbyteri autem, sunt proprii sacerdotes presbyterorum, seu curatorum parochialium. Parochiales verò sunt proprii sacerdotes parochianorum &c. Ac proinde, esto quod proprius sacerdos se extendat, ut dictum est, ad episcopos, & papam simpliciter: non tamen ita, ut papa respectiue sit omnium proprius sacerdos, nec episcopus sit omnium subditorum proprius sacerdos, sed communis. Itaq; proprius sacerdos in præfata, est alius, & alius respectu diuersorum: sed vnicius, est proprius sacerdos ille, q̄ propinquus est & immediatus, cui ipse immediate subiectus est. Et ita respectu laicorum alicuius parochiæ, curatus illius parochiæ est illis proprius sacerdos, non episcopus, nec papa. Cōtra quod fiebat ratio: quia si papa, & episcopus nō essent proprii sacerdotes talium parochianorum, igitur essent alieni: cum proprius, & alienus ex opposito se habeant in textu, & ex consequenti iuxta textum non posset papa parochianū absoluere sine licentia sui curati. Respon. quod ratio est apparēs, si ita esset quod alienus immediate distingueretur contra proprium in præfata Decretali, ut communiter dicitur: non tamen ita est, ut videtur, sed alienus opponitur contra suum, & non contra proprium. Modò autem respectu parochianorum, curatus dicitur sacerdos suus. Episcopus etiam est pastor suus, & papa similiter est pastor suus, ut constat. Dempto quod curatus est pastor suus proprius, id est, immediatus & propinquus: episcopus autē est suus remotior, papa verò lōgē remotior: nō quod non habeat potestatem, qua immediate posset præfatos parochianos absoluere, sed quia inter papam & illos mediat episcopus: & inter episcopum & illos mediat curatus: & inter curatos & illos non mediat aliquis alius pastor suus, ideo est proprius. Ac proinde, cum omnes illi, quorum alter alteri subor-

Cdinatus est, sint sui, id est ipsorum parochianorum: sequitur nullum eorum esse: eisdem alienum, sed reliqui, qui non sunt sui, erunt illis alieni. Et tunc ait textus, quod parochiani, qui velint alienis confiteri, prius licentiā postulent & obtineant à proprio suo, id est, curato. Et curati, qui velint ipsi alieno confiteri, etiā prius postulent licentiā à suo. s. proprio, siue sit archipresbyter, siue decanus, siue episcopus. Et episcopus, qui velit sibi alieno confiteri, licentiā habeat à papa, qui est proprius ipsius episcopi. Ex dictis patet, quod dixi. s. proprium & alienum in præfata non immediate opponi: quia datur sacerdos, qui respectu parochianorū alicuius parochiæ nec proprius est nec alienus, ut est episcopus, & papa, qui alieni non sunt, ut constat ex dictis, nec etiam proprii respectu illorum: quia non sunt immediati & propinqui confessores eorum. Nec valet dicere, sequitur bene, est proprius, ergo non est alienus. Et e contra, est alienus, ergo non est proprius: igitur immediate opponitur proprius, & alienus. Non inquam valet, ex quo datur inter proprium & alienū aliquis medius, ut patet intuitu. Si obijcias, quod igitur parochianus non potest alieno confiteri, nisi de licentia sui curati, & per consequens cum fratres priuilegiati sint alieni: sequitur &c. Respon. quod quanuis de iure ita dispositum sit, ut illatū est, intelligitur tamen semper excepta auctoritas & potestas superiorum, scilicet episcopi, & papæ &c. Itaque ubi papa, aut episcopus licentiā præbeant parochianis alieno confitendi, illa sufficit sine licentia curati. Si tamen parochianus nō habeat licentiā superiorum, non poterit alieno confiteri sine licentia curati.

DSed adhuc replicaret aliquis, confirmando præcedentem obiectionem: nam tunc parochianus non posset confiteri fratribus priuilegiatis, nisi à suo curato licentiā petat, & obtineat: quod est cōtra supra posita determinationem. Et patet sequela: quia talis parochianus non habet licentiā à superiori, s. à papa, nec ab episcopo, ut possit confessorum aliū à curato eligere, ut suppono: igitur necessaria est illi licētia curati, ut fratribus confiteatur. Respon. negādo sequelam: quia seclusa licētia curati, sufficit parochiano licentia quam habet à papa. Hanc autem quantum immediate & directē à papa non accepit, accepit tamen eam mediatē: quia eo ipso quod papa, aut episcopus cōcedit licentiā fratribus ut audiant cōfessiones eorum qui

E sibi velint confiteri, ex cōsequenti licentia quoscunq; alios, vt illis liberē confiteantur. Sicut e contrā, si episcopus concedit licentiā alicui subdito vt cōfiteatur cui velit, eo ipso ex consequēti concedit licentiam sacerdoti per hmōi subditū electo, vt cōfessionē illius audiat. Id patet ex cap. Si ep̄s. de p̄nitētijs & remissionibus. Vbi dicitur, q̄ sola licentia ab ep̄o data vt subditus eligat cōfessorē, sufficit, vt sic electus eum absoluat. Idem patet de accipientibus Bullas, quibus conceditur facultas eligendi confessorē, qui electus, eo ipso potest eum absoluerē. Idem patet de capellanis, quos curati coadiutores accipiūt, quibus immediatē suas vices committunt, & eo ipso sui parochiani sine alia licentia particulari possunt illis cōfiteri. Huius ratio est: quia sacerdos quicunq; potest hāc habet ordinis, qua potest vnūquēq; peccatorem absoluerē, si ipsi legitimē subijciatur: nā sine materia subiecta, vsum ordinis exercere non poterit: sed eo ipso, quod sacerdoti datur à papa, vel ab episcopo, vel à curato facultas audiendi volentes eisdē cōfiteri: ex cōsequenti datur libertas peccatoribus, vt se illi sacerdoti subijciant, si velint. Et ita eo ipso quod peccator se illi in confessione subijcit, ex quo id legitimē facit, est materia idonea, in quā possit ille sacerdos vsum ordinis exercere. Eodem modo si praelati dant peccatoribus licentiam eligendi cōfessores, non opus est alia licentia pro confessoribus: quia taliter licētiati, eo ipso q̄ se electo subijciunt, efficiuntur materia idonea, in quam possit electus vsum ordinis exercere &c.

De licentia curati alieno confitendi.



Sed est quęstio,

An quādo parochian⁹ non habet licentiā à papa, nec ab ep̄o, nec ali- quod priuilegiū, sit necessariū semp̄ eidē licentiā à proprio curato petere & obtinere, vt alieno cōfiteatur. Et dixerūt aliqui sub distinctione respondentēs, quod si sit ex parte curati defectus notabilis, siue naturā, siue vitij, aut impedimenti canonici: tunc potest parochianus alieno confiteri, non habita licentia curati: vt si curatus sit mente captus, aut infirmus, aut excommunicatus, aut sollicitator mulierum quę illi confitentur, aut reuelator confessionis &c. Id probāt ex cap. Pla-

G cuit. de p̄nā. distin. 6. vbi dicit, tam in textu, q̄ glo. quod si curatus sit ignarus, & indiscretus, possit suus subditus sine licentia curati alieno confiteri &c. Igitur paritate rationis, quando curatus est defectuosus aliquo defectu ex dictis, poterit parochianus alieno cōfiteri sine licentiā curati: cum nō minores defectus sint hi, quos diximus, q̄ ignorantia, & indiscretio &c. Sic videt̄ tenere Tho. in. 4. dist. 21. in fine. Et Gabriel post Palude in. 4. dist. 17. q. 1. dubio. 4. Pro qua sententiā etiam facit, quod vbi quis requisitus tenetur in petito consentire, sufficit licentiā ab eodem petere, etiā si eam actu non concedat, cum consensus debitus equiparetur cōsensui actuali: Argumentū est cap. Licet. de regularibus & transeuntibus ad religionem &c. Exemplificata de eo qui alienū retinet, aut dispensat, seu distrahit de licentia, seu cōsensu dñi debito, etiam si actu nō cōsentiat. Cum igitur in casu quo curatus prafatus defectus patiat, & subit iusta causa, qua existente, non possit curatus rationabiliter licentiam subdito denegare vt alieno cōfiteatur, sed rationabiliter debeat consentire: sequitur &c. Si autē in curato nullus talis defectus sit, tunc dicūt necessariam esse licentiā curati, iuxta textū presentem. His non obstantibus, videtur **H** aliter respondendum. Et distinguendum est de confessione: nam quędam est merē voluntaria, quę fit sine necessitate: quędam necessaria, quę fit necessitate ex iure diuino: quędam necessaria, quę fit necessitate ex iure humano, puta quę semel in anno debet fieri &c. Si loquamur de confessione voluntaria, tunc supposita idoneitate proprii curati, non dubiū quin ad eam requiratur licentiā proprii sacerdotis curati, si is qui confessurus est sit eius parochianus. Id patet ex textu presentis, Omnis vtriusque sexus. Vbi dicitur, quod si voluerit alieno confiteri, prius postulet & obtineat licentiā à proprio &c. Vbi cum ait, si voluerit, occasionem pręstat intelligendi, quod loquitur de confessione voluntaria, qualis potissimum ea est quę intra annū extra Quadragesimam fit. Errant igitur qui dicunt posse parochianum voluntariē confiteri alieno sine licentia proprii extra tempus quo tenetur necessariō confiteri: quasi in sola Quadragesima indigeat parochianus licentia curati vt alieno confiteatur: maximē cum textus dicat, non aliter posse alienum confitentem absoluerē, nisi habita proprii sacerdotis licentia. De his tamen latius infra.

Si autem

A Si autem loquamur de confessione necessaria de iure diuino, qualis est quę fieri debet in articulo seu periculo mortis, vnde cūque mors euentura timetur, siue ex bello, siue ex mari, siue ex peste, siue ex morbo &c. tunc etiam nō dubium quin possit talis pœnitens confiteri cuicunque alieno idoneo, non expectata licentia proprii curati, iuxta capi. Pastoralis. de officio ordinarij. Et ex multis alijs iuribus. Si verō loquamur de confessione necessaria ex iure humano, quę scilicet semel in anno fieri debet, videt̄ absq; pręiudicio melioris sententię, loquendo de rigore iuris in casu presentis dubij, quod fieri non potest huiusmodi confessio alieno sacerdoti, nisi de proprii curati obtenta licentia, qualiscunque sit ipse proprius curatus, excepto casu, quo curatus sit ignarus, & indiscretus. Id probatur: quia videm⁹ ius commune presentis Decretalis, in qua dicitur, quod nullus confiteatur alieno sine licentia obtenta à proprio, cum aliter non possit soluerē. Videmus etiam ius particulare in cap. Placuit. de pœnitentia. distin. 6. in qua statuitur, vt si curatus ignarus sit, possit parochianus sine licentia curati alieno confiteri. Cum igitur ius non excipiat nisi hūc casum particularem, sequitur q̄ extra hunc casum standum est communi iuri, q̄ scilicet sit necessaria licentiā obtenta à proprio. Quod si proprius eam non concedat, aut concedere non possit, tunc potestas licentiandi parochianos deuoluitur ad episcopum, à quo petenda est. Et si episcopus haberi non possit, facultas licentiandi deuoluitur ad papam, à quo tunc petenda est. Quem si peccator adire, aut eius licentiā habere non potest, tunc perinde est ac si peccator nō habeat copiam cōfessoris: & satis ei erit domino intus confiteri &c. Loquor in hoc dicto casu, quo pœnitens non sit in periculo mortis. Nec per hoc impeditur, quo minus tempore debito possit celebrare, aut Eucharistiā suscipere. Si obijcias, quod existente aliquo defectu ex dictis in curato, subest iusta causa eum relinquēdi, & ad alium adeundi &c. Igitur &c. Respō. quod hmōi iusta causa sufficit ad relinquēdū eum, & non illi cōfidentium: non tamē sufficit, vt subditus alieno cōfiteri possit. Id patet ex textu presentis, vbi dicitur, q̄ si voluerit ob iustā causam alieno cōfiteri, licentiā prius obtineat à proprio. Vnde apertum est, iustā causam subsistentē non sufficere, vt quis alieno confiteatur sine licentia proprii, extra casum iure exceptum.

C Per hęc responderi facillē potest ad rationes priores. Ad primā ex cap. Placuit. dicens, quod illic solum excipitur casus ignorantie ipsius curati, quo casu ius ipsum pręstat licentiam parochiano, vt alieno confiteatur. Nec habet locum hic argumentum à paritate rationis: quia res presentis magis pendet ex voluntate, & dispositione iuris humani quā ex ratione: adeo magis stādum est iuris dispositioni quā merę rationi. Quod autem communiter dicitur, vbi est eadem ratio, est idē ius, in multis fallit: & tenet quando ius soli rationi innititur, & nō potius voluntati disponētis. In cōfirmationem cuius videtur facere ipsum cap. Placuit. vbi dicitur: Placuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere, sine eius cōsensu cui prius se commisit, nisi pro ignorantia illius prioris &c. Ex quo patet quod dicens, deinceps, significat quod ante illud tempus ob multas causas solebant pœnitentes proprios curatos relinquere, & alienos adire. Quas omnes causas textus ipse excludit, & solam causam ignorantie prioris admittit. Ac proinde glo. ibidem nō satis rationabiliter extendit decretum ad alias iustas causas. **D** Ad secundā dicēdum, q̄ nō semper cōsensu debet equiparari cōsensui actuali, ita, vt idē operentur: vt si quis baptizet exterius, multū refert eum actu intus cōsentire aut cōsentire debere quo ad hoc quod est eum manere verē baptizatum: qui etiam verba matrimonialia exterius ad aliquā profert, multū refert intus actu consentiat, & q̄ consentire debeat, quo ad hoc, quod est verum esse illic matrimonium. Ad hunc modum de alijs. Tunc autē cōsensus debitus operatur idem quod actualis, quando ius, vel manifesta ratio supplet defectum actualis consensus. Quemadmodum in cap. Licet. de regularibus &c. supra citato, vbi dicitur in sententia, q̄ si religiosus velit ad arctiorem transire religionem, satis est licentiā à suo praelato postulare, vt transire possit, etiam si praelatus eam denegat, vbi ius ipsum supplet defectum licentię praelati. Sic in proposito, cum ius suppleat defectum licentię curati ignari, idem operabitur cōsensus debitus curati quod consensus actualis eiusdem. Secus in alijs casibus, in quib⁹ adest iusta causa relinquēdi curatū, in quibus & si curatus licentiā petitam debeat cōcedere, si tamē eam non concedit, non supplet ius eius defectū.

L 4 An

E N autem in casu huius Decreti, Placuit. sit necessarium parochiano petere licentiam curato, & si eam obtinere non oporteat. Videtur quod sic: quia cum diuersa sint, petere licentiam, & eam obtinere, & de iure communi utrunque sit necessarium parochiano volenti alieno confiteri: sequitur quod si ab altero eorum deobligatur, remanet ad reliquum obligatus: quia ex duabus seruitutibus, si altera tollatur, remanet alia, ut supra tetigimus. Adde quod ius particulare in presenti casu, non supplet petitionem licentiae, sed eius obtentionem. Si obijcias, quod cessante principali, cessat accessorium. Et quando aliquid est necessarium ad aliud obtinendum, non sperato illo obtinendo, cessat necessitas prioris, ut patet de confessione, quae propter absolutionem obtinendam est necessaria: & cessante spe absolutionis, ut si audiens confessionem non possit absolueret, cessat necessitas confitendi. Et quando non speratur emenda fratris, cessat necessitas eum corrigendi. Et quando non speratur salus infirmi, cessat necessitas eum medendi &c. igitur quando non speratur licentia curati, cessat necessitas eam petendi &c. Respon. quod quando primum non praecipitur nisi propter secundum, secundo non sperato, cessat obligatio primi, ut in exemplis allegatis. Si tamen primum praecipitur propter secundum, sed non praecipitur propter secundum: tunc cessante secundo, non opus est cesset primum. Sicut in presenti casu praecipitur parochiano volenti alieno confiteri, quod licentiam petat a proprio: & quantum petito fiat, & fieri debeat propter licentiam obtinendam, non tamen propter id solum praecipitur petito licentiae, sed ut subditus debitam obedientiam, & reuerentiam suo superiori exhibeat. Quod fit, quando subditus humiliter a suo praelato licentiam petit. Et etiam ut vitentur inconuenientia, quae alioqui sequi possent, si subditus pro sua voluntate ab obedientia sui praelati se subtraheret, unde scandala saepe oriri solent. Id confirmat cap. Licet. supra citatum, de regularibus. Ita que extra articulum necessitatis si parochianus velit alieno confiteri, licentiam prius postulet, & obtineat a proprio, siue proprius habeat defectus praedictos naturae, vel vitij, siue non, excepto casu ignorantiae indiscretionis ipsius curati. Quo casu, satis est licentiam petere, licet non obtineatur. Nec obstat, quod existentibus praedictis defectibus in curato, non est idoneus, qui per se confessiones audiat: quia cum

hoc stat, quod sit idoneus ad conferendum praefatam licentiam. Exemplum est clarum de curato nondum ordinato, qui cum per se non possit confessiones audire, potest tamen confessorum, qui audiat, instituire.

De multiplici licentia

alieno confitendi.



Ed adhuc relin

quitur dubium de peregrinantibus, & vagabundis, & sacerdotibus, & scholaribus, qui saepe confitentur alienis, non

habita prius licentia proprii curati, quorum tamen confessio communiter approbatur.

Respon. Illud generaliter tenendum est, quod nullus potest alieno confiteri, nisi de licentia proprii expressa, vel tacita: idque accipiendo, proprium, pro omni habente iurisdictionem ordinariam, quemadmodum in Decretali communiter accipitur, iuxta ea quae dicta sunt. Pro quo illud notandum, quod aliquando habet peccator licentiam alieno confitendi a iure, aliquando a consuetudine, aliquando ab homine. Exemplum a iure, ut in casu necessitatis, puta in periculo mortis, & in casu, quo proprius sacerdos est ignarus, tunc ius concedit licentiam alium adeundi. Exemplum a consuetudine, ut sacerdos potest, dimisso proprio, cuiusque sacerdoti confiteri, quae consuetudo ideo vim obtinuit, quia est a superioribus cognita, & approbata: quia cum eam sciant, minimè contradicunt. Exemplum ab homine clarum est, ut si papa, episcopus, vel curatus licentiam suis subditis conferant, ut alienis valeant confiteri: & qualitercunque, quis sit licentiatus alieno confiteri, dicitur habere licentiam a proprio, id est, a superiore potestate ordinariam habente. Nam si ius concedit praefatam licentiam, conditor iuris, id est papa, eam concedit. Si consuetudo similiter dat licentiam, papa qui consuetudinem scit & approbat, eam dedisse censetur. Et cum papa sit sacerdos proprius, iuxta communem intellectum Decretalis, sequitur intentum.

Sacerdotes igitur, qui sibi inuicem confitentur sine licentia sui proprii, id obtinuerunt ex consuetudine per superiores approbata. Peregrinantes etiam, ubi se repperint in Quadragesima, tenentur confiteri curato, quem elegerint, si plures ibidem sint. Similiter & vagabundi, qui non possunt simplicem eligere,

A gere, aut alium, quem velint, ne videantur esse melioris conditionis, quam plebei eiusdem loci, prout Eugenius Quartus dicitur declarasse: & tales dicuntur ad id licentiati a iure vel consuetudine approbata. De Scholaribus autem illud tenetur communiter, quod in illa parochia tenetur confiteri, in qua per maiorem partem anni diuina audierunt officia. Sed de his & alijs minutis questionibus vide Summistas. Sed obijcias contra id quod de consuetudine dictum est. c. Si episcopus. de poenitentibus & remiss. lib. 6. ubi dicitur quod nulla potest consuetudine introduci, ut aliquis, praeter sui superioris licentiam eligat confessorum, qui eum soluere possit. &c. Respon. quod ita est quod sola consuetudo nulli dat ius huiusmodi. Verum si consuetudo sit superiori nota, & cum prohibere illud possit non prohibet, tunc superior ipse est, qui sua approbatione, & consensu dat ius eligendi confessorum: & sic electo, potestatem confert absolueri, ut dictum est.

Contra id opponitur, quia tunc approbatio superioris, & rati habitio sufficeret, ut praeterita confessiones sine superioris licentia factae sint validae, & non reiterandae. Probatur hoc, tum ex data solutione, tum etiam, quia rati habitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Si autem superior id mandasset alicui confessori, ut audiret quorundam confessiones, tenuissent huiusmodi confessiones: igitur etiam per rati habitio tenebunt. Quod etiam confirmatur, de episcopo ordinante subditum alterius episcopi sine licentia eius: attamen si talem ordinationem proprius episcopus postea sciens approbat & ratam habet, tenebit ac si de propria licentia fuisset ille ab alieno episcopo promotus. Respon. ad primum, quod approbatio superioris subsequens confessionem sine legitima licentia factam, non sufficit ut illa fuerit valida, & sacramentalis. Sacramentum enim quo ad sui veritatem non pendet ex futuro, ut supra tetigi. Ideo si quando absolutio impenditur, est verè sacramentum: per nullum postmodum subsequentem casum fieri potest, ut sacramentum non fuerit. Et si tempore, quo absolutio impendebatur non fuit verè sacramentum, per nullum actum, aut approbationem, seu consensum postmodum subsequentem fieri potest, ut fuerit verè sacramentum. Itaque approbatio cognita consuetudinis a superiore habita, non sufficit ut praeterita confessiones, quae huiusmodi approbationem praecesserunt, fuerint verè sacramentalis: sufficit tamen, ut confessio

nes post huiusmodi approbationem factae, verè sacramentalis sint. Corollarie sequitur, quod rati habitio superioris nil agit ad hoc quod sacramentum fuerit, quod non fuit. Quod autem allegatur. scilicet quod rati habitio retrotrahitur, & mandato comparatur, tenet verum quando solum mandatum suffecisset ut teneret factum, seu ut res fieret: veritas autem sacramentalis absolutionis non ex solo mandato alicuius pendet, sed materiam, & formam, & ministerium, & intentionem debita ex Dei institutione requirit, ut constat: quae si non concurrunt, nec mandatum hominis, nec rati habitio sufficit, ut verum sit, aut fuerit sacramentum. Valet autem rati habitio in contractibus, in gestis ad forum publicum pertinentibus, & in delictis perpetratis, quae rati habenti solent imputari, & in multis alijs, quae ex humana dispositione pendunt. De quo vide gloss. 19. q. 2. in principio.

Et quod de ordinis sacramento obiectum est, soluitur ex dictis, quod. scilicet rati habitio proprii episcopi etiam est impertinens, ut fuerit vel non fuerit verum sacramentum ordinis. Id tamen illa rati habitio factae ordinationis operatur, quod taliter ordinatus poterit post rati habitio ordinibus uti susceptis. Corollarie sequitur ex dictis, quod non est necessaria expressa licentia curati, vel superioris ad hoc quod parochianus alieno confiteatur. Nam sufficit quod sit tacita, seu rationabiliter praesumpta, ut in casu consuetudinis a superiore cognita prohibere potente & non contradicente, ex tunc valebit tacita superioris licentia. Ac proinde si curatus videt alienum siue secularem, siue religiosum suorum parochianorum confessiones audire & tacet, iam tacite videtur eos licentia. Ac proinde non est rationale quod aliqui doctores dicunt esse necessariam licentiam expressam superioris, & non sufficere praesumptam: ne tamen ab illis differamus, videtur distinguendum, quod de praesumpta licentia dicunt, eam. scilicet non sufficere: quia id potest dupliciter intelligi, vel quod non sufficit ut parochianus licite alieno confiteatur, vel quod non sufficit, ut sit sacramentalis absolutio ab alieno impensa. Et quidem si praesumptio sit rationalis (nam de hac loquor) sufficit ut iuxta eam licite parochianus confiteatur alieno, & alienus eum absoluat: quando quidem praesumptio rationalis quantum ad hoc quod est eos a culpa noua excusari, equiparatur scientiae, seu expressae licentiae. Attamen ad hoc quod sit vera absolutio sacramentalis, non sufficit

L 5 cit pra-

Ecit præsumptio, si in oppositum fit veritas. Interim tamē, quod de veritate præsumptioni opposita non constat, licite potest dari præsumptioni. Cum autem veritas constiterit, si quod curatus nunquā verē consenserit in præfatis confessionibus alienis sacerdotibus factis, tunc esset confessio reiteranda.

Corollarie sequitur, quid dicendum in casu quo parochianus adit curatum suum eadem confessurus: & tamen curatus non vult eum audire, vel quia non potest, vel quia indispositus est, vel quia simpliciter non vult: An talis parochianus possit liberē alium adire sine licentia expressa petita, & obtenta? Et arguitur quod sic: quia talis parochianus iustam causam habet alium adeundi, ex quo suus proprius eum audire non vult: maximē si sit tēpus Quadragesimæ, aut Paschatis, & subditus ille vult communicare. &c. Verūm ex dictis patet responsio, quod habere iustā causam alium adeundi, nō sufficit sine licentia obtenta à suo curato, vel superiore: quia præfens decretalis, Omnis. vbi concurrunt iusta causa alienum adeundi, ait esse necessarium obtinere licentiam à proprio sacerdote: igitur in casu hoc quo curatus eum audire non vult, est distinguendum: quia vel dat licentiam ut alium adeat, vel eam expressē negat, vel nec vnum, nec aliud. Si primum: adeat alium. Si secundum: alium adire nō potest, nō præhabita licentia superiorum. Si tertium: recurrendum est ad præsumptionem: quia si iuste & rationabiliter præsumitur quod curatus in casu contentus esset quod suus parochianus alieno confiteatur, poterit alieno confiteri: aliās non. Præsumptio autem haberi potest, si nulla indicia, nec causa in curato appareant, ad negandum huiusmodi licentiam, tunc videtur esse tacita aut præsumpta licentia: & hæc sufficit, ut dictum est.

De licentia vicecurati ad alieno confitendum.



Aliud dubium: an sufficiat parochiano licentiam habere à vicecurato, ut possit alieno confiteri? Et arguitur, quod non: quia secundum iura delegatus nō potest subdelegare, si delegatus est ab inferiore ordinario particularem habens confessionem: talis est, qui habet vicem curati. Quod apertius apparet ex. c. fi. de officio iudicis delegati. §.

Gæterū. Vbi dicitur: Nulli cui commissum fuerit prædicare crucē, excommunicare, vel absolvere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel iniungere poenitentias, liceat hoc de cætero alijs demandare, salva legatorum sedis Apostolicæ autoritate. Et datur ibidē causa: quia non eis iurisdicatio, sed certū ministerium committitur in hac parte. Vnde visum est Richardo Anglico in suis Quodlibetis, quod vicecuratus non potest licentiam dare alteri sacerdoti ut confessiones audiat: & multo minus eam dare potest subditis ut confessores eligant. Respond. Aliter videtur in præfatis respondendum, sub distinctione: quia vel curatus intendit suo vicecurato omnes suas vices plenē conferre, ut id faciat in parochia quod ipse curatus, quo ad sacramentorum administrationem, esset facturus: & si sic, sufficit licentia vicecurati sacerdoti alieno ad confessorem eligendū, vel parochiano ad confessorem eligendū concessā. Id patet: quia hanc vbiq; videmus consuetudinem feruari & approbari, quod. s. vicecurati cum à loco vbi sunt instituti ad tempus recedūt, relinquunt alios sacerdotes loco sui, qui sacramenta ministrent. Similiter id vbiq; feruatur & approbatur, quod. s. in tempore Quadragesimæ vicecurati solent coadiutores assumere ut confessiones audiant. Si autem curatus non tam plenē vices suas alteri committit, sed solum ut ipse vicecuratus personaliter confessiones audiat, quia ad id ob merita personalia, & personalē industriam electus fuit: tunc non poterit licentiam alteri dare: quia purum ministeriū, & nulla iurisdicatio illi commissā est. Et in tali casu procedit præfatum. c. fi. de officio iudicis delegati. ut patet ex causa in textu data, in qua dicitur, quod non eis iurisdicatio, sed certum ministeriū committitur. Sed vltra obijcies, quod licentia vicecurati non poterit sacramentaliter alieno confiteri. Patet, quia nullus potest alieno confiteri sine licentia proprii, ut supra ostensum est: ille autem vicecuratus non est proprius, sed alienus, ut constat: igitur ipsius licentia sine licentia curati nil operatur. Respō. quod in casu licentia per vicecuratum data, valida est, ex consensu curati expresso vel tacito, qui eo ipso quod plenas vices vicecurato committit, consensit & approbavit licentiā per vicecuratū datā. Itaq; licet vicecuratus ratione sui nō possit licentiā præfatā dare, potest tamē ex consensu curati. Pro quo facit, quod delegatus potest ex consensu ordinarij subdelegare, ut habetur de offic. deleg. c. Super eo. De

A De confessione mulieris, quæ cum suo curato est fornicata.



RX dictis sequitur, quid dicendum, casu quo mulier fuerit cum suo curato fornicata: An, scilicet, possit alium querere confessorem sine licentia proprii curati. Et dixerūt aliqui quod sic, ut Richardus in suo 4. Pro qua sententia facit primò, quod illa habet iustam causam alium querendi confessorem: maximē si ex confessione proprio facta verisimiliter timeat sibi ipsi, vel curato periculum offendendi: igitur poterit alium adire. Nam ob eandem causam licitum est parochiano alienum querere, casu, quo proprius sit ignarus. Facit secundò cap. Licet. de regularibus. supra citatum: ex quo apparet quod licitum est monacho ad arctiorem volare religionē, sine licentia obtenta à suo prælato, ob solam ipsius monachi utilitatē, vbi de transitu nullum habeat præceptum: igitur à fortiori licebit ei, qui habet iustam causam recusandi curatū, alium querere confessorem: cum hinc nō sola utilitas peccatoris id postulet, sed præceptum de confitendo concurrat. Nec valet dicere, ut supra, quod in hoc casu ius non prouidit de confessore, nec suppleuit defectum consensus curati. Non valet, ut apparet: quia non est verisimile, quod ius prouiderit de remedio in defectum prælati, ob solam hominis utilitatē, & non de eo prouiderit, ob hominis necessitatem. Si dicas non esse necessitatem hanc in casu alicui homini confitendi, quando licentia non habetur à curato, quia sufficit ei confiteri Deo, & conteri: Contrā, quia sæpe fit, vitritio seu cordis poenitentia non sufficit peccatori, ut se in statu gratiæ reponat, cum qua tamē sacramentū absolutionis sufficeret. Igitur casus est necessitatis, & non utilitatis. His non obstantibus dicendum, quod nec in hoc casu, nec in quocunq; alio licitū est alieno confiteri sine licentia proprii, exceptis casibus quibus ius supplet defectum, & licentiā præstat, ut supra dictū est. Hanc autem non videtur ius præstare, nisi quando quis est in periculo mortis constitutus, aut quando proprius est ignarus. Ac proinde in casu præfatis, nisi à proprio habeatur licentia, non poterit eius parochianus alieno confiteri: nec sufficit eā petere, sed opus est eam ob-

tinere. Et per hæc facile patet ad rationes. **C** Ad primam dicendū, quod nō sufficit iusta causa alium adeundi, ut iam supra ostensum est: sed cum hoc requiritur licentia proprii obtenta, iuxta præfentē textum. Et falsum est, quod ob id solum licitū est parochiano alium querere quādo proprius est ignarus, quia. s. adest iusta causa illum recusandi, sed ideo quia ius supplet defectū, seu licentiam proprii. Ad secundū similiter dicendū, quod in casu illius. c. Licet. ius supplet defectū prælati, qui non vult, cum debeat, licentiā præbere. Non sic in præfatis casu, & similibus, in quibus non legitur ius prouidisse. Ad replicam dicendū, quod oporteret ostendere ius, quod suppleat defectū proprii in huiusmodi casibus: quod tamen non apparet. Aliud enim est iustum esse, ut prouiderit ius de remedio: Aliud est, ius prouidisse. Quod ultimò arguebatur, quod. s. sæpe est sacramentum absolutionis necessarium ad salutē peccatoris, quia. s. non semper sufficit cordis poenitentia, procedit secundum Scot. & alios, qui dicunt esse necessariā intentionem, aut continuationē huiusmodi poenitentię cordis, ut valeat per se ad salutē. Quod tamen non omnino probamus: de quo supra, quando de poenitentia cordis agebamus. Verūm, esto præfata mulier alium adire confessorem sine licentia proprii non possit: An poterit, & debeat in casu curato suo confiteri. Respon. Si timet vehementer, quod confessio illi facta, cedet ipsi mulieri in damnū animæ, quod erit quasi impossibile sibi euitare: puta si ipsa est valde fragilis, & per experientiam, vel aliās scit, quod quoties præfatum curatū videt, aut alloquitur, vehementer tentatur: tunc nō potest illi confiteri, sed tenetur eum vitare: alioquin peccaret, exponendo se præfato periculo. Idē dicendū, si sit eidē verisimile, quod ex confessione curato facta, ipse curatus ex fragilitate incidet in peccatū. Secus si periculū, quod timet, leue est: quia tūc potest, & debet curato confiteri. Vnde à fortiori ad idem tenetur, si nullum timeatur periculū. Si enim periculū probabiliter timeatur, quod illi curato confitendū nō sit, patet: quia quando confessio alicui facta, esset contra charitatē confitentis, vel confessoris, non est necessariò faciendā: iuxta regulam iuris: Quod pro charitate institutū est, contra charitatem militare nō debet. Et ita in casu non habita licentia proprii, perinde est ac si copiam non habeat confessoris. **S**ed quoniam opinionem oppositam, quæ tenet in huiusmodi casibus, in quibus iusta

E iusta causa ad recusandū propriū curatū, & alium quærendū cōcurrit, posse subditū alienū cōfessorem sine licentia proprii adire, probabile esse censemus. Nec præsumendū est in huiusmodi casibus humanū ius de remedio minimè prouidisse, videtur de iusta causa alium confessorē adeundi, distinguendū: quia vel causa talis est, q̄ pœnitenti non relinquatur facultas proprio curato simpliciter, aut salubriter, aut sine notabili damno cōfiteri: & tunc satis est petere ab eo licentiā, etiā si nō obtineatur, vt liberè possit subditus alieno cōfiteri. Exempli gratia: vt si curatus sit excōmunicatus, aut infirmitate grauat, aut in alijs rebus magis necessarijs occupatus, aut subditū simpliciter audire in cōfessione nolit: tunc enim deest parochiano possibilitas proprio curato cōfiteri simpliciter. Similiter si sacerdos talis sit, de quo verisimiliter præsumitur q̄ consentit ad malū sollicitabit, aut nō sciat quæ necessaria sunt ad debitā absolutionē impendendā, aut quæ necessaria sunt nesciat interrogare, aut salutare consilium ipsi confitenti præbere: tunc enim etsi non desit simpliciter facultas confitendi, deest tamen facultas salubriter confitendi. Similiter si de curato verisimiliter timetur, q̄ reuelabit confessionē, idq̄ in notabile damnum confitentū: in his, & huiusmodi casibus probabile est, posse pœnitentem liberè quem velit adire. Et satis erit licentiam petere à curato, etiam si non obtineatur.

F Alia potest esse iusta causa relinquēdi proprium curatum, & alienum quærendi, cum qua stet possibilitas salubriter proprio curato confitendi, etiā si ex confessione alteri facta maior est utilitas speretur: & in hoc casu non satis est licentiā petere, sed eam opus est obtinere. Et de hac iusta causa potest cōpetenter accipi, quod in præfati Decretali dicitur. s. si quis voluerit ex iusta causa alieno cōfiteri, licentiā prius postulet, & obtineat à proprio: ita. s. vt intelligatur de iusta causa nō excludente possibilitatē salubriter suo curato confitendi: vt si subditus verisimiliter credit, quod si sua peccata detegat proprio confessori. s. Episcopo, Abbati, aut curato, quod nō promouebit eum ad bonum alioquin ad quod alioquin esset eum promoturus, aut eum non habebit in ea æstimatione aut opinione in qua cum alioquin esset habiturus, aut non eam amicitiam, & conuersationem cum eo habebit quam alioquin esset habiturus. Tales & huiusmodi causæ, etsi iustæ sint & rationabiles vt pœnitens cupiat

alieno, confiteri, ex quo tamen possibilitatem salubriter confitendi proprio non adiungunt, non sufficiunt vt sine licentia proprii alienos adeant confessores.

De sacerdote alieno per parochianum eligendo ex licentia proprii.



Trum parochianus habes licentiā à suo curato vt alteri, cui velit, cōfiteatur, possit virtute talis licentiæ eligere sacerdotē simplicē, & il

li cōfiteri, ita vt absolutio per talem impensa sit valida. Et dixerūt nonnulli Iuristæ, q̄ non potest virtute talis licentiæ sacerdoti simplici cōfiteri, nisi habenti curam. Pro quo facit gloss. huius Decretalis, Omnis vtriusq̄. & c. Similiter gloss. in Clementina. i. de priuilegijs. Facit etiam secundò. c. Adijcimus. 16. q. 1. vbi dicit Gratianus quod monachi, & ceteri sacerdotes, etsi in sua ordinatione potestatem accipiant: nō tamē executionem habent, nisi sint à populo electi, & de consensu Abbatis ordinati. Facit tertio. c. Ad hæc. de rescriptis. vbi dicitur in sententia, quod concessio iudicis incerti non valet. Cum igitur in præfati casu licentia confessorē eligendi parochiano à suo curato concessa, sit concessio iudicis incerti, ex quo curatus nullum sacerdotem illi parochiano determinat: sequitur.

Facit quartò ratio Panormi. quod. s. sacerdos simplex sic electus non possit talem parochianū absoluere, eò quod non habet potestatem iurisdictionis: quia nec ordinariā, vt patet: nec delegatam, ex quo à nullo proprio sacerdote seu ordinario delegatus est.

Oppositum tamen videtur tenendum cū Theologis. Et probatur primò: quia episcopi qui habent à iure licentiā qua possint sibi eligere confessorē, iuxta. c. Ne pro dilatione. de pœnitentijs & remiss. lib. 6. virtute huiusmodi licentiæ possunt simplicem sacerdotē eligere: & valet absolutio, vt est communis præctica, & cōsuetudo, quæ est optima legū interpres. Igitur etiam parochianus habens licentiā à curato, vel episcopo, vel alio ordinario, poterit virtute talis licentiæ eligere sacerdotem simplicē. Patet consequentia: quia sub eadem forma & tenore conceditur his & illis præfata licentia. Secundò idem probatur: quia si aliquid deesset in casu, quare ab-

Are absolutio à simplici sic electo non valeret: maximè potestas iurisdictionis: sed hoc nō, quia potestatem habet iurisdictionis ille sacerdos simplex in ipsum eligentē: nam iurisdictionis in foro pœnitentiā nō addit supra potestatem ordinis, nisi materiam subiectam, in quam sacerdos valeat potestatem exercere, vt supra dixi. Hanc autem habet ex voluntaria subiectio, qua talis parochianus se illi subijcere vult, qui licentiā habet se cui velit subijciendi: igitur. Id patet à simili de sacerdote simplici, cui Papa se subijcit, qui eo ipso habet iurisdictionē super ipsum Papam: & nō ob aliud, nisi quia cum potestate ordinis habet materiam subiectam, Papam. s. qui potuit, & voluit se illi subijcere. Quod etiam alia iurisdictione præter potestatem ordinis, & materiam subiectam necessaria non sit, apparet: quia si curatus sit excōmunicatus, potest sacerdotem simplicem pro confessionibus audiendis deputare, & tamen curatus excōmunicatus nullam iurisdictionē potest in alium transfundere, vt dicit Petrus de Padua. Ad rationes ante oppositum, dicendum ad primū sumptum ex gloss. c. Omnis vtriusq̄. & ex gloss. in Clementi. de priuilegijs. & c. illi glossatores fuerunt illius opinionis: à qua tamen nos cum Theologis recedimus. Ad secundum ex. c. Adijcimus. dicendum, quod illud dictum est cōtra quosdam monachos, qui eo ipso quod essent ad sacerdotium promoti, præsumebant sacramenta ministrare, & confessiones sine legitima licentia audire: quod illis iure prohibitum est. Et quanuis dicat illic Gratianus, quod tales executionem non habent, nisi sint à populo electi, & de consensu abbatis ordinati, nō excludit licentiā curatorum, sed intendit, q̄ ordinariè nō possint confessiones laicorum audire (vbi nō adest licentia curati) nisi sint à populo electi. Ad tertium ex cap. Ad hæc. de rescriptis. dicendū, quod procedit in foro cōtentioso, vbi necessaria est potestas iurisdictionis de nouo iudicibus electis, seu deputatis collata. Secus in foro pœnitentiā, in quo præter potestatem ordinis, non requiritur alia noua iurisdictione, nisi materia subiecta. Et patet hoc: quia si ratio valeret etiā in hoc pœnitentiā foro, non igitur valeret cōfessio episcopi facta, de eligendo confessorē. Nec valeret gratia in Bullis Papæ, cuiusq̄ Bullam accipienti concessa, vt eligat quem velit confessorē. Nec virtute licentiæ à curato suo parochiano concessæ posset ipse licentiatus alium curatū eligere, cum in his omnibus sit facta

concessio iudicis incerti: Quæ tamen omnia sunt falsa. **A**d quartum dicendum, quod nil probat: quia falsum est, quod simplex in casu electus, nō habeat iurisdictionē saltem delegatam, consequentiè, seu mediātē: quia eo ipso, quod curatus dat parochiano licentiā cōfiteri ei quæ elegerit, ex cōsequenti vices suas cōmittit taliter electo. Alioquin generaliter licentiatus ad eligendū sibi confessorē, siue per ius, siue per Bullā, aut priuilegiū, non posset eligere alium curatū: quia vnus curatus non potest alterius subditos absoluere, si nō sit eorū iudex ordinarius, aut delegatus. Nisi dicas illum esse mediātē & cōsequentiè delegatum, quod est quod nos dicimus.

Si quæras, an virtute præfate licentiæ possit parochianus eligere sacerdotē religiosum: Respon. Inter religiosos potest esse triplex diuersitas. Quia stat, quod quidam sint præfati, seu deputati ad audiendum confessiones. Alij vero, qui prohibiti sint, à præfatis suis eas audire. Alij verò medij, qui sint liberi. s. qui nec deputati sint, ad eas audiendas, nec prohibiti eas audire. Si de præfatis seu deputatis sit quæstio: Respon. q̄ parochianus à curato licentiatus, potest liberè eos adire, etiā si licentiā à curato nō habeat nequid eam habentes, vt ex supra dictis patet. Si loquamur de religiosis liberis, qui nec prohibiti sunt nec deputati, dicendū quod parochiani licentiati possunt eos adire, & eis fructuosè cōfiteri: sicut & possunt sacerdotibus secularibus simplicibus. Ratio, quia si aliquid obstaret quo minus eis possent cōfiteri, vel esset votum religionis, vel prohibitio superiorū, vel defectus iurisdictionis. Primum, & secundū non, vt suppono. Sed nec tertium: quia, vt ex dictis patet, non requiritur aliud, ad hoc, quod sacerdos possit peccatorē absolueri, nisi quod habeat absoluens potestatem ordinis, & materiam subiectam in quantum potestatem possit exercere: & hoc sufficit, vt iurisdictionem habere dicatur: quæ, secundum communem sententiam, supra ordinis potestatem nil nouum addit, nisi materiam subiectam, vt saepe dictum est. Si autem loquamur de religioso, cui prohibitum est per suos præfatos, seu per statuta ordinis ne confessiones audiat, est videndum, an sit illi id prohibitum sub pœna peccati mortalis, aut per viam suspensionis, aut sub pœna peccati venialis, aut sub alia pœna temporali, vel particulari. Et quidem si per viam suspensionis à iure vel ab homine sit illi prohibitum confessiones audire, confessio

E confessio illi facta, siue ex licentia curati, siue non, erit nulla, iuxta cap. Si celebret. de clerico excommunicato vel interdicto celebrante. Si autem sit illi prohibitum sub poena peccati mortalis, distinguendum est, de confitente eidem. Quia si scienter quis illi confitetur, idque ad instantiam ipsius confitentis: tunc qui eidem confitetur, etiam si à curato sit licentiat, peccat: quia illum inducit ad peccandum, vel ad agendum, quod est illi peccatum mortale, & sic confitens ponit obicem, ob peccatum cooperationis: & ita absolutio taliter impensa, ratione obicis erit nulla. Si verò ex ignorantia inuincibili parochianus eum eligat, & eidem confiteatur: tunc valebit confessio, etiam si religiosus ille peccet, talem absolueno: quia solum peccatum absoluentis non vitiat, nec inualidat sacramentum. Si verò illi sit prohibitum confessiones audire sub poena peccati venialis, aut sub alia poena temporalis leuiori: tunc praefatus parochianus licentiat, potest tam scienter quam ignoranter eum adire, & ab eodem sacramentaliter absolui. Quia tunc etiam si scienter id fiat, non ponitur obex peccati mortalis. Et haec distinctio habet locum similiter quando quis licentiat à curato, vel iure, vel episcopo, vel Papa, adit quencumque alium sacerdotem saecularem. Corollarie sequitur, quod non obstante synodali constitutione, qua cauetur, ne quis sacerdos saecularis, aut religiosus sub poena peccati, vel sub alia poena audiat confessiones parochianorum, quod habens licentiam eligendi confessorē, siue à iure, siue praelato, siue à curato, potest talem sacerdotē eligere, & valebit talis confessio, nec est de necessitate reiteranda, idque attenda supra posita distinctio. Quanquam hic nonnulla esset dubitatio, si praelatus prohibet, ne quis sacerdos antequam sit per praelatum examinatus, confessiones audiat, ut in constitutionibus synodalibus prohiberi solet: & parochiani liberam habeant à curato licentiam, ut quibus velint confiteantur: confitentur autem alicui sacerdoti nondum per praelatum examinato, & approbato: An tenebit confessio cum bona fide facta. Et ratio dubij est: quia contra prohibitionē superioris, licentia inferioris praualere non debet. Cum igitur praelatus, qui superior est, prohibet sacerdoti nondum examinato confessiones audire: igitur contra huiusmodi prohibitionē licentia à curato concessa non valebit. Secundò, si curatus daret licentiam sacerdoti ad confessiones suorum parochianorum audiendas: contra ve-

ro praelatus eidem sacerdoti interdiceret, ne huiusmodi confessiones audiat: talis sacerdos non poterit confessiones audire. Alioquin si contra superioris prohibitionē valeret inferioris licentia: posset igitur curatus praebere licentiam confessiones audiendi ei, qui per superiorem fuerit suspensus, & tales confessiones forent in casu validae: quod suppono falsum. Et sequela apparet: quia utriusque est usus & exequutio ordinis in hac re prohibitus. scilicet, qui suspensus est, & ei, qui nondum examinatus est. Respondetur stando in dictis, quod in praesenti casu valebit confessio, quae cum bona fide de licentia curati fit illi sacerdoti non examinato, quantum ipse sacerdos peccet, confessiones contra superioris prohibitionem audiendo. Nam de iure. c. Omnis utriusque sexus. potest confessio de licentia proprii alieno fieri, nisi alioquin sit excommunicatus, suspensus, vel interdictus: talibus enim iure ordinis ministerium interdicitur. Per prohibitionē autem praelati synodalis, is qui examinatus non est, nulla ob id censura est innodatus, nec verè dici potest suspensus esse: quandoquidem suspensio culpa in suspensio praesupponit, ob quam à iure, vel à iudice suspendendus venit. Est itaque simplex prohibitio, non suspensio, qua praelati statuunt ne quis antequam sit probatus, confessiones audiat. Quae quidem institutio, etsi prohibeat factum, non tamen illud annullat, cum clausulam annullantem non contineat: sed solum in virtute obedientiae illis iniungitur, ne ante probationem confessiones audiant. Vnde fit, ut si sacerdos ex licentia curati confessiones audiat, erit quidem inobediens: factum tamen tenebit. Multa namque prohibentur fieri, quae tamen facta tenent.

De alieno sine licentia proprii de facto quencumque absolvente.



Ircum eundem textum in quo dicitur, quod alienus sacerdos non potest sine licentia proprii alienum parochianum absolueri, queritur, an id verum sit de facto: hoc est, esto, quod alienus alienum absolueri de iure non possit sine licentia proprii, an si de facto eum absoluat, sit valida absolutio. Et dixerunt quidam, quod sic (secluso obice confitentis: quia sic procedimus.) Pro qua sententia facit primò, quod quilibet sacerdos habet

A habet à iure diuino potestatem, qua potest peccatorem absolueri, iuxta auctoritatem scripturam, Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis. &c. ubi nulla fit sacerdotis exceptio, nec peccatoris, nec peccati. Quilibet igitur sacerdos à Christo accepit huiusmodi potestatem respectu cuiuscumque peccatoris, & cuiuscumque peccati. Nec obstat prohibitio ecclesiae, prohibentis ne quis alienum absolueri tentet, sine consensu proprii: quia etiam ecclesia prohibet, ne quis episcopus alienum ordinet, sine consensu proprii: & tamen si attentet alienum ordinare, tenet ordinatio. Prohibet etiam ecclesia, ne excommunicatus celebret, aut consecret: & tamen si attentet celebrare, tenet consecratio. Et ita potest de multis alijs exemplificari, quandoquidem multa prohibentur fieri, quae tamen facta tenent. Nec obstat secundò dicere, quod ex praefata auctoritate non colligitur Christum contulisse omnibus sacerdotibus potestatem absoluenti propinquam, id est, potestatem iurisdictionis: sed remotam, quae potestas ordinis est in caractere fundata. Non, inquam, obstat: quia ex quo Christus contulit potestatem sacerdotibus ut peccata hominum remitterent, consequens est, quod illis dedit id sine quo huiusmodi remissio per eos fieri non potest: & cum absolutio sine iurisdictione fieri non possit, sequitur. &c. Frustra enim dedisset potestatem absoluenti, si requisita ad illum finem non dedisset. Id confirmatur: quia antequam esset facta parochianorum diuisio, Apostoli poterant peccatores absolueri, & potestate sibi à Christo concessa uti: igitur habuerunt potestatem iurisdictionis in peccatores, etiam respectu omnium peccatorum: & illam iurisdictionem non acceperunt à Papa, nec à puro homine, ut suppono, igitur à Christo: & per consequens omnes sacerdotes, qui Apostolis succedunt, vel in toto, vel in parte, id est, in potestate absoluenti in foro poenitentiali, ut ceteri sacerdotes minores, habent à Christo immediate potestatem iurisdictionis super omnes peccatores & super omnia peccata: igitur si quicumque sacerdos attentet aliquem absolueri, erit valida absolutio. Nec obstat tertio dicere, quod si omnes sacerdotes habuerint à principio potestatem iurisdictionis in foro poenitentiali: potuerunt tamen & iuste ea per Christi vicarium ob iustam causam priuari: aut eorum potestas potuit coarctari, prout debito ecclesiae regimini expediret. Sicut expedire videtur, quod diuersae oues diuer-

fos habeant pastores proprios. &c. Hoc, inquam, non obstat: imò nec verum esse videtur: quia quod ex Christi institutione aliquibus concessum est, per homines non potest illis auferri. Nam opposito dato, posset Papa à sacerdote tollere potestatem consecrandi, & baptizandi, & ordinandi, quod suppono falsum: igitur non potest Papa à sacerdotibus tollere potestatem propinquam absoluenti, si eam à Christo omnes immediate acceperunt. Facit secundò, pro eadem sententia ratio: quia si Papa confiteatur alicui sacerdoti quantumlibet simplici, ille sacerdos poterit de facto verè Papam absolueri: & cum id non possit nisi iurisdictionem habeat in absoluentem, sequitur, quod habet eam supra Papam: & ex consequenti supra quencumque alium inferiorem, qui velit tali sacerdoti confiteri, iuxta regulam: Si vincas vincentem te, à fortiori, vincam te. &c. Iam quæro, à quo habet sacerdos ille simplex huiusmodi iurisdictionem? Si à Christo, habeo intentum: Si ab homine, maxime à Papa: sed hoc non, quia Papa non habet iurisdictionem supra seipsum, qua possit seipsum absolueri: igitur non potest alteri dare iurisdictionem supra seipsum, cum nemo dare possit, quod non habet: igitur. Facit tertio: quia si sacerdotes non haberent praefatam iurisdictionem, nisi hi quibus à iure humano cura animarum commissa est, idque respectu certarum omnium: sequitur, quod alienum parochianum existentem in articulo mortis non posset absolueri alius sacerdos: quod suppono falsum ex iuribus supra inductis. Si dicas in illo articulo posse vnum quencumque absolui, iam quæro à quo habet quicumque sacerdos in illo articulo iurisdictionem super infirmum? Si à Christo, igitur habeo intentum. Et si in illo articulo: igitur etiam extra illum habet eandem iurisdictionem à Christo: cum non videatur ubi, & quando omnes sacerdotes eam à Christo acceperint, nisi quando dixit: Quicumque solveritis in terris, erunt soluta. &c. Aut quando dixit: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis. &c. Sed in his non distinguit inter articulum necessitatis, & extra. &c. Facit postremo quod supra tactum est, scilicet, quod episcopus si attentet alienum ordinare etiam sine licentia proprii, tenebit ordinatio, nec venit iterum ordinandus: igitur sacerdos si attentat absolueri alienum parochianum, tenebit absolutio. Nec obstat dicere, quod in casu huiusmodi absolutio decernitur irrita & inanis, ut habetur. 9. q. 2. per totum.

Non

E Non, inquam, obstat, quia ibidem etiam discernitur irrita, & inanis ordinatio ab alieno episcopo facta, sine licentia proprii: & tamen realiter tenet ordinatio, & manet talis vere ordinatus. Vel igitur utrunque erit irritum, & inane. scilicet ordinatio, & absolutio de facto attentata: vel utrunque erit validum, quod hi doctores præcedunt. His non obstantibus oppositum videtur esse tenendum. Pro cuius probatione præmittitur aliquas probationes. Prima propositio sit: Nullus sacerdos potest quatenus absoluerit, nisi in eum habeat iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, seu commissam. Hæc patet ex Concilio Florétino sub Eugenio. 4. ubi in forma ponitur huiusmodi propositio. Et patet etiam ratione sumpta ex natura huius sacramenti absolutionis, quia absolutio hæc est sententia lata in fauorem, & gratiam confitentis, in causa quæ erat inter peccatorem, & Deum. Est igitur huiusmodi absolutio actus iudicialis, & per consequens necessarium est ut sit valida, quod feratur à iudice cõpetente iurisdictionem habente: alioquin sententia à non suo iudice lata, nulla est de iure. Secunda propositio. Sacerdos non potest habere iurisdictionem in foro pœnitentiali, nisi habeat subditos, in quos eam valeat exercere. Hæc patet, tum ex sententia omnium pro maiori parte, & communiter approbata. scilicet quod potestas iurisdictionis in hoc foro non addita parte rei supra potestatem ordinis, nisi materiã subditã, seu peccatores subditos. Tum etiam, quia habere iurisdictionem, & subditos in eodem foro sunt correlatiua, & sunt simul natura. Est enim iurisdictio quædam dominatio, seu dominiũ: licet nõ despoticum, quale est domini ad seruum: nec ciuile, quale est dñi ad res sibi appropriatas: est tamen velut politicum, quale est Principis, seu prælati ad suos subditos. Cùm igitur dominus sit correlatiuũ subditi: non ergo stat aliquem habere dominiũ quocumque ex dictis sine subdito. Vnde & Augustinus ait Deum non fuisse dominiũ, antequã mundum crearet: quia non habebat, quibus dominaretur. Et quã primũ cœpit aliquid creare, cœpit esse dominus. Et ita patet propositio. Imperinens autem est, quod potestas iurisdictionis addat in sacerdote aliquã realitatẽ ultra potestatem ordinis, vel nõ: quia si secludamus relationes, nullã addit realitatẽ: sed tantum ex nominis connotatione requiritur habere subditos. Si verò admittamus relationes, addit quidem relationem rationis, habentem esse per actũ voluntatis eius, qui sacerdoti ali-

quos subditos fecit, quicumque is sit. **Tertia** propositio. Nõ quilibet sacerdos habet subditos in foro pœnitentiali. Patet de simplicibus sacerdotibus, quibus nullius cõfidentis, seu peccatoris cura commissã est. Hæc probatur: quia si eos haberet, vel ergo iure humano, vel diuino. Neutrũ videtur dicendum. Non primum, ut suppono: quandoquidem animarũ cura nõ omnibus sacerdotibus est de iure humano cõmissã. Nec secundũ: quia Christus nulli sacerdoti quatenus peccatorem subiecit, nisi vicario suo, cui omnes oues & agnos cõmisit, quando dixit ad Petrum: Pasce oues meas, pasce agnos meos. In quo voluit, & instituit Petrum pastorem vniuersalem omnium fidelium, cui voluit omnes alios esse subditos, non solum in foro cõtentioso, sed etiam in pœnitentiali. Incõueniens namque est, quod Christus, qui magis spiritualia quã temporalia quærebat, suo vicario oues suas in his quæ ad forum cõtentiosum pertinent, & non in his quæ ad forum pœnitentiale cõmiserit. Itaque soli Petro vicario suo omnes fideles subiecit: & ex consequenti soli vicario suo plenam contulit iurisdictionem, ut ab eo in ceteros inferiores huiusmodi potestas iurisdictionis dimanaret. **Quarta** propositio. Non quilibet sacerdos, imò nullus præter Papam, habet iurisdictionem immediatẽ à Christo. Hæc patet ex præcedenti: cùm idem sit iurisdictionem, & subditos habere: solus autem Papa habet subditos immediatẽ à Christo: igitur solus ipse habet iurisdictionem de iure diuino. Iam sequitur conclusio responsiua, quod nõ quilibet sacerdos potest quemlibet peccatorem absoluerit, etiam de facto, ita ut si absoluat, de facto teneat absolutio. Hæc patet, quia nullus sacerdos potest quatenus absoluerit, nisi iurisdictionem habeat in eum: patet ex prima: hanc autem nõ habet quilibet sacerdos, nec de iure humano, nec diuino. Patet ex tertia, & quarta. Igitur non quilibet potest quemlibet absoluerit, nisi sit proprius, vel à proprio licentiatus, iuxta præsentem Decretalem. Nunc veritate ostensa, conuenit opinionem primò recitatã impugnaverit. Vnde contra eam arguitur: quia si quilibet sacerdos haberet de iure diuino iurisdictionem in omnes, sequitur, quod nullus sacerdos posset huiusmodi iurisdictionem per homines, aut per ecclesiã priuari, ut supra pro opinione arguebatur: & ex consequenti per excõmunicationem iuris, vel iudicis nõ expiraret potestas absoluendi. Quod supra probatum est esse falsum ex. c. Si celebret. de clerico

Arico excõmunicato celebrante. & ex. c. Duo bus. de sententia excõmunicationis. in antiquis. Secundo sequitur, quod si sacerdos tam simplex, quã curatus ad confessiones electus attentaret peccatorem absoluerit ab his, quæ Papæ aut episcopo sunt referuata, quod valeret absolutio, & maneret vere absolutus ab eisdem. Consequens est contra. c. Si epus. de pœnitentiis, & remissio. lib. 6. Vbi dicit, quod sacerdos ad confessiones electus nullam prorsus potestatem habet absoluendi à referuatis. Et talis est doctrina communis ecclesiæ. Tertiò sequitur quod confessio facta alieno sine licentia proprii, quod esset valida, & non reiteranda, iuxta Extrauagantem Benedicti. Vnde cimi sæpe allegatã, ubi dicitur: Absurdum est eum, qui se iel sacramentaliter absolutus est, rursus eodem debito teneri, ut supra adduximus. Postremò facit clausula præsentis textus, occasiõ cuius mota est quæstio, in qua dicitur, quod alienus non potest quatenus absoluerit sine licentia proprii. Vbi illa negatio, non, cadens super verbũ, potest, non solum negat actum, sed possibilitatem ad actum, ut notat gl. in prima regula iuris, lib. 6. Alioquin si solus actus negaret, seu prohiberetur, idem esset dicere, quod alienus non absoluat extraneum, & quod non potest absoluerit extraneum, quod suppono falsum, ex præfata regula, & glo. Superest ad rationes respondere, quæ ante oppositum factæ sunt. Ad primã in qua arguebatur, quod Christus omnibus sacerdotibus contulit potestatem peccata remittendi, nulla posita exceptione. Resp. Quod illic Christus contulit potestatem remotã, quæ dicitur potestas ordinis, non tamen propinquam, quam dico potestatem iurisdictionis. Et ex quo Christus non determinauit, quis quæ deberet absoluerit, & cui sacerdoti qui peccatores deberent esse subiecti, id reliquit determinatum vicario suo, cui plenitudinẽ potestatis iurisdictionis concessit, cui etiam omnes oues, & agnos subiecit. Ac proinde, qui ex voluntate summi Pontificis subditos habuerit, ille habebit iurisdictionem, & potentiam propinquam absoluendi, & non alius. Et quando replicatur in secunda non obstantia, quod Christus, qui dedit potestatem absoluendi, ex consequenti dedit iurisdictionem, sine qua absolutio fieri non potest: Respond. negando illud, si id ad omnes sacerdotes extẽdatur: satis est quod reliquerit à quo sacerdotes huiusmodi iurisdictionem acciperent, scilicet, Papam vicarium suum. Facit ad id exemplum de dominio, quod Deus con-

tulit in vniuersali omnibus hominibus in principio mundi respectu piscium, volucrum, & bestiarum, & arborum terræ, ut patet ex Genes. 1. & tamen quia non disposuit Deus per seipsum, quis, quam rem, ut propriã possidere deberet, id reliquit per homines disponendum: & ita postea facta fuit per homines rerum diuisio, & præparatio. Et ex tunc potuit homo dicere, hæc res est mea, illa tua: ita videtur in proposito: Deus dedit in genere sacerdotibus potestatem absoluendi peccatores, sed non determinauit quis quem deberet absoluerit, id vicario suo reliquit determinandum, & ordinandum. Ad confirmationem respon. Esto quod Apostoli habuerint à Christo immediatẽ potestatem absoluendi, sicut & Petrus Vicarius Christi, non solum potestatem ordinis, sed iurisdictionis: eos tamẽ subiecit Petro, sicut & ceteros fideles, quorum omnium voluit Christus Petrum Principem, & caput esse. Ac proinde Petrus de plenitudine potestatis sibi collatæ, potuit aliorum Apostolorum iurisdictionem coarctare, seu limitare, aut etiam auferre, maximẽ si causa subesset. Quod si Apostoli aliquando hac potestate iurisdictionis in communi vsi sunt, id credendum est, ex Petri consensu factum, vel approbatum fuisse, tacitè, vel expressè. Post primos autem ecclesiæ fundatores, ecclesiã Christi, atque numero credentium in diuersis regionibus crescente, expediebat in ecclesiã diuersos pastores particulares instituire, & non omnibus sacerdotibus omnes Christi oues indistinctè subiectas esse. Inde diuisæ sunt dioceses, & parochiæ &c. Nec valet consequentia hæc: Non potuit Papa ab Apostolis amouere potestatem concedendi, & baptizandi: igitur nec potestatem iurisdictionis absoluendi. Non, inquam, valet, quia in potestate ordinis Christus ceteros Apostolos Petro parificauit: in potestate autem iurisdictionis ceteros eidem Petro subiecit. Vnde fit, ut illi, qui iure diuino sunt subditi vicario Christi, non possunt aliis subiecti, nisi de consensu tacito, vel expresso ipsius vicarij Christi. Et ex consequenti nulli sacerdoti potest competere iurisdictio, nisi de licentia tacita, vel expressa Romani Pontificis, qui Christi Vicarius est, & Petri successor. Ad secundũ de sacerdote absoluerit Papam eidem cõfessum &c. Dicendum, quod verum est, quod talis habet iurisdictionem super illũ in foro pœnitentiali, in quo illi se subiecit. Hanc autem iurisdictionem habet voluntate ipsius Papæ, qui sponte se illi subditum fecit: quia cùm ha-

M bere

Ebere iurisdictionē fit habere subditum, dare iurisdictionē est dare illi subditū. Et ita cum Papa sua voluntate faciat se subditum illi sacerdoti, cui confitetur, sequitur, quod Papa dat illi supra se iurisdictionem. Nec inconuenit, quod aliquis det iurisdictionē alteri, quam ipse non habet. Id patet de curato, qui nondum est sacerdos, & ex consequenti non habet potestatem, qua possit absolvere suos parochianos, & tamen potest eos subicere alicui capellano alio, qui simplici, ut patet, & ita ille capellanus fortietur iurisdictionem super præfatos parochianos. Similiter si curatus sacerdos sit excommunicatus, cum per se non possit parochianos absolvere: poterit tamen eos alicui alteri non præciso subicere, quo facto, ille alius fortietur iurisdictionem in illos. Ita igitur de Papa, qui quanuis non possit seipsum absolvere: potest tamen seipsum alteri subicere: unde ille alter obtinebit iurisdictionem super Papam. Nec sequitur: Talis sacerdos habet in casu iurisdictionē super Papam, igitur ex consequenti super omnes alios fideles, qui velint se eidem sacerdoti subicere. Et discrimen est clarum: quia Papa, ex quo de iure diuino aut humano nulli homini subditus est in terris, potest pro sua voluntate se subicere cui velit, & valebit subiectio. Ceteri autem fideles, ex quo habent in terris superiorem, cui de iure diuino, vel humano subditi sunt, non possunt se propria voluntate subicere, quibus velint, sine licentia suorum superiorum. Nec sententia, seu absolutio alicui impensa sine consensu Papæ, ut dictum est, erit valida, cui poterit illud Pauli obici: **Ad Ro. 14.** Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Ad tertium, Esto ita fit quod infirmus, vel in periculo mortis existens possit à quocumque sacerdote, etiam simplici absolui, non inde fit, ut extra illum articulum possit. Et quanuis diuinum ius non distinxerit inter articulum necessitatis, & non necessitatis, poterat diuini ius huiusmodi epieikeian admittere. De inde non est certum, quod in tali articulo possit sacerdos simplex, aut quicumque sacerdos eum absolvere: imò oppositum est verisimilius. Tum quia si adfit proprius infirmi pastor, non poterit ab alieno absolui. Tum quia si sacerdos excommunicatus sit, non poterit eum absolvere, etiā si attentet, cum per excommunicationē maiorem expiret potestas propinqua absoluendi: quæ tamen non expiraret, si de iure diuino esset unicuique sacerdoti potestas iurisdictionis in vnū quemque existentem in periculo mortis concessa. Ad postre-

Gnum dicendum quod non est simile de ordinatione, & absolutione, quia ordinatio non est actus iudicialis, nec iurisdictionem requirit, cum sit purum sacramentum. Ideò tenet ordinatio ab alieno episcopo facta. Absolutio verò est actus iudicialis, & iurisdictionem requirit, qua deficiente, non tenet absolutio. Quod si ordinatio sine licentia proprii facta dicitur irrita, & inanis, intelligitur quantum ad ordinationis executionem, non quantum ad veritatem ordinationis.

Sed esset dubium, si quis sacerdos absoluat seum, quæ absolvere non potuit, seu à casibus superiori reseruat: poenitens autem cum bona fide confessus, putat se verè absolutum esse, cum non sit: An teneatur præfatus confessor illum poenitentem certum facere de defectu absolutionis, ut legitimam, & validam quærat absolutionem. Quæ quæstio dicitur disputata fuisse in Concilio Basiliensi, non tamen ibidem ob varia Doctorum iudicia fuit decisa. Vnde videbatur aliquibus, quod talis confessor in casu non tenetur poenitentem de defectu absolutionis certiorare: quia si sic, maxime ne salus poenitentis periclitetur, ad cuius salutem necessarium est verè à sacerdotibus absolui: sed hoc non habet locum in casu. Cuius ratio videtur aperta, quia aut ille poenitens est verè contritus, aut non. Si primum, igitur iam est in gratia, & iustificatus, & sic decedens, nisi reincidat, saluabitur. Si secundum, damnabitur ob peccata sua, de quibus non verè poenituit. Et ita defectus præfate absolutionis impertinens omninò est in casu, ad hoc, quod salus illius periclitetur, vel non. Quod si non est in casu verè absolutus, non est sibi imputandum ad culpam, cum bona fides, & ignorantia inuincibilis excuset illum, ne aliam absolutionem teneatur querere. Aliis verò videbatur confessorum teneri in casu illum poenitentem de defectu absolutionis certiorare. Quorum sententia mihi probabilior est. Cuius ratio hæc est, quia quanuis poenitens ille per bonam fidem excusetur, ne legitimam teneatur querere absolutionem: attamen non desinit diuini ius in re ipsa violari, quod unicuique peccatori Christiano iubet, ut præuia confessione à sacerdote curet verè absolui, quod huiusmodi poenitens ob ignorantiam, in qua est, minimè curabit. Hæc autem iuris violatio, cum alicui eorum sit imputanda, scilicet, vel sacerdoti, vel ipsi poenitenti, ex quo vterque est causa præfate violationis, ut constat. Non autem est poenitenti imputanda, cum hic per bonam

A bonam fidem, & inuincibilem ignorantiam à culpa inobedientiæ excusetur, superest, ut sacerdoti imputetur, qui ex culpa sua scienter dedit causam præfate violationi. Ac proinde ne huiusmodi iuris violatio continueatur, tenebitur sacerdos in casu illum poenitentem de defectu absolutionis certiorare, ut iuxta diuinum, & humanum ius legitimam quærat absolutionem. Præterea qui scienter causam dat, ut alius vel damnum incidat, vel re alioqui sibi debita careat, tenetur dare operam, ut ille alius suo debito non defraudet. Talis est sacerdos, qui in casu scienter dedit causam præfate poenitenti, ne gratiam sacramentalem ratione præuia confessionis sibi alioqui debita consequatur. Et procedit ratio, maxime in casu, quo poenitens ille tempore, quo debuit, confessus est. Præterea, qui baptizat aliquem sine intentione eum verè baptizandi, postea tenetur eum de defectu baptismi certum facere: alioqui datur illi occasio alia sacramenta, ordines etiam sacros sine vero baptismo suscipiendi. Et idem argui potest de episcopo, qui aliquem ad sacerdotium promouet, non habens intentionem verè eum ordinandi, aut in forma, seu materia ordinationis deficientes, qui nisi ipsum promotum certum de defectu faciat, dat causam, ut is, qui verus sacerdos non est, Missam celebret, confessiones audiat, &c. Quæ tamen inconuenientia tenetur de necessitate vitare, cum eis omnibus ipse causam præbuerit: igitur pari forma in præfati casu. Idem videtur de sacerdote absolvente aliquem ab excommunicatione, quem tamen absolvere non potuit: nam causam illi præstat, ut sacramentis se ingerat inabsolutus. Idem etiam videtur de quocumque alio iudice, qui tulit sententiam, quam iure ferre non potuit, quæ in damnum alicuius cecidit, tenetur in conscientia ratione damni vitandi, sententiæ defectum propalare ei, qui possit prodesse, alioqui satisfacere tenebitur læso. Idem de eo, qui cum sacerdos non sit, fingit se talem, & confessiones audit, & absoluit, quod tenetur eos, quos ita seduxit, certos facere, quatenus veram quærant absolutionem. Concluditur igitur ex superioribus sacerdotem simplicem non posse quæquam de iure, nec de facto absolvere, nisi ad id sit licentiatus.

De confessione voluntate, & non necessitate facta.



X dictis oritur quæstio alia, An sicut est necessaria licentia proprii ad hoc, quod peccator alieno sua mortalia confiteatur, sit etiā necessaria talis licentia ad hoc, quod venialia alieno confiteatur. Similiter an sit necessaria ad hoc, quod peccata semel confessa reconfitentur. Similiter an sit necessaria ad hoc, quod intra annum extra Quadragesimam confiteatur etiam mortalia non prius confessa. Et dixerunt aliqui, quod in his casibus propositis, liberum est peccatori se subicere, cui velit, etiam simplici, vel alieno sine licentia proprii. Ratio, quia in huiusmodi confessionibus, & reconfessionibus peccator nulli sacerdoti determinato subditus est. Patet de confessione venialium, quæ liberum est homini confiteri, & non confiteri. Similiter de peccatis iam confessis liberum est homini ea reconfiteri, & non reconfiteri. Similiter de confessione mortalium extra Quadragesimam, liberum est homini talem confessionem facere, & non facere, cum ad illam confessionem, quæ extra Quadragesimam fit, nullo iure quis teneatur, nec diuino, nec humano, ut patet: igitur in huiusmodi confessionibus homo sui iuris est, & per consequens liberè potest in eis, cui velit, se sine licentia proprii subicere. Et pro hoc ultimo casu facit specialiter, quod cum ait text. si voluerit alieno confiteri, licentiam prius postulet, &c. In quo videtur loqui de confessione, quæ semel in anno agenda est: nam de hac fuerat text. loquutus: igitur in alia confessione, quæ intra annum fit, homo non est sic subditus curato, ut eius licentia indigeat.

Pro his facit, quod dictum est de Papa, scilicet, quod quia nulli determinato sacerdoti subditus est, & sui iuris, potest se, cui velit, subicere. Facit etiam quod de vagabundis dicitur, nulli domicilio habitibus, qui quia nulli determinato subditi sunt, possunt se, cui velint subicere, ubi se repperint. Facit etiam generaliter, quod in his, in quibus homo sui iuris est, & nulli subditus, potest se subdere cui velit. Ut maritus, qui dempto actu coniugali, in quo vxori debitor est, potest in cæteris se alij subicere. Et religiosus demptis his, quæ regulam, & statuta ordinis concernunt, potest alia vota emittere, & alias obligationes subire. Ad hunc modum de cæteris. Oppositum tamen videtur probabilius, scilicet, quod in casibus propositis non potest

M 2 quis

E quis confiteri, nisi vel proprio, vel alieno de licentia proprii, iuxta presentē decretalem. Id patet ex dictis, quia cum absolutio à peccatis sit actus iudicialis, nullus potest quæquam absolvere, nisi in eum habeat iurisdictionem ordinariam, vel commissam: sacerdos autem alienus, seu simplex, nullam talem habet: quia nec de iure diuino, nec humano. De diuino constat ex dictis, quia maximè ex illo, Quorum remisistis &c. vel quæcunque ligaueritis, sed si ex his haberent omnes facer dotes immediatè à Christo iurisdictionem in peccatore super venialibus, à fortiori eandem haberent super mortalibus peccatis, quod ex dictis constat esse falsum, ex quo præfata autoritas potius de mortalibus, quam de venialibus intelligitur. Deinde potestatis iurisdictionis in omni causa spirituali Christus immediatè, & plenissimè suo vicario cõtulit, de cuius consensu, & voluntate debet huiusmodi iurisdictione in alios dimanare. Cum igitur Papa talè iurisdictione non dederit sacerdotibus simplicibus respectu venialium, aut mortalium, quæ homo cõfessus est, aut nõ confessus, videtur fictū, seu voluntariè dictū, dicere, quod quilibet sacerdos põt vnūquenq; à peccatis venialibus sacramentaliter absolvere, similiter & à confessis, aliis que supra propositis. Ac proinde periculosum videtur, homines alienis sacerdotibus confiteri, & ab eisdem absolutionem in his casibus sine licentia proprii petere: quia tales homines iniuriam faciunt sacramento, quod ex parte sua irritum, & inane faciunt, cum sententia in quacunque causa lata à non suo iudice sit nulla.

Nec obstant ea, quæ supra dicta sunt, quæ supponunt in dictis casibus homines esse sui iuris, eò. scilicet quod in huiusmodi confessionibus prædictis nulli determinato sacerdoti subditi sint. Quod quidem negandum est: aut potius de subiectione distinguendum: quia est duplex, quædam, qua homo alicui subditus est in actu cõfessionis absolutè, seu ex necessitate iuris diuini, vel humani. Et hac subiectione, quam absolutam dico, subiecti sunt omnes fideles suis propriis sacerdotibus in confessione peccatorum mortalium, quæ nõ antè confessi sunt, quia. scilicet ea tenentur suo proprio, aut alteri de licentia proprii confiteri: quod nisi suo tempore fecerint, peccabunt. Alia est subiectione conditionata, seu ex suppositione, qua. scilicet si peccator vult ab aliquibus peccatis aliquo tempore absolui, debet ea confiteri suo iudici in eum iurisdictione habenti: tali subiectione subditi sunt fideles suo pro-

prio sacerdoti in peccatis venialibus, & in peccatis mortalibus prius cõfessis, & in mortalibus extra Quadragesimam confitendis: non quod simpliciter teneantur ea tunc proprio cõfiteri, sed quia si volūt ab huiusmodi peccatis sacramentaliter absolui, tenentur eidem proprio se subiicere, vel alieno de licentia proprii. Ac proinde hæc consequentia non valet: Peccator non est alicui sacerdoti in cõfessione venialium, & in casibus prædictis de necessitate, vel absolutè subditus: igitur poterit licitè se cui velit subiicere, & de manu eius poenitentiam suscipere. Patet exemplo claro. Nam hæc consequentia non valet: Clericus subditus vni episcopo, nõ est illi de necessitate, & absolutè subditus in recipiendo ordines sacros, cum sibi liberum sit eos petere, & non: ergo est sui iuris, ita vt licitè possit sine licentia proprii episcopi ordines ab alio episcopo suscipere. In quo exemplo patet, quod dixi de subiectione conditionata.

Quia huiusmodi clericus licet simpliciter non teneatur ordines à proprio episcopo suscipere: si tamen eos suscipere vult, debet eos à proprio episcopo, vel ab alieno de licentia proprii suscipere, vt cõstat. Potest etiam hæc duplex subiectione in actu iudiciali appellari, altera necessaria, altera voluntaria, cui quidem duplici subiectione respondet in absolute seu iudice duplex iurisdictione: altera cõactiua, qua iudex in illo foro potest subditum compellere, aut compelli facere, vt tempore debito confiteatur: & hæc est respectu mortalium non prius confessorum. Altera est iurisdictione voluntaria, ad cuius usum, seu absolutionem recipiendam, subditus non potest compelli, si ipse nolit, & est respectu venialium, & similiter mortalium iam confessorum, & etiam mortalium confitentorum intra annum extra. scilicet Quadragesimam. Iam ad exempla superius allata de Papa, fateor, quod potest se subiicere, cui velit, etiam simplici in foro poenitentiali, sed hoc ideò, quia nullum habet in terris superiorem, à quo debeat licentiam petere. Ceteri autè fideles, cum suos habeant pastores, & superiores, nõ ita possunt se cui velint subiicere, sine cõsensu suorum.

Ad aliud de vagabundis, falsum est, quod ita sint sui iuris, vt possint se subiicere pro voluntate, cui velint, etiã simplici: sed tenentur confiteri curato loci, in quo pro tempore se reperiunt. Quia si possent etiam simplici pro voluntate subiicere, essent melioris conditionis vagabundi, quam incolæ: cum incolæ non possint pro voluntate se, cui velint subiicere.

A subiicere, nisi de cõsensu proprii. Quod Eugenius Quartus ob ratione hanc dicitur declarasse. Itaq; tales qui curato loci confitentur, non id faciunt sine licentia Papæ tacita, vel expressa. Ad aliud de marito, qui derispto actu coniugali, & ceteris, ad quos iure coniugij tenetur, potest in reliquis se subiicere, cui velit, sine licentia vxoris. Respon. hoc admissio, eò quod vir caput mulieris est, non sequitur, ergo quod in casu presenti possit peccator sine licentia proprii alieno se subiicere. Et discrimen est clarum. Tum quia si maritus id potest sine licentia vxoris, est, quia est caput eius. Et ideò e contra vxor non posset se aliis seruitutibus aliorum subiicere sine licentia viri, quia vir superior est ea. Ideò nec peccator potest se alieno subiicere, sine licentia proprii, qui eius superior est. Vnde hoc exemplum magis militat pro nobis, quam contra. Deinde si maritus se potest in aliis actibus alteri subiicere: talis subiectione non requirit iurisdictionem in eo, cui se subiicit: qui licet actionem ex contractu acquirat: non tamen iurisdictionem. In presenti autem casu de confessione, subiectione peccatoris requirit in eo, cui se subiicit, iurisdictionem in ipsum, quam nullus habet, nisi accedente licentia

proprii, prout supra expositum fuit. Quod si rursus obiiciatur de duobus inter se contententibus, qui sine licentia ordinarij possunt se cui velint in illa contentione subiicere, per quam subiectionem arbiter huiusmodi fortitur iurisdictionem in illos, igitur ita erit in presenti: Respond. Non est simile, quia si contententes possunt se arbitris, quibus velint, sine licentia proprii ordinarij subiicere: habent tamen licentiam à iure, & ex consequenti, à superiori. In presenti autem casu poenitentialis fori non ita, imò ius ipsum prohibet ne quis alieno sine licentia proprii se subiiciat, & declarat confessionem aliter factam, nullam. Ne tamen reprobare videamur, quod ab aliis Doctoribus approbatum est, posset dici, quod in confessione venialium, & mortalium iam remissorum, non sit peccatori necessaria licentia expressa proprii, sed poterit peccator, cui velit, pro voluntate se subiicere. Quod si in presenti Decretali statutum est, vt si quis voluerit alieno confiteri, licentiam prius postulet, & obtineat à proprio, id procedit de confessione mortalium, non prius sacramentaliter remissorum, eò quod hæc Decretalis non nisi de mortalibus peccatis non prius confessis instituta, & intelligenda est. Ac proinde sicut

quod dicitur, quod quilibet fidelis teneatur C semel saltem in anno omnia sua peccata suo proprio sacerdoti confiteri, de solis mortalibus non cõfessis intelligitur: ita id, quod additur postea, scilicet, si voluerit alieno confiteri, licentiam obtineat à proprio, de confessione eorundem mortalium est intelligendum. Ita & quod postremò ait, cum aliter alienus absolvere non possit & c. de absolutione ab eisdem peccatis venit accipiendum. Vnde probabile est, quod nil de venialibus, & mortalibus iam confessis in hac Decretali statutum sit, & ex consequenti confessionem huiusmodi peccatorum ecclesia reliquit agendam, absq; hoc quod seruentur ea, quæ hic de mortalibus nõ cõfessis disposita sunt. Et ita tacitè videt Papa licentiarum peccatores, vt venialia, & peccata mortalia prius confessa confiteantur, cui velint. Secus tamen de confessione mortalium extra Quadragesimam agenda, quia talis agenda est, secundum dispositionem huius statuti, alioqui non valebit. Nam hoc statutum non loquitur præcisè de confessione agenda in Quadragesima, sed vniuersaliter de confessione mortalium, quocunque tempore fiat, quod. scilicet debet fieri proprio, vel alieno de licentia proprii. Et illa particula, saltem semel in anno, non ponitur, vt limitetur cõfessio, de qua loquitur textus, sed vt limitetur obligatio confitendi.

De confessione per curatum audienda, quoties subditus confiteri velit.



Occasione sumpta ex dictis, posset dubitari: an curatus teneatur audire confessiones subditorum, non solum in Quadragesima, sed etiam extra eam toties,

quoties illi velint confiteri. Et dixerunt aliqui, quod sic, modò curat⁹ impeditus nõ sit, nec aliquã legitimã, & iustam excusationem habeat, quo minus talem poenitentem audiat. Pro qua opinione arguit primò ex parabola talentorū, quæ seruis erant commissa, vbi seruus, qui non reddidit dño talentū cū vsura, dānabiliter à dño reprehendit, & i tenebras exteriores eiici iubet. Talis videtur curatus cui dñs potestatem spirituales simul & curam ouium cõmisit, vt illis sacramenta ministraret. Nec videtur satisfacere curatus, si tempore necessitatis solū ea ministraret, quia hoc

M 3 non

E non est talentū acceptum Domino cum vsura reddere, vt videtur, si non vltra tempus necessitatis aliquid Domino lucrifecerit. Secundò, non minùs tenetur curatus suis subditis in spiritualibus providere, quàm teneatur pater carnalis suis filiis in temporalibus: vtriq; enim cura commissa est, huic corporis, illi verò animæ subditi: sed carnalis pater non solùm tenetur filiis ministrare cibum necessarium ad hoc, quòd filius ad debitam quantitatem perueniat: igitur & curatus tenetur nò solùm tempore necessitatis sacramenta suis subditis ministrare, sed etiam extra huiusmodi necessitatem, vt anima ad debitum, & conueniens perueniat spirituale augmentū. Tertiò, quia subditus habet ius petendi à curato suo, quoties velit, vt eum in confessione audiat, & eidem confesso, sacramentum absolutionis impendat: igitur econtrà curatus tenebitur subdito hoc sacramentum ministrare quoties requiratur. Patet totum à simili, quia vxor habet ius petendi à marito, quoties velit debitum coniugale, & econtrà maritus toties tenetur eidem postulanti reddere, vbi non adfit legitima excusatio &c. Igitur. Quartò idem probatur ex obligatione, qua curatus ratione officij eidem iniuncti tenetur sollicitus esse pro ouibus eidem commissis, iuxta illud Ezech. 34. Vx pastoribus Israël, qui pascebant semetipfos. nōne greges à pastoribus pascentur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini. Et sequitur: Quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, quod contractum est, non alligastis, & quod perierat, non quaesistis &c. Ex quibus colligitur curatos obligatos esse pasceri gregem eis commissum, non solùm quando sunt in necessitate, sed extrà, si aliqua ovis sit contracta, si ægra &c. Igitur cum peccator contractus sit, & ægrotus per peccatum à se commissum, sequitur curatum non excusari à peccato mortali, si quoties petierit subditus sanari, & consolidari, sacramentum poenitentiae ab eodem petitum, non ministretur. Postremò arguitur, quia si curatus non habet legitimam excusationem negandi præfatum sacramentū, videtur agere contra charitatē proximi, cū præferat suā quietem corporalem, seu spiritualemente tanto bono spirituali proximi, quantū ex tali confessione esset illi euenturū: imò fortè per confessionem à peccato ad gratiam resurgeret, virtute sacramenti, ad quam cordis poenitentia, quam habet, illi nō sufficit. Et ita negatio hu-

ius sacramenti illi cederet in perniciē animæ. **G** His non obstantibus videt oppositū tenendum, quòd. s. extra casum, quo peccator tenetur cōfiteri, non tenet curatus sub poena peccati mortalis eum audire. Probat, quia si sic, vel ad id teneretur ex lege charitatis fraternæ vel ratione officij pastoralis. Non primū, quia lex fraternæ charitatis oēs videtur æqualiter respicere, secundū quod scriptū est: Vnicuiq; mandauit Dñs de proximo suo. Sed alius *Ecclesiast. 17.* a curato, & si posset sacramentū eucharistiæ, aut poenitentiae alicui petenti ministrare: non tamen peccat contra charitatē fratris, si nolit ea illi ministrare, sed ad curatū suum eum remittat. Quod patet, tum ex cōsententia, tum etiam quia non est contra charitatē proximi illi denegare, quod illi non est debitū, etiam si esset eidem vtilissimū, sed alienus sacerdos non debet alieno parochiano ministratōne sacramentorū, vt constat: igitur non est contra charitatē proximi illi extra necessitatem sacramenta denegare. Confirmatur, quia negare eleemosynā corporalem fratri eam extra necessitatem petenti, non est contra charitatem proximi, vt cōstat: igitur negare sacramenta fratri ea extra necessitatem petenti, non est contra charitatem fratris. Similiter si frater sufficienter instructus in his, quæ sunt illi **H** necessariò credenda, & quæ illi sunt ad salutē sufficiētia, petat in cæteris altioribus, & secretioribus ab aliquo instrui, non erit cōtra charitatem fratris suæ petitioni non condescendere, vt certū suppono: satis erit ea, quando & quibus necessarium fuerit tradere, & patefacere: igitur nō agit cōtra legē charitatis fraternæ curatus, qui subdito sacramenta extra necessitatem petenti, ea denegat, quādo. s. ex denegatione nullum fratris verisimile periculum, & notabile timetur. Quòd etiam nō teneatur ad id curatus ratione officij sibi iniuncti, probatur: quia officio suo satisfacit, si onera eidem à iure, vel superiore iniuncta, cōpleat: sed nec ius, nec superior iniungit curato sacramentum absolutionis, aut eucharistiæ subditis ministrare, nisi in necessitate, qua subditis necessarium est ea recipere, de iure quidem diuino, quando sunt in periculo mortis: de humano verò in Quadragesima, & Paschate: igitur ratione officij in casu proposito curatus non tenetur eum audire. Confirmatur id, quia si curatus est certus, quòd subditus vult solùm venialia confiteri, aut alia peccata, de quibus legitime absolutus est, reconfiteri, non tenetur curatus huiusmodi confessiones audire sub poena peccati

A cati mortalis, & si vtile esset, & meritorium vtriq; idq; ex sententia omnium, & non ob aliam causam, nisi quia tales confessiones nō sunt ipsi subdito necessariae, cum nullum sit periculum eas non facere, vt suppono: igitur ob eandem rationem, si velit extra necessitatem sua mortalia confiteri, non tenebitur curatus ex officio eum pro tunc audire, vbi ex denegatione nullum verisimile timeatur periculum. Postremò idem patet, quia episcopus non tenetur ratione charitatis, nec ratione officij sacramentum ordinis subditis extra tempora determinata ministrare, non obstante vtilitate, quæ ipsi promouendo esset ex ordinatione euentura: igitur nec curatus tenetur ex lege charitatis, nec ratione officij subditis ministrare sacramentum eucharistiæ aut poenitentiae, non obstante vtilitate, quæ illi esset alioqui euentura. Iam ad rationes ante oppositum dicendum: Ad primam, quòd illa parabola dicta est contra de fides, & signa, qui cum gratiam à Domino receperint, qua possint sibi ipsis, & cæteris prodesse, illam in se inutiliter retinent, si nentes alios quo ad animam, vel corpus sua ignauia perire, quos p doni cōmunicationē **B** sustinere nē cadant: & cadētes, ac lapsos Deo lucrifacere possent. Quod ita intellectum in nullo contrariatur sententiæ propositæ. Qui enim indigenti proximo tempore necessitatis gratiam à Domino acceptam non communicat, proximum, nē labatur, sustinendo, vel lapsum erigendo, non inutiliter talentum à Domino dicitur accepisse, nec in sudario absconditum retinere, vt patet, qualiter retinet, qui talento à Domino ad communem vsum, & vtilitatem accepto, ad sui tantum cōmoditatem vtitur, hic talentum reddit sine vsura. Qui autem talento vtitur ad aliorum vtilitatem, saltē in necessitate, talis talentum cum vsura reddere dicitur. Ad secundum, fateor vtriq; parenti cōmissam esse curam filij, carnali, scilicet, & spirituali: sed sicut satisfacit pater dando filio cibaria illi necessaria, aliis delicatioribus, aut abundantioribus denegatis: ita & curatus satisfacere videtur, sacramenta necessaria tempore, quo indiguerit, subdito ministrando. Nec putandum est, quòd pater carnalis teneatur ad illa duo immediatē. s. ad dandum necessaria vitæ, & ad dandum alia ad corporis quantitatem pertinentia. Nam si det quæ ad vitā sunt necessaria, quantitas inde naturaliter consequetur, & siue consequatur magna quātitas, siue parua, nil ad obligationē patris, qui dā-

do necessaria vitæ satisfacit. Ita sub obligatio **C** ne curati non cadit procurare augmentū gratiæ subdito suo, vltra id quod illi ex ministratōne necessarium est euenturū. Ad tertium, quanuis subditus habeat ius, id est, licentiam & facultatem petendi sacramentū à curato, quoties velit confiteri; non tamen habet ius coactiuum, quo possit contra curatum agere & eum ad ministrandum ei sacramenta compellere, extra necessitatem subditi. Nec valet simile adductū de coniugibus, quia vxor habet ius coactiuum ad petendum debitum carnis, quoties velit, eò quòd vir non habet potestatem corporis sui, sed vxor, & econtrà, vt ait Paulus: ideò habet ius coactiuum vtendi *1. Cor. 7.* re sua, id est, corpore viri, quoties ipsa velit, & econtrà. Ad quartum. Illud Ezech. procedit contra pastores cupidos, & negligentes, qui cum videant oues sibi commissas pastu, aut medicamine, aut defensione à lupis indigere: nil tamen de earum salute curant, vt patet ex ipso textu. Secus in nostro casu, in quo cum hoc, quod extra tempus necessitatis curatus sacramenta non conferat: tempore tamen, quo subditi indigent, præstò est illis per sacramenta subuenire. Ad postremum. Illud videtur probare, quòd sit contra ordinem **D** charitatis, eligere propriā quietem, quando ea postposita, magnum possumus spirituale beneficium proximo cōferre. Attamen non est contra ordinem de necessitate seruandum, eò quòd si duo sunt alicui licita, quorum alterum melius est, modò de præcepto non sit, non peccat, nec contra debitū ordinem charitatis agit, si minus bonum, alio prætermisso, eligat. Patet, quia aliàs peccaret, qui dimissa religione, in sæculo manet, qui dimissa castitate virginali, vxorem ducit, qui dimissa paupertate, diuitias curat, & sic de multis aliis, in quibus, sicut non agit quis contra charitatem ad se habendam: ita nec agit contra charitatem fraternā si dimisso bono maiori fratris, suum proprium, quod minus est, curet: quando curare de tali bono proximi non est præcepti, sed superabundantis beneficii, quale in pposito esset. Tunc igitur dicitur quis peccare contra ordinem charitatis, quando postposito eo, quod ei, vel fratri ad salutem corporis, vel animæ est necessarium, aliud minus bonum, seu non necessarium eligit. Si verò id quod postponitur non sit, vt dictum est, necessarium, non igitur contra ordinem charitatis debitum, de quo aliàs. Ad id autē, quod in ratione subiungitur: quòd sepe accideret subditum perire ex defectu sa-

E sacramenti, quādo. s. pœnitētia cordis illi non sufficit: quæ tamen cum sacramento sufficeret, dicendum quod hoc currit contra Sco. & alios qui dicunt esse in pœnitētia cordis certam intentionē, aut temporū continuationē necessariā, vt valeat ad salutem, de quo aliās. Imo & secundū Sco. esto illud teneatur, non tamen potest peccator ad talē statū peruenire, in quo perfectum habeat vsum rationis, quin per se sine sacramento pœnitentię actū suscepto, possit se in statu gratiæ reponere, si velit, vt si defectum continuationis in pœnitentiā cordis suppleat per intentionem, & conatum voluntatis, faciendo quod in se est.

Stat ergo sententia supra probata, quod curatus non tenetur audire confessions subditorum, quoties velint illi confiteri, sed quoties indigent, & illis necessarium est confiteri. Est autem eis necessarium cōfiteri, non solum tempore, quo infirmi sunt, aut in Quadragesima, sed in multis aliis, vt supra ostensum est, quādo agebatur de tempore, quo necessarium est actū confiteri. Vide supra.

De effectu absolutionis sacramentalis.

F **N**unc de effectu, seu fructu absolutionis sacramentalis breuiter videamus quis sit: An scilicet, huiusmodi absolutio valeat ad remissionem peccatorum: seu quod idem est, An valeat ad conferendum primam gratiam, per quam fit peccatorum remissio. Pro affirmatiua parte facit ipsa forma sacramentalis, scilicet, Absoluo te a peccatis tuis. Quæ cū vera sit, & efficax, oportet operetur id quod significat, sicut & cetera sacramenta Euangelica. Pro negatiua facit ratio, quia si qui absoluitur à sacerdote, venit cum debita cordis pœnitētia, iam in gratia venit, & ita non consequitur gratiam primam per absolutionem huiusmodi. Si verò sine cordis pœnitentiā accedit, nil sibi valet huiusmodi absolutio, imò potius obest: & ita patet ratio dubitationis & c. super qua quæstione magna est inter Doctores controuersia, & diuersæ opinionēs. Prima est Magistrī sententiarum tenentis, quod absolutio sacramentalis non est operatiua, sed ostensiuā remissionis peccatorum quo ad culpam, & pœnam æternam. De qua primò videndum est. Dixit igitur Magistrī in. 4. distinctio. 18. quod hæc ab-

olutio non valet ad remissionem peccatorum quo ad culpam, nec pœnā æternā: & ita non valet ad conferendū gratiam primā. Mouetur ex illo Psal. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Vbi Cassiodorus ait: Magna pietas Dei, qui ad solam promissionem dimittit peccata, nondū pronūtiat, sed promittit se pronūtiaturū, & peccata remittit. Vnde apparet peccatorem antequā à sacerdote absoluitur, esse à Deo iustificatū, & veniam peccatorum consequutū. Secundò idem probat, quia si huiusmodi absolutio valeretur ad remittendū culpā, & æternam pœnā, sequeretur, quod sacerdos culpam remitteret per suam absolutionem: quod inde videtur falsum quia remittere peccata solius Dei est, iuxta illud Isa. Ego solus deleo iniquitates, & peccata populi. Et Ambrosius idē testat dicens: Ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Et habetur de pœnitentiā, distin. 1. c. Verbum Dei. Et Augustinus contra Iulianū: Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, qui est Agnus, tollēs peccata mundi. Tertiò facit pro eodem, quod legitur de Lazaro in Euangelio, quem Christus prius intus viuificauit, & postea soluendū à ligaturis discipulis suis tradidit. Ex quo Augustinus colligit, peccatorem prius à Deo intus per gratiam viuificari, quā à sacerdote à ligaturis peccati absoluitur. Pro quo etiam facit quod de leprosis scriptum est, quos scilicet, Christus prius sanauit à lepra, deinde eos ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderetur esse mundati. Quod quidem figura fuit eius rei, quæ in hoc tempore fit, quando peccatores à lepra animæ curantur. Quartò facit, quod ait Hierony. super illud Matthæi 12. Tibi dabo clauēs regni cœlorum. Hunc, inquit, locum quidam non intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Phariseorum, vt damnare innocuos, vel soluere se putent noxios, cum apud Deum, non sententia sacerdotum, sed reorum vita quæretur. In Leuitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos vel mundos, sed discernūt, qui mundi, vel immundi sunt. Vbi apertè videtur, sacerdotes Euangelicos legalibus æquiparare, in hoc quod sicut illi non mundabāt leprosos, sed eos mūdōs esse iudicabāt: ita sacerdotes Euāgelici non iustificānt peccatores, nec eos mundant, sed eos mundos iam esse ostendunt. Et ita absolutio sacerdotis non est, quæ primò iustificat, seu peccatorum remissionem confert. Itaque absolutio

Absolutio sacramentalis non actu dimittit peccata, sed ostendit ea iam esse dimissa: operatur autem in confitente gratiæ augmētum, quod cōmune est sacramentis legis nouæ, & remittit pœnam temporalem in toto, vel in parte, eam in quā, in quam per contritionem fuerat æterna pœna commutata. Facit pro hac positione glossa super illud Ioan. 20. Quorū remiseritis peccata & c. Id est, Quos dignos remissione iudicaueritis. Vnde apparet, nō esse sacerdotibus datam potestatem, qua actu peccata remittant, sed qua iudicēt, qui sint digni, aut indigni ipsa remissione.

Contra tamen hæc opinionem Magistrī videtur aliqua militare, quæ faciunt pro secunda opinione, quam alij contra magistrum tenent. Primò quia sacramenta legis Euāgelicæ id efficiunt quod significant, vt patet ex definitione sacramenti per eundem magistrū data: Sacramētum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, sic, vt ipsius imaginem gerat, & causa existat. Similiter ex differentia sacramentorum veteris legis, & nouæ: illa enim figurabant, & non operabantur, nec præstabāt quod significabant, vt patet de hostiis, quæ pro peccatis fiebant, quæ cū iustificationē à peccatis significassent, neminem tamen iustificabāt, iuxta dictū Pauli: Ex operibus legis nemo vnquam iustificatus est. Sed sacramentum pœnitentię significat per ipsam fieri remissionem peccatorum, vt ipsa forma absolutionis ostendit.

Secundò Deus peccata non remittit, nisi sint per sacerdotes remissa, ipso dicente: Quorum remiseritis peccata, remittentur, & quorū retinueritis. i. non remiseritis, erunt retenta. In quo significat satis apertè, quod sententia sacerdotis in terris præcedit sententiam Dei in cœlis. Non enim dixit, quorum remiseritis peccata, iam sunt remissa, sed remittentur in cœlo. Quemadmodum alibi dixit, quæcunq; solueritis in terris, erūt soluta in cœlis: in quo innuit, quod sententiā à sacerdote in terris data approbabitur in cœlo: approbatio autem sententiæ præsupponit sententiā latam esse: igitur falsum est, quod illa forma, absoluo te, valeat tantum. i. te absolutum esse ostendo.

Quod inde confirmari potest, quia si ille sit sensus absolutionis, id est, te absolutum esse ostendo, quæro à quo absolutum esse peccatorem ostendit, vel à Deo, vel ab ecclesia: Non secundū, cum antea ab ecclesia absolutus nō sit. Nec primum, quia tunc magis cōduceret, quod peccator suam iustitiam confiteatur sacerdoti, quā sua peccata: quia vt sacerdos iudicet illū hominē esse à Deo abso-

lutum, magis cōuenit iustitiam talis hominis cognoscere, quā vitia, & peccata ab eo commissa. Quandoquidē per opera charitatis meretur homo à Deo absolui, & per eadem dignus esse cognoscitur, non per peccata. Cū igitur teneatur non iustitiam, sed sua peccata confiteri, sequitur, quod non ad id tenetur, vt iudicetur dignus, & à Deo absolutus, sed vt à vicario Christi absoluitur.

Quod iterū confirmatur, quia si sacerdotibus nō est data maior potestas in hac re, quā ad ostendendū quis sit absolutus, seu absolute dignus, sequitur authoritatis supradictæ sententiam esse, Peccata quæ ostēderitis esse remissa, non erunt remissa. Quod videtur absurdum: nā si remissio per Deum facta, præcedit remissionem seu sententiā sacerdotis, nil igitur ad remissionem peccatorū agit, quod sacerdos postea ostēdat illū esse absolutū vel non.

Tertiò sacramentum pœnitentiæ est secunda tabula post naufragiū, sicut baptismus est prima, igitur sicut baptismus actu liberat hominem à naufragio, præstando gratiā primā, ita & pœnitentiā sacramentalis: alioqui si homo semper est iustificatus antequā hōmō sacramentum accipiat, quomodo cōuenit de hoc sacro dicere, quod est secunda tabula post naufragiū? D

Confirmatur etiam, quia extrema vñctio confert gratiam primā, & peccata tollit, dicitur Iacobo in sua Canonica: Infirmus quis in vobis, inducat presbyteros, & orent super eum, ungetes eum oleo laticitiæ, & oratio fidei saluabit infirmū, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Igitur id faciet à fortiore pœnitentiæ sacramentum, quod specialiter in remissionem peccatorum institutum est.

Quartò facit glossa Matthæi. 16. quæ exclusis aliis opinionibus, quæ dicunt sacerdotem nō à peccatis absoluere, sed absolutos eos ostendere, quodq; non à peccatis, sed à reliquiis peccatorum absoluit, subdit, dicens: Alij veritati, & Euangelio adherētes, ministros ecclesiæ à peccato soluere dicunt. Pro quo etiā facit Augustinus contra. 5. hæreses, dicens: Nec eos audiamus, qui negāt catholicā ecclesiam omnia peccata posse dimittere. Illi enim in Petro petram non intelligunt, & non intelligentes ecclesiæ datas esse clauēs regni cœlorum, eas de propria manu amiserunt.

Quintò facit ad idem capitu. Si quis presbyter. 26. q. 6. vbi dicitur, quod presbyter denegans pœnitentiā, id est absolutionem morientibus, reus erit animarum. Et rursus ibidem capi. Agnouimus. de presbytero negante absolutionem morientibus, eam pe-

E tentibus, ait Coelestinus papa: Quid aliud rogo id est, quam morietur mortē addere, eiusque animam sua crudelitate, nē absoluta possit esse, occidere: In quibus aperte videtur significari, quod absolutio in casu prestaret vitam his, qui moriuntur: alioqui, ea denegata non daretur causa cōdēnationis ipsis morientibus.

Propter has, & alias rationes concludunt alij absolutioem sacramentalem operari actu remissionē peccatorū, quo ad culpam, & poenam aeternam, & non solum quo ad tempora lem. Cuius opinionis fuit Tho. Sco. Gerson, & alij. Et ita absolutio sacramentalis non est ostensiva solum, sed actu operativa eius quod significat. Et quāvis ut in plurimum reperiantur peccata iam per primā cōtritionem remissa quo ad Deum: at tamen ex parte sua, ea seculo obice remitteret, si remissa non essent. Pro qua sententia videtur facere Consiliū Florētīnū, vbi declaratū est, quod effectus sacramenti poenitentiae est, absolutio à peccatis.

Contra tamen hanc secundam opinionem specialiter facit ratio, vltra ea, quae supra pro magistro sunt allegata. Nam cum dicant hi, quod sacramentum hoc poenitentiae actu remittit peccata, & confert gratiam primā, quae pro quomodo accedit confitens ad suscipiendum hoc sacramentum: nam potest tribus modis accedere: Vno, absque obice malae voluntatis, sed sine poenitentia cordis. Secundo cum poenitentia cordis, sed imperfecta. Tercio cum poenitentia cordis imperfecta, quae dicitur cōtritio. Sed in nullo ex his casibus possunt verificari quod dicunt. Patet, nam si sine poenitentia cordis accedat, etiam si obicem alium malae voluntatis non habeat, non iustificabitur per absolutioem. Nam certū est per scripturam, peccatorē non posse de lege veniam à Deo consequi, sine poenitentia cordis: dixit enim per Ezechielē: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, vita viuet &c. Et iterū: Quaecumque hora ingemuerit peccator, nō recordabor amplius suorum peccatorū. Et Christus in euangelio: Nisi poenitentiam egeritis, omnes peribitis. Et Petrus in actibus: Poenitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et Augustinus: Nemo sine voluntatis arbiter cōstitutus, potest nouā vitam gratiae inchoare, nisi poeniteat eum veteris vitae, à qua poenitentia soli paruuli immunes sunt. Et sunt alia innumera loca scripturae sanctae, & testimonia sanctorum doctorum pro hac parte. Non igitur stat, quod absolutio sacramentalis conferat gratiam primam, in casu, quo confitens sine poenitentia

accedat per solam non positionem obicis. **G**

Nec possunt, vt videtur, dicere secundum, scilicet, quod si accedat cum poenitentia cordis imperfecta poterit virtute absolutionis consequi gratiam primam, & remissionem peccatorū, actu. Nam quatuor modis contingit huiusmodi poenitentiam esse imperfectam. scilicet, vel quia peccator dolet de quibusdā à se commissis, & nō de omnibus: vel quia si de omnibus commissis dolet, non tamen cum proposito abstinendi in posterū: vel tertio, quia nō dolet de commissis ob amorē Dei, sed ex timore, vel ex alia causa humana: vel quarto quia poenitentia cordis est remissa gradualiter, seu parum continuata. Sed in nullo ex his casibus possunt verificari quod dicunt, quod scilicet, absolutio sacramentalis actu remittat peccata mortalia quo ad culpam, & aeternam poenam. Patet, nam quando habetur poenitentia cordis imperfecta primo, & secundo modo, non fit peccatorum remissio: quia ponitur obex malae voluntatis, saltem omisiue, cum teneatur peccator absolutioem petens poenitentiam veram de commissis habere, quae poenitentia includit dolorem de omnibus commissis, & propositum in posterum abstinēdi, vt suppono. Si autem habetur poenitentia imperfecta tertio modo, quae scilicet, homo doleat de peccatis, non tamen propter Deum ab eo dilectum, non poterit veniam, aut gratiam consequi, dicente Augustino, sine amore Dei neminē vnquā gratiam inuenisse. Imō, & ipsi doctores Tho. & Sco. dicunt esse necessariam poenitentiam propter Deū. Si autem habetur poenitentia imperfecta quarto modo, scilicet, quia est remissa gradualiter, aut parum continuata, talis imperfectio non impedit, quo minus per eam possit quis sufficienter se in statu gratiae reponere. Nam ad acquirendum gratiam, nec est necessaria intentio gradualis, nec tēporis cōtinuatio, modo efficax sit. Quia quantulacūque, & quantumlibet breui tempore gestam poenitentiam Deus acceptat, de poenitentia. distin. 3. cap. Talis &c. De quo supra tractatu de poenitentia cordis.

Sed forte dicent, quod potest esse poenitentia imperfecta, qua quis dolet de omnibus peccatis suis cum proposito abstinendi, & propter Deum dilectū, dilectione, quae de se non sufficit ad gratiam: quia stat peccatores in peccato existentes Deum diligere, & propter Deum aliqua facere, nec propter hoc se in statu gratiae reponunt. Et talis poenitentia, quae per se non sufficit, sufficit cum sacramento. Et ita tūc verificaretur, quod opinantes dicūt. Verū

A Verū hoc etiam habet difficultatem, quia quero qualis sit illa dilectio Dei. Nam vel est obedientialis, qua homo proponit firmiter Deo in omnibus placere propter ipsummet Deum. Vel est dilectio alia simplicis tendentiae, qua placet ipsi homini, quod Deus sit, & omnibus praesit & dominetur, seu quod sit optimus, & infinitus, aut quod illi omnes seruiāt, & reuerentur &c. Si hanc solum habeat homo dilectionem Dei, fateor illam non sufficere ad salutem, & gratiam. Sed nec cum sacramento sufficit ad gratiam. Probatur, quia ad gratiam primam, & remissionem peccatorum quo ad culpam, necessaria est vera poenitentia cordis, de qua scriptura loquitur. Hec autem est, quam sancti exposuerunt, scilicet, Poenitentia vera est, praeterita mala plāgere, & plangenda iterum non committere, idque propter Deum. Hanc autem poenitentiam certū est includere amorem Dei obedientialem, nā taliter poenitens paratus est in omnibus necessariis Deo placere, ex quo proponit in nullo postmodum eū offendere: & talis dilectio est immediata dispositio ad gratiam, & per consequens siue poenitentia illa sit propter Deum primo modo dilectum, siue secundo modo, non verificant, quod dicunt. scilicet, quod taliter poenitens consequitur virtute absolutionis sacramentalis gratiam primam, & remissionem peccatorū quo ad culpā & poenam aeternā. Confirmatur hoc idem, scilicet, quod sit homini necessaria poenitentia propter Deum obedientialiter dilectum, si velit veniam consequi: quia non potest quis saluari, nisi seruet mandata, secundū quod scriptum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et iuueni enarranti mandata, quae seruauerat, respondit Christus: Haec fac, & viues. Cum igitur nō sit necessarium omnia mandata semper actu seruare, vt homo saluetur, alioqui vix esset qui saluaretur, restat vt sit necessariū omnia mandata seruare secundum mentis propositum, vt homo sit Deo acceptus. Ac proinde si velit peccator veniam peccatorum, & gratiam consequi, quādo absoluitur, necesse est eum in mentis proposito omnia mandata seruare. Hoc autem est Deum diligere obedientialiter, quod quidem per se ad gratiam sufficit: igitur.

Idem etiā colligitur ex eo, quod habet Ezechiel. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, & cultodierit omnia praeccepta mea, vita viuet, & non morietur. In quo iterū significatur, necessariā esse poenitentiam propter Deum obedientialiter dilectum, & taliter

poenitenti promittit Deus vitam.

Præterea idem probatur ex eo, quod ait Augustinus. lib. de vera, & falsa poenitentia. cap. 17. vbi declarat quis dicitur conuerti ad Deum: Ille, inquit, qui nō solum à peccato auertitur, sed qui iā totus & omnino vertitur: qui iam non poenas timet, sed ad bonum Deum tendere festinat. Et Gratianus, de poenitentia. distin. 1. cap. Quis aliquando, declarans cōuersionem in Deum nobis necessariam ait, conuerti dicitur, qui omnino vertitur, cuius opus vox, & cogitatio ita mortificationi peccati defudant, sicut prius serui erant iniquitati. Quod autem vltra poenitere, sit necessarium ad Deum conuerti, vt quis remissionem peccatorū assequatur: clare docet Petrus in Actibus, dicens: Poenitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Ex quibus apertum esse videtur, quod nisi peccator poeniteat propter Deum obedientialiter dilectum, non poterit, etiam interueniente sacramento, Dei gratiam, & remissionem peccatorum consequi. Et ita concluditur, quod si debeat confitenti valere absolutio sacerdotis, non satis est accedat peccator sine obice malae voluntatis: nec satis est, quod accedat cum poenitentia imperfecta, vt supra discussum est: sed necessariū est accedat cum poenitentia vera, quae dilectione Dei obedientialem includit, aut praesupponit. Et si cum hac accedat, iam per eam est veniam consequutus, antequam à sacerdote absoluat, & per consequens huiusmodi absolutio non operatur actualiter remissionem peccatorum, quo ad culpam, & aeternam poenam. Et alia tertia opinio Hugonis lib. 2. de sacramentis: Similiter & Richardi de sancto Victore, parte prima, lib. de potestate soluendi, & ligandi: qui tenent mediam viam, dicentes, quod absolutio sacramentalis non operatur remissionem peccatorum quo ad culpā, sed quo ad reatū aeternae poenae. Pro quo supponunt, quod peccator ob culpā mortalem ligatus est dupliciter. scilicet, ob durationem mentis, & debito futurae damnationis. Primum remittit Deus, interueniente contritione peccatoris. Secundum verò remittit sacerdos per suam absolutioem, praevia peccatoris confessione. Pro qua opinione quo ad primam partem faciūt, quae supra citata sunt pro Magistro sententiarum, specialiter quod de Lazaro adduximus, qui prius fuit à Christo intus suscitatus, & postmodum Apostolis traditus, vt à ligaturis mortis solueretur.

Facit etiā dictū Christi: Quorū remisistis peccata, remittentur eis: & quae solueritis in terra,

E terra, erunt soluta in coelis &c. In quibus inuitur præcedere sententiã sacerdotis, & subsequi absolutionem Dei in coelis: quod cum non possit intelligi de absolutione ostensiuã, vt supra cõtra Magistrum arguebatur, sed de absolutione operatiua, & non de absolutione à peccatis quo ad culpã, vt supra pro magistro argutum est: nec de absolutione à peccatis quo ad pœnam temporalem, ad cuius remissionem non opus erat confiteri peccata, quando quidem talis pœna hic, & in purgatorio solui poterat: restat, vt intelligatur de absolutione à peccatis quo ad reatum æternæ damnationis. Facit etiam, quod ait Psal. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Vbi non dicitur, & tu remisisti peccatum meum, sed impietatem peccati, seu cordis mei. Vt intelligamus, quod Deus per contritionem dimittit cordis impietatem, quæ est mentis obduratio, & cæcitas interior, & relinquitur debitum æternæ damnationis post modum remittendum, quod fit in confessione. Itaque per contritionem præuiam Deus remittit culpam, per absolutionem sacramentalem sacerdos remittit æternam pœnam. Nec aliter in coelis huiusmodi æterna pœna peccatori remittitur, nisi sententiã sacerdotis interueniente: excepto, quando per peccatorem non steterit, quo minus à sacerdote absoluitur: quia tunc defectum sacerdotis supplebit Dei misericordia. Contra tamen hanc opinionem videntur aliqua militare. Primò, quia si dimissa culpa per gratiam infusam maneret reatus æternæ pœnæ: idem ergo homo esset filius regni, & perditionis: regni quidem, quia per gratiam & charitatem est Deo reconciliatus & amicus ipsius: perditionis verò, quia est obnoxius æternæ damnationi. Quod videtur falsum, iuxta dictum Augustini dicentis, sola charitas vestis nuptialis est, quæ diuidit inter filios regni, & filios perditionis &c.

Præterea, quod remissa culpa per infusionem gratiæ, & charitatis non maneat homo obnoxius æternæ pœnæ, probatur ex eo, quod ait Deus per Ezechielem: Quacunque hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius peccatorum suorum. Id quod ait, nõ recordabor, non potest intelligi dictum esse per obliuionem commissorum, quæ nulla potest in Deo reperiri: igitur intelligitur per nõ imputationem peccatorum ad æternam pœnam: cum non aliter intelligi possit. Igitur eo ipso, quod peccator per contritionem assequitur gratiam, & remissionem peccatorum,

fit vt non amplius maneat obnoxius æternæ pœnæ sicut prius erat.

Confirmatur hoc idem per Augustinum super Psal. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et rursus: Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. Vbi Augustinus ait: Hoc est Deum peccata remittere, quod est ea ad pœnam non imputare. Si igitur peccata à Deo per cõtritionem remittuntur: non igitur amplius ad pœnam imputantur.

Præterea si remissa culpa per gratiam manet homo ordinatus ad pœnam æternam antequam confiteatur, quæro vel manet ad æternam pœnam ordinatus secundum præsentem iustitiam, vel secundum finale iudicium. Non primum: nam si homo ille decederet in statu in quo ad præsens est, absq; dubio euaderet æternam damnationem. Nec secundum, quia stat quod fit de numero prædestinatorum: non igitur stat, quod sint peccata remissa quo ad culpam per infusionem charitatis, & quod maneat ordinatus homo ille ad pœnam æternam.

Præterea, cum dicunt, quod ablata culpa relinquitur reatus æternæ damnationis, quæro quid per culpam formaliter intelligunt? Si dicant, quod culpa manens transiente actu peccati formaliter est cæcitas, seu tenebræ, seu macula mentis: cum hæc omnia non sint alia quam priuatio gratiæ, vt dicunt, sequitur quod sola priuatio gratiæ sufficeret, vt qui ea caret, esset in culpa, quodq; non minus esset in culpa, qui vnum peccatum commisit, quam qui centum: quorum secundum, cum constat esse falsum, probatur falsitas primi, quia probabile est, secundum quorundam sententiam, hominem primum esse sine charitate creatum, similiter & angelum: qui cum gratia caruissent in primo eorum instanti, non tamen ob id diuini sunt creati in culpa.

Si dicant culpã illam manentem transeunte actu peccati esse indignitatem positiuè sumptam, vt dicit Gerson, id est, dignitatem, qua homo dignus est æternaliter puniri, quodq; hæc tollitur per gratiã contritionis, & manet reatus. i. ordinatio ad æternam pœnam. Hoc dici non potest, quia vel post habitam contritionem manet homo dignus æterna pœna, vel non. Si primò, quomodo igitur per contritionem tollitur culpa? Si secundò, quomodo igitur ordinatur iuste ad æternam pœnam, qui non est ea dignus? Si dicant, quod culpa manens transeunte actu peccati non est nisi ordinatio, seu imputatio ad pœnam, cum reuera nil aliud videatur in peccatore post actum peccati

A cati relinqui, sequitur, quod cum per contritionem tollitur culpa, non manet reatus, vel ordinatio ad æternam pœnam: & ita intetum.

Præterea, demus hominem ex toto conatu de omnibus suis peccatis dolentem, & opere pro viribus satisfaciens qui nondum cõfessus sit, huic remissa sunt peccata quo ad culpam, & secundum opinionem manet in reatu æternæ dånationis. Quæro, an maneat æternaliter damnandus pro illis peccatis, de quibus, prout potuit, cõtritus est, an pro negligentia confessionis, si forte sit negligens in confitendis commissis? Si primum: igitur tam acriter, & æternaliter punietur homo ille in inferno pro peccatis, de quibus toto corde contritus est, & pro quibus pro viribus satisfecit, ac si nil horum fecisset bonorum, quod videtur absurdum. Si secundum: falsum igitur est, quod homo post adeptam gratiam, & remissionem peccatorum commissorum sit obnoxius æternæ pœnæ pro illis, quantum sit pœnæ æternæ obnoxius pro negligentia prædicta, quod nec opinio communis negaret. Et ita videtur præfatam opinionem suas pati difficultates.

Postremò arguitur, quia Christus æqualiter, & simul legitur dedisse sacerdotibus potestatem soluendi, & ligandi, remittendi, & retinendi peccata. Nam pariter dictum est: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Pariter etiam dictum est, Quæ solueritis in terra, erunt soluta in coelis: & quæ ligaueritis, erunt ligata: sed sacerdos non potest ita hominem ligare, vt sua sententiã faciat hominem æternæ damnationi obnoxium, cum id sine proprio demerito hominis fieri non possit: igitur nec etiam potest sacerdos per suam sententiã efficere, vt homo sit à reatu æternæ damnationis liber, quando quidem cui Christus soluendi potestatem contulit, eidem & potestatem ligandi concessit.

Est alia quarta opinio, & satis communis, quæ tenet, absolutionem hanc sacramentalem operari remissionem peccatorum, etiã quo ad culpam, & pœnam æternam, non in actu susceptam, sed in voto, seu proposito mentis habitam. Quod enim operetur remissionem peccatorum, patet ex dictis: quia cum sit sacramentum legis nouæ, id operatur quod significat. Quod verò nõ operetur peccatorum remissionem actu susceptam, patet similiter ex dictis: quia quando actu suscipitur huiusmodi sacramentum, iam præcessit peccatorum remissio virtute contritionis præ-

uia. Restat igitur, quod præfatam peccatorum remissionem operetur in voto, tunc scilicet, quando peccator primò habuit contritionem, in qua si vera fuit contritio formaliter, in ea virtualiter includitur propositum confitendi sacerdoti, tempore debito. Itaq; vera manet sententiã Christi, scilicet, quod nullus peccator consequetur in coelis peccatorum remissionem, nisi à sacerdote sit absolutus. f. in voto, & proposito ipsius peccatoris: quemadmodum de baptismo statutum est, quod nisi quis fuerit renatus ex aqua, & Spiritu sancto, non potest ingredi regnum Dei, saluatur statutum in eo, qui proponit, cum poterit, aut debuerit baptismum aquæ suscipere. Sufficit igitur peccatoribus, vt gratiam acquirat, quod propositum habeant tempore debito baptismum, & pœnitentiam suscipiendi, & ita illis valet ad salutem baptismus, & pœnitentia in voto: relinquuntur tamen in eis obligatio suo tempore huiusmodi sacramenta recipiendi, saltem ob præceptum. Vnde apertum est, quod absolutio sacramentalis in voto præstat, & operatur remissionem peccatorum quo ad culpam, & pœnam æternam: quia absolutio in voto idem operatur, quod ipsa contritio, in qua formaliter, vel virtualiter præfata absolutio continetur. Quando verò suscipitur liberat hominem à debito cõfitendi illa peccata, quia non tenebitur ea amplius cõfiteri.

Quæ positio, & si vera sit, adhuc tamè suas patitur difficultates: quia non videtur saluare ea, quæ de huiusmodi sacramento pœnitentiæ tenentur. Primò de hoc sacramento sicut de cæteris sacramentis ecclesiæ id approbatur, & tenetur, quod operatur, & præstat ex opere operato id quod significat, significat autem peccatorum remissionem, & hæc nõ præstat ex opere operato, nec quando actu suscipitur, nec quando in voto, seu mentis proposito retinetur. Patet hoc, quia quando in voto habetur, quicquid boni spiritualis homo assequitur, siue sit gratia, siue peccatorum remissio, virtute contritionis, & ex opere operantis assequitur, vt constat. Quando verò actu suscipitur, nõ operatur peccatorum remissionem, cum per præuiam cõtritionem peccata fuerint remissa, vt suppono.

Secundò non videtur satis commodè saluari ordo remissionis à sacerdote, & à Deo faciendæ, prout in præfata authoritate Ioã. 20. significatur: Quorum remiseritis &c. In qua docemur, quod sacerdos debet prius saltem natura absolvere, & deinde eius sententiã absolutiuã in coelis approbari, nec aliter homini peccata esse remittenda à Deo. Si enim quando habetur

E betur confessio in voto peccata à Deo remittuntur, antequam à sacerdote remittantur, non saluatur prefatus ordo remissionis, ut videtur.

Tertio, & est confirmatio precedentis: sacerdotibus concessa est à Christo potestas remittendi peccata, igitur vel possunt remittere ea, vel non. Si secundum, frustra igitur esset illis huiusmodi potestas collata. Si primum, Quæro quando peccata remittunt: vel quando actu peccatorem absoluunt, & habeo intentum, contra opinionem presentem. Vel quando peccator habet in voto propositum confitendi sacerdoti, sed hoc non conuenienter dicitur: quia quando confessio, & absolutio solum habentur in voto, nil sacerdos operatur, sed solius contritionis virtute assequitur homo remissionem: non igitur proprie tunc sacerdotes peccata remittunt &c.

Quarto non saluant formæ absolutionis veritatem, sed potius secundum hunc modum videtur forma falsa, quæ est hæc: Absoluo te à peccatis tuis. Quæ cum sit de presenti, ut constat, significat tunc fieri absolutionem à peccatis, quando ipsa verba actu proferuntur. Si igitur tunc realiter peccata non remittuntur, **F** sed prius erant per confessionem in voto remissa, falsa igitur est forma illa tunc quando profertur. Nec valet dicere, quod vera est, quia tunc de facto absoluitur homo à debito confitendi, non valet: nam aliud videtur esse hominem absolui à debito confitendi peccata, aliud absolui ab ipsis peccatis. Nec absolutio significat hominem absolui à prefato debito, sed à peccatis: igitur necesse est dicere, quod tunc, quando homo absoluitur à peccatis, realiter ab eisdem absoluitur. Et ita ad saluandum effectum, & efficaciam, & veritatem formæ huius sacramenti, non opus est ad votum, seu propositum recurrere.

Videtur ergo aliter ad questionem propositam respondendum, modum quædam lectoribus proponendo. Suppono primo, quod ex peccato contra Deum commisso, homo manet inimicus Deo, manet debitor poenæ æternæ, & manet exul à regno cælorum, quod illi ob huiusmodi peccatum clausum est. Suppono secundo, quod pro offensa, & iniuria Deo per peccatum illata, necessarium est illi satisfacere, nec potest homo aliter Deo satisfacere, nisi illi reddendo, quod ipse Dominus in vim satisfactionis exegerit: & interim quod huiusmodi satisfactio Deo non fit, non dicitur homo omnino à peccato liber. Suppono vltra, quod Deus à peccatore pro offensa contra eum commissa duplicem exigit satisfac-

tionem, scilicet interiorem, & exteriorem. **G** Per primam debet se homo à peccato auertere, & ad Deum conuerti, cum proposito exterius satisfaciendi. Per secundam debet se homo Deo humiliare, & eidem sua peccata confiteri, & ab eo veniam petere: quæ cum fieri non possint coram Christo localiter in terris habitante, cum in cælis tantum visibiliter resideat, opus est fiant coram vicario suo, quem in terris reliquit, cui in hac re vices suas commisit, hoc est sacerdoti, cui potestatem remittendi peccata concessit. Suppono etiã, quod per primam satisfactionem. i. cordis veram poenitentiam homo Deo reconciliatur, & consequitur Dei amicitiam, simul & remissionem poenæ inferni. Et ita tunc peccata illi, quo ad illa duo, remittuntur: tamen homo manebit exul à regno Dei, quod illi clausum erit, nisi secundam satisfactionem adimpleat. Vnde ad hoc data sunt sacerdotibus clauæ regni cælorum. i. potestas remittendi peccata, ut per sacerdotes huiusmodi potestate vtentes, & peccatores à suis peccatis absoluentes, eis regnum cælorum, quod illis ob peccata priora clausum fuerat, aperiat. Et hoc modo completur remissio peccatorum per huiusmodi sacerdotalem absolutionem, quæ coepta fuerat prius per contritionem. **H** Deus igitur per contritionem remittit peccata, quantum ad maculam, & debitum æterni cruciatu: quantum tamen ad exultationem, & clausuram regni cælorum, reliquit peccata sacerdotibus remittenda. **E**xemplum huius est clarum in patribus sanctis qui erant in sinu Abraham, vbi nullam habebant culpam, nec poenam, præter id, quod illis ob peccatum erat clausum regnum cælorum, quod illis minimè erat aperiendum, nisi per acta satisfactionis à Deo instituta, quæ in passione Christi fuit adimpleta, & ex tunc prefatis sanctis fuit apertum regnum cælorum, & illico viderunt gloriam Dei. Inde vsque ad Christi passionem dicebantur omnes in peccato esse, quantumvis sancti, & amici Dei, interim quod in eis prefata poena exultationis à regno cælorum permanebat. Iam sequitur aperte, quod absolutio sacramentalis actu remittere dicitur peccata confitentis, etiam si prius fuerint per contritionem quodammodo remissa, non tamen plenè, quousque à sacerdote remittantur. Et hoc modo omnia coherent, & saluantur. scilicet quod huiusmodi absolutio sacramentalis id actu operatur quod significat, quod per contritionem prius sunt peccata remissa quo ad culpam, & æternum cruciatum, quod sacerdotibus collata est potestas peccata

A cata actu remittendi, quod ipsi habent clauæ ad aperiendum regnum cælorum, quod effectus huius sacramenti est absolutio à peccatis, quod solus Deus est, qui delet iniquitates, & peccata populi quo ad maculam, & debitum æternæ poenæ, quodque poenitentia est secunda tabula post naufragium, ex quo liberat hominem à peccato. Et ita de aliis, quæ videbantur non satis coherere.

Sed contra hunc modum dicendi, sunt nonnulla, quæ difficultatem faciunt. Primo, si peccator per contritionem redit in gratiam, & amicitiam Dei, sequitur quod eo ipso est filius regni, & ita ad gloriam ordinatus: igitur eo ipso tollitur illa exultatio, qua perpetuo erat à regno cælorum exultaturus, & ex consequenti non manet illi clausum regnum cælorum, quod fit per sacerdotes aperiendum: alioqui dabis, quod homo simul sit in gratia, & amicitia Dei, & ordinatus ad poenam perpetuam damni, quæ est exclusio à regno cælorum, quæ tamen secundum veritatem non sunt.

Secundo demus hominem contritum in gratia decedere antequam habeat copiam confessionis potentis, aut volentis eum absolueri, quæro vel perpetuo exulabit à regno cælorum, vel non. **B** Primò dici non potest: quia alioqui homo in charitate decedens, nunquam saluaretur, quod suppono erroneum. Si secundo, igitur regnum cælorum fuit illi apertum, & non nisi per contritionem, & alia pia opera: quod si contritio fuerit tanta, & ex tanto feruore charitatis elicit, quod in totum peccata extingueret, etiam quo ad poenam omnem purgatorii, quæ alioqui esset passurus, talis sine absolutione sacerdotis decedens, illico volabit ad gloriam. Si dicas, licet decedat sine absolutione sacerdotis in actu, non tamen in voto, & hoc illi sufficit, ut regnum cælorum sibi aperiat: contra, quia tunc predicta absolutio actu suscepta, non est quæ regnum cælorum aperit, sed contritio.

Tertio sæpe homo contritus à sacerdote sacramentaliter absoluitur, & est vera absolutio sacramentalis, & tamen non aperit tunc, quando impeditur, regnum cælorum. Patet, quia pro maiore parte relinquatur in taliter confessio poena magna in purgatorio soluenda, & quousque hæc soluatur, regnum cælorum semper manet illi homini clausum: quomodo igitur verum est, quod absolutio sacerdotis semper actu aperit regnum cælorum?

Quarto ex comuni sententia potest homo secundo sua peccata confiteri, à quibus fuerat prius sacramentaliter absolutus: illa absolutio iterata ab eisdem peccatis est verè sacramentalis

sicut & prima, & eiusdem rationis cum illa: sed hæc secunda non est aperiens regni cælorum, nec de facto illud aperit in casu, quia iam illi homini per primam erat apertum: igitur vel illa secunda forma, sacramentalis non est, sed irrita, & inanis: vel sacramentum nouæ legis non operatur quod significat, si talis absolutio significat remissionem peccatorum quo ad clausuram cæli: vel falsum est, quod effectus huius sacramenti sit aperiens regni cælorum.

Quinto demus hominem ex vehementi feruore charitatis contritum, cui scilicet nulla relinquatur poena in purgatorio soluenda, quia sufficienter in hoc mundo antequam confiteatur purgatus est, in illo interim ait hæc opinio, quod est illi clausum regnum cælorum, etiam si sit in gratiam Dei restitutus: sequitur, ut nuper arguebatur, quod in illo interim est homo ille ordinatus ad poenam damni, quæ est exclusio à regno cælorum: sed hoc non videtur dicendum: probatur, quia vel est ad illam poenam damni ordinatus secundum presentem iustitiam, vel secundum finale iudicium: sed neutrum dici potest: quia pono, quod talis sit de numero predestinatorum, talis enim finaliter saluabitur, ex quo est predestinatus, & ita non est ordinatus ad prefatam exclusionem secundum finale iudicium, sed nec secundum presentem iustitiam, qui si decederet in statu, in quo ad presentem est, illico volaret ad gloriam. Nullo igitur modo est ordinatus ad prefatam exclusionem.

Sexto, & est confirmatio precedentis. De tali homine in illo interim, quæro an sit dignus excludi à regno cælorum, vel ad illud admitti. Si secundum, non igitur Deus illi claudit regnum cælorum, alioqui iniuste cum illo agi videretur. Si primum, quæro iterum, vel est dignus à regno cælorum excludi, propter peccata priora: vel propterea, quia illa non est sacerdoti confessio. Non primum, quia priora iam sunt plenè remissa, & obliuioni tradita, quantum ad imputandum ea ad poenam, iuxta dictum per Ezechielem: Quocumque hora &c. ut supra arguebatur contra Hugonem. Nec secundum potest dici, quia in casu non est illi peccatum ea confessum non esse: quia suppono, quod nondum venerit tempus, quo ex precepto debeat ea confiteri. Et ita videtur, quod ob nullam causam in casu est dignus qui à regno cælorum excludatur, vel excludi ordinetur. Et ita non manet ei clausum regnum cælorum.

Respon. Tenendo hanc postremam sententiam, non est difficile respondere ad has rationes. Vnde ad primum dicendum, quod eo ipso quod peccator verè de peccatis suis contritur,

E teritur, redit in gratiam, & amicitiam Dei: & ex consequenti est ad gloriam eo ipso ordinatus, sed secundum præsentem iustitiam, taliter, q̄ si in tali statu gratiæ decederet, in quo ad præsens est, finaliter gloriam obtineret: cū hoc tamen stat, quod sit ordinatus ad poenā damni perpetuam conditionaliter, scilicet, si per eum stat, quo minus sacerdoti cōfiteatur, & ab eodem absoluetur.

Ad secundum dicendū, quod homo in casu illo iret ad regnum cœlorū, & erit illi apertum sine absolutiōe sacerdotali: sed hoc ideo, quia summus sacerdos, qui Deus est, supplet defectum sacerdotis nolentis, aut non potestis peccatorem absolueret. Et ideo id supplet, quia non stat per hominem illū in casu, quo minus sacerdoti cōfiteatur.

Ad tertium dicendū, esto ita sit, q̄ vt plurimū manet homo post absolutionem sacerdotalē alicui poenæ temporali, hic, vel in purgatorio soluendæ obnoxius, qua durate, cœlū erit illi clausum, hoc tamē erit ad tēpus. Clausura verō, quam sacerdos per suā absolutionē amouet, est clausura perpetua, quia peccator propter mortalem culpā erat ordinatus, vt perpetuō exularet à regno cœlorū. Et hanc perpetuā exclusionē tollit sacerdos, & ita aperit in hoc sensu cœlum per vsum clauium suarum.

Ad quartū, de iterata absolutione dubium est apud aliquos, an sit verè sacramentalis, & alicuius virtutis, vt supra tetigimus. Sed esto sit sacramentalis, & eiusdem rationis, & virtutis cū prima, id operatur ex parte sua, quod fuit prima operata: & si de facto idem nō operatur, est, quia reperit illud iam factū, scilicet, quia reperit clausuram perpetuam amotam, ideo de facto eam non amouet: attamen efficit, quod potest. s. quia præstat augmentū gratiæ sicut prima, & remittit poenā temporale inquam æterna erat cōmutata. Et excusatur forma illa à falsitate: quia est sensus: Ego te absoluo à peccatis tuis, quo ad perpetuā exclusionem à regno cœlorū, principiatuē, quia. s. per illā formā præstat gratia poenitentialis, quæ principiu est immediatū aperiēdi cœlū.

Ad quintum dicendum, quod in casu homo ille, quātumuis iustificatus, est ordinatus ad perpetuam exclusionem, conditionaliter tamen, vt supra dictum est, scilicet, si per eum steterit, quo minus sacerdoti cōfiteatur. Et ideo si esse ordinatum ad poenam damni secundum præsentem iustitiam, sic exponatur, scilicet, si decederet in statu præsentis, scilicet, gratiæ, æternaliter careret gloria: dico quod talis non est secundum præsentem iustitiam

ordinatus ad perpetuam illam poenā, nec etiā secundum finale iudicium. Vnde stante illa expositione, nil inconuenit, dare medium inter ordinatum ad poenam secundum præsentem iustitiam, & secundū finale iudicium, loquendo, vt loquimur de ordinatione ad poenam conditionaliter, aliam scilicet diuersam conditionem apponendo, vt quod homo ille excludatur perpetuō à gloria, si per eum steterit.

Inde patet ad sextum, quod in casu homo ille non est dignus perpetuō excludi à regno Dei, & ideo non est absolutē ad talem exclusionem ordinatus, cum quo stat, quod sit ad eam ordinatus conditionaliter. s. si per eum steterit, quo minus commissa cōfiteatur. Vnde ratio non probat, nisi quod non sit absolutē secundum præsentem iustitiam ad exclusionem ordinatus, sicut nec secundum præsentem iustitiam dignus est à regno Dei excludi. Sed nec etiā absolutē dignus est ad regnū Dei admitti, nisi conditionaliter. s. si debitam fecerit satisfactionem, quæ est, se sacerdoti vicem Dei tenenti humiliter præsentare, & eisdem cōfiteri, & veniam petere &c. Quod si non faciat, iam se dignum facit absolutē, vt perpetuō excludatur à cœlo, vbi aliās erat ad eandem exclusionem conditionaliter ordinatus. Vnde hæ rationes, & aliæ huiusmodi videntur difficiles, ob id, quod non attenditur ad conditiones subintelligendas, vel apponendas ad intelligentiam opinionis, & veritatem multarum propositionum saluandam.

Sed quæres, posito quod homo prius contritus postea sit negligēs, & decedat sine confessione, an excludatur perpetuō à cœlo, propter peccata priora de quibus sufficienter cōtritus fuit, an propter illam postremam negligentiam? Si secundum, igitur priora iam fuerunt plenè remissa, & per consequens ad eorum completam remissionem non opus erat sacerdotali absolutione. Si primum, quomodo igitur verum est dictum Ezechielis: Quacūq; hora ingemuerit peccator, non recordabor peccatorum suorum ad puniendū ea? Respon. quod verè in casu excludetur perpetuō à cœlo propter vtrūq; scilicet propter neglectum cōfessionis, & propter priora peccata, quæ nōdum erant plenè remissa. Et quod ait propheta non obstat, quia illa promissio Dei, qua gementi salutem æternam promittit, intelligitur, modò alia fecerit, quæ illi de necessitate sunt agenda. Talem enim conditionem & legem admittunt sæpe diuinæ promissiones: & quando dixit Christus, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, certè

hæc

A hæc promissio non excludit necessitatem aliorum, puta poenitentia, & obseruationis aliorum mandatorum. Similiter quando dixit: Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: nō propter hoc excluditur aliarum rerum necessitas. Ad hunc modum de aliis. Per hæc omnia datur modus defendendi opinionem Hugonis supra improbatam: nam hæc parū differt ab illa. Sed nec propter hanc volumus aliorum sententiis præiudicare, quando quidem probabiles eas esse putamus, & vnaquæque earum suos habet graues fautores.

Adhuc tamen manet aliud diluendū, qd̄ contra præfatam opinionem militare videtur, quia Christus sacerdotibus pariter dedit potestatem soluendi, & ligandi: quando quidem dixit: Quacūque solueritis in terra, erunt soluta, & quacūq; ligaueritis erunt ligata: sed potestatem ligandi realiter non habent, quia scilicet possint solutos vinculo perpetuæ exclusionis à regno cœlorum ligare, vt constat: igitur nec potestatem soluendi realiter habent, quia possint ligatos ab eodem vinculo soluere. Respon. Quod ratio habet apparentiam, si ligare in foro poenitentiali accipiatur positiuè sicut & soluere,

B qualiter possunt sacerdotes in foro cōtentioso soluere, & ligare per excommunicationem. Attamen in foro poenitentiali non ligant positiuè, seu effectiuè ipsos peccatores, qui se ipsos per peccata propria ligauerunt, sed ligant negatiuè, quia scilicet non absoluunt. Sicut in eodem foro poenitentiali non retinent peccata hominum positiuè, sed negatiuè, quia scilicet non remittunt. Ideo sacerdote non remittente, nec hominem à peccatis soluente, manet ligatus. Eo autem soluente, & remittente, soluitur ligatura. Et sic patet ad rationem, simul & ad quæstionem, qua quærebatur de forma absolutionis sacramentalis, an sit ostensiuæ solū, an operatiua, & quomodo sit operatiua remissionis peccatorum.

Corollariè sequitur responsio ad aliam quæstionem præfatam, an scilicet præfata forma absolutionis sit operatiua gratiæ primæ, quam libet ampliùs in cōfirmatione eorum quæ dicta sunt examinare. Pro parte affirmatiua faciunt rationes supra factæ contra Magistrum in fauorē secundæ opinionis. Oppositum tamen sequitur ex supra dictis, arguendo contra eandem secundam opinionem. Per quas conclusum esse videtur, poenitentia sacramentalem non conferre gratiam primam, cō quod nō operatur remissionem

peccatorum, quo ad culpam, & poenam æternam. In cuius confirmationem faciunt tres propositiones veræ, ex quibus colligitur veritas quæ sita. Prima propositio. Quod nemo potest gratiam, & iustificationem consequi, nisi poeniteat eum veteris vitæ. Hæc supponitur probata ex aliis dictis.

Secunda, quod huiusmodi poenitentia cordis debet esse propter Deum dilectum, & ex amore Dei procedere, & non ex solo timore. Hæc patet, tum ex consensu opinantium oppositum, vt supra tactum est. Tum ex sententia beati Gregorij tractatis illud de Adā, quomodo se abscōdit: ait enim: Cū ex peccato poena metuitur, & amissa Dei facies nō amatur, timor ex timore est, non ex humilitate. Et ex sententia Augusti. Quem poenitet, oportet non solum timere iudicem, sed diligere: quia sine charitate non potest esse salus. de poenitentia, distin. 7. cap. Nullus.

Tertia propositio. Quod si amor Dei est talis, qualis debet esse, puta obedientialis, sufficit ad reponendum ipsum diligentem in gratia, cū non sit alia sufficientior dispositio ad gratiam, quàm huiusmodi Dei dilectio, qua peccator vero corde ad Deum cōfugit, & taliter ad Deum confugientes, Deus ex sua promissione astrictus est in sui gratiam admittere, iuxta sententiam Augustini super epistolam ad Romā. 5. vulgatā: Si Deus confugientes ad se non reciperet, esset in eo iniquitas, seu iniustitia. Id autē promissit Deus tam in veteri, quàm in nouo Testamento, dicens: Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Et iterum: Ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit, intrabo ad eum &c. Et Christus in Euangelio ait: Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ad eum veniemus &c. & in multis aliis locis. Ex quibus tribus propositionibus apertè sequitur, absolutionem sacramentalem non præstare gratiā primam aut iustificationem, seu peccatorum remissionē quo ad culpam. Quia si peccator quando à sacerdote absoluitur, accedit verè poenitens, vt debet, iam per illam poenitentia cordis gratiā fuit consequutus, si non, illam per sacramentum non recipit.

Præterea facit pro eadem sententia Augustinus contra Donatistas, libr. 7. & habetur de consecratione, distin. 4. cap. Solet. Vbi dicit in sententia baptismum non præstare fructum spiritualem baptizato, nisi in charitate Dei suscipiat illum. Et fundat hoc in eo, quod ait Paulus: Si fidem habeam, & cetera alia bona faciam, charitatem autem non

N habeam

E habeam, nil mihi prodest. Ex quo apparet Augustinum loqui de charitate, qua sumus Deo grati, & accepti, quæ non stat cum peccato mortali. Vnde sequitur, quod baptismus non potest gratiam primam adultis præstare, igitur nec poenitentia sacramentalis.

Confirmatur hoc ex decreto eiusdem Augustini, & habetur de consecratione, distin. 4. tunc valere: vbi ait in sententia, baptismum fictum susceptum tunc incipere ad salutem valere, quando fictio veraci contritione recessit. Ex quo arguitur ad rem. Non minoris efficaciam est baptismus per fictionem à suo effectu suspensus, quam sit baptismus à non ficto susceptus, cum idem sit sacramentum, & eiusdem efficaciam: sed baptismus à ficto susceptus non potest recedente fictione gratiam sine contritione conferre, vt ex decreto patet, igitur nec baptismus à non ficto susceptus potest gratiam præstare, nisi præteritorum peccatorum habita contritione: & per consequens si contritio præfuit, per eam fuit homo gratiam primam assequutus: & ita baptismus non confert adultis gratiam primam, & ex consequenti, imò à fortiori nec absolutio sacramentalis. Facit etiam gloss.

F Matthæi. 16. Nota, inquit, Christum per se intus viuificare, ministris potestatem soluendi post vitam tribuere. Non enim soluere aliquid possunt, nisi viuat, quem soluunt. Vnde apparet intentum, quod absolutio sacerdotis non confert primò vitam, seu gratiam, sed eam collatam præsupponit. Sed quia contra hanc responsionem supra pro parte contrariæ opinionis aliquas rationes fecimus, ad quas, & si ex dictis pro maiori parte responsio pateat, conuenit tamen ad duas earum respondere, nam alia ex dictis satis soluta sunt.

Est prima, quæ sumebatur ex eo, quod ait Iacob. in Canonica, quod extrema vnctio valet ad hoc, quod peccata infirmi, si qua habet, dimittantur ei: igitur ad id valebit à fortiore poenitentia sacramentalis. Deinde est alia ratio sumpta ex cap. Si quis presbyter. 16. q. 6. & cap. Agnouimus. ibid. Vbi de presbytero negante absolutionem infirmo morienti, dicitur quod addit mortem morti, & animam eius occidit, qui causa est, vt non absolutus decedat &c. Ex quibus videtur, quod absolutio illi impensa, vitam spiritualem in casu tribueret &c.

Dicendum ad primū, quod & si per extremam vnctionem peccata infirmi dimitti cōtingit, non inde fit, quod gratia prima per ipsam vnctionem præstet. Tum quia qui extremam vnctionem perci-

pit, præsupponit iam cōfessus, & poenitēs, & vt plurimū cōmunicatus: per quæ oīa si iustificatus, & gratiā cōsequutus nō fuit, non est verisimile, quod per vnctionē eam consequetur. Tum etiā, quia extrema vnctio, vt in plurimum datur infirmis, nil fermè sentientibus & vsu rationis quasi carētibz, quibus si gratiam non præhabuerint, parū proderit vngi. Itaq; si valet vnctio, eisdem valebit ad dimittendū peccata venialia, si quæ habent. Valebit etiam ad delendum mortalia, quo ad poenam temporalem, in qua fuit æterna cōmutata, non autem ad delendum mortalia quo ad culpam, nec ad gratiam primam conferendum. Ad secundum, quod magnificat Adrianus, dicendum, quod illi textus procedūt de absolutione ab excommunicatione, vt patet ex tota illa causa, & quæstione, in qua specialiter quaeritur, an possit presbyter ab excommunicatione poenitentes absoluere sine consensu episcopi: & cōcludit quod non, nisi vltima necessitas cogat. Et patet id ex glo. ibidem. c. Is qui. vbi per poenitentiam morientibus impendendam, intelligit absolutionē ab excommunicatione. Ac proinde si per illos textus probaretur, quod absolutio sacramentalis præstat gratiam primā, similiter, imò à fortiori probaretur, quod absolutio ab excommunicatione idem præstaret ex opere operato, quod suppono esse falsum. Sed his dimissis, est intelligentia horum textuū, quod presbyter negans absolutionem morientibus eam petētibz, est reus animarū, & addit mortē morti occasionaliter: quæ .s. dat occasionē, vt moriens desperatus decedat, qui non desperaret, sed potius ad spem, & fiduciā promoueretur à sacerdotibus adiutus: & etiam, quia per eorum adiutoriū magis defenderetur à demōnibus tunc infestantibus illum, qualiter nō infestaretur, si absolueretur. Et habet locum hæc solutio, etiam si textus illi de poenitentia sacramentali loquatur per quam non dubiū est morientes notabiliter adiuuari ad spem, simul & ad tentationibus tunc occurrentibus resistendum, quibus facile succumberet infirmus, sacramentali absolutione à peccatis illi denegata: idē meritō illorum æterna mors sacerdoti morientē absoluere nolenti imputatur. Et hæc est causa quare morienti excommunicato est sacramentalis poenitentia impendenda, antequam à censura absoluaatur, quando si aliter fieret, infirmus sine absolutione sacramentali probabiliter decederet, vt supra dixi.

De absolutione ab oblitis.

Effet

A Sset dubiū circa huius sacramenti efficaciam, An absolutio sacramentalis extendat ad peccata oblita: ita vt virtute absolutionis sacramentalis sit homo ab oblitis sicut & à confessis absolutus. Et vi deo communem positionem pro parte affirmatiua, vt dicunt Doctores post Thomam in. 4. distincti. 21. questio. 2. ad secundum. Pro qua facit ratio, primò, quia vnum mortale sine alio remitti non potest: sed vel omnia simul remittuntur, vel vnum: ac proinde si absolutio sacramentalis remittit peccata confessa, oportet etiam & oblita remittat. Secundò si sacerdos non remittit nisi confessa, igitur Deus non remittit nisi confessa, quandoquidem Christus dixit: Peccata quæ remiseritis, erunt remissa: quæ autē non remiseritis, non erunt remissa: & ita Deus quædam peccata remitteret, & quædam non, cum tamen impiū sit, dimidiā à Deo sperare veniam, & certum sit Deū, quem sanat, perfectē sanare. Tertiò, quia absolutio sacramentalis præstat gratiam ex opere operato ipsi confitenti: sed gratia illa sacramentalis æquē repugnat de lege peccatis oblitis in confessione, sicut & confessis: igitur omnia tam confessa, quam oblita remittit huiusmodi absolutio.

B His non obstantibus videtur oppositum tenendū, & probat primò ex conditione, & qualitate ipsius absolutionis sacramentalis, quæ est sententia quædam à sacerdote in causa, quæ est inter Deum offensum, & peccato rem reum lata. Cum ergo nullus iudex possit ferre sententiam, quæ iusta, & valida sit, sine agnitione causæ, super qua debet pferre sententiam, & sacerdos in casu de oblitis nullam habeat cognitionē, sed tantum de confessis: consequens est sententiā sacerdotis non extendere nisi ad confessa. Nec valet dicere, quod licet sacerdos non habeat notitiā peccatorū oblatorū in particulari, habet tamen in genere, prout poenitēs in genere cōfiteat se alia quorum nō recordatur, cōmisisse. Hoc, inquam, nō valet, quia cōfessio in genere nō est sacramentalis, cū necesse sit in particulari peccata cōfiteri: ita vt in notitiā particularem veniat confessoris. Quod inde probat, quia aliqui non esset necessariū in particulari cōfiteri de iure diuino, nā id maximè deducere ex illo sepe citato, Quorum remiseritis peccata &c. Vnde colligitur necessariū esse peccatori, quod à sacerdote absoluaatur: sed à sacerdote absolui nō potest, nisi cognoscat peccata, quæ remittit: hæc autē cognoscere nō potest, nisi præuia

C appria ipsius peccatoris cōfessione, igitur necesse est peccatorem particulariter confiteri. Quæ deductio nil probaret, si sufficeret peccatori sua peccata in genere confiteri, aut sacerdotē ea in genere cognoscere. Ac proinde, vel non deducit de iure diuino esse necessariū in particulari confiteri, vel in casu sacerdos non remittit oblita, sed solum confessa. Secundò, idem probat, quia si peccator post præfatam cōfessionē manet à sacerdote absolutus, etiā ab oblitis, sequitur eum non ampliū teneri ad cōfitendū oblita magis, quam ad cōfitendū confessa, cum ab omnibus iam sit absolutus. Qui enim à debito aliquo semel est legitime absolutus, nō cōsonat rationi nec iustitiæ, vt rursus eodē teneat debito. Sed cum ex sententia omnium ille peccator postea teneat peccata oblita, quando .s. ad memoriā venerint, ecclesiæ cōfiteri, sequitur non prius fuisse ab illis oblitis absolutū. Vnde stante obliuione illorum peccatorū, suspendi quidē obligatio ea cōfitendi, non tñ tollitur: sicut si debitor pecuniæ sit in extrema necessitate, in qua soluere nō potest, suspenditur obligatio soluendi, sed non tollitur debitū, nec est à debito absolutus. Ita videt in præfenti. Et ita videtur contra cōmunem sententiā posse non improbabiler dici, quod absolutio sacramentalis non se extendit ad remittendū peccata oblita, sed solum confessa. Ad rationes ante oppositū: Ad primū dicendū, quod licet vnum mortale non possit sine alio à Deo remitti, benè tñ ab homine. Quod patet ex his, quæ supra dicta sunt de eo, qui habet casus superioris reseruatos, qui cum omnia primo suo curato cōfiteretur, solū tñ absoluit à curato à peccatis non reseruatis, & pro reseruatis remittit ad superiorē. Sicut etiam contingit hominem multis excommunicationibus illaqueatū, ab vna earum absolui, & non ab aliis. Ad secundum stando in supra dictis. .s. quod peccata mortalia bis remittunt, semel à Deo solo virtute contritionis, & iterū à sacerdote virtute absolutionis, primò remittunt quo ad culpā, & æternā poenam, secundò remittunt quo ad perpetuā exclusionē à regno cœlorū, à quo peccator exulat ob peccatū suum, & vsq; ad hanc secundā absolutionē peccata nondū sunt plenè remissa: & tunc sicut sacerdos non remittit actu nisi peccata illi confessa, ita Deus tunc virtute absolutionis in actu nō remittit nisi cōfessa: quoniam quidē sententiā sacerdotis in terris datā, Deus approbat in cœlis. Et illa absolutio à sacerdote data, & à Deo approbata, id operat,

N 2 scilicet,

E scilicet, ut illa peccata confessi, non sint amplius impedimentum homini intrandi in regnum caelorum, quale impedimentum sunt peccata oblita, quae nondum sunt per sacerdotem remissa, si per ipsum peccatorem iteriter, quo minus ab illis oblitis absoluantur. Nec inconuenit, quod de pluribus peccatis ab homine in vita commissis quaedam sint eidem plenè condonata, & quaedam non, sicut patet de peccatis, quae diuersis temporibus committuntur, & remittuntur. Patet etiam de peccatis, quae quo ad poenam temporalem remittuntur, quorum quaedam remittuntur plenè, aliis irremissis remanentibus. Itaque in remissione, quae à Deo solo per contritionem fit, nunquam unum mortale sine alio remittitur. In remissione vero, qua Deus peccata ad remissionem sacerdotis remittit, bene stat, quod Deus unum remittat, & non aliud, ut ex dictis patet. Ad tertium dicendum, quod probat bene per absolutionem sacramentalem dimittere tam oblita, quam confessi aptitudinaliter, seu potius principatiue quo ad culpam, quia. scilicet gratiam praestat, quae de se est apta nata excludere omne mortale etiam oblitum: non tamen inde fit, ut actu omnia talia peccata remittat, neque quo ad culpam, nec quo ad poenam aeternam, neque quo ad poenam temporalem, nec quo ad debitum confitendi ecclesiae.

F Tenendo etiam opinionem Magistri, est valde probabilis responsio data ad propositum dubium: quia absolutio sacramentalis si actu remitteret oblita, sicut & confessi, vel ergo ea remitteret quo ad culpam, & hoc non, quia iam per prauiam contritionem fuerant remissa: vel quo ad poenam temporalem, in quam fuit aeterna commutata, & hoc non oportet. Sicut patet de baptismo, quae si quis sanctè suscepit, & post modum veram habet contritionem, baptisimus omnem poenam debitam peccatis ante baptismum commissis remittit: non ita remittit poenam omnem debitam peccato fictionis, & aliis peccatis post baptismum commissis. Ita igitur est probabile, quod sacramentum poenitentiae delet virtute clauium peccata confessi, quo ad poenam temporalem, non ita peccata oblita. Quod autem communiter dicitur, quod sacerdos absoluit à confessionibus & oblitis, peccat secundum eos, qui dicunt, quod sufficit attritio in confitente, ut per sacramentum ei peccata remittantur: quia tunc poterit praestare gratiam primam, quae formaliter excludit omnia peccata confessi, & oblita. Et quia gratiam primam non confert quia peperit eam praehabita: tunc si non actu, saltem aptitudine remittit etiam oblita sicut & confessi, quo ad culpam, & aeternam poenam. Nos autem oppositum diximus supra esse probabilis. Corollarie sequitur, non rectè facere sacerdo-

tes, qui quando peccatorem absoluunt, dicunt, **G** Ego absoluo te à peccatis tuis confessis & oblitis & contritis. Oblitis, dicere non debent, quia ut videtur est falsum, quod ab oblitis absoluant. Contritis, dicere non debent, quia multo rursus sententia est & probabilis, quod sine contritione potest quis absolui, modo attritus sit. Et dicendo: Absoluo te à peccatis tuis contritis, non eum absolueret, nisi contritus fuerit: & ita si attritus fuit, relinqueret illum inabsolutum.

Sed occurrit dubium, quia si sacramentalis absolutio ad peccata oblita non se extendit, eò quod eorum confessio in particulari non praecessit, sequitur quod infirmus in quo signa contritionis apparent, aut praecesserunt, quod non potest sacramentaliter à peccatis absolui, ex quo confessio non praecessit, quia confiteri non potuit: consequens videtur contra multa decreta, quae habent. 26. q. 6. specialiter cap. Is qui in infirmitate poenitentiam petit, si casu dum ad eum inuitatus sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel si in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam. Unde apparet, quod in tali necessitate venit absoluendus, etiam confessione non praecedente. Respon. negando primam consequentiam: quia quauis secundum communem legem nemo sit sacramentaliter à peccatis absoluendus, nisi confessione prauiam in particulari, ab hac tamen communi lege casus necessitatis exceptus esse videtur: quia necessitas legibus minimè subiicitur, saltem in homini posituius. Adde, quod per poenitentiam illic secundum glossam intelligitur absolutio ab excommunicatione, & ita nihil contra dicta.

De poenitentia iniuncta.

DE poenitentia iniuncta breuiter aliqua tangenda sunt. Est enim triplex homini poenitentia, quaedam dicitur solennis, quaedam publica, quaedam priuata. Solennis non potest à minoribus sacerdotibus alicui imponi, sed tantum ab episcopis, nec nisi pro crimine graui totius urbis scandalizatiuo. Nec sacerdotibus debet imponi, sed secularibus tam mulieribus quam viris, si sua exigat delicta. Excepto quod viris statutum est caput radi, non tamen mulieribus. Et semel imposita non est iteranda. Modus autem seruandus in imponendo homini poenitentiam, & eam adimplendo, ponitur in Decreto. d. l. cap. In capite Quadragesimae. prout in concilio Agathensi

Atheni fuerat ordinatum. Sed queres, an fuerit conuenienter instituta talis poenitentia. Et videtur quod non, quia est infamatiua ipsius poenitentis. Dicendum, imò poenitens ipse prius per peccatum suum publicum, & manifestum se infamauit: nam non nisi pro crimine publico potest imponi. Itaque ipsa poenitentia potest esse commendatiua poenitentis, quae infamatiua: nam per eam innotescit illum peccatorem ad Deum esse conuersum, & suum peccatum esse detestatum. Deinde quare talis poenitentia non est iterabilis, cum sacramentum non fit, nec sacramentalis? Respon. Nè in contemptum veniret, qualiter veniret, si frequenter iteraret: ita ut homines timore illius parum à perpetratis criminibus grauibus reuocarent. Secundò in significationem eiectionis, qua Adam fuit de Paradiso eiectus, cuius eiectio vnica fuit, & non iterata. Taliter enim poenitens in principio quadragesimae praesentae ecclesiae, sacco indutus, & cinere super caput eius sparso: & ita ab ecclesia eiecit, sacerdotibus versiculam illam canentibus: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Deinde, quare talis poenitentia non imponitur clericis, cum contingat eos tam graua crimina committere, quam laicos? Respon. Propter dignitatem ordinis sacerdotalis: nam posset facile sacerdotium in contemptum, & irrisionem hominum venire, si viderent clericum talem poenitentiam, & infamiam sustinere: & quia taliter poenitentes manent infames, & inhabiles ut ad ordines possint promoueri: ideo non conuenit hanc poenitentiam sacerdotibus iniungere. Sed quare mulieribus hanc poenitentiam agendis non raditur caput, & viris sic? Respon. Quia ut ait Paulus ad Corin. Turpe est mulieri tōderi, cui dati sunt capilli in signum subiectionis, qua subiecta est viro, quod quid vir caput est mulieris, prout etiam in Gene. ad mulierem dictum est: Sub viri potestate eris &c. Itaque ecclesia voluit homini si significationem seruari, etiam tempore solennis poenitentiae. Verum quia haec poenitentia solennis, & si olim fuerit in usu, & soleret imponi: iam tamen ab usu recessit, ideo de ea haec tenentur.

Alia est poenitentia publica, & hanc possunt sacerdotes minores pro peccatis publicis imponere, nec enim inconuenit peccata publica publice puniri. Sed est dubium, an confessor possit iniungere poenitentiam publicam pro peccato occulto. Et dicitur communiter quod non. Ratio, quia talis poenitentia publica sic iniuncta, videtur infamatiua ipsius poenitentis, cuius peccatum supponitur fuisse occultum. Similiter videtur talis poenitentia manifestatiua confessionis, quia scilicet

talis poenitentia non iniungitur, nisi pro peccato mortali, & graui: & ideo ea visa, facile videntes colligere poterunt, illum poenitentem grande mortale commississe, pro quo grauis est illi poenitentia imposta, ac proinde videtur scandalosa. Imò & cognito, quod ille homo de peccato infamatus non fuerit, & talis ei poenitentia iniungitur, fit, ut confessio reddatur odiosa. Respond. quauis non conueniat publicam poenitentiam pro peccato occulto imponere, non tamen negandum est, quin licite possit imponi. Probatur, quia ipsemet poenitens potest pro peccato occulto poenitentiam publicam sponte assumere, etiam si sacerdos eam non iniungat: igitur poterit sacerdos ad petitionem poenitentis eam determinare, & iniungere, ut virtute clauium illi magis prosit, quam alioqui esset eidem pro futura, nec hoc videtur dubium.

Rationes etiam supra factae minimè probant oppositum: quia poenitentia illa publica per aliquem publice facta, nec est infamatiua poenitentis, nec confessionis manifestatiua, nec scandalosa de se. Id patet, quia possibile est, quod illam poenitentiam sponte susceperit ob deuotionem, vel ob leuitatem, vel ut alium similiter publice poenitentem committeret, vel quod eam non pro se, sed pro alio faciat, quandoquidem potest vnus pro alio satisfacere, & potest etiam ob alias causas fieri, etiam si à sacerdote iniuncta non fuerit: igitur nec manifestatiua est confessionis, nec infamatiua poenitentis de se, ut constat. Quod etiam de se scandalosa non fit, certum est cum de se opus bonum sit, & satisfactorium, etiam prouocatiuum aliorum hominum, ut sua peccata recognoscere poeniteant. Alliciat etiam videntes ad commiserendum illi poenitenti, & orandum pro illo: & ita intentum. Si tamen esset verisimile aliquod damnum, vel scandalum inde sequuturum, incauta esset, & damnanda talis poenitentia publica, siue iniuncta sit, siue voluntarie assumpta. Reprehensibilior tamen esset iniuncta, si sciretur esse iniuncta, quam si sciretur esse voluntarie assumpta ob ea, quae supra dicta sunt.

De poenitentia iniuncta acceptanda.



Alia est poenitentia secreta, & hanc non dubium est posse per sacerdotes iniungi. Quanta autem sit pro vnoquoque peccato

N 3 peccato

E peccato poenitentia iniungenda, non est iure decretū: quia & si olim iuxta Canones poenitentiales, pro unoquoque peccato mortali septennis saltē poenitentia imponeret ad imitationē poenitentia, quam Deus Mariz forori Moyli, ppter peccatū murmurationis, imposuit, quia voluit eam septē diebus extra castra manere: Attamen huius poenitentia secreta, nunc sunt arbitraria, vt habetur, c. Deus qui. De poenitentia, & re lib. 6. Et cap. Mensuram, de pnia. dist. 1. Sed est dubium, an poenitēs gēneatur acceptare pniā à sacerdote iniunctam. Loquor de pnia moderata, ad cuius repulsam, seu nō acceptationē, nullam iustam causam ipse poenitens habeat. Et dixerunt multi Doctōr. Tho. Richar. & alij, q sic. Pro qua sententia arguitur primò ex cap. omnis yriusq; sexus. vbi de eo qui sua peccata tenetur confiteri, dicitur, quòd pniā iniunctam propriis viribus studeat adimplere.

Secundò arguit ex verbis Christi, quæ ad sacerdotes dixit: Quæcunq; solueritis in terra, erunt soluta in coelis: & quæ ligaueritis, erunt ligata. Ex quibus patet, q ligatio per sacerdotem in terris facta à Deo approbatur in coelis, ac proinde idem est, ac si Deus liga-

Fret. Si enim Deus ligaret peccatorem, imponendo illi pniā aliquam, teneretur eam acceptare: igitur nō minùs eam acceptare tenetur, si sacerdos vicē Dei tenēs, eam iniungat.

Tertiò facit ratio, quia subditus alicui iudici, tenet eius sententiæ parēre & obtemperare, si inferendo sententiā, modum, & potestatem sibi commissam non excesserit. Cū ergo peccator sit in foro poenitentiā subditus confessori, & confessor audita cōfessione & causa pniā moderatam, iuxta facultatem, quā habet, imponit, sequitur quòd tenetur poenitens eam acceptare. Quartò, peccator tenetur sub poena peccati ad poenitentiam, quam se peccatū esse illi ad salutem necessariā: pniā autē sic necessaria continet tres partes, contritionē, cōfessionem, & satisfactionē: igitur sicut tenetur ad contritionē & confessionem, pariter tenebitur ad satisfactionem: sed pniā iniuncta ad id opponitur, vt satisficiat, igitur &c. Respon. his nō obstantibus videtur oppositū cū Sco. tenendū. Et probat vnicā rationē. Quia si esset poenitentiā necessariū poenitentia iniuncta acceptare, aut esset necessaria ad hunc finē. s. vt Deo recōcilietur, aut vt Deo satisficiat. Non primū, quā supponitur q homo ille sit Deo per cōtritionē sufficienter reconciliatus. Sed nec secundū, quia quis peccator teneat Deo satisfacere, cū hoc de-

bitum possit multis viis, & modis solvere, sequitur quòd non tenet ad vnū determinatū modum satisfaciendi. s. per pniā iniunctā. Potest enim aliter. s. per poenitentia voluntarie assumptam, & per alia opera charitatis, & per seruorē charitatis satisfacere. Et potest etiā satisfactionē ad purgatorium remittere, cū postq fuit culpa remissa, non mō sit peccator obligatus nisi ad poenā temporale in hoc seculo, vel in alio soluendam, in quam. s. fuerat æterna cōmutata. Iam ad rationes ante oppositum, dicendū ad primū, quòd ex illa clausula non colligitur obligatio acceptandi pniā. Nam illud verbum, studeat, non necessitatē importat, nec obligationem, vt cōstat. Tum etiā, esto quòd obligationem diceret, esset ad implendum poenitentiam, vt dicit textus, studeat adimplere. Et cū adimpletio præsupponat acceptationem, potest intelligi textus de pniā iniuncta, & acceptata. Nisi velis contendere, quòd sola iniunctio poenitentia sufficit, vt eam poenitens teneatur complere: ita, vt nō sit necessaria acceptatio: alioqui de acceptatione mentionem textus ipse fecisset. Sed hoc est, quòd quærimus. Ad secundum dicendum, quòd clausula illa Matth. 23. nō de foro poenitentiā procedit, sed de contentioso: nam loquitur de absolutione ab excommunicatione, & de ligatione excommunicationis. Quod patet, quia præmisit, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Et statim in confirmationem potestatis excommunicandi Apostolis collatę, subiungit: Amen dico vobis, Quæcunq; solueritis, erunt soluta, & quæcunq; ligaueritis &c. Adde, quòd in foro poenitentiā locum habet remittere, & retinere peccata, non autem ligare peccata, si ligare positiuē accipiat, quomodo non est idem retinere peccata, & ligare peccata, quia retinere idem est, quòd non remittere, vt supra tetigimus. Ligare autē positiuum quid videt importare, quale sit quando prælatus aliquem excommunicat.

Si obiicias, quòd sacerdos in foro poenitentiā tenet vicem Dei, igitur cū pniā iniungit, perinde est ac si Deus eam iniungat, & ita tenetur poenitens eam acceptare. Dicendum quòd in hoc tenet vicē Dei. s. in remittendis, aut retinendis peccatis: ad hoc enim illi data est potestas ministerialis in hoc foro, & quantum ad hoc, voluit Deus, q peccator sacerdoti locum Dei tenenti se subiceret &c. Cæterū sicut voluntatis est ipsius sacerdotis pniā iniungere, ita voluntatis est ipsius poenitentis eam acceptare. Ad tertium patet ex his responso,

A responso, quòd subditur in his in quibus de necessitate subditus est, tenetur iudici parere, & obtemperare: non tamen in his, in quibus non necessitate, sed voluntate subiicitur. Sicut religiosus nō tenetur prælato in omnibus obedire, sed in his, in quibus necessitate est illi subiectus, qualia sunt ea quę regulam, & statuta ordinis concernunt, & ad regulę obseruantiam conferunt. Cū igitur peccator sit de necessitate cōfessori subditus, quantum ad iudiciū remittendi, aut retinendi peccata, ad quòd prærequiritur cōfessio: non tamen sic est de necessitate subditus confessori, quantum ad taxationem satisfactionis, vel modum satisfaciendi, quia in hoc ipse poenitens sui iuris est, licet non in primo. Et quantum ad satisfaciendum pro commissis, similiter & ad præseruandum à recidua, cū ipsi poenitenti alia via vtrunq; procurandi, & assequendi pateat, non videtur, q ad illam determinatam sit astringendus. Ad quartum, esto ita sit, q poenitēs tenetur ad satisfactionem, sicut ad cōtritionem, & confessionem, non tñ ad talem, vel talem satisfactionem, vt dictum est.

Sed obiicias fortē, quòd ait August. lib. de pnia. cap. 15. Ponat se omnino in potestate iudicis, paratus omnia facere, eo iubente, pro recipienda anime vita, quęcunq; faceret, pro vitanda corporis morte. Verū id cōsiliū est, non præcepti. Quauis enim salutare sit poenitenti multa bona cōsilia confessoris accipere, & eadem opere complere, non tñ est illi necessariū: nisi consiliū tale sit, sine quo salus ipsius confitentis periclitabitur. De hoc enim videt Augustinus in loco allegato intelligendus.

Corollarie sequit ex dictis, q si poenitens nolit acceptare pniā à sacerdote iniunctā, etiam si moderata sit, nō ideo sacerdos debet ei absolutionem denegare, cuius contrarium diceret Richard. & alij. Probat corollarium, quia per hoc quòd pniā non acceptat, non peccat, cū sit sui iuris in hoc: & per consequens non ponit obicem, nec se indignū absolutione facit, ac proinde non est illi absolutio deneganda. Et si ppius curatus sit, peccat, eam denegando, cū ei incubat ex officio obligatio tradendi sacramēta subditis, saltē tēpore necessitatis. Alius verò, qui alienus est, potest quidē illum absoluerē pniā non acceptantē, non tñ tenetur sicut suus proprius.

Sed pone, quòd sacerdos nolit parochianū absoluerē, nisi pniā moderatā iniunctā acceptet. An teneatur tunc eam acceptare, cognito, quòd non aliter absoluetur? Et argui-

tur quòd sic. Primò, quia si in casu eam non acceptat, per eum stabit, quò minùs sibi peccata remittantur, tam in terris, quàm ex cōsequenti in coelis: cū in sua potestate sit remissionē in casu obtinere. Cū sit igitur ei necessarium remissionem illam procurare, sequitur, quòd ex consequenti erit ei necessarium pniā illam acceptare. Confirmatur hoc: Qui tenet ad finē, tenet ex cōsequenti ad mediū licitū, & possibile, sine quo finem illū obtinere nō potest, sed peccator tenet, pcura re remissionē peccatorū in terris, & in coelis: & in casu non apparet medium aliud, nisi acceptando poenitentia, quæ sibi licita, & conueniens est, igitur tenetur &c. Secundò confirmo à simili, de eo qui habet paruulū morti propinquum, nec est qui possit eum baptizare, nisi simoniacus, qui illū baptizare non vult, nisi oblata illi certa pecunia, quam facile homo ille offerre potest: in tali casu homo ille tenetur pecuniam exactam offerre, vt paruulo sacramentum baptismi ministretur: alioqui videretur pecuniam paruuli salutis spiritali præferre. Igitur pari forma in præsentitenebitur poenitentiam illam acceptare, nē in absolutus decedat, maxime si sit infirmus, & timeat mori. Tertio confirmatur per aliud simile. Si homini occurrant latrones in via, à quo exigunt centum ducatos, quos nisi dederit, eum occident: talis tenetur ad finem hunc, scilicet, vt vitam corporalem saluet, pecunias exactas tradere: igitur à fortiore ad finem obtinendi remissionem peccatorū ab ecclesia in terris, & ex consequenti in coelis, tenetur poenitens in casu poenitentiam illam acceptare.

Respon. His non obstantibus tenendum est oppositum, consequenter ad dicta respondendo. Quòd autem rationes factę non probent, quòd prætendunt, cōstat, quia tunc nō solūm teneretur poenitens in casu acceptare poenitentiam moderatā, sed immoderatam, modò sit licita, & possibilis ipsi poenitenti. Imò & si sacerdos loco poenitentia, vel per viam exactiois, seu extorsionis iniungat illi, quòd det ipsi confessori centum ducatos aut aliud huiusmodi, alioqui non eum absoluturus, teneretur poenitens illi pecuniā exactam dare: Quòd nemo diceret. Et patet sequela, quia alioqui per eum staret, quominùs remissionem peccatorum in terris assequatur. Ideò dicendum, quòd tunc dicitur per aliquem stare quominùs sacramentaliter absoluetur, quando omittit facere quòd debet, ad præfatam absolutionem obtinendum.

Edum. Cùm igitur in casu homo ille fecerit, quòd ex parte sua debuit, quia se sacerdoti humiliavit, & eidem integrè confessus est, & de peccatis dolens humiliter veniã, & absolutionem petit: tunc si confessor ei absolutionem simpliciter denegat, aut aliquid in debitum ab eo exigit, vt eum absoluat, iam non stat per pœnitentem, quo minùs remissionē obtineat, sed per confessorem, qui non vult ex parte sua facere, quod debet, scilicet eum absoluerè, nil à pœnitente in debitum exigendo. Vnde in casu si sacerdos non remittit illi peccata Deus remittit. Nec obstat dictum Christi: Quorum retinueritis peccata, retenta erunt, id est: Peccata, quæ vos non remiseritis, ego non remittam. Nam hoc intelligitur, quando per peccatorem steterit, quo minùs à sacerdotibus absoluat. Quod in casu non contingit. Sed nec simpliciter est pœnitenti necessarium absolutionem obtinere, sed eam sibi procurare, nil omittendo, quod ex parte sua sit necessarium. Et inde patet ad confirmationē primam, quòd procedit de eo, qui simpliciter tenetur ad finem, aut cui simpliciter est finis ille necessarius, quod in præfatis non reperitur: quia nullus tenetur simpliciter ad actum ex aliena voluntate pendentem, qualis est absolutio per sacerdotem impendenda, nec illa est simpliciter pœnitenti ad salutem necessaria, vt patet.

Ad secundam confirmationem, & tertiam facile patet responsio, quia si in illis casibus est necessarium exactum tradere, id est, quia non aliter potest salus corporalis, aut spiritualis haberi, seu conseruari. Secus in casu præfatis, vbi si sacerdotis absolutio desit, quia eam impendere non vult, sufficit homini contritio propria.

EX dictis oritur aliud dubium, An vnus sacerdos possit commutare pœnitentiam per alium impositam. Et video communiter distingui de huiusmodi sacerdotibus: quia vel sunt pares: ita vt neuter altero superior sit, & tenetur quòd potest. Vel alter est altero superior: & tunc superior poterit commutare pœnitentiam impositam ab inferiore, non autem e contra, tunc saltem, quando pœnitentia fuit à superiore imposita pro peccato: à quo inferior absoluerè non poterat, secus in aliis. Pro causa etiam vel necessaria, vel vtili, benè potest sacerdos inferior pœnitentiam à superiore impositam relaxare, sicut & episcopus potest pœnitentiam à Papa impositam, vel in toto, vel in parte remittere, prout dolor, & vita atque conuer-

sio pœnitentis postulauerit. Pro quo allègant cap. Lectorem. 33. q. 2. Hæc tamen, quæ communiter dicuntur, videntur procedere secundum opinionem communem, quæ tenet pœnitentiam à sacerdote iniunctam esse de necessitate acceptandam, quia eam iniungit confessor, quatenus iudex est confitentis, & superior eo, & ita obligatio adimplendi talem pœnitentiam, nascitur ex potestate iudiciali confessoris, & non ex voluntate acceptantis. Tunc enim appareret, & verè diceretur, quòd sacerdos potest pœnitentiam per alium æqualem impositam relaxare, vel commutare pro causa, ex quo vtriusque æqua est potestas super illum pœnitentem. Quodque inferior pœnitentiam à superiore impositam non poterit relaxare nisi quãdo præsumitur superior cõsentire, quod est, quã necessitas urgeat, aut pia utilitas exposcat.

Tenendo tamen contrariam opinionem supra tactam, scilicet, quòd pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam in foro pœnitentialem iniunctam, videtur quòd quauis utilitas talis pœnitentiæ iniunctæ ex potestate clauium in parte procedat, obligatio tamen eam adimplendi, non nisi ex voluntate acceptantis prouenit: & in tantum obligat eam adimplere, in quantum intendebat se ad eam obligare. Et secundum hoc non ita apparet, quod sacerdos possit commutare pœnitentiam per alium sacerdotem parem vel superiorem iniunctam. Sicut in obligationibus ex propria voluntate contractis, non habet potestatem cõfessor eas mutare, vt patet de obligatione, quæ oritur ex voto, iuramento, aut promissione ipsius obligati: ad quorum amotionem maior authoritas necessaria est, quàm sit in curato vel confessore inferiore. Et inde fortè est quòd inferiores sacerdotes pœnitentias iniunctas relaxare non possunt, nec in toto, nec in parte, vt innuitur cap. fina. in Clementina, de pœnitentiis, & remissionibus. Ac proinde si primam responsionem velimus tenere cum communiter loquentibus, intelligatur illa responsio procedere, quãdo confitens se subiicit confessori, non solùm quo ad remitti, vel retineri peccata, sed etiam quo ad iniunctionem, & taxationem pœnitentiæ. Quia tunc, eo supposito, sicut absolutio à peccatis est actus iudicialis, in quo est cõfessor supra pœnitentem: ita & pœnitentiæ iniunctio. Et ita puta cõfidentes, vt in plurimum, se confessoribus in vtroque subiicere, tam scilicet in remittendis, & retinendis peccatis, quàm in iniunctione pœnitentiæ, modò sit moderata,

Si tamen

A Si tamen aliqui nollent se confiteri, nisi in primo subiicere, curreret secunda responsio.

Illud tamen addendum est, quòd nec Clementina fin. de pœnitentiis, & remis. nec cap. Latorem. supra citatum faciunt ad præsentem quæstionem. Nam Clementina loquitur contra quæstiones, qui cùm potestatem non habeant: tertiam tamen, & quartam partem de pœnitentiis iniunctis per viam indulgentiæ relaxant. Et etiã Latorem. procedit de pœnitentiis, in casu referuato imposita, non in foro pœnitentialem, sed cõtentioso, ob peccatum graue, & enorme, quòd ipse delinquens fuerat Papæ non sacramentaliter confessus. Ac proinde non satis pertinenter doctores præfatos textus ad propositum citant.

Aliud dubium iuxta dicta: An sit peccatum mortale pœnitentiam iniunctam, & acceptatam non adimplere, vbi nulla sit causa iusta non adimplendi. Et dixit Caietanus, quòd nõ: quia si sic, vel hoc esset ratione præcepti ipsius confessoris, qui pœnitentiam iniungit: vel quia ad salutem ipsius pœnitentis eam adimplere sit necessarium: vel quia est necessaria talis adimpletio ad satisfaciendum Deo. Non primò, quia multa humana præcepta sunt, quæ non obligant sub pœna peccati mortalis. Nec secundum, quia sine tali pœnitentia potest homo salutem præsentem, id est, gratiam habere, & finalem similiter consequi. Nec tertium, quia poterit homo hoc, & illo, & alio modo Deo satisfacere, hic, & in purgatorio & c. igitur. Respon. Siue teneamus primam sententiam. si quòd confessor iniungens pœnitentiam obligat ipsum pœnitentem, siue teneamus secundam, quòd pœnitens ad eam non obligatur, nisi eam acceptet: obligatio eam adimplendi non excedit limites voluntatis, vnde orta est. Ac proinde si primum teneamus, tunc ad intentionem iniungentis est recurrendum: quia si voluit pœnitentem obligare sub pœna peccati mortalis, vt pœnitentiam iniunctam adimpleat, videtur ad eam sub eadè pœna teneri: maximè si talis pœnitentia notabiliter illi pœnitenti ad eius salutem conueniat. Si tamen non hoc animo eam iniunxit: sicut nec iniungere debuit, ob id, quòd austerum, & difficile est, aut quia tam parum conferens ad salutem pœnitentis, vt indigna sit, quæ sub pœna peccati mortalis imponatur, tunc curreret responsio Caietani. Sed si alteram sententiam teneamus, scilicet, quòd pœnitens non tenetur pœnitentiam acceptare, tunc ex voluntate ipsius, qui pœnitentiam acceptat, nascitur obligatio hæc, vel illa, ad complen-

dum eam. Itaque non est ad quæstionem illam cõsistentè respondendum. Vt tamen arbitror, peccatores pro maiori parte ad pœnitentiæ implementationem se obligatos esse sub pœna peccati mortalis reputant: & tunc ratione cõscientiæ tenebuntur sub eadem pœna eam adimplere.

De pœnitentia iniuncta extra gratiam adimpleta.



ED supposito,

quòd pœnitens teneatur sub pœna peccati mortalis pœnitentiam acceptam implere, an teneatur eam in gratia adimplere. Et dixerunt quidam,

quòd sic, eò quòd, pœna æterna per contritionem fuit in pœnam temporalem Deo gratam, & acceptam commutata: eò quòd talis commutatio fuit ex gratia Dei facta, qui sibi peccatorem amicabilem reconciliauit, volens, quòd sibi amicabilem satisfaciatur. Hoc autem fieri non potest, nisi in gratia Dei talis satisfactio fiat, loco cuius pœnitentia fuit per sacerdotem iniuncta. Tum etiã quia pœnitentia non ad aliud principaliter fuit iniuncta, nisi vt pœnitens per eius adimplentionem Deo pro offensa prius commissa satisfaciatur: ad hoc autem gratia opus est, vt statim dicetur. Oppositum tamen videtur tenendum, scilicet, quòd non tenetur pœnitens facere pœnitentiam iniunctam in gratia sub pœna noui peccati. Probatur, quia vel teneretur ad id ratione præcepti sacerdotis pœnitentiam iniungentis: vel ratione finis, quem sacerdos intendit, scilicet, vt pœnitens Deo satisfaciatur. Neutrum videtur dicendum. Non primum, quia præceptum sacerdotis non debet esse magis priuilegiatum, quàm præcepta Dei, & ecclesiæ: sed huiusmodi præcepta non sunt sub pœna peccati in gratia adimplenda, vt pro nunc suppono: igitur nec præceptum sacerdotis pœnitentiam iniungentis, debet sub pœna peccati in gratia adimplere. Nec potest dici secundum, quia intentio finalis præcipientis non cadit sub præcepto, vt si Deus præcipit aliqua opera hac intentione, vt ea complendo vitam æternam mereamur, satisfacimus præceptis, illa agendo, etiam si per ea non mereamur: alioqui omnes, qui in peccato mortali existentes debitam parentibus reuerentiam exhibent, aut pauperibus

N 5 bus

E bus eleemosynā ex pietate largiuntur, aut quicquid aliud eis iustum ex bono sine, & intentione faciunt, peccarent mortaliter, ob id solū, quia sine charitate ea faciunt. Prætereā si tenerentur pœnitentes sub pœna peccati pœnitentiā in gratia complere, sequitur hoc inconueniens, quod semper essent perplexi, & dubij, an eam in gratia compleuerint, an non: & ita ob dubiū tenerentur eam reiterare. Sequela patet, quia quanuis homo conscientiam peccati non habeat, tempore, quo pœnitentiā complet: non tamen potest certus esse, se habere tunc gratiam, iuxta illud Pauli: Nil mihi conficius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et illud Iob: Si simplex, aut iustus fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et inde sequitur, malè agere pœnitentē, acceptando pœnitentiā iniunctam, quia exponit se periculo peccandi, ex quo obligat se ad aliquid, de cuius adimplerione certus esse non potest. Prætereā arguitur, quia tunc sequitur aliud incōueniens. scilicet quod huiusmodi pœnitentiæ iniunctio esset occasio obstinationis ipsius pœnitentis, quia si sit illi iniuncta pœnitentiā ieiunandi decem diebus (exempli causa) certis, & signatis, & post eam acceptatam ieiunet vna die in peccato, iam manet impossibilitatus totam pœnitentiā in gratia facere: quod attendens ipse pœnitens, facilè delisset à ieiunio aliorū dierum, quod esset ei peccatum. Aut si proponat aliquid vitium facere, vel aliquem contractum illicitum exercere, hoc ipso delisset à pœnitentiæ adimplerione, sciens in casu nilibi impletionem pœnitentiæ profuturam. Ad rationem autem pro contraria sententia ante oppositum tacta, dicendum, quod videtur supponere duo falsa. scilicet quod satisfactio Deo fieri non potest, nisi in gratia. De quo post. Alterum, quod vi contritionis non commutatur æterna pœna absolute in temporalem, sed cū hac lege, & conditione, quod illa temporalis in se, vel æquivalenti soluat in gratia, seu amicabiliter, vt dicunt. Quod tamen inde patet falsum esse, quia tunc sequitur, si homo de peccatis contritus, pœnam illam in hoc sæculo amicabiliter non soluat, & finaliter in mortali decedat, quod æternaliter punietur pro peccatis, de quibus contritus fuit. Patet hoc, quia ex quo commutatio æternæ pœnæ non fuit in temporalem commutata, nisi sub illa cōditione, sequitur, quod non subsistente conditione, quod commutatio non tenuit, & ita æternaliter punietur pro peccatis dimissis quo ad culpam, ac si dimissa

non fuissent. Nec valet, quod ait Adrianus ad Gregorium respondens, quod licet verum sit, quod pro dimissis punietur æternaliter, nō tamen adeo acerbè, sicut si remissa non fuissent. Huius enim oppositum suadet hæc ratio, si commutatio non fuit facta nisi sub conditione.

Secundò eadem falsitas patet ex alio, quia posita absolute causa alicuius effectus, ponitur absolute talis effectus: sed tempore contritionis absolute ponitur causa remittendi pœnam æternam debitā peccatis commissis, puta contritio, & gratia, seu charitas: igitur absolute ponitur effectus, scilicet, remissio talis pœnæ æternæ. Vnde rursus fit, vt etiam si pœnitens omninò omittat pœnitentiā adimplere, non punietur æternaliter pro peccatis dimissis.

E Sto, igitur non teneatur pœnitens in gratia facere pœnitentiā iniunctam sub pœna noui peccati: An saltem ad id sit illi necessarium in gratia facere, vt talis pœnitentiā sit Deo pro commissis satisfactoria. Et tenetur satis cōmuniter, quod sic: quia pœnitentiā per hominem cōpleta, non est de se satisfactoria, nisi quia à Deo acceptatur: acceptari autem à Deo de lege nō potest sine charitate, sine qua nil Deo placere potest: igitur pœnitentiā in peccato completa non est satisfactoria apud Deū. Minor patet, de omnibus tribus operibus, quæ sunt partes satisfactiois, scilicet de oratione, ieiunio, & eleemosyna. De oratione quidē, iuxta illud Esaiæ: Si multiplicaueritis orationes, non exaudiam. Et datur pro causa, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt, id est, peccaminosæ, seu pollutæ. De ieiunio similiter ex illo Esaiæ: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Et alia huiusmodi addit, in quibus significat causam, quare ieiunium eorum non acceptaret, scilicet propter cōmixta alia peccata. De eleemosyna similiter patet ex illo Pauli: Si distribuero omnem substantiam meam in cibos pauperum, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest. Igitur pœnitentiā iniuncta in peccato mortali facta, non est satisfactoria pro peccatis apud Deum. Oppositum tamen videtur probabiliter esse tenendum, scilicet quod pœnitentiā in peccato mortali adimpleta, est apud Deum satisfactoria, saltem largè, ita. scilicet vt valeat ad dimissionem pœnæ temporalis peccatis dimissis debitæ. Et probatur primò, quia, vt ex dictis patet, per contritionem fuit æterna pœna in temporalem commutata, id est, non conditionaliter, sed absolute

A solutè, vt nuper probabam: igitur si peccator illam pœnam soluat, siue in gratia, siue extra gratiam, cedit ei in solutum, & erit apud Deum satisfactoria. Prætereā, & est confirmatio eiusdem. Non sunt deterioris cōditionis viatores, quàm qui sunt in inferno damnati, in hoc, quod est à debito pœnæ liberari, ex quo in hac vita est locus misericordiæ, & in futura est locus iustitiæ, & rigoris: sed damnati in inferno pœnam temporalem, in quā fuerat æterna commutata, sustinentes, satisfaciunt Deo pro dimissis, ita vt maneant liberi ab illo debito. Minor autem patet, quia alio qui damnati punirentur æternaliter pro peccatis dimissis, quo ad culpam, sicut & pro nō dimissis, quod ostensum est suprā falsum esse. Prætereā debitor soluendo debitum creditori, liberatur à debito, etiam si solutio non fiat in gratia, & amicitia creditoris. Id patet siue creditor sit homo, siue Deus. De homine quidē patet, quia si debeo decem ducatos Petro, soluendo eos Petro, satisfacio, etiam si Petrus sit mihi inimicus. De Deo etiam patet. Si voui, iuravi, aut promisi me aliquid in cultum Dei facturum, si illud compleo, etiam cū amicus Dei non sim, satisfacio, ita, vt non tenear rursus eodem debito. Similiter de præceptis Dei idem patet, si illa adimpleo etiam in peccato mortali, satisfacio, ita, vt nō tenear rursus eodem debito: cū præcipientis intentio non cadat sub præcepto: igitur pari forma si pœnitentiā iniunctam in peccato mortali adimpleam, satisfacio apud Deū, ita, vt cedat mihi in solutum. Prætereā, multorum opera in peccato mortali facta legitur Deum præmio temporali remunerasse, vt patet de Romanis, quibus Deus imperiū mundi, ob eorum iusta opera tradidit, vt ait Augustinus in De ciuitate Dei. Similiter Aegypti regnum dedit Deus Nabuchodonosor viro Gentili, & idololatræ ob strenua opera, quæ veluti Dei minister in bello gessit, vt habetur Ezechie. 29. Et obstetricibus Aegyptiis Deus ædificauit domos, ob pietatem, quam ad paruulos Hebræorum habuerunt, vt legitur, in Gene. Igitur non mirum si pœnitentiā peccatoris in peccato mortali factam Deus remuneret tali præmio temporali, quale est, remittere pœnam temporalem pro dimissis debitam, si præmium dicitur cōuenienter. Nec obstat ratio contrariæ opinionis suprā facta. Nam quanuis humana opera non sint apud Deum satisfactoria de se, nisi quia à Deo acceptata sunt, falsum tamen est, quod Deus non acceptet bona ope-

ra in peccato facta, non quidē ad vitam æternam, cū mortua sint, sed ad temporalem remunerationē, & pœnæ temporalis remissionem. Quemadmodum dictum est, Deū saepe bona opera in peccato mortali facta, ad temporale præmium acceptasse. Quod autem ex Esaiæ allegatur, scilicet, quod Deus non exaudit orationes, eò quod orantes sunt in peccatis, non facit cōtra hanc sententiā. Nam ex ipso met textu, scilicet ex antecedētibus, & sequentibus apparet Deum intendere dicere, quod orationes à Iudæis multiplicatæ nō erāt eis profuturæ, ad hoc, scilicet, vt liberarentur à pœnis, & flagellis, quæ Deus illis in hoc sæculo inferre parauerat, qualia erāt bella, captiuitas, & paupertas, quæ, Deo volente, Iudæi ob suam pertinaciam erant passuri, sicut & passi sunt. Similiter videtur dicendum ad illud, quod de ieiunio dictum est per Esaiæ. 58. quod illic innuit Dominus, ieiunium hominum non illis profuturum, ad euadendū pœnas huius sæculi. Quod inde colligitur, quia ait textus in persona eorū, qui de Deo queruntur: Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti? Ex quo apparet illos cōqueri, quod à pœnis visibilibus huius sæculi non liberarentur, nec illis ad id ieiunare prodesset. Quæ querela de pœnis alterius sæculi locum non videtur habere, cū in hoc sæculo homines nondum sciant, nec videant, quod ab illis per ieiunia liberentur. Sed fortè quæres, quare oratio, & ieiunium, & alia bona opera in peccato facta valent ad hoc quod homines liberentur à pœnis saltem temporalibus alterius sæculi, quæ longè grauiores sunt, & nō valent, vt liberentur à pœnis huius sæculi? Respō. Quia pœnas huius sæculi Deus, nec de iustitia legis infligit, nec de iustitia legis eas tollit: sed præsuppositis demeritis, eas pro voluntate infert, & pro voluntate tollit. Pœnas autem alterius sæculi de legis iustitia infert, similiter de legis iustitia eas tollit, & remittit ob opera vel satisfactiōem ipsius debitoris. Ad aliud ex Paulo allegatū, in quo ait eleemosynā sine charitate nil prodesse, intelligit cōmuniter ad vitam æternam. Secus ad alia bona temporalia. Concluditur ergo probabiliter, quod pœnitentiā iniuncta, & in peccato mortali adimpleta satisfactoria est apud Deū satisfactiōe liberante, licet nō satisfactiōe recōciliante: nā ad hanc est necessaria charitas, sed de hoc postea. Sed vltra esset dubitatio: An hmoi pœnitentiā in peccato facta, sit de necessitate iteranda. Dicit Thomas cum aliis distinguendo de

tali

E tali poenitentia, quia vel relinquit post se effectum poenalem, vel non. Si sic, non est de necessitate iteranda, eò quòd adueniente charitate talis poenitentia in peccato facta incipit esse satisfactoria ratione effectus perdurantis vsq; ad superuentum charitatis, ad modum baptisimi, qui si in peccato suscipiatur, postea incipit prodesse, quando fictione recedat charitas superuenit: idq; ex eo, quòd post se relinquit effectum, scilicet characterem permanentem. Si verò talis poenitentia in peccato facta non relinquit effectum poenalem, qui vsq; ad superuentum charitatis duret, talis poenitentia venit reiteranda: quia nec quòdo fit, nec quando charitas superuenit, est satisfactoria, vt quando eleemosyna, & ieiunium post se relinquunt præfatum effectum: nam ieiunium relinquit corporis debilitatem: eleemosyna verò priuationem alicuius boni temporalis: oratio autem nullum talem effectum poenalem relinquit, id eò ieiunium, & eleemosyna, & si in peccato fiant, non sunt de necessitate reiteranda, oratio autem sic. Contra hanc positionem videtur primò non esse semper verum, ieiunium, & eleemosynam præfatum relinquire effectum, & orationem non: nam sæpe accidit, quòd post ieiunium non solum non relinquatur corporis debilitas, sed melior ipsius valetudo, & dispositio: quando quidem per inedia, seu abstinentiam à cibo & potu, multi humores grossi, qui corporis valetudinem impediabant, consumuntur, vnde corpus remanet fortius, & melius dispositum. Et esto aliquòdo maneat debilius: illa tamen debilitas sæpissimè expellitur citius, quàm charitas superueniat. Idem de eleemosyna videtur, quòd quòuis relinquat post se priuationem boni temporalis: illius, scilicet quòd in eleemosynam datum est: stat tamen, quòd aliud tantundem illico restaretur, vel per viam donationis, vel per industriam, vel alio modo, quòd alioqui euentum non erat. Econtrà verò de oratione sæpe accidit, vt post se relinquat corporis debilitatem, vt si fiat cù vehementi cõtemplatione, quam certum est digestionem sæpe impedire, & ea impedita necesse est membra corporis non nutriri, ac proinde debilitari. Itaq; accidit huiusmodi poenitentis sic adimpletis, quòd post se poenalem relinquant effectum. Ex his autem, quæ tam contingenter accidunt, vel inferre conclusionem certam, non est rationabile. Secundò: Esto ita esset, quòd tales poenitentiarum effectum præfatum relinquat, qui duret vsq; ad superuentum charitatis, non videtur verum,

quòd ille effectus incipiat esse satisfactorius, **G** charitate veniente. Nam quæro, vel hoc conuenit illi effectui ex natura sua, vel ob causam suam, scilicet poenitentiam prius factam, ex qua effectus ille relictus est, vel ratione charitatis superuenientis, vel ratione nouæ cõplacientia, qua homo ille in illo effectu complacet. Sed nullum horum videtur dicendum. Nò primum, quia nulla actio, aut passio hominis est de natura sua satisfactoria Deo pro peccatis commissis. Nec secundum, quia si effectus incipit satisfactorius esse propter poenitentiam, ex qua relictus est, à fortiore igitur illa poenitentia inciperet eodem modo esse satisfactoria, adueniente charitate: quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis, consequens inde videtur falsum. Quia secundum opinantes, nil potest esse Deo satisfactorium, nisi quòd viuunt gratia: sed poenitentia in peccato facta, quòdo fit, non est viua, quia non est: nec reuiuiscit, quia nunquam vixit. Nec de illa in casu potest verificari per superuentum charitatis, quòd sit ex charitate facta: igitur nunquam de ea verificatur, quòd sit satisfactoria. Sed nec potest dici tertium, scilicet quòd effectus præfatus incipit esse satisfactorius ratione charitatis superuenientis: quia tunc si sola charitas superueniens id efficeret, sequitur, quòd vnde quòd talis effectus poenalis esset relictus, inciperet esse satisfactorius per eandem charitatem, siue talis effectus ex natura proueniat, siue ex vitio, siue alio indifferente exercitio, quòd suppono falsum. Nec etiam possunt dicere quartum, scilicet, quòd ratione nouæ complacientia incipiat prædictus effectus esse satisfactorius. Tum, quia talis satisfactio magis esset illi complacientia attribuenta, quàm effectui naturaliter relicto. Tum etiam, quia talis cõplacientia æquè haberi potest de poenitentia non relinquentem effectum, sicut de relinquentem: & ita omnis talis, de qua habetur cõplacientia, diceretur incipere esse satisfactoria. Adde, quòd hic modus dicendi præsupponit, quòd poenitentia in peccato completa, non fuerit satisfactoria, nec utilis, quòd iam supra probatum est esse falsum. Quia quòuis de rigore iustitiæ satisfactoria non sit: valet tamen per viam impetrationis. Caietanus à præfata opinione recedens, ait, quòd nulla poenitentia iniuncta, & in peccato adimpleta est de necessitate iteranda, siue relinquat effectum, siue non. Ratio eius est, quia omnis talis superueniente charitate incipit esse satisfactoria, eò quòd est opus sacramen-

A sacramentale. Omne autem opus sacramentale, quòd quando fit, effectum suum non operatur ob obicem peccati, recedente obice, eum operatur, vt dicit hoc de omni sacramento verificari: poenitentia autem virtute clauium iniuncta est sacramentalis, & si in gratia fieret, esset satisfactoria: igitur etià erit satisfactoria, gratia superueniente. Verum hæc positio deficere videtur. Primò in eo, quòd ait, omne sacramentum in peccato sumptum incipere prodesse superueniente charitate, quòd licet admittatur de sacramentis initerabilibus: vt de baptismo solet exemplificari, iuxta cap. Tunc valere. de consecra. distinct. 4. attamen de aliis sacramentis, quæ iterari possunt, non ita verisimile est. Absurdum enim videtur quòd eucharistia indignè sumpta, quæ valet ad iudicium, & condemnationem sumentis, postea adueniente charitate incipiat ad salutem æternam prodesse: ita de aliis videtur.

Secundò deficit, vt videt, opinio, quia æquiparat quantum ad rationem sacramentalitatis poenitentiam iniunctam ipsi sacramentis cù tamen valde sint disparia: nam sacramenta sunt opera Dei diuinitus instituta, quorum valor innititur meritis Christi, non merito operantis. Econtrà verò poenitentia iniuncta, & per hominem adimpleta, opus hominis est: & ei valor merito innititur operantis, nil enim præstat ex opere operato, sicut sacramenta præstant: maxime si poenitentia iniuncta in tantum liberat præcisè poenitentem à poena, in quantum iudicio diuino cõformis est, vt multis placet. Et si quid virtute clauium, aut ex opere operato illa poenitentia iniuncta, & adimpleta præstat, tale est, quòd absq; charitate præstari potest, puta remissio poenæ temporalis. Et ita ante superuentum gratia, ipsa poenitentia in peccato facta, suum operaretur effectum, virtute clauium. Tertio falsum videtur secundum eos, quòd illa poenitentia in peccato facta incipiat esse satisfactoria adueniente charitate, quia tunc etiam esset dicendum, quòd incipiunt esse meritoria. Tum, quia si in charitate facta fuissent, non solum satisfactoria, sed meritoria fuissent: igitur si valent adueniente charitate, quòd valuissent, si in charitate facta fuissent, sequitur intentum. Tum etiam, quia ex fundamento positionis, quæ ait, opera in peccato facta non prodesse, iuxta illud Pauli: Si distribuero substantiam meam &c. charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Videtur, quòd præfata poenitentia incipiunt valere ad vtrumq; scilicet ad merendum, & satisfaciendum, vel ad neutrum.

C Nam Paulus secundum opinantem vtrumq; excludit ab operibus in peccato factis: igitur adueniente charitate, isti sic opinantes vtrumq; debent admittere, vel vtrumque excludere. Primum aliàs ostensum est esse erroneum: igitur admittant secundum.

Dicendum igitur ad quæstionem quòd duobus modis potest intelligi esse necessariū reiterare poenitentiam iniunctam in peccato factam. Vno modo, quòd sit necessariū absolute sub poena noui peccati. Alio modo, quòd sit necessarium cõditionaliter, vel ex suppositione, scilicet, si vult homo Deo pro peccatis satisfacere. Et dicendum, quòd neutro modo est necessarium præfata poenitentiam iterare. Patet hoc de primo sensu, quia nil est homini necessarium sub poena noui peccati, ad quòd nulla lege, aut præcepto alstringitur. Vbi enim non est lex, non est præuaricatio: sed nullo præcepto diuino naturali, aut humano, tenetur homo præfata poenitentiam iterare: quia non habet aliud præceptum de implenda illa poenitentia, nisi præceptum sacerdotis eam iniungentis: sed tali præcepto iam est satisfactum per adimplentionem poenitentia, etiam si in peccato sit adimpleta, cùm sacerdos non obligauerit illum, vt in gratia poenitentiam expleret, vt ex dictis patet. De secundo etiam sensu idem patet, quia esto non reiteretur illa poenitentia, patet homini alius modus satisfaciendi Deo pro peccatis, scilicet per feruorem charitatis, per repetitam contritionem, per alia varia opera, & officia charitatis poterit etiam satisfactionem ad Purgatorium remittere.

De effectu poenitentia iniuncta.



An

poenitens complens poenitentiam sibi iniunctam in gratia, maneat omnino liber à peccatis commissis, ita, vt nulli poenæ amplius sit pro illis obnoxius. Et dixerunt aliqui, Tho. Duran. Alexander, quòd vel sacerdos iniunxit poenitentiam minorem, vel æqualem, vel maiorem quàm sit poena à Deo pro commissis taxata. Si minorem, non erit homo ea adimpleta ab omni poena liber. Si maiorem aut æqualem, ea adimpleta, erit liber. Et cù hoc secundum sit certum, primū probatur, quia sententia sacerdotis non mutat sententiam

Dei

E Dei: ac proinde si Deus quando remisit culpam per contritionem, aut per confessionem, eam commutavit in temporalem certam, & determinatam, sequitur, quod illi erit homo obnoxius quancunq; poenitentiam illi sacerdos iniungat. Vnde fit, vt poenitentia iniuncta si debeat poenitentem ab omni poena Purgatorii pro commissis liberare, opus est, vt sit conformis diuino iudicio, & diuinæ taxationi. Inde iterum fit, vt si poenitentia iniuncta sit citra condignam à Deo taxatam, & eam peccator hic soluat, residuum soluet, vel hic, vel in purgatorio. Si autem sit iniuncta maior quam ea quam Deus taxauit, & impleat eam non in toto, sed in ea parte, quæ diuinæ taxationi respondet, pro residuo non punietur in Purgatorio, si sic decedat. Contra hanc opinionem arguitur rationibus Scoti. Primò, quia ex quo sacerdos habet potestatem iniungendi poenitentiam peccatori: hæc autem potestas est arbitraria, cum sit arbiter constitutus in causa hac ad forum poenitentiale pertinente, sequitur, quod sacerdotis sententia erit rata, & valida, etiam si non sit punctualiter conformis iudicio, seu taxationi diuinæ.

F Nam irrationabile omninò videtur quod alicui sit concessa potestas arbitrandi in aliqua causa, si eius iudicium non sit ratum, & validum, nisi à casu, quale esset taxatio sacerdotis, quam esse taxationi diuinæ conformem, contingensissimum, & casuale omninò est.

Secundò, irrationabile etiam omninò videtur, quod alicui sit commissæ potestas arbitrandi in causa partium, si arbitrari non possit nisi secundum voluntatem vnus partis. In præfenti autem causa, partes sunt Deus offensus, & peccator reus, inter quos iudex arbiter est sacerdos constitutus. Si igitur arbitrari non posset nisi secundum voluntatem Dei determinatam, sequitur intentum. Tertio si sacerdos iniungat poenitenti poenitentiam aliquantulum maiorem quam sit poena à Deo taxata, non erit liber peccator, nisi eam soluat: igitur etiam si sacerdos iniunxerit poenam aliquantulum minorem, quam sit poena à Deo taxata, erit poenitens eam complens omninò liber. Probo consequentiam, quia Deus prior est ad miserendum, quam ad puniendum.

Vnde concludit hic doctor, quod sicut iustitia commutativa non consistit in indiuisibili, sed habet suam latitudinem, intra quam est gradus rigidus, infimus, & medius, vt solet in pretio rei vernalis exemplificari: ita & iustitia punitiva habet suam latitudinem, intra quam possunt similiter tres hi gradus assi-

gnari: & poenitentia citra hanc latitudinem G imposita, non sufficit ad liberandum poenitentem. Et poenitentia imposita vltra illam latitudinem, non erat homini necessaria, nec illi imponenda. Verùm illa, quæ intra hanc latitudinem fuerit imposita, siue attingat punctuale medium, siue ab eo deficiat, siue excedat, est quæ hominem ab omni poena liberat, & cui homo subiectus, & obnoxius est. Ac proinde contingit, quod per poenitentiam iniunctam citra diuinam taxationem, homo maneat omninò à commissis liber. In cuius confirmationem addo, quod alioquin si. taxatione sacerdotis, vel plenè liberet poenitentem, opus est, quod taxationi Dei respondeat, non viderentur clauis sacerdotis in hac re aliquid poenitenti prodesse: cum tamen ex Euangelio sententialiter deducitur, sententiam sacerdotis in terra datam, in cælis approbari. Sed contra hanc imaginationem occurrit dubitatio, quia tunc si in gradu rigido illius latitudinis sit iniuncta poenitentia, & ob aliud impedimentum non adimpleta, sequitur, quod ille punietur in Purgatorio pro peccatis suis plus, quam si poenitentia non fuisset illi iniuncta: & ita noceret huiusmodi poenitentias H poenitentibus iniungere. Consequentia patet, quia poenitentia iniuncta in illo gradu rigido excedit taxationem à Deo factam. Respò. Ex quo sententia sacerdotis intra illam latitudinem data in cælis approbatur, consequenter est illatum concedendum, quia illam iniunctam debet peccator soluere hic vel alibi, scilicet in Purgatorio. Nec inde sequitur esse nocuas huiusmodi poenitentias iniunctas, quia multò maior est utilitas alium poenitentiarum iniunctarum, quam sit damnum hoc, quod euenit ex rigida poenitentia, quia acceptado illa, meretur augmentum gratiæ, & gloriæ. Et similiter eam implendo, ratione iniunctionis factæ, est magis meritoria, quam si voluntariè fieret, saltem propter obedientiam ex qua fit. Et si non fiat, quia fieri non potuit, voluntas tamen eam faciendi, pro opere reputatur, quantum ad meritum gratiæ, & gloriæ. Quod si sine comparatione maius bonum est, quam sit malum aliquantulum plus in Purgatorio detineri. Aliud etiam quenquam contra præfatam opinionem mouere posset, quia illa latitudine in punitione peccati admissa, tam incertum erit, an sit rata sententia arbitraria sacerdotis, ac si latitudo huiusmodi non ponatur: quia sine reuelatione, illa latitudo quanta sit, sciri non potest. Tum, quia id pendet ex sola Dei voluntate, nulli homini in hac re cognita

A gnita. Tum, quia nesciri ab homine potest, quanta sit poenitentis contritio, aut quam satisfactoria sit: quia secundum veritatem contritionis, varia esset latitudo assignanda. Respò. Ita est, quod exactè sciri non potest huiusmodi latitudo à Deo signata: attamen facilius est sacerdotem poenitentiam iniungere intra illam latitudinem, quantacumq; sit, quam attingere punctuale medium à Deo inuincibiliter taxatum. Si igitur hanc positionem teneamus, respondendum est ad rationem prioris, quia verum est, quod Deus quando remittit culpam, commutat poenam æternam in temporalem certam, & determinatam: non absolutè, sed conditionaliter. C. nisi peccator subierit sententiam sacerdotis, quia tunc si fuerit lata intra latitudinem iustitiæ punitivæ ratificabitur in cælis, & illi manebit peccator obnoxius. Itaq; qui per sacerdotes iudicati non fuerint, soluet poenam à Deo taxatam. Qui verò fuerint per sacerdotes iudicati, vt dictum est, illam soluent, quam sacerdos, clauis non errante, taxauerit. Et ita patet, quod sententia sacerdotis non mutat sententiam Dei, quæ non nisi conditionaliter erat lata. Sed adhuc curiosus quæres, supposito quod latitudo iustitiæ punitivæ respectu alicuius peccatoris sit. 10. 15. & 20. & 15. erat poena punctualis à Deo taxata: imponat tamen sacerdos poenitentiam. s. vt. 9. iam est extra totam latitudinem. Quaritur, an completa illa poenitentia, vt. 9. maneat peccator obligatus soluere hic, vel in Purgatorio residuum vsq; ad. 15. quod erat à Deo taxatum: An vsq; ad initium latitudinis, scilicet vsq; ad. 10. Si hoc secundum detur, videtur ratio in oppositum, quia sententia lata extra totam latitudinem iustitiæ non approbatur in cælis, & ita standum erit taxationi Dei: & per consequens soluet peccator vsq; ad. 15. Quod si detur, stat contra ratio, quia si fuisset iniuncta poenitentia, vt. 10. nil amplius esset soluendum: igitur si fuit iniuncta, & soluta, vt. 9. nil vltra vnus, debetur. Deinde esset dubium: An illa latitudo iustitiæ punitivæ habeat locum in poenitentia voluntariè assumpta. An solum in iniuncta.

B Nam si in vtrâq; habeat locum, sequitur, quod implens poenitentiam voluntariam intra latitudinem dictam, etiam si medium punctuale Dei non attingat, manebit peccator liber omninò, ac si fuisset in eodem gradu poenitentia iniuncta: & per consequens parum, aut nil operaretur poenitentia iniuncta virtute clauium, quantum ad liberandum hominem debito ex peccato contracto. Respò. Quæ

tulacumq; poenitentia sit à sacerdote iniuncta, & per ipsum poenitentem adimpleta, etiam si totam latitudinem supra tactam non attingat, valebit ipsi poenitenti per viam satisfactionis, plus, quam si voluntariè esset assumpta: quia iniuncta poenitentia non nihil valoris habet virtute clauium, quod non habet, quando sola voluntate poenitentis assumitur. Ad impleta igitur poenitentia voluntariè assumpta, si deficit ab ea, quam Deus taxauerat, residuum patietur homo in Purgatorio. Ad impleta etiam poenitentia iniuncta, quæ fuit extra totam latitudinem præsignatam, scilicet, vt. 9. prout in casu ponitur, residuum vsq; ad poenitentiam à Deo taxatam soluet ipse poenitens, excepto, quod valor iniunctæ maior est, quam voluntariè assumptæ. Et ita nil inconuenit dicere, quod si sacerdos poenitentiam, vt. 10. iniunxisset, homo eam complens, esset omninò liber. Et si tantum, vt. 9. poenitentiam iniunxit, ea completa, soluet vsq; ad. 15. Itaq; aliter acceptat Deus poenitentiam intra latitudinem prædictam iniunctam: aliter verò eam quæ latitudinem non attingit. Primam acceptat ad omnimodam remissionem. Secundam verò ad remissionem poenitentiam, prout meritum operantis, & virtus clauium exegerit. Verùm hæc tam exactè inquirere, curiosum est: ea autem definire periculosum, aut temerarium esse videtur. Definiat, qui velit.

Solet insuper queri: An si homo, cui poenitentia iusta imposita est, per aliam viam Deo pro peccatis commissis, antequam iniunctam poenitentiam compleat, satisfecerit, & morte præuentus eam non compleat: An loco poenitentia iniunctæ, & non adimpletæ, exigetur ab illo poena correspondens poenitentia iniunctæ, ita vt ob id remoretur in Purgatorio. Et dixit Adrianus, quod sic, pro quo videtur ratio, quia ex quo poenitentia illa fuit à sacerdote rectè, & iuxta potestatem sibi collatam, & clauis non errante iniuncta, eius sententia est in cælis approbata, & per consequens tenetur poenitens illam hic, vel in Purgatorio soluere. Pro quo ipse affert exemplum. si quis vouit ieiunare, aut eleemosynam erogare, & violauit votum: vltra poenam quæ pro voti violatione ab illo exigetur, simul exigetur poena correspondens ieiunio, aut eleemosynæ, quam vouit. Cuius ratio est quia violatio voti non releuat eum à ieiunio, seu eleemosyna promissa. Verùm id respondet Adria. in casu, quo homo ex negligentia, seu culpa

pa

Epa omisit pœnitentiam, aut votum adimplere. Et certe ratio ipsa cogit, vt idem respondeat, casu, quo sine culpa fuit pœnitentiæ, & voti adimpletio omiffa. Tum, quia sententia sacerdotis fuit in cœlis approbata, cuius approbatio non pendeat ex omiffione culpabili, aut inculpabili futura. Tum etiam, quia sicut violatio voti culpabilis non releuat vouentem à ieiunio, & elemosyna, quam vouit, si complere potest: ita nec violatio voti inculpabilis releuat vouentem ab eodem debito, si complere potest. Si autem cōplere nō potest, liber est à tali debito, modò violauerit votum ex culpa, modò non. Itaq; imperitens est culpa violationis, ad hoc, quòd teneatur vouens, vel non teneatur ad præfatum debitum. Oppositum tamen videtur mihi tenendum. Pro cuius probatione supponatur primò, quòd qui est in purgatorio, quàm primum fuerit purgatus à peccatis, volabit ad gloriam, idq; post Christi passionem, per quam regnum cœlorum apertum est: secus ante passionem Christi, cum non esset antea cœlorum regnum apertum &c. Secundò supponitur, quòd potest peccator purgari in hoc sæculo æquè bene ac in purgatorio, imò longè fructuosius, atq; breuius, eò quòd satisfactioni, quæ fit in hoc sæculo, vt plurimū est admixtum meritum gratiæ & gloriæ, quod non est admixtum satisfactioni, quæ in Purgatorio fit. Tertiò supponitur, quòd est debitum ex peccato contractum, quo tenetur peccator pro illo satisfacere. Et est debitum ex præcepto contractum, quo tenetur homo illud adimplere, seu obseruare. Differunt autem hæc debita, quia debitum ex peccato contractum, debet solui hic, vel in purgatorio, seu alio sæculo, & ita non expirat per mortem debitoris. Debitum verò ex præcepto contractum, debet solui hic: nec obligatio præceptiua se extendit ad aliud sæculum, quia præcepta hominibus data, obligant eos in hac vita, ideò per mortem hominis dissoluitur præfata præceptorum obligatio. Quibus suppositis, respon. ad dubiū propositū, quòd homo, qui sine adimpleta pœnitentia iniuncta decessit, & in hac vita pro peccatis suis per aliā viā satisfecit. s. per contritionem, & cōfessionem reiteratā, per feruorem charitatis, seu per alia opera meritoria charitatis, quòd talis nō detinebitur in Purgatorio, nec ab eo exigetur pœna proportionata pœnitentiæ iniunctæ, & non adimpletæ. Probat, quia vel huiusmodi pœna exigetur ab eo propter debitum ex peccato contractum,

quo tenebatur p peccatis satisfacere. Et hoc non, quia illud debitū iam soluit in hac vita sufficienter per aliam viam, vt in casu ponitur, non igitur est iustum, quòd debitum semel sufficienter solutum, iterum repetatur. Non enim Deus punit bis in idipsum, nec cōfurret duplex tribulatio, vt ait per Nahum. Aut talis pœna exigetur in Purgatorio propter debitum ex præcepto sacerdotis contractum: & hoc nō, quia debitum ex præcepto per mortem debitoris expirat, vt dictum est: igitur non apparet causa, propter quam in casu debeat exigi huiusmodi pœnitentia, cor respondens pœnitentiæ iniunctæ. Nec obstat ratio supra facta, qua arguebatur, quòd sententia arbitraria sacerdotis, si iusta sit, approbatur in cœlis. Nam hoc ideò dicitur, quia si talis pœnitentia fit intra præfatum latitudinem, Deus erit contentus, nec aliud exiget, si peccator eam compleuerit. Nec propter hoc tollitur, quin peccator Deo possit alia via satisfacere, quod si fiat, non amplius exiget Deus per viā satisfactionis. Corollarie sequitur id, quod de voto, seu promissione dicebatur non esse verum: siue enim vouens ex culpa violauerit votum, siue non, & voto non adimpleto, in gratia decesserit, si vel in hac vita, vel in Purgatorio sufficienter à peccatis sit purgatus, non retinebitur in Purgatorio: nec ab eo exigetur pœna proportionata ieiunio, vel elemosynæ promissæ, & non completæ. Id patet ex dictis.

Corollarie sequitur, quòd si defunctus in testamento iussit heredibus, vt sua debita creditoribus soluantur, & hæredes sunt negligentes, & ea non soluant, quòd negligentia hæredum nō sufficit, vt defunctus in Purgatorio detineatur. Patet hoc, tum ex dictis suppositionibus, tum etiam, quia culpa hæredum non debet nocere defuncto. Nam quauis Deus soleat in hoc sæculo quosdam pro peccatis aliorum punire: defunctos tamen tam in Purgatorio, quàm in inferno existentes non nisi pro suis propriis peccatis punit. De quibus illa sententia Dei verissimè accipitur. Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij. Secus in hoc sæculo: nam constat filium Dauid fuisse mortuum propter peccatum patris. Et tempore diluuij multos infantes periisse ob scelera aliquorū. Et multos ex Aegyptiis plagas graues sustinuisse propter obstinationem Pharaonis. Et propter peccatum numerationis, quod Dauid commisit, suum populum, peste diuinitus missa, fuisse punitum. In alio autem sæculo non sic.

Ac

A Ac proinde si defunctus sit illic sufficienter purgatus nō reprobabit amplius in Purgatorio propter negligentiam hæredū. Nec obstat dictum Augulini dicentis: Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatū. Nam procedit contra eos, qui nec actu, nec voto restitunt, quod debent. Quod in casu non cōtingit. Fateor tamen, quòd debita defunctorum soluere, prodest defunctis, qui in Purgatorio sunt, vt citius purgentur. Si tamen sint sufficienter purgati, nō illis oberit negligentia hæredum debita non soluentium &c.

Sequitur amplius quid dicendum in casu quo defunctus decessit ab hac vita in gratia habitibus vitiosis plenus, an postquam soluerit pœnam pro commissis debitam, detinebitur in Purgatorio, quousq; paulatim habitus vitiosi expellantur, cum constet ex scriptura, nil coinquinatum posse regnum cœlorum ingredi. Respon. Ex dictis patet solutio, quòd si homo ille sit sufficienter hic, vel in Purgatorio purgatus, non remorabitur amplius in Purgatorio, non obstantibus vitiosis habitibus, in quibus decesserat. Tum etiam patet idem de homine, qui habitibus vitiosis plenus, tandem ad Deum conuersus, pro Christo mortem sustinet, qui statim volabit ad gloriam, vt tenet communis sanctorum & ecclesiæ doctrina: nec propter habitus vitiosos remorabitur in Purgatorio. Tū etiā idem patet de Gentili vitiosis habitibus pleno, qui tandem venit ad Christum, & baptizatur, & illico moritur: ille statim in gratia baptismali volabit ad cœlum, non obstantibus habitibus vitiosis. Pro quo etiam facit ratio, quia per habitus nec laudamur, nec vituperamur, sed per actus: nec habitus faciunt nos dignos præmio, aut supplicio, sed opera. Igitur soli habitus, quantumuis vitiosi, non sufficiunt vt homo in Purgatorio remoretur, si homo sit iam sufficienter à peccatis per solutionem pœnæ purgatus.

B Nec obstat quod dictum est, quòd nil coinquinatum intrabit in gloriam. Fateor: Sed Deus cum defunctum ad gloriam perduxerit, ipse illum ab omni scoria peccati, & habitibus vitiosis antea purificabit. Nec opus est, quòd tales habitus relinquuntur paulatim per naturam corrumpendi, sicut in glorificatione corporum Deus non naturam expectabit, quæ corporum membra tam dispersa reunit, & perficiat, sed ipse Deus per se omnia necessaria faciet.

De pœnitentiā iniuncta tem-

pore, quo missa celebratur, adimpleta.



Liud dubiū, An

satisfaciat, qui tempore quo missam audit, pœnitentiā iniunctā adimplet. Sit, exempli gratia pœnitentia iniuncta, orationes dicendæ, seu Psal-

mi recitandi. Et dixit Angelus verbo, feriaz. §. 46. distinguendo de missa quā audit: quia vel est quam ex præcepto audire tenetur, vel solum de consilio. Si secundū, nil obstat quo minus possit, tempore quo missa celebratur, pœnitentiam compleat, & satisfaciat. Si primum, nō satisfaciet, nec à peccato erit immunis. Ratio, quia cū teneatur ex casu tunc missam audire, tenetur consequenter mentis contemplationē in mysteria missæ dirigere, & ad eam attentionem habere. Ad id enim iussum est missas totas diebus festiuis audire. Cū hoc autem nō se compatitur, & orationes iniunctas recitet, vt debet. Facit pro eadem sententia cap. Ex literis. de probationibus. verbo, vices. Vbi Doctores dicunt, qd vnus non potest vicē duorū gerere: maxime quādo illa duo sunt incompatibilia, sicut in præfenti. Pro quo etiam facit dictū Christi: Nemo potest duobus dominis seruire, scilicet, si cōtraria & opposita iubeant. Cū igitur in casu confessor iusserit orationes, vel Psalms dicere, ecclesia verò iubet missam attentē audire, & hæc simul iucompatibilia sint, cōsequens est intentū. Vnde infertur, sacerdotem horas Canonicas dicentē, tempore quo missam de necessitate est auditurus, non satisfacere.

Respon. His non obstantibus, videtur oppositum tenendum. Et probatur, quia simul se compatiuntur adimplere præceptum ecclesiæ de audiendo missam, & præceptum confessoris de dicendis illis orationibus. Nā præceptum de missa non obligat, nisi ad interessendum eidem, non ad audiendum eam auribus, nec ad habendum attentionem ad eius mysteria: alioqui non satisfaceret huic præcepto, qui assisteret missæ, quæ submissa voce dicitur, & ab absentibus non auditur. Nec ille, qui intra ecclesiam existens, longè à celebrante distaret: quod suppono falsum.

Prætereā, quauis ecclesiæ intentio missam audiri præcipientis sit, vt fideles mentem in missæ mysteria eleuent, specialiter in passionem Christi, cuius specialis commemoratio in missa fit: hæc tamen ecclesiæ intentio non

O tio non

Etio non cadit sub præcepto, sed materia ipsius præcepti, qualis est missæ celebrationi integre adesse, de consecratione, distinctione. Missas totas &c. Adde, quod actus mentis interior, non cadit sub præcepto ecclesiæ, ac proinde de præcepto ecclesiæ satisfacit homo, si interfit. Cum quo stat, quod simul orationes & Psalmos iniunctos tunc cum debita attentione legat, & ita utriusque præcepto satisfaciet. Et idem iudicium est de clerico horas canonicas recitâte, tempore quo missæ ex præcepto interest. Et per hoc patet ad rationes prioris sententiæ, quæ præcedunt in casu, quo illa plura sunt incompatibilia. Nec obstat capitulum. Ex literis, de probationibus, supra citatum: quia ex illo potius colligitur, quod potest vnus vices duorum gerere. Nam in causa aliqua potest vnus simul esse actor, & reus, prout textus ipse disponit.

Hæc vltima sententia probatur, quia non minus obligamur præcepto de sanctificando Sabbathum ad cessandum à seruilis opere, quam obligemur præcepto de audiendo missam ad cessandum ab alio opere spirituali: sed præceptum sanctificandi Sabbathum permissit multa alia opera, quæ ex genere sunt similia, ut trahere ouem aut bouem ex fouea, & cætera, quæ sine dispendio rerum dimitti non poterat, & pro hominis recreatione permissit lex mille passus à loco habitationis elongari, ut tradunt Doctores super illum locum Actuum primo, de mote Oliueti, quod iter Sabbathi habet à Hierusalem. Ergo præceptum audiendi missam non prohibet exercitium orationis, aut alterius operis spiritualis. Verum contra posset quis obuiere. Si ita esset, quod præceptum de missa audienda non obligat nisi ad interessendum eidem, sequitur quod satisfaceret quis huiusmodi præcepto, si interfit missæ, semper tamen confabuletur, aut alia negotia profutura cum mercatoribus tractet. Imò & idem præcepto satisfaceret, si missæ interesset, ad finem videndi mulierem pulchram, vel ob alium malum finem. Respond. Ex quo sub præcepto ecclesiæ non cadit intentio finalis, nec qualitas operis, sed substantia operis, non video quare non sit illatum concedendum. Nec inconuenit, quod quis per actum peccaminosum satisfaciat alicui præcepto, ut aliàs deduximus.

Aliud dubium, an ille, cui iniunctum est, aut vna feria sexta ieiunet, seu ut vnâ missam audiat, satisfaciat ieiunando vna feria, in qua alioqui tenebatur ieiunare, aut

audiendo vnâ missam, quam alioqui audire tenebatur. Dixit Palude, quod non, quia nemo satisfacit soluendo, quod alioqui debitum est, nec potest quis vnâ solutione pluribus debitis satisfacere, ut patebit, quando de satisfactione agetur. Respon. Aliud est satisfacere Deo pro peccatis, aliud satisfacere præcepto. Satisfacit Deo pro peccatis, quando pœnam pro peccatis debitam, peccator soluit in se, vel in æquualenti, hic, vel in Purgatorio. Satisfacit autem præcepto, quando id, quod sibi præceptum est, complet. In quo intentio præcipientis est attendenda potius quam verba: intentio, inquam, non finalis, sed obiectiua, alioqui non satisfacit præcepto, iuxta regulam iuris: Non dubium est in legem impingere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Verba insuper præcipientis sunt accipienda secundum communem hominum intelligentiam, ut habetur cap. Ex literis, de sponsalibus.

Dicendum igitur in casu, hominē illū satisfacere Deo, pro peccatis, saltem in parte, non tamē præcepto sacerdotis, qui pœnitentiā iniūxit. Primum patet, quia talia opera si iniuncta non essent, essent pro peccatis satisfactoria, & cū per iniunctionem sacerdotis suum valorē nō perdant, sequitur quod iniuncta etiam sunt pro peccatis satisfactoria. Secundū etiam patet, quia intentio sacerdotis iniungētis ieiunium vel eleemosynā, vel missæ auditionem, &c. est iniungere aliud ab eo, ad quod aliās ipse pœnitens erat obligatus, & hæc etiam est communis hominum intelligentia, igitur non satisfacit præcepto iniuncto in casu. Excepto, nisi ipse confessor aliud exprimeret, scilicet, quod sua intentio sit obligare pœnitentem, ut missam vnâ audiat tali die, etiam si sit, quā alioqui deberet audire: nam tunc missæ illius auditio satisfactoria est Deo pro peccatis, similiter & præcepto iniuncto. Et valebit illa pœnitentia sic iniuncta & completa virtute clauis ultra valorē quem alioqui habuisset.

Vnde apertum est, hominem satisfacere posse per opus alioqui debitum. Apertum etiam est, posse hominem vnica solutione satisfacere pluribus debitis seu obligationibus. Quod aliis exemplis manifestū est, quia potest aliquis pluribus obligationibus teneri ad vnum, & idē opus, igitur illud opus agēdo satisfaciet pluribus debitis. Antecedens patet, de homine baptizato, qui ad legem Evangelicā tenetur ex lege Dei, & etiam ex promissione propria, quam in baptismo facit. Clarior exemplum est in clerico beneficiato, qui

ratione

A ratione beneficii seorsum tenetur ad horas Canonicas, & ratione ordinis seorsum tenetur ad eandem. Similiter de religioso, qui ratione voti tenetur ad continentiam, & ratione sacerdotij seu ordinis sacri tenetur ad eandem. Vnde sicut per omissionem vnus operis contingit hominē plura committere peccata: ita vnū & idem opus agendo, contingit hominē pluribus debitis seu obligationibus satisfacere.

Aliud dubium, An confessor debeat iniungere pœnitentiam, iuxta quantitatem delictorum commissorum. Et arguitur quod sic ex Apocalyp. 18. Quātum glorificauit se in delictis, tantum date ei tormenti. Et Deuteronomio. Iuxta quantitatem delicti erit plagarum modus. & Esaiæ. 27. In mensura contra mensuram cum obiecta fuerit, iudicabo eam &c. Si igitur hæc est diuina iustitia, Dei vicarius, qualis est confessor, debet in imponendo seu taxando pœnitentiam, Deum imitari &c.

Contra, quia in lege veteri debebatur pro vno peccato pœnitentia septem dierum, ut scilicet, septem diebus immundi essent, & tamen ecclesia pro vno peccato imponit pœnitentiam septem annorum. Præterea pro homicidio à laico perpetrato: imponit ecclesia pœnitentiam septennem. Et pro fornicatione à sacerdote commissâ, imponit pœnitentiam decennem, cum tamen longè grauius peccatum sit homicidium, quā fornicatio. Præterea pro effusione sanguinis Christi in altari imponitur pœnitentia quadraginta dierum, aut parum plus, & tamen pro fornicatione simplici imponitur pœnitentia septennis, secundum Canones, cum tamen grauius peccatum sit sanguinis Christi effusio, quā simplex fornicatio. Respond. Multum refert inter taxationem pœnæ, quam Deus facit, & inter eam, quam ecclesia, vel confessor facere debet. Nam in prima habetur respectus ad quantitatem culpæ commissæ, Deus enim in Inferno aut Purgatorio non exigit pœnam, ut à peccato committendo præseruet, sed ut commissa iuste puniantur. In taxatione autem per ecclesiam vel confessorem facta, habetur respectus non solum ad commissam, sed ad committendam: ideo pœnitentia ab ecclesia imposita, est non solum curatiua, sed etiam præseruatiua à recidua, non solum ipsius pœnitentis, sed etiā aliorum. Et inde euenit, quod sæpe pro minori peccato maior solet pœnitentia imponi, vel quia peccato vnus difficilius potest resisti, quā peccato alterius, sicut iuueni pro fornicatione simplici maior pœnitentia iniungitur, quā seni pro eadem. Est quod fornicatio in senes sit gra-

uius peccatum, quā in iuuenes, qui vehementius tentatur, & plura & maiora allectiua habet ad fornicandum quā senes. Vel quia in vno peccatum est periculosius & magis scandalosum, quā in alio. Ut fornicatio in sacerdote vel religioso magis scandalosa est, quā homicidium in laico, ideo maior illi pœnitentia imponitur, etiam si suum peccatum leuius sit. Vel quia multitudo prioris est ad vnum peccatum, quā ad aliud, quod grauius est: vnde maior pœnitentia imponitur pro primo, quā pro alio grauiori. Si tamen vellet pœnitens, quod sibi imponatur pœnitentia qua possit in hoc sæculo Deo plenè satisfacere, tunc sacerdos deberet pœnitentiam taxare, iuxta diuinam iustitiam, vel iuxta quantitatem commissorum, attendente quantitate contritionis ipsius pœnitentis.

Et ita patet ad rationes supra factas. Quamuis enim sacerdos teneat vicem Dei, & eius iustitiam debeat imitari in puniendo commissam prout iudex, debet tamē præseruare, à futuris prout medicus: quia nō purus iudex, sed medicus simul est constitutus. Ad illud allegatum de pœna septem dierum, quæ in lege veteri imponebatur, dicendum, quod illa pœnitentia non imponebatur tanquā expiatiua, seu satisfactoria pro peccato commissio, sed tanquā expiatiua irregularitatis legalis. Manebant enim irregulares & immundi septem diebus, quibus elapsis, ad castra & cætera officia admittebantur.

Corollariè sequitur responsio ad aliud dubium, scilicet: an ille, cui pœnitentia est à sacerdote iniuncta, satisfaciat, si eam per alium compleat. Responde. Pœnitentia per alium adimpleta, prodest quidē ei, pro quo fit, & satisfactoria est Deo pro peccatis, iuxta illud Pauli ad Galat. Alter alterius onera portate. Et etiā quia charitas nō minus valet apud Deū, quā apud homines: sed apud homines valet, ut vnus pro altero possit debitū soluere, igitur etiā apud Deum valebit. Nō tamen satisfacit præcepto sacerdotis ille, cui pœnitentia fuit iniuncta, eò quod illi fuit iniuncta nō solum ut pro commissis satisfaciat, sed ut à recidua præseruet, & caro eius domes, & bonis operibus assuefiat, ad quæ illi non proderit pœnitentia per alium adimpleta, ut constat. Inde cap. Omnis vtriusque sexus dicitur, quod pœnitentiā iniunctam propriis viribus studeat adimplere. Et procedit, quando ipse potest per se eam complere, nec habet aliquam iustam excusationem nō complendi eam: nam si hanc habeat, per alium poterit satisfacere, tam pro peccatis, quā in

O 2 iuncto



E iuncto præcepto: quia non est credendum, quod intentio iniungentis fuerit, quod poenitens per se compleat poenitentiam, etiam si eam commodè aut sine notabili damno complere non possit. Non enim habuit confessor intentionem, nec habere potuit, obesse poenitenti sed prodesse.

Sed contra obiicitur primò, quia contritio aut confessio vnius non potest alteri prodesse: igitur nec poenitentia ab vno adimpleta proderit alteri pro quo fit.

Præterea, si vnus posset pro alio satisfacere, igitur quã primò alter in se suscipit obligationem adimplendi poenitentiam pro altero, ille alter illicò esset à debito liber, & si decederet statim volaret ad gloriam, antequã per alterum sit adimpleta poenitentia: alioqui si detinebit in Purgatorio, quousq; alter pro eo soluat, bis puniretur pro peccato, semel ipse per se in Purgatorio, & iterum per amicum in terra.

Respon. Non est idem de contritione, confessione, & satisfactione, quia Deus ita statuit, ut nulli peccata quo ad culpam dimittat, nisi poeniteat & confiteatur, ut sepe probatum est, nec reddet Deus mercedem alicui, nisi iuxta sua opera. De satisfactione verò aliud est, quia

F charitas id operatur, ut quod quis solvere tenetur, per alium possit solvere. Ad secundum dicendum, quod ex quo alter pro altero se obligauit ad poenitentiam complendam, uterque manet obligatus, licet differet. Primus poenitens manet obnoxius poenae: hic vel in Purgatorio sustinetur, pro se commissis, sed conditionaliter. scilicet nisi alter pro eo soluat. Secundus manet obligatus adimplere promissum, & obligationem, quam sponte in se pro alio suscepit, de adimplendo illam poenitentiam taxatam. Quod si primus ante completam poenitentiam decedat, punietur in Purgatorio ob debitum suum. Alter verò manebit obligatus, ut dixi, poenitentiam susceptam hic adimplere pro illo defuncto, quia se ad eam obligauit: & si non compleat, punietur ipse, quia omisit, quod debuit solvere. Alter verò defunctus punietur in Purgatorio pro suis peccatis. Et ita non sequitur, quod bis aliquis puniatur pro eodem peccato, ut patet.

De confessione celanda.



Am de confessione celanda, superest aliqua inquiramus. Primò, an sit de necessitate celanda, & quo iure. Respond. Communis omnium sententia est, quod est

de necessitate salutis celanda, idque iure naturali, diuino, & humano. Naturali quidem, quia tenemur proximum non infamare, sicut nec illum in bonis animae, corporis, aut fortunae ledere, quem sicut nos ipsos diligere tenemur, & illis velle, quae nobis volumus.

Quod ius Christus in Euangelio explicuit dicens: Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, hæc illis facite &c. Constat autem nos velle famam nostram per alios non dilacerari, seu denigrari: igitur &c.

Deinde præfatam confessionem reuelare est contra fidelitatem, quam seruare tenetur is, cui secretum aliquod commissum est, quale ab ipso confitente sacerdoti committitur. Hanc autem fidelitatem seruare de iure naturae est, quod scriptura sacra explicat, dicens: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui fidelis est, celat amici commissum. Deinde est contra promissionem tacite à sacerdote factam, de celando secretum confessionis: non enim aliter peccator sua vitia occulta sacerdoti patet, nisi sciret sacerdotem ad celandum huiusmodi confessionem obligari: ac proinde tacite videtur sacerdos promittere se celaturum: promissionem autem adimplere sicut & iuramentum, de iure naturae est, ut leges dicunt: Nil, scilicet, esse naturalius, quam pacta & promissiones hominum seruanda esse.

Patet igitur confessionem de iure naturae esse celandam. Quod sit etiam de iure diuino celanda, hinc apparet, quia confessio ipsa est iure diuino instituta, & iusta, & per consequens hominibus necessaria: sed iure diuino tenemur non dare causam hominibus, unde diuina instituta, & præcepta violentur: hoc enim esset scandalizare proximos, de quo dictum est à Christo: Qui scandalizauerit vnum ex pusillis his, expedit ei, ut suspendatur in collo eius mola alinaria, & demergatur in profundum maris. Reuelare autem confessiones, est dare causam peccatoribus, qui famae suae zelatores sunt, ut non confiteantur, ut patet: igitur. Tum etiam, quia Deus, qui supremus iudex est, celat & tegit peccata sacramentaliter confessa, prout dixit Psalmista: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata. Et iterum in alio Psalmio: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memorero nominum eorum per labia mea. Et ipse Dominus per Ezechielum dixit: Quaecumque hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius peccatorum suorum. Quae autem Deus tegit, delegatus suus, scilicet, sacerdos, detegere non potest: alioqui videtur

A ces, & potestatem delegati videretur excedere. Quod denique sit de iure humano celanda confessio, apertum est ex c. Omnis vtriusque sexus. Vbi contra confessorem confessionem verbo, aut signo prodentem, graues poenae imponuntur. scilicet, quod deponatur, & perpetuam agat intra monasterium poenitentiam, similiter de poenitentia, distinctio. 6. c. sacerdos. Idem præcipitur distinctè, ut, si nec pro scandalo vitando possit confessor villo modo confessionem sub grauibus poenis ibidem contentis detegere. Et ita patet omni iure vitium esse sacerdotibus confessionem reuelare.

Sed quaerit, An supposita obligatione celandi confessionem, sit aliquando licitum eam reuelare in aliquo casu. Et tenetur communiter quod non: quia rationes factae videntur in omni casu procedere. Sed in oppositum arguitur quod licet rationes, factae non sufficienter probant tam strictam obligationem confessionem celandi, ut in nullo casu sit licitum eam reuelare. Primò quod dicitur de fama proximi seruanda, non probat vniuersaliter intentum propositum, quia in multis casibus licitum est peccatum occultum proximi publicare, non obstante, quod proximus infametur, quando scilicet id necessitas pro bono publico seu priuato ipsius infamati, vel alterius, exposcit. Et de publico bono patet: nam pro illo licitum est vitam postponere: alioqui viri fortes peccarent, morti pro Republica exponendo. De priuato bono similiter patet, quia si frater nostra correptione non vult à peccato recedere, licitum est secundum euangelicum præceptum illud Ecclesiae denuntiare, esto quod peccatum fratris occultum sit, secundum quod dixit Christus, si peccauerit in te frater tuus, & correctus non audierit, dic Ecclis. &c. Similiter si video aliquem iniuste ad mortem seu patibulum duci, ob furtum falsè contra illum probatum, ego sciens quis illud furtum admiserit, possum publice, quod scio, dicere, ad finem eruendi innocentem à morte illa iniusta, iuxta illud, quod scriptum est: Erue eos qui ducuntur ad mortem. Idque maxime, si factò possim remonstrare furtum verè commissum, ut si sciam, quod fur verus rem furtiuam in sinu tenet absconditam, & tunc ex tali mea reuelatione manet fur ille alioqui occultus, infamatus. Similiter si homo in platea occisus appareat, & latet quis eum occiderit, & ego solus id scio: si à iudice sum sub iuramento interrogatus, debeo veritatem dicere, & patratorem occultum, nec de hoc aliis infamatum, prodere. In quibus omnibus &

in multis aliis debemus crimen occultum fratris detegere, quando necessitas similis postulat, non obstante infamia eiusdem: igitur sola fama proximo seruanda non sufficit tam strictam obligationem inducere, ut in nullo casu liceat confessionem reuelare, ne scilicet proximus infametur.

Quod etiam fidelitas amico, qui secretum commisit, seruanda, tam strictam obligationem non inducat, probatur: quia in secreto nudo alicui extra confessionem commissio de iure naturae est huiusmodi fidelitas seruanda, sicut in secreto confessionis, sed cum hoc stat, quod tale secretum nudum possit in multis casibus prodire, ut si celatio illius secreti cederet in perniciem reip. ut si tractatur de comburenda ciuitate, de occidendo principe. &c. aut si cedat in perniciem seu mortem iniustam alterius, aut in danum aliud maius, quam sit committentem infamare. Nam in talibus casibus non potuit homo se obligare ad illud secretum in tantam aliorum perniciem celandum. Ac proinde si non potest illis malis, quae parata sunt, obuiare, nisi prodendo secretum, non solum potest, sed tenetur illud prodere. Huius exemplum habemus. 2. Regum. 17. de consilio, quod claudius Achitophel Absaloni, contra David patrem suum, quod consilium Chufai reuelari fecit ipsi David, ut se & populum suum seruaret.

Quod etiam promissio tacita vel expressa sacerdotis de celando confessionem non sufficiat tam strictam obligationem inducere, patet primò, quia stat quod sacerdos nullo modo id promittat, nec tacite, nec expressè: imò quod oppositum intendat, scilicet confessionem reuelare, si, & quando viderit expedire. Iam in tali casu non obstat promissio, quo minus possit aliquando confessio reuelari. Tum etiam, quia esto quod sacerdos id verè promiserit etiam expressè, etiam sub iuramento, non inde fit, ut sit necessarium in omni euentu talè promissionem complere, si promissionis, aut iuramenti adimpletio in damnum publicum vergat: quia tunc promissio & iuramentum essent vinculum iniquitatis, quod suppono falsum esse. Adde quod promissio & iuramentum semper intelliguntur adimplenda, excepto, nisi iuri seu præcepto superioris obuiauerit. Saepe autem accidit promissionis adimpletionem esse contra præceptum superioris. Tunc enim locus habet quod dictum est, In malè promissis, rescinde fidem: in turpi voto, muta decretum. Tum etiam, quia huiusmodi promissio seruandi secretum concurrat in secreto nudo: sed hoc non obstante, potest, & saepe de-

Ebet tale secretum reuelari, vt ex dictis patet: igitur solapromissio sacerdotis de celanda confessione, nō inducit tā strictā obligationem. Deinde, qđ ad probādū articulum inducebatur, scilicet, id esse de iure diuino & humano, non sufficit ad probandū prafatam obligationem celandi confessionem in omni euentu. Nam sape accidit, vt necessitas compellat, aut charitas suadeat, pcepta humana & diuina positua non adimplere. Et de pceptis ac legibus humanis non dubitatur: nam in multis casibus licitum est non ieiunare, horas canonicas pretermittere, confessionem & eucharistiam iuxta pascha non suscipere, & ita de aliis multis, quorum rigor in multis casibus cessat. De pceptis etiam posituius dei idem patet, quia in multis casibus cessat similiter eorum rigor, vt patet de pcepto in lege dato, quo solis sacerdotibus concedebatur, panes propositionis comedere, quos tamen in necessitate comedit David, cum laicus esset. Pceptum erat de seruando sabbathum ad literam, & tamen commendantur Macchabęi, quod ob necessitatem in sabbatho arma fumebant, & bella bant. In lege etiam euangelica pceptum de corrigendo fratrem delinquētem datum est, & tamen suam habet epieikeian & moderationem. Pceptum est etiam peccatoribus, vt sacerdotibus integrę confiteantur. & tamē in multis casibus licitum est confessio nem dimidiare, & etiam in toto eam omitte re, etiam in articulo mortis. Pro quo non solū humanum, sed & diuinum ius currit, & ita de aliis. Dicere igitur, qđ celare confessionem sit de iure diuino positiuo, non arguit sufficēter, qđ in nullo casu licitum sit eam reuelare. Quod in super adducebatur, quod deus, qui summus iudex & sacerdos est, tegit peccata confessa, non probat prafatam obligationē tam strictam. Tum quia deum tegere peccata, non est nisi deum nolle ea aternaliter punire, vt sancti doctores exponūt: hoc autem impertinēs est, ad hoc, quod sacerdos non possit reuelare confessionem, si viderit expedire. Tum etiam, quia sicut deus peccata illa tegit ad non puniendū ea, ita stat, qđ sacerdos ea tegat, ad non puniendū ea, & simul qđ ea detegat, ad obuiandū aliis periculis, citra omnem punitionem ipsius cōfidentis: Tum etiam, quia tunc sequitur, quod si deus peccata confessa nō tegat, qđ nec sacerdos tenebit ea tegere. Cum ergo deus peccata eius, qui fide confessus est, aut dimidiatē, aut cū proposito manendi in pec

cato, aut alium obicem ponendo, non tegat, sequitur, qđ nec huiusmodi cōfessiones te gere teneretur sacerdos. Tum etiam, si sacerdos non assoluat ipsum poenitentem, quia non potest, vel quia non vult, tunc sequitur quod sacerdos posset talem cōfessionem reuelare, cum deus talia peccata non tegat, cū sacramentaliter remissa non sint, qđ si ad hoc qđ deus ea tegat sufficit peccatorem esse contritū, tūc sequit, qđ sacerdos peccata alicuius cōtriti extra cōfessionem sciens, non posset ea detegere, seu denuntiare, cum sciat esse à deo tecta. Quæ omnia suppono falsa. Non igitur efficax est ratio illa, quæ in hoc fundatur scilicet, qđ deus peccata confitentis tegit. Si igitur aliqua ratio habet vim ad probandum prafatam obligationem semper celandi confessionem, illa videtur probabilis, scilicet quia habita facultate reuelandi cōfessionem, ipsa confessio redderetur odiosa hominibus suæ famæ zelatoribus, & hac occasione homines reuocarentur seu retraherentur à confessione suorum omnium peccatorū faciēda, qđ in magnā iacturā spirituale cederet animarum. Tum quia confessio est hominibus necessaria ad eorum salutem. Tum, quia & si necessaria non foret, est valde salutaria medicina, quæ à cōmissis curat, & pferuat à committendis. &c. Ab hac igitur tam necessaria & salutari medicina homines retrahere, est dare illis causam licentiosius & liberiùs peccandi, & nunquam peccatorum remissionem consequendi: quo nullum perniciosis malum posset euenire.

Verū adhuc contra hoc fundamentum arguitur, quia tūc sequitur, causam, quare nunquā licitū sit cōfessionē reuelare, esse periculū, qđ in de eucturū timeat, scilicet hōines à cōfessione fore reuocandos, & confessionem inde illis odiosam fore. Sequit iam qđ vbi hoc periculū nō timeat, posset cōfessio p di, quia cessate causa, cessare debet effectus: modo autē cōstat in multis casibus nō esse p babiliter timēdum tale periculū, vt si confessor reuelat cōfessionē alteri cōfessori, idq; in cōfessione ob causam aliquā, vel necessariā, vel vtilē, scilicet ad intregre cōfiteūdū, vel vt salutare cōsiliū peccatori cōfessio pbeat, idq; in casu, quo nulla prorsus habeatur credulitas, aut suspicio qđ ille secūdō cōfessor publicabit cōfessionē illi reuelatā. Similiter nō timeat tale periculū, si confessor reuelat cōfessionem alicui illico morituro. Aut si reuelat eam vni existenti inter infideles inter quos nullum

ex

A ex reuelatione periculū tale timeri potest. In his igitur, & similibus casibus, quando reuelatio non prodit in publicum, nec prodire timetur, cum ad notitiā Christianorū minimē perueniat, videtur quod cessat prafata ratio celandi confessionē, & per consequens obligatio. Secundō, datur casus, in quo non minus reddetur odiosa confessio si celetur, qđ si reueletur: nec minus reuocabunt homines à confessione faciēda, celādo illā, quā eam detegēdo: imō periculosius reuocabuntur ab illa eam celādo, qđ eam reuelādo: igitur in tali casu nō erit ob causam pradiētā necessariū eam celare. Antecedens patet, si peccator qui confitetur, est vir doctus, & magnæ apud populum astimationis, & authoritatis: & inter alia peccata, quæ cōfiteretur, vnum est, propositū docendi, & seminandi hoc dogma. scilicet quod cōfessio non est hominibus, sed soli Deo faciēda, vt nonnulli hæretici sunt opinati: idq; proponat, credens ita esse. Iam facta cōfessione, si cōfessor eam celet, acquiescent homines, vt suppono, illi hæretico, & acquiescentes eius doctrinæ reuocabuntur à confessione, admissa hæresi seminata. Si autem reueletur cōfessio, non aliud periculum timendum erat ex hoc fundamentō, quod impugnamus, nisi quod redderetur confessio odiosa, & ab hominibus ommitteret. igitur in casu celata cōfessione timetur periculū confessionem omittendi, simul & hæresis: ex reuelatione autem timetur solū periculum amittendi confessionem sine hæresi &c.

B Tertio, esto, quod inter multos cōfessores vnus reuelaret confessionē, & non alii, non inde fit, vt confessio reddatur vniuersaliter odiosa, sed solū illa, quæ tali cōfessori esset agenda: à confessione enim illi cōfessori agenda abstinebunt homines, non à confessione aliis viris religiosis, & bonis agenda. Vt si inter multos medicos corporales vnus sit pessimus repertus, qui soleat medicinam mortiferā infirmis applicare, esto, quod inde curatio illius reddatur odiosa, & infirmi abhorreant illum medicum, non inde fit, vt infirmi omnes alios medicos negligat, si periti sint, & boni. Ita igitur in proposito.

Quarto, & est confirmatio eiusdem: Esto, quod ex reuelatione cōfessionis sequeretur prafatum periculum. scilicet quod homines abhorrent confiteri sacerdotibus tempore sanitatis: non tamen inde fit, vt horreant confessionem in articulo mortis, quando, scilicet est necessaria de iure diuino. Quia si qđ retraheret homines à confessione ob confes

sionis reuelationem, maximē esset infamia, aut alia pœna temporalis, seu dedecus, qualia solent accidere, quandiu inter homines vuitur sed in articulo mortis magis prafumēdum est, quod homines procurabunt salutē animæ suæ, quā infamiam, aut aliam iacturam temporalem apud homines vitare: tunc enim omnia pro animæ salute postponi solent. Quinto, Esto, quod vniuersaliter omnes homines abstinerent à cōfessione etiā in articulo mortis, nē. scilicet cōfessio eorū vnquā reueletur: hoc non est contra salutem animarum, eō quod salutē possunt per veram cordis contritionē consequi: nam tunc perinde est, ac si copiā non habeant idonei confessoris, vt quando quis verisimiliter timet, quod cōfiteri sine scandalo suo, vel sacerdotis non poterit, cessat obligatio cōfiteūdi illi, & tunc si alterius idonei copiā non habeat, satis est Deo confiteri. Et econtrā si confessio in casu nō reueletur, sequitur reip. damnū, cuius salus absq; alio remedio est periculo exposita, vt potest exemplificari in multis: & ita in casu erit necessaria reuelatio ad salutem multorum, & celatio non ita erit ad salutē necessariā, cū sine cōfessione vocali possint homines saluari: igitur falsum est, quod ex reuelatione confessionis sequatur periculū animarum, cui non possit aliter obuiari. Sexto, sigillum confessionis in cludit secretū nudum & super illud non addit vinculū iuris naturalis, sed positiuum. scilicet sacramentale. Nam primum fit extra confessionē, & sigillatur per fidelitatem eius, cui cōmittitur. Secundum fit in confessione sacramentali, & sigillatur per ipsam confessionē sacramentale. Illud autem sacramentale additū supra nudū secretū per tinet ad ius positiuū, & si diuinū. Iam arguitur, quod licitū est sigillū confessionis reuelare, quando. scilicet necessariū est ad salutē cōfidentis, vel confessoris, vel cōmunitatis: nam in tali casu cessat obligatio iuris naturalis de seruando secretū, vt suppono. Quod autem similiter cesset obligatio positiuū iuris patet, quia ob illā causam cessat obligatio cōfiteūdi etiam in articulo mortis: vt si fieri nō possit cōfessio sine scādalo alicuius, aut sine interitu salutis alicuius: igitur ob eādē causam cessabit obligatio sigilli sacramentalis, cum positiuū iuris sit. Postremō, & est confirmatio eiusdem: Ideo necessariū est confessionē celare, quia necessariū est cōfiteri: nam si necessariū non esset confiteri, nullum esset animarum periculum, si homines à confessione abstineant. Cum igitur in multis casibus cef

O 4 set



Eset obligatio confitendi, sequitur, quod in eisdem non currit obligatio celandi confessionem, ob hanc scilicet causam, quæ nunc examinatur. Sequela patet, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Respon. Admissio, quod rationes factæ ex fama proximi seruanda, & ex fidelitate, & promissione non sufficiente probent hanc tam strictam obligationem celandi in omni euentu confessionem. Admissio etiam, quod rationes factæ ex hoc, quod talis celatio iussa est iure positiuo, diuino, & humano: aut ex hoc, quod Deus peccata confessæ celat, idem intentum non sufficienter probent, vt ostensum est supra: illa tamē postrema ratio videtur intentum probare. Sed pro responsione ad instantias contra hanc rationem finalem adductas est notandum, quod multum refert reuelare confessionem de facto, & reuelare confessionem de iure, seu licite. Primum non fit impunè. Secundum autem sic. Primum non se ad omnes confessores extendit. Secundum autem sic. Non enim ex eo, quod aliquis confessor prauus est, & confessionem reuelat: ideo omnes similiter sunt prauus & reuelatores confessionum. Attamen si iure esset alicui concessum in aliquo casu confessionem reuelare cum non potius id vni quam alteri esset concessum: ideo talis licentia, vni competens, ad omnes confessores se extenderet. Inde fit, vt ex reuelatione confessionis, quæ de facto per aliquem confessorem fit, non ita timeatur probabiliter generale periculum odiendi confessionem, sicut timeatur ex concessa licentia confessionem reuelandi: nam reuelata de facto confessione per vnum, abstinere homines à confessione illi faciendâ, sed non protinus abstinere à confessione reliquis faciendâ. Si tamen omnibus esset concessa licentia reuelandi confessionem, ab omnibus vt in plurimum homines abstinere. Et rursus, quando de facto reuelatur confessio, adest iam institutum remedium, nè periculum contra confessionem eueniat, quia. scilicet qui confessionem reuelat, grauissimè per ecclesiam punitur, & deponitur, vt ipse pro delicto puniatur, & alii Christiani de se aliis confiteri sine periculo possint. Deinde, multi sunt curati habentes inimicitias & odia contra suos parochianos tam mulieres, quam viros, idque ob multas, & diuersas causas, qui vellent vindictam per phas, perque nephas de illis sumere, si impunè possent, & si illis liceret impunè confessionem reuelare, multi auderent eorum, quos odiunt, con-

fessiones reuelare, dicentes eos hereticos esse, aut contra illos de variis criminibus testificari, idque ex eorum confessione certò se scire dicentes. Similiter clerici contra clericos, quos in confessione audiunt, solent similes inimicitias habere, & hac via possent se ipsos vindicare, alios de hæresi, vel alio crimine, siue verè, siue falsè infamando, dicentes se id ex eorum confessione agnoscere. Idem possent religiosi contra religiosos facere, inter quos solet invidia, rancor, & odium regnare. Si enim possent impunè confessionem reuelare, daretur eis dè via, qua possent se inuicem prodere, & accusare: quod in quantam religionis, & totius ecclesie perniciem cederet, non est, qui non videat. Ideo ratio ipsa naturalis dicitur, & docet, quod stante diuina institutione de confessione agenda, strictissimè seruetur præceptum de celando confessionem in omni euentu. Hanc etiâ fuisse Christi institutionem, putari potest, etiam si in scriptura apertè non sit: ideoque ecclesia tam strictè præcepit, & sub tam graui pœna, vt confessor, nec verbo, nec signo aliquo confessionem vnquam reuelaret: in quo non tam aliquid noui instituit, quam iuris naturæ, & Dei institutum declarauit. Iam ad rationes patet responsio. Ad primum. Esto, quod ex reuelatione, quæ de facto fit, in certis casibus non timeatur periculum odiendi confessionem, vt dictum est: semper tamen esset timendum, si possent in aliquo casu licite, & impunè reuelari. Vnde pro maiori parte homines sua occulta vitia sacerdoti confitentur, scientes eum non posse vllò vnquam tempore audita reuelare: qui si scirent posse sacerdotem ea reuelare, potius mortem subire, quam vitam suam homini confiteri eligerent.

Ad secundum similiter respondetur. Admissio, quod celata confessione sequetur tantum aut maius incommodum, quantum sequeretur ea reuelata de facto: cum hoc tamen stat, quod ipsa facultas, & licentia de iure reuelandi confessionem, de se est apta nata directè, vel indirectè reddere odiosam ipsam confessionem: quæ cum de se sit difficilis, vt reddat hominibus amabilis, necessarium est præcludere confessori bus omnem huiusmodi facultatem. Et esto, quod reuelando confessionem in casu argumenti obuietur hæresi præfatæ: attamen non est licitum illi per tale mediū obuiare. scilicet per reuelationem confessionis, cum tam strictè triplici iure prohibita sit. Ad tertium patet similiter solutio. Quod verum est, quod ex reuelatione, quæ fit de facto per aliquem confessorem, reuocantur homi-

nes

Anes à confessione illi faciendâ, non aliis. Si tamen liceret de iure, & impunè aliquando eam reuelare, iustè possent timeri periculum confessionem omnino omittendi, vt supra est expositum, non solum tempore sanitatis, sed etiâ in articulo mortis: vt nonnullos ego agnouisse potius in peccato mori, & in infernum descendere, quam certa vitia per se commissa, suo sacerdoti confiteri. Quod multò certius facerent, si scirent sacerdotem de iure posse huiusmodi confessionem aliis reuelare. Et per hæc patet etiam ad quartum.

Ad quintum. Si omnes confessores reuelarent confessionem de facto, aut si non omnes, saltem illi inter quos peccator hic habitat, nullum esset huic peccatori periculum non confiteri: quia illo dato, cessaret obligatio confitendi, si alterius copiam habere non possent. Attamen si de iure, & impunè possent omnes confessores reuelare confessionem, non amota obligatione confitendi: tunc esset periculum, imò peccatum mortale non confiteri: & ita hominibus non sufficeret contritio. Ac proinde necessarium est, data facultate reuelandi confessionem, quod cesset obligatio confitendi, vt ex præfata facultate nullum timeatur animarum periculum. Et ita patet, quod ratio non procedit, nisi quando ob

Bcausam reuelandi confessionem cessat obligatio confitendi. Ad sextum dicendum, quod falsum est, quod sigillum confessionis non addat supra sigillum nudi secreti vinculum naturale. Nam vt dictum est, stante Dei institutione de necessitate confessionis, ius naturale dicitur, vt semper sigillum confessionis seruetur, quia ius naturale dicitur, nè quis agat, aut dicat aliquid, vnde Christiani à sacramento eisdem ad salutem necessariò retrahantur, quale est sacramentum confessionis, stante Dei institutione, quod ius naturale longè fortius est, quam ius naturale, quod iubet seruare nudum secretum, & longè etiam maius est, quam ius obligans ad confitendum. Sicut stante præcepto Dei iubentis aliquid fieri, quantumlibet leue sit, ius naturale dicitur, illud esse inuolabiliter obseruandum, iuxta voluntatem instituentis Dei. Itaque quæ sit de iure positiuo confessio sacramentalis à deo instituta, attamen stante homini institutione, naturale ius strictissimum est, quod fiat ipsa confessio, vt Deus iubet, quod nemo retrahat homines ab obedientia Deo debita, qualiter retraherent per confessionum reuelationem. Ad postremum ex dictis patet responsio, quod maius est vinculum celandi confessionem, quam vinculum confitendi. Ac proinde

quanuis possit quis confessionem ob certas causas omittere, non inde sequitur, quod potest quis confessionem reuelare. Et quod dicitur, Propter quod vnumquodque tale &c. procedit, quando aliquid præcisè est tale, propter aliud esse tale. Quod in præfati falsum est, quia confiteri est necessarium solum de iure positiuo: celare autem confessionem est tale, non solum positiuo iure, sed naturali, & humano, vt ex dictis patet. Adde, quod multæ confessiones fiunt voluntariè sine obligatione, vt sunt illæ, quæ intra annum extra articulum necessitatis fiunt, & tamen illas necessarium est celare, sicut & eas, quæ necessitate fiunt. Itaque obligatio celandi confessionem non solum oritur ex obligatione confitendi, vt constat. Si autem velit quis dicere, sigillum confessionis nil nisi positiuum addere supra sigillum nudi secreti, & ita sigillum confessionis prout sic, esse de iure positiuo, & per consequens non esse necessariò in omni casu seruandum, sicut nec alia, quæ sunt de iure diuino positiuo. Dicendum, imò esto id ita esse. scilicet quod homini sigillum esset de iure positiuo, non inde fit, vt in casu possit reuelari. Nam multa sunt de iure positiuo, quæ pro semper obligant, vt quod coniuges permanent indissolubiliter: ita vt nunquam, quo ad vinculum, separantur: & tamen stando in sola lege naturali, possent accidere casus, in quo conueniret, coniuges separari, sicut in veteri lege ob multas causas separabantur. Similiter ius positiuum diuinum est, nè quis simul duas uxores habeat: & tamen in nullo casu licitum est duas simul habere. Ius etiam positiuum est, solum ordinatum in sacris posse conficere, & penitentes absolueret &c. & tamen in nullo casu licitum est nec de lege possibile laicis conficere, aut penitentem absolueret. Non igitur verum est, quod stante lege possint in aliquo casu omnia, quæ sunt de iure positiuo diuino licite violari.

Superest iam ad alia respondere, quæ suas habent contra præsentem articulum difficultates. Et arguitur, quod in multis casibus sit licitum confessionem detegere. Quia aliquando celatio confessionis cedit in præiudicium communitatis, aliquando in præiudicium tertii, aliquando in præiudicium confitentis, aliquando in præiudicium confessoris, aliquando in præiudicium confessionis. Exemplum primi, vt si confitens confessus est se habere propositum seminandi dogma, quod re vera est hæreticum: aut propositum occidendi principem, aut ciuitatem hostibus tradendi, aut aliquid huiusmodi:

O 5 cui

E cui damno non aliter obuiari potest, quam confessionem detegendo. Iam in casu tenetur sacerdos interitum spiritualem, aut corporalem communitatis, ex præcepto charitatis, & lege naturæ impedire. Si ergo aliter id impedire non potest, nisi reuelando confessionem, sequitur quod tenetur eam reuelare. Nec in casu hoc videtur, quod habeat vim præceptum de celando confessionem, cum id pro charitate sit institutum. Quæ autem pro charitate singulorum instituta sunt, non debent contra charitatem boni publici militare. Adde decretum Symmachi, disti. 83. Mortem languentibus videtur infligere, qui hanc, cum potest, non excludit &c. Igitur in casu damnum, & interitus reip. imputabitur confessor, qui cum obuiare possit, non obuiat.

Respon. Ex dictis patet responsio, quia etiã in præsentis casu non licet confessionem detegere. Et si confessor potest alia via præfato damno publico obuiare, tenebitur, non tamen aperiendo confessionem, etiam si aliter obuiare non possit. Quia nemo tenetur bonum publicum procurare, aut damnum publicum impedire per media illicita, vt per mædaciū, aut per fornicationem, aut aliud huiusmodi: tale est reuelare confessionem, quod semper illicitum est. Non enim sunt agenda mala, vt eueniat bona, nec vt maiora vitentur mala. Et quod dicitur, Mortem languentibus infligit, qui hanc, cum potest, non excludit, procedit, quando potest de iure eam excludere. Quod in præsentis locum non habet. Et quod dicitur, quod celare confessionem in casu militat contra charitatem, dicendum non ita esse. imò potius esset cõtra charitatem eam prodere posse, cum inde sequatur, vt dictum est, communis animarum iactura, & interitus. Et ita celatio confessionis non in quorundam salutem est instituta, sed in communem totius ecclesiæ utilitatem.

Ad hunc casum reducitur alius, scilicet, si abbas ex confessione monachi, cui aliqua cura, vel officium commissum est, scit quod eum in tali officio permanere vergit in perniciem religionis, an possit abbas illum ab officio remouere? Dicendum quod sic, sine tamen reuelatione confessionis. Ratio, quia alia causa possunt dari, quare illum ab officio remoueat, absq; hoc, quod peccatū monachi prodatur: puta si abbas solet pro nutu, & voluntate monachos à similibus officiis amouere: aut si id solet, non ob culpā commissam ipsius monachi, sed ob periculum eam committendi, si diu monachi in officio permaneant: aut

quia in confessione confessus est monachus, G se ad officium illud inhabilem esse: aut optare se aliis rebus studere. Itaq; ex huiusmodi facto non reuelat peccatum monachi. Quod si videntes eum amouere, inde concipiunt monachum aliquod notabile peccatū commisisse, illis erit hæc suspicio imputanda, qui temere, & in peiorem partem rem interpretatur. Si tamen talis sit casus, quod nullam ob causam solent monachi, à talibus officiis amoueri, nisi propter commissam culpā: tunc abbas eum amouendo, facto videtur confessionem reuelare: & p. consequens tenet monachum sustinere, quousq; occurrat alia causa eum amouendi.

Secundò, aliquando celare confessionem est in præiudicium alterius tertii, vt si confitens infamauit Petrum, illi falsum crimen imponendo, ppter quod Petrus est ad mortem condemnatus. In tali casu, si confitens crimen suum non prodat, puta se falsè testificatū esse contra Petrum, confessor potest hoc ipsum publicare: quia licitū est pro alio facere, quod ille alius facere debuisset. Vt si diues non vult patienti extremam necessitatē succurrere, possum ego de bonis diuitis tali pauperi subuenire, si aliter non possum: quia id facio, quod ille diues facere debuisset. Et si sim intra onustam nauem tempore tempestatis, & dominus mercium non vult eas in mare proicere cum necessariū sit, ego potero eas proicere etiam eo inuito, nec illi in aliquo tenebor, quia id facio, quod ipse facere debuisset. Cum igitur in casu ille confitens deberet suum crimen prodere ad finem restituendi famam Petro, quem tam iniuste damnauerat, & ad finem cruendi eundem Petrum à morte iniusta, cui ipse confitens causam declarat, & id non velit confitens facere, sequitur, quod id ipsum poterit facere confessor pro confitente &c. Respon. Falsum est fundamentum huius rationis, si vniuersaliter accipiat. scilicet, quod vnicuiq; licitū est pro alio facere, quod ille alius facere debuisset. Patet, si vxore petente à viro debitū, vir ille non reddat, non ideo erit licitum alteri in aliena vxore facere, quod maritus facere debuisset. Similiter si latro, aut homicida est iustus ad mortem condemnatus, non erit licitum personæ priuatæ latronem illum à carcere fugientem suspēdere, quod iudex facere debuisset. Nec si debitor nolit soluere debitum creditori, cum possit, erit mihi licitum sine consensu illius bona debitoris accipere, & creditori soluere, quod ipse debitor facere debuisset. Nec si ego debeo Petro decem, qui Ciceroni totidem

A totidem debet, potero sine consensu Petri illa decem, que Petro debeo, soluere Ciceroni quod Petrus facere debuisset. Et ita patet rationem factam falso inniti fundamento: maxime in casu, quo aliquid dicere aut facere, vni homini licitū est, alteri verò illicitum, vt accedere ad sceminam, suo viro licitum est, non alieno. Suspendere criminofum & morte dignum, licitū est publicæ autoritatē habenti, non alii. Res alienas, aut alteri debitas distrahere, licitum est domino earum, non alii. Ita igitur in proposito, p. dere crimen falsi testimonii licitum est ei, qui falsum imposuit crimen, non confessori, qui sola via confessionis illud scit, vt patet ex dictis. Nec valent exempla de eo, qui de bonis alterius succurrit pauperi: & qui merces alienas in mare proiicit, & similia, quia tunc necessitas succurrendi excusat, non hoc, quod est alium id ipsum facere debuisset.

Si obiciat, quod simili modo in præsentis casu posset excusari sacerdos reuelandi confessionem, ad finem saluandi innocentem à morte iniusta, quia id necessitate facit, non voluntate: Dicendum, negando consequentiam, nec est simile, quia in aliis casibus vbi necessitas excusat eum, qui rem alienam contrectat, non interuenit alia iactura, quam rerum temporalium, quæ postponēde & exponendæ sunt pro vita fratris. In præsentis verò casu ex reuelatione facta, alia lōgē maior, q̄ fit famæ & rerum temporalium iactura interuenit, scilicet, contemptus vniuersalis, vel vt plurimum integræ confessionis: ideo præfata necessitas saluandi vitam innocentis, non reuelat reuelantem confessionem.

B Tertiò ad idem arguitur, quando celatio confessionis cedit in damnū corporis vel animæ confitentis, vt si Petrus ingressus est locum meretricum hora certa, in qua illi erat prohibitum illuc adire, & vltra ingressus ipse fuit scandalosus, & in illa eadē hora apparuit homo alibi occisus, & propter indicia aut præsumptiones apparētissimas, puta quia Petrus erat inimicus occisi, & illi fuerat mortem cõminatus, incarceratur Petrus: & ad mortem damnatur, nisi probet in illa hora absentem fuisse à loco occisionis. Quod sciens sacerdos, & videns illum aliter à morte liberari non posse, nisi reuelat iudici, quod tali hora absens in talem locum, scilicet meretricium ingressus est, quodq; ipse Petrus non vult hoc manifestare ob infamiam, quam inde incidet: reuelat ipse sacerdos, quod per confessionem sciuerat. Iam in tali casu celatio con-

cessionis cederet in damno vitæ corporalis ipsius confitentis. Similiter, si confessor frequenter audiuit Petrum in confessione, in eodem præcepto perseverantē, nec ad monita confessoris respicere volentē, quæ putat confessor errores emendaturū, & se correcturū, si super eodē peccato ab alia certa persona redarguatur. &c. Iam celare confessionem, cedit in interitū animæ ipsius confitentis, quæ saluare posset confessor reuelando rem illi alii persone, quæ potest prodesse & non obesse: igitur in huiusmodi casibus poterit reuelari confessio, quando scilicet cedit in salutē corporis aut animæ ipsorum confitentium. Maxime, quod in huiusmodi casibus non videtur habere locum fundamentum supra positum: quia per huiusmodi reuelationes confessionum in talibus casibus non reuocantur peccatores à confessione, sed potius ad eam allicientur, videntes ad eorum salutem fore sæpe & necessariū confessionem reuelari.

Respon. Quod ex quo pro saluanda tota repub. non est licitum reuelare confessionem, à fortiori non erit licitum eam reuelare, pro saluanda vita vnius hominis, siue corporali, siue spiritali, propter fundamentum positum. Quia & si accidente casu, quo à morte liberatur confitens per reuelationem confessionis, in hoc ipso gaudeat ipse confitens, potest tamen accidere casus, quod potius eligat mori, quam quod crimen suum occultum detegatur. Et ante euentum casus, est clarū, quod data confessoribus facultate reuelandi confessionis, de se est hoc reuocatum à confessione integra agenda. Vnde in casu proposito in argumento, si confessor vult occurrere damno corporali, vt spiritali confitentis per reuelationem confessionis, licentiam prius impetret ab ipso confitente, quā si dare nolit, taceat sacerdos. Sed de hac licentia postea videri debet. Quartò ad idem arguitur, quando celatio confessionis cedit in damnū corporis vel animæ ipsius confessoris. Exemplū, si confessor in testē productus, & à iudice suo iure iurando astrictus responsurū ad ea super quibus fuerit interrogatus. &c. quo iurante, interrogat eum iudex super casu quodā, quæ tamen per solā confessionem scit ipse confessor, tunc tenet respondere, quia iurauit, & non potest deponere falsitatem, quia peccaret mortaliter: igit debet deponere veritatem: hanc autē non potest deponere, nisi reuelando confessionem, vt videtur, igitur. Vnde patet, quod celatio confessionis in casu cederet ipsi confessori in detrimentū animæ, quia scilicet esset peridurus.

Ad huc

E Ad hunc casum refertur alius, si sacerdos nemus aliquod fuerit ingressus cum aliis hominibus, qui conspirauerunt inter se, ut sacerdotem in medio nemoris occiderent, quorum alter, poenitentia ductus, ab aliis segregatus, confitetur illi sacerdoti: qui confessione audita, nisi retrocedat, scit se ab illis occidendum: sed retrocedendo videtur reuelare factum confessionem, cum nulla alia causa videatur seu appareat, quare sacerdos deferat in casu societatem illorum, nisi quia per confessionem illius agnouit coniurationem contra eum factam.

Respon. Ad casum primū dici solet, quod talis sacerdos potest iurare, se nil de casu illo scire, quia ex quo illud scit ut deus, & non ut homo: nam in audiendo confessionem tenet vicem Dei, poterit igitur sine mendacio, in foro hominū dicere, se nescire id, quod in persona alterius alioqui scit. Sicut eōtrā potest aliquis in persona alterius aliquid de se affirmare, quod in persona propria loquens falsē

Exo. 3. affirmaretur, ut quādo angelus ad Moysen loquēs dicebat in psona Dei, Ego sum dominus Deus tuus. Et iterum, Ego sum Deus patris tui Abraham, Isaac, & Iacob. Quę cōstata ab angelo esse dicta, sed in persona Dei, ut dixit

Actuum. 7. Stephanus, & habet in actibus apostolorū.

Ad Hebr. 2. Et paulus in epistola ad Hebręos. Contra hanc solutionem videtur ratio Scot. quod confessor audit ut homo confessionē sibi factā,

F nam eam auribus corporalibus audit, & mente humana, quę audit, percipit, & scit. Quod & ipsa forma confessionis significat, in qua ait peccator, Ego confiteor deo, & beatę Marię, & omnibus sanctis, & tibi pater me in his & illis peccasse. Quę forma per totam ecclesiam est approbata: igitur nō loquitur ad confessorē tanq̄ ad Deum, sed tanq̄ ad hominē & ministrum Dei. Deinde sacerdos in persona sua absoluit, quando ait, Ego te absoluo, non in persona Dei, nā tunc nō opus esset dicere, Ego auctoritate dei te absoluo, sed verē dicere posset, Ego auctoritate mea te absoluo, si in persona Dei loqueretur. Sicut verē dicebat angelus ad populū Israel, Ego eduxi te de Aegypto, Ego creavi te, &c. Præterea, si in persona Dei absolueret, nō ergo posset retē dicere, Ego auctoritate Petri & Pauli mihi commissa te absoluo. Effet enim blasphema re, si id in persona Dei diceretur. Postremō, si in persona Dei ut Deus, & nō ut homo sciret, quę per confessionē scit, sequeret quod loquens extra confessionē, siue in iudicio siue extrā, dicens se scire in genere aliqua pec-

cata cōmitti in repub. quę correctione indigent, ut scilicet corrigantur, vel ut ipse confessor consilium cōueniens ab aliquo accipiat, quod mēteretur, nec id vllō modo dicere posset, ut homo. Extra confessionē autē non loquitur ut Deus, ut constat, sed ut homo, igitur. Scotus verō dicit, quod in casu confessor nec debet dicere, scio, nec nescio, sed debet tacere, & nil respondere. Et tacendo, non prodit confessionem, sed tacere potius est de se celtiū confessionis, quā manifestatiū. Quod si inde aliqui suspicētur quod quærunt, illis imputetur, qui perperā id præsumunt, nō sacerdoti tacenti. Verū hoc non satisficit, quia iuravit sacerdos se ad interrogata responsurum, ac proinde nō satisficit iuramento, si nil respondeat. Ideo dicendum, quod confessor potest dicere in casu se nil scire, idq; sine mendacio, quia illa verba admittūt hūc sensum, scilicet, nil scio super hoc ad reuelandum vobis, prout Augustinus interpretatur, quod Christus de seipso dixit, scilicet, filius nescit diem iudicii, scilicet ad reuelandum hominibus: Aut sic interpretatur, scilicet, Nil scio de hoc, super quo intēdis me interrogare. Et verē respondet sicut debet, quia debet responderi ad mentē interrogantis. Mens autem interrogantis hæc debet esse, scilicet, inquirere de his, quę in foro illo tractāda sunt, & quorū cognitio ad potestati ipsius iudicis pertinet. Modō autē quę in sola confessione scita sunt, non sunt de his, quę in illo foro sunt tractanda, nec de his, quę ad potestati humani iudicis pertinet, ut constat, quia ad illud forum nō pertinet, nisi quę alioqui possunt in illo foro pbari, & quorum reificatione seu depositio possūt ad illud forū deferri, qualia non sunt, quę in sola confessione sciuntur. Quod si mens iudicis sit interrogare sacerdotem si sciat de casu proposito aliquid, etiam per confessionem, iā excedit potestatem sibi concessam, & non oportet ad mentem illius quam habet, respondere, sed ad mentē, quam debet habere. Corollarie sequit, quod si crimen alicuius sit omnino occultū, aut fidei alicuius sub secreto commissum, de quo nec indicia, nec clamosa insinuatō, nec semiplena probatio præcessit, interrogatus a iudice, nō tenet se prodere, si reus sit, nec reum potest prodere, qui sub secreto rem illā accepit, sed potest uterq; respondere se nil scire, ad sensum scilicet predictū, id est, se nil scire in hoc quod ad forū suum pertineat. Et ita verē respondet ad mentē interrogantis, nam hæc debet esse eius mens, ut de se iatis constat. Pro quo

A quo facit cap. Qualiter & quando. de accusa tionibus. de quo aliās. Ad secundum casum in hoc argumēto propositū dicit Scot. quod confessor ille potest retrocedere sine reuelatione confessionis, quia ob multas alias causas potest se a nemore diuertere, scilicet, quia non bene valet, vel quia reliquit negotiū cōceptum in aliquo loco quod sibi sit necessariū perficere, vel tenebatur aliquid facere, cuius nunc recordatur. Et ita illa digressio, qua sacerdos a nemore diuertit, cum tam æqui uocata sit, non est de se manifestatiua confessionis: & ita poterit sacerdos curare quod sibi conuenit, diuertendo, suspicentur alii quod velint.

Aliter respondet Adrianus, quod esto nulla alia causa posset in casu dari, nisi q̄ per confessionē cognouit conspirationē contra eum factam, quod potest retrocedere & diuertere a nemore ad saluandum vitam suam. Et in casu nō reuelat crimen in confessione scitum cum illud iam ante confessionē esset illis conspiratoribus notum, quod si factō confessor ille aliquid confessionis reuelat, est poenitentia & bonitas illius confitentis: hoc est enim, quod in notitiam illorum ex factō sacerdotis deducitur, scilicet, quod ille confessus est crimen, quod contra sacerdotem parabatur.

B Verūm hæc responsio procederet, si ratio quare vetitum est confessionē reuelare, esset non infamare confitentē, qualiter in casu nō infamatur: & idē consequenter in casu potest sacerdos confessionem reuelare, quando scilicet huiusmodi reuelatio cedit in laudem & bonum nomen ipsius confitentis, & nō in eius dedecus & infamiam. Sed si ita esset, scilicet, quod solū habendus esset respectus ad famam confitentis, certē in multis casibus esset reuelanda confessio, scilicet in in omnibus illis, in quibus fama proximi est pro aliis bonis postponēda, quod est contra dicta. Deinde quoties aliquis confitens est de aliquo crimine infamatus, posset sacerdos ore dicere & propalare se scire per confessionem illum poenitentem tale & tale peccatum commisisse, de quo scilicet est infamatus. Ideo dicendum, quod nullo modo licitum est confessionem prodere, ob causam iam datam, quia scilicet inde redderetur confessio hominibus odiosa. Quod etiā in casu præsentī videre licet, quia ille socius conspirantium in mortem sacerdotis grauiter doleret in casu si sacerdos prodere alius, quod ipse conspirationem eidem sacerdoti intimauit: & si sciret quod confessor esset confessionem reuelaturus, fortē nullo modo illi fuisset confessus, cū ob id in odium

aliorum sociorū grauissimū incurreret. Ideo cōuenientior est responsio Sco. Quod si nulla alia causa subsistere possit, ob quā debeat sacerdos in casu a nemore diuertere, præter confessionē sibi factam, potius deberet ultra procedere, & se Deo cōmendare, exponendo se martyrio pro lege Dei seruanda, quę strictissimē iubet confessionem celare.

Quintō ad idem arguitur. Quando celatio confessionis cedit in præiudicium ipsius confessionis, puta in fractionem ipsius oppositam ei⁹ integritati: ut si in vno loco sunt duo sacerdotes nunquam inde egressi, & alter eorum episcopum simoniacum illuc diuertentem in confessione audiuit, simul & eum absoluit, quem tamen, cum simoniacus esset, absolueri nō potuit. Deinde hic confitetur alteri sacerdoti socio eiusdē, cum alterius copiā habere non possit. Iam vel talis tenetur confiteri se episcopum simoniacum absoluisse, quē non potuit absolueri, & tunc reuelat confessionem: vel si celare id oportet, dimidiat confessionem, quod est contra integritatem in eadem seruandam. Ad hoc facile respondetur, quod non debet confiteri in specie peccatū, q̄ absoluendo simoniacum cōmiserit, quia fortius est vinculū celandi confessionem, quā dimidiandi. Nam in multis casibus est dimidianda, ut supra dixi, in nullo tamen reuelanda. Ideo in casu satis est, si confiteatur illud peccatum in genere, dicens se malē & perperam administrasse sacramētum absolutionis: quia hoc dicens, culpam suam confiteatur, & confessionem episcopi celat, ut constat.

De his qui confessionem celare tenentur.



In ea quę dicta sunt dubitat, quis teneatur celare confessionem? An solus confessor, cui facta est, an etiā alii audientes? Respo. Quod nō solus sacerdos, cui acta est, sed quicumq; alius, qui confessionem licitē, vel illicitē audiuit: ut si quis fortē confitetur per interpretem: aut si laicus fingit se sacerdotem esse, aut dolo, seu ex proposito, aut a casu audit confessionem, quę confessori fit: omnes tales tenentur illam celare. Ratio constat ex dictis, quia omnes illi tenentur confessionem celare, per quorum detectionem redderetur odiosa, & ab ea homines retraherentur: sed si poenitēs sciret aliquos tales posse licitē confessionem

E fessionem reuelare, cum sciant posse de facto multos ipsum confitentem audire, id timentes, non ita audent confiteri. Si tamen confessor confessionem alicui reuelaret extra confessionem, siue occulte, siue publice sine licentia confitentis, ille alius, an teneatur celare auditum, sicut & ipse confitens? Crederem quod non, quia ille non per viam confessionis illud sciuit ex casu.

De his, quæ à confessore celanda sunt.



Aliud dubiū, quæ sunt ea quæ necessariò celandam sunt? An scilicet sola peccata confessam, an reliqua oīa etiā non peccata in confessione audita? Respon. Quod vniuersaliter illa omnia necessariò celandam sunt, per quorum detectionem redderetur onerosa, seu odiosa ipsa confessio, & quia ex reuelatione peccatorū, & circumstantiarū, & complicitum redderetur odiosa confessio, ideò omnia illa

cadunt sub sigillo confessionis. Inde etiā fit, vt aliquando sub eodē sigillo cadat virtus & bonitas ipsius confitentis cognita per confessionem: vt si sacerdos aliis videntibus duas mulieres audiuit in confessione, & coram astantibus volens alteram commendare, dicit eam esse castam & virginem. Quod cum de vna affirmet, & non de altera, secundum communem hominum intelligentiam significat illam alteram non esse talem, iuxta capit. Nōne, de præsumptionibus.

Sed pro maiore huius dubij explicatione, pono dicta aliqua. Primum. Licetum est ob causam in publico, vel aliis reuelare confessionem, id est, peccata in confessione scita prodere, non prodendo personam directè, vel indirectè, vbi & quando nullū subsequatur scandalum. Vt si confessor communicat alicui casum, quem in confessione cognouit, ad finem sciendi, an sit reseruatus, vel non: an sit mortale, vel nō: & quæ pro illo sit poenitentia imponenda, vt habetur cap. Officij, de poenitentis & remis. Aut si prædicator dicat in genere peccata talia, vel talia committi, ad finem notificandi audientibus opus illud vetitū esse & perniciosum, & ab hominibus vitandum.

Secundum dictum. Licetum est reuelare, hoc est in publico, vel occulto dicere in genere, peccata per confessionem cognita, etiam personam seu confitentem exprimendo. Vt si

confessor dicat de Petro: Petrus confessus est sua peccata. Quia dicendo, nec Petrum infamat, nec confessionem odiosam reddit, cum omnes sciant neminem confiteri debere, nisi peccata, quodq; non est, qui à peccatis sit prorsus immunis, nō enim est homo qui nō peccet. Et si dixerimus, quod peccatū non habemus, nosmetipsos seducimus, vt ait beatus Ioan. Inde patet esse licitū confessori dicere de Petro: Petrus confessus est sua peccata venialia, modò per hoc nō significet Petrum confessionem mortalium omisit. Tertiū dictū. Licetum est confessori peccatum in particulari simul & personam confitentem dicere, si peccatum tale alio quā publicū est, & omnibus notū. Vt si dicat de publica meretrice, quod confessa est turpitudinem suā. Et de publico homicida, quod confessus est homicidiū. In quo duo significat confessor, scilicet, Petrum esse confessum, & Petrum esse homicidā. Et primum est occultū, cuius reuelatio cedit in laudem ipsius confitentis. Secundū est publicū, etiam ante confessionem auditam. Ideò per hoc non dicitur confessor reuelare confessionem, quia nō dicitur reuelari, nisi quod prius occultū erat, quod in casu non accidit. Huius dicti ratio aperta est, quia tale dictū confessoris, nec est infamatiuū confitentis, nec reddit confessionem odiosam. Si tamen inde timetur scandalum, tenebitur confessor filere. Quod quia vt plurimū timetur ex similis dictis, fatius est tacere, nisi fortè aliqua necessitas cogat.

Aliud dubium, An sub sigillo confessionis cadat peccatum committendum, quod peccator confessus est, sicut & peccatum commissum. Et dixerunt multi, & in scriptis reliquerunt, quod non, sed quod talia peccata potest confessor ob causam reuelare. Pro qua sententia facit, quod Deus illa peccata confessam non tegit, quādiu sunt in proposito confitentis: igitur nec sacerdos debet ea tegere. Tum etiam, quia talis confessio nō est sacramentalis, eo quod confessio sacramentalis debet esse lachrymosa, id est, ex cordis poenitentia procedens qualiter nō procedit confessio prædicta, cum poenitentia cordis sit præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere: In casu autē deest huiusmodi poenitentia. Tum etiam, quia sacramentum nō in confessione consistit, sed in absolutione. In casu autē præsentis talis confitens nec absoluit, nec absolui potest: igitur eius confessio sacramentalis non est. Respon. Cum aliis comuni ter loquentibus, quæ sub sigillo confessionis cadunt non solum commissam, sed committendam confessam.

A fessa. Quia cum ad integritatem confessionis pertineat confiteri non solum quæ præterierunt, sed etiam propositum habitum ea postmodum committendi, si esset sacerdoti concessa facultas huiusmodi proposita reuelandi, non dubium, quin daretur occasio, vt vel confessio dimittatur, vel saltem dimidiatur. Tum etiam, quia & si talia peccata sint postea in re committenda, iam tamen sunt in voluntate commissam: igitur celandam sunt, sicut & reliqua commissam, seu præterita. Nec obstant rationes in oppositū factæ, quia confessio hæc sacramentalis est, ad quod nec necessarium est confessionem ex vera cordis poenitentia procedere, nec Deum peccata sic confessam tegere. Id patet, quia tunc confessio fictè facta cum subsequente absolutione nō esset sacramentalis, sed posset ob causam reuelari, quod est contra communem sententiā. Et sequela patet, quia nec ex vera cordis poenitentia procedit, nec Deus illa peccata tegit. Deinde, vt sacramentalis sit confessio facta, nō est necessarium, quod confitens absolueretur sacramentaliter: quia tunc si confessor non absolueret confitentem, eò quod confessio nondum est perfecta, vel quia vult super casu aliquo confessor alium consulere, vel ob aliquā causam, seu pro voluntate absolutionem differre, vel negare, quod tunc nō esset sacramentalis huiusmodi confessio, & per consequens posset ob causam reuelari, quod iterum suppono falsum. Nec etiam videtur dici sacramentalis confessio, quia peccator poterit postea ab illis peccatis sacramentaliter absolui absque hoc, quod eorum confessionem reiteret. Nam tunc si peccator in via narret sacerdoti vitam suam, sicut qui historiam narrat, qualiter eam narraret alteri nō sacerdoti, esset dicenda huiusmodi narratio, confessio sacramentalis: quia absque repetitione huiusmodi narrationis potest talis peccator postea ab illo sacerdote sacramentaliter absolui per hoc solum, quod ille peccator postea contritus, fateatur se reuēse in omnibus, quæ illi prænarauerat, etiam si confessionem non reiteret. Ideò videtur ad præsens illa confessio dicenda sacramentalis, quæ fit à peccatore in recognitionem suæ culpæ, & sacerdoti, quatenus iudex in foro poenitentiali, seu quatenus tenet vicem Christi, & cum spe veniæ seu absolutionis à sacerdote illo impetrandæ. Nam hæc est confessio, quæ iure diuino & humano nobis præcepta est, in cuius præceptione, fundatur necessitas celandi in omni euentu confessionem. Hæc etiam est à qua si homines reuocentur

periculosum est, & perniciosum. Cum igitur talis sit confessio, quæ quis commissa & committenda confitetur alicui sacerdoti, quatenus Christi vicarius est, & iudex ipsius confitentis, sequitur illam sacramentalem esse, & necessariò celandam. Et quatenus qui confitetur, spem veniæ illicò impetrandæ non habeat, sed postea, erit sacramentalis. Imò & si non habeat spem illicò, vel postea remissionem à sacerdote impetrandi, modò confessionem illam faciat animo adimplendi præceptū Dei aut Ecclesiæ, de integrè confitendo, videtur confessio sacramentalis, & per consequens celandam.

Corollarie sequitur, si peccator confitetur episcopo, se saepe & vehementer tentari ad occidendum ipsum episcopum, quodq; nō dum animū occidendi cum deposuerit: Episcopus ille non poterit directè, nec indirectè ante occisionem attentatam arma & alias defensiones parare, si sit verisimile, quod inde procedatur confessio: quia fortè alij, qui episcopum ita parari viderint, suspicabuntur, prius ipsum confitentem necem episcopi procurare, & ita firmabuntur in sua opinione. Sed tamen pro hoc, & aliis similibus casibus, quando facta, seu verba confessoris æquiuoca sint, & possint ob diuersas causas fieri citra cognitionem per confessionem habitam, poterit confessor illis factis æquiuocis vti pro bono reipub. & suo, & proximi.

Sequitur vltra: si quis sit excommunicatus, populo nesciente, & sacerdote id per confessionem cognoscente, nō debet confessor illi excommunicatū vitare, nec in publico, nec in occulto. Ratio clara est, quia quantum vitado illum in occulto nō reuelat confessionem, at tamen reddit eam odiosam, & onerosam. Vt de videns peccator se à sacerdote etiam in occulto vitari, cum id cedat illi in poenam & confusionem, quam sine confessione non fuisset passus, verisimile est, quod à confessione simili reuocabitur. Itaq; confessor audita confessione, ita se postmodum habere debet, ac si nil per confessionem illam cognouisset. Nec obstat. cap. Cum non ab homine, de sententia excommunicationis. vbi dicitur, quod qui scit in occulto aliquem esse excommunicatum, debet in occulto eum vitare. Quia textus ille non se extendit ad casum præsentem, sed loquitur, quando extra confessionem, aut aliter cognoscitur excommunicatus.

Inde vltra videtur sequi, quod peracta confessione, & absolutione impensa, non potest confessor etiam in occulto exprobare illi confitentem

E fitenti peccata confessa, vel eum reprehendere, nec de illis cum illo confabulari, nisi de consensu ipsius poenitentis. Ratio, quia quauis non sit hoc procedere, seu reuelare confessionem, est tamen eam onerosam facere, & odio fam: cum omnibus molestū sit, eorum peccata, quæ in confessione detexerunt, extra confessionem per ipsum confessorum significari, tam in publico, quā in occulto. Quanquam Adrianus in his duobus casibus non reputat incoueniens oppositū dicere & tenere, quod confessor vitet in occulto eum, quem per confessionem scit esse excommunicatum. Et quod confessor, peracta confessione, extra confessionem reprehendat confessum de peccatis confessis, idq; si viderit illi confitenti profuturum. Nec in hoc dicitur confessionem prodere, aut reuelare. In quo taxat Scotum oppositum cum supra dictis tenentem. Verum cum ratio potissima quare sit necessarium celare confessionem, est, ne reddatur odiosa & onerosa hominibus, quicquid faciet eam similiter odiosam & onerosam, erit similiter vitandū. Alioqui peccabit confessor, quanuis non peccet contra præceptū de celando confessionem, nec incidat pœnas contra reuelantes statutas. Sequitur ampliùs, si duo volunt in facie Ecclesiæ contrahere, inter quos est impedimentū, quod est à curato per confessionem cognitū, vt quod frater sponsi cognouerit illam, quā ducere vult, nō potest tale impedimentū dicere in publico nec in occulto, nec debet abstinere à celebrandis, seu benedicendis nuptiis illis, cum nullam habeat causam legitimā abstinendi ab usu sui officij in casu. Nec obstat, quod videtur cooperari ad actum lege diuina damnatū, scilicet, vt illi alioqui impediti, coniugiū contrahant. Nam non id facit sacerdos voluntate, sed necessitate, vt scilicet, scandalum vitetur, & confessionem non prodat. Nec in casu cooperatur ad actum, qui de se est illicitus ex circumstantia quæ tamen latet, & quam publicare non licet. Sicut etiam potest curatus eucharistiam ministrare subdito publicè cum aliis eam petenti, etiā si sciat eum in peccato mortali, sed occulto esse. Sequitur iam iniquum esse mandatum, quod dicitur, nonnullos inquisitores dedisse de manifestanda seu denuncianda hæresi, qualitercunq; scita, etiam per viam confessionis, aut secretæ commissiois, &c. Iniquum etiam esset, tali mandato parere, saltem si non aliter hæresis illa scitur, quā per confessionem, siue sit hæresis præterita, siue seminanda.

Sed adhuc superest scrupulus, quia vt videtur, ideò celanda est confessio, ne homines à confessione illis necessaria retrahantur: sequitur hinc, quod si confessionis necessitas cessaret, ex consequenti cessaret obligatio, tã strictè eam celandi: nã semota necessitate confitendi, nō esset periculum animarū homines à confessione agenda abstinere, cum alioqui sufficeret eis Deo confiteri. Et si sic, sequitur, quod illas confessiones esset in casu aliquo licitum reuelare, quas homines sine necessitate, sel sola voluntate faciunt. Quales sunt, quas faciunt extra articulum necessitatis, & extra tempus ab ecclesia statutū. Quales etiā sunt quas faciunt aliqui per scriptum, aut per interpretem, & quas aliqui ex deuotione pluribus simul sacerdotibus faciunt, aut vni, coram tamen aliquo alio, qui adiuuet sacerdotem ad iudicandum inter lepram & lepram, inter referuata & non referuata. Nam ad confessiones taliter factas, nulla compellit necessitas, sed sola mouet voluntas, vt supra diximus: à quibus si homines abstineant, nullum videtur animarū periculū. Sicut nullum est animarū periculum, homines nō ingredi religionē, quod de consilio est, non de necessitate.

Tum etiam, quia videtur in casu licitum reuocare homines à confessione facienda, non solum extra tempus ab ecclesia statutum, sed etiam in ipso tempore, scilicet in quadagesima, imò & in tempore, quo est homo positus in articulo mortis: vt si necessitas compellat pugnare pro reip. defensione, aut nauem dirigere & exonerare pro salute eorum, qui in ea existunt, & in aliis similibus suadendum est, vt illo tempore homines à confessione cessent, si quæ ad vitam necessaria sunt, per confessionem illam impediuntur. Igitur, si in multis casibus licitum est directè homines à confessione reuocare, non igitur erit illicitum reuelare confessionem ob id, scilicet, quod ex tali reuelatione datur occasio, vt homines à confessione reuocentur.

Respon. Quod non solum necessarium est confessionem celare propter necessitatem confitendi, nam ad committendum alteri secretum nudum nulla compellit necessitas: si tamen alicui committatur, necessariū est ei, cui tale secretum commissum est, illud celare, & non detegere. Ita & si sæpe homines voluntariè confiteantur absq; aliqua necessitate, est tamen necessarium confessori ipsam confessionem celare, idq; multo strictiùs, quā si esset secretum nudum confessori commissum. Vnde & si omninò esset sublata necessitas vocaliter confitendi,

A fitendi, supposita tamen utilitate ipsius confessionis, adhuc esset necessariò celanda confessio. Quia non solum illicitū est per confessionis reuelationē dare occasionē hominib⁹, vt à confessione eisdē necessaria abstineant, sed etiam vt confessionē, quæ tam salutare remedium est ad curandum commissā & præseruādum à recidiua, homines abhorreant, etiā eo tempore, quo confessio vtilissima hominibus foret. Et ad id datur occasio cōcessa licentia confessionē reuelādi. Et per hoc patet ad rationes antè factas. Reuocare enim homines à confessione directè, eo tempore, quo necessitas aliis rebus seu actionibus insistere cogit, nō est reuocare homines à confessione pro tunc illis necessaria aut vtili: nã in tali casu postponēda esset confessio. Reuelare autē confessionē, de se dat occasionē, vt confessio siue quādo est necessaria, siue quando salutaris est, prætermittat, & hoc est illicitum. Sicut esto q̄ confessio esset quidē vtilis, sed nō necessaria, & aliquis dissuaderet eam omnibus, ne scilicet vllò vnq̄ tēpore cōfiteant, certè peccaret mortaliter, vt constat. Sicut q̄ dissuaderet hominibus, ne vllò vnq̄ tēpore opera consilij faciant, absq; dubio peccaret mortaliter.

B De dispensatione super confessione reuelanda.



Liud dubiū, an

possit Papa dispensare, cum confessore, vt possit reuelare confessionē. Et arguit pro parte affirmatiua, q̄ potest dispensare in præcepto de confitendo, saltē semel in anno: igitur etiā in præcepto de celando confessionē, quādo quidē qui potest remouere prius, potest ex consequenti remouere posterius. Secundò, potest Papa dispensare in voto & iuramento, vt patet ex eorum titulis, non obstante, q̄ sit de iure diuino seruare votū & iuramentū: igitur etiā potest dispensare in præcepto de celando confessionē, esto q̄ sit de iure diuino. Tertio, potest Papa dispensare in gradibus sanguinitatis iure diuino prohibitis, vt quod possit vir successiue duas sorores in coniuges accipere, q̄ possit patruus cum amita contrahere, & ita in aliis gradibus, quod tamen constat in Leuitico esse iure diuino prohibitum. Quarto, Non obstante, q̄ iure diuino vir tenet debitū reddere vxori postulanti, & eam non defraudare, prout Paulus docet: potest ta-

men Papa cū viro dispensare, vt possit cū cruce signatis in terrā sanctā peregrinari, etiam non habito cōsensu vxoris, vt habet cap. Ex multa. de voto, & voti redēptione. Similiter potest dispensare cū cōiuge ne debitū persoluat ob ægritudinē, nō oblitatē iure diuino in oppositum: igitur etiam in præsentī casu poterit dispensare, vt confessor possit reuelare.

His non obstantibus tenenda est opposita sententia, scilicet, q̄ Papa non potest dispensare cum confessore, vt reuelat confessionē. Et probatur, quia Papa non potest dissoluere, quod iure necessario & diuino est institutū, quale est confessionē in omni euentu celare. Id patet, quia, vt ait Paulus: Nō est data potestas Papæ ad destructionē, sed ad ædificationem. Et quod à Deo institutū est, per homines dissolui nō debet. Vnde & Urbanus Papa dixit, diuina mādāta seu instituta, vsq; ad sanguinem esse defendenda, & nō violanda. Constat autem confessionem omni iure esse celandam. Secundò, Non potest Papa dispensare in præcepto de baptismo, aut de confessione facienda, saltē tēpore necessitatis, quando de iure diuino tenetur homo confiteri: igitur, nec potest dispensare in præcepto de celando confessione. Cōsequētia patet à minori, quia maior est obligatio celandi confessionē, quā sit obligatio confitēdi, vt ex sæpe dictis patet.

Tertio, nō potest Papa dispensare in præcepto de vitādo scandalū: igitur, nec in præcepto celandi confessionē. Nam nō minus, imò maius est vinculum celandi confessionē, q̄ sit vinculum vitādi scandalū, prout colligitur ex cap. Sacerdotes. de poenitentia, distin. 6. Vbi dicit, quod nullo vnq̄ tēpore aut casu licitū est confessionem detegere, etiam pro vitando scandalo. Qui autē non potest in minus, nec poterit in maius, iuxta regulam iuris, Si vinco vincentem te, a fortiori vincam te.

Ad rationes priores respō. Cōcesso q̄ possit Papa dispensare in præcepto de confitendo semel in anno, non valet consequentia. Quia præceptum de semel in anno est humanum ex voluntate Pontificū procedēs: quæ autem ex humana voluntate proficiunt, per volūtatem humanam possunt dissolui, iuxta regulam iuris: Res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. Ad secundum fateor, q̄ potest Papa dispensare in votis & iuramentis, non obstante q̄ obligent ad sui obseruantiam de iure diuino, sed nō inde sequitur, q̄ possit in casu præsentī dispensare. Ratio est, quia sunt obligationes, quæ ex humana voluntate nascuntur, vt sunt obligationes voti & iuramenti,

Vbi necessario legi natura.
re.
1. Cor. 10.

Eramenti, quæ oriuntur ex animo uouentis, iuratis, aut promittentis. In tantum obligatur qui uouet, iurat, aut promittit, in quantum se ad id obligare intendit. Unde fit, ut si quis dolose iuret, uoueat, aut promittat, nulla inde nascitur obligatio in conscientia: excepto, nisi in fraudem seu damnum alterius factum sit uotum, iuramentum, seu promissio: quia tenebitur is, qui dolose iurauit, aut promissit, ad resarcendum damnum sua culpa alteri illatum. Ac proinde falluntur, qui dicunt, quod obligatio iuramenti nascitur ex deliberata uerborum attestacione, etiam si animus se obligandi defuerit. Alię sunt obligationes, quæ habent ortum ex diuina uoluntate, ad quas tenentur homines inuicti, ut sunt obligationes preceptorum Decalogi & aliorum, quæ Deus per se iussit, non expectata hominis uoluntate. Tunc dico quod in prioribus obligationibus, quæ ex humana uoluntate profectę sunt, potest Papa dispensare, non tamen in his, quæ ex diuina uoluntate oriuntur. Ratio est clara: tum quia quando homines per uotum, aut iuramentum, seu promissionem ad aliquid se obligant, id intelligitur, excepta autoritate superioris. Tum etiam quia uoluntas humana est obliquabilis ab eo, quod rectum est. Unde accidit hominem incaute sepe iurare aut uouere. Ac proinde iustum est, ut inferiorum uoluntates alicui superiori subiciantur, per cuius uoluntatem inferiorum uoluntas reguletur & dirigatur. Inde patribus concessa est facultas irritandi uota per filios emissa. Et uiris similiter dissoluendi uota per uxores emissa. Ita etiam & Papæ concessa est facultas in uotis & iuramentis dispensandi ob causam iustam occurrentem, ut patet ex titulo de uoto. c. Magnę &c. Sed indignum est, & absurdum dicere, quod uoluntas Dei obliquabilis sit, quodque hominum uoluntati subiciatur: ideo nec dicendum est, quod Papa possit obligationes, quæ ex diuina uoluntate sunt, ortu dissoluere aut limitare, quantum eas possit declarare. Nec obstat, si quis obiiciat matrimonium habere ortum ex uoluntate contrahentium, & nihilominus Papa non potest in eo dispensare, ita ut possint, qui legitime contraxerunt, quo ad uinculum separari. Id, inquam, non obstat, quia hunc casum Deus sibi soli in lege Euangelica referuauit. De quo alias.

Ad tertium dicendum, admissio quod Papa dispensare potest, ut in gradibus lege diuina prohibitis aliqui contrahant, nil contra conclusionem propositam: quia lex illa Leuitica, in qua prohibitum est coniugium in gradibus illicitis, erat iudicialis, ideo cessauit cum

caeteris preceptis legis veteris iudicialibus & ceremonialibus, exceptis gradibus in linea recta ascendentium & descendentium.

Ad quartum dicendum, quod in illis casibus Papa proprie non dispensat, sed declarat, quod fieri debeat, aut possit. Nam in c. Ex multa, non ponitur uerbum dispensationis, nec casus talis est, qui dispensatione indigeat, quia in fauorem fidei uiros cruce signatos, uxores ad tempus relinquere, & in subsidium terrę sanctę adire, non est qui dubitet esse licitum, modo uiri huiusmodi tales sint, qui ad prefatum finem possint armis, aut consilio prodesse. Similiter si infirmitas coniugis talis sit, quod si alteri coniugi commisceatur, timetur uerisimiliter periculum mortis, aut aliud notabile damnum, quod alioqui uitandum sit, poterit Papa declarare illum liberum esse a debito persoluendi, nec opus est tunc dispensatione. Et quod in his, quæ sunt de iure naturali aut diuino Papæ non sit concessa facultas dispensandi, sed declarandi, seu iudicandi, ubi aliquod dubium occurrat, patet ex Deutero. 17. ubi dicitur: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas uideris variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit tibi Dominus, ueniesque ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quęresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quodcumque dixerint & docuerint te iuxta legem eius. Ex quibus uerbis apparet, quod Pontifici concessa est potestas declarandi in casu dubij, quid tenendum sit, aut agendum: quod longe differt a potestate dispensandi. Ac proinde non satis pertinenter citatur hic textus ad probandum posse Papam in dubijs super iure nature aut diuino dispensare. Et multo minus si dubitatio ipsa sit an Papa possit dispensare in aliquo necne. Nam si super hoc uarię sentiunt Doctores, ita ut re hinc inde perspecta, maneat res æquę dubia, si Papa dispenset, peccat, exponens se periculo agendi, quod non potest, & dispensatus non erit tutus, dispensatione utens, nisi per conscientiam inuincibilem excusetur, ut si putet inuincibiliter, quod Papa non dispensasset, nisi fuerit sufficiens instructus, se posse dispensare. Quam præsumptionem rationaliter habere seu formare poterunt simplices, interim quod illis de contrario non constat. Si enim Papa posset dispensare quoties esset probabile dubium an possit dispensare, nunquam esset tale probabile dubium: quia ad positionem

talis

A talis dubij, sequitur depositio eiusdem, ut constat. Si etiam est dubium, an causa, ob quam dispensatio petitur, sit sufficiens ad dispensandum: seu ad posse dispensare, tunc etiam non potest dispensare sine peccato, antequam sit sufficiens de sufficientia informatus: quia ex dubio de sufficientia causę ad dispensandum, sequitur dubium de potestate dispensandi, & tunc etiam ad positionem dubij de potestate dispensandi, sequitur depositio eiusdem dubij, quia si licet, non potest dispensare. Si uero sit dubium, an causa sit sufficiens, ut homo possit liberę agere contra uotum, aut iuramentum, aut aliud posituum ius, tunc habet locum dispensatio. Sed de his alias.

De licentia confitentis ad reuelandum confessiones.



St alia dubitatio, An confessor possit ex licentia confitentis reuelare confessionem ob causam necessariam, vel utilem. Et dixerunt multi Doctores, quod non. Primò, quia ce-

Blare confessionem est necessarium de iure naturali & diuino: ad huius autem iuris violationem non sufficit unius hominis licentia, sicut nec ad idem sufficit licentia aut dispensatio Papæ: Igitur.

Secundò, confitens non potest cedere iuri suo, quando id institutum est in fauorem multorum: sicut clericus non potest iuri suo cedere, quando eius cessio cedit in præiudicium ordinis clericalis, ut habetur. c. Si diligenti. de foro competenti. &c. Cotingit. de sententia excommunicationis. Ex quibus colligit clericum non posse se laico iudici subiicere, cum clericorum exceptio data sit ordini clericali, & non personę. Nec potest etiam clericus se subiicere alicui, ut ab eodem uerberetur loco iniurię, quam fortę illi prius irrogauerat. Et qui in clericum, etiam uolentem, manus iniecerit, est excommunicatus. Cum igitur celatio confessionis sit inducta in fauorem omnium peccatorum, nec confessionem odiosam habeant, sequitur, quod unius confitentis licentia non sufficit, ut confessor ualeat confessionem reuelare.

Tertiò, Licentia data alicui, ut licentiantem occidat, vel mutilet: non sufficit, ut licentiantem eum occidat, vel mutilet: igitur nec sufficeret, ut ipsum licentiantem infamaret, qualiter infamaretur per confessionis reuelationem. Et consequentia apparet, quia sicut unusquisque tenetur vitam & membrorum integritatem seruare, ita & famam, prout scriptum est: Curam habe de bo-

Prover. 22.

no nomine &c. Et Augustinus ait, uita nobis esse necessariam, famam autem proximis. *Ecclesi. 7.*

Quartò, si licite posset confitens licentiarē confessorē ad reuelandam confessionem, sequitur, quod superiore præcipiente ipsi confitenti, ut licentiam confessori præbeat, tenetur eam præbere: tum quia in licitis opus est superioribus obediamus: tum etiam, quia si superiore id iubente, nollet confitens licentiam dare, uerementer præsumeretur contra ipsum confitentem, quod ipse reus sit criminis, de quo inquiritur, & ita sibi noceret negare licentiam. Quintò, præfata confessionis reuelatio esset scadalosa, & multis danis præberet occasionem, si ex licentia confitentis posset reuelari, quia inde daretur uia sacerdotibus uolentibus infamari confitentes, ut eos infament, eorum confessiones reuelando: dicendo se ad id licentiam a confitentibus habere. Daretur etiam uia sacerdotibus dissoluendi matrimonia, alioqui legitima, quia possent dicere, se scire esse impedimentum canonicum inter coniuges, idque scire per confessionem, ad idque dicendum, se licentiam habere a confitentibus, & ad hunc modum præberetur causa ad multa alia inconuenientia.

Sed his non obstantibus, uidetur contraria sententia tenenda cum Tho. Bonauentura, Palude, & alijs multis, quod, scilicet, de licentia expressa confitentis possit confessio reuelari. Et probat primò, quia in tali casu cessat obligatio celandi confessionem: nam cessat ratio sunt dametalis præfata obligationis, quæ erat, ne ex reuelatione confessionis reddatur odiosa, & nimis onerosa ipsa confessio, sed ubi constat confessorē reuelare confessionem ex expressa licentia confitentis, non ideo fit odiosa confessio ei, qui licentiam propria uoluntate dedit, nec alijs, quibus sua relinquunt libertas negandi licentiam præfatam, & concedendi, si uelint. Igitur cessat in casu ratio obligationis, & per consequens cessat ipsa obligatio celandi confessionem: quia cessante causa &c. & ratio legis est aia legis &c.

Secundò, unusquisque potest cedere iuri suo absque præiudicio tertij, quando ius illud in fauorem ipsius cedentis est constitutum: sed celatio confessionis est inducta in fauorem confitentis directę, & non in fauorem ordinis, status, officij, aut dignitatis: cum huiusmodi ius se extendat ad omnes peccatores, qui nec ordine, nec in officio, aut dignitate aliqua sunt constituti, ut constat: ac proinde in fauorem personę confitentis est institutum, & ita potest quilibet confitens iuri suo cedere. Tertiò, quia id potest quis per alium facere, quod per se facere potest, cum causa iusta id postulauerit: sed

P 2 confi

E confitens potest suum crimen occultum ob causam per ipsum prodere, imò non solum potest, sed debet aliquando: vt si homicidium perpetravit, de quo non est accusatus, nec in famatus: sed alius innocens, & homicida probatus, licet falsè, ducitur ad crucem seu gladium, id sciens verus homicida, potest, & debet se prodere, vt innocentem illum à morte iniusta eripiat, prout scriptum est: Erue eos, qui ducuntur ad mortem: igitur in simili casu poterit suum crimen per confessorem ad id licentiatum prodere. Quartò, quia si quis secretum nudum commisit amico, iure naturali & diuino tenetur illud celare, vbi necessitas reuelandi non cogat ad oppositum, & tamen licentia committentis sufficit, vt his, cui commissum est, reuelat. Igitur pari forma licentia confitentis sufficit, vt confessor ob causam, secretum confessionis reuelat.

Prover. 24.

Hanc igitur positionem tenendo, potest ad rationes pro priori sententia adductas, respondere. Ad primò dicendum, quòd in casu non violatur ius diuinum aut naturale, quòd est intelligendum, confessionem in nullo casu esse reuelandam sine consensu & licentia confitentis. Cuius limitationis causa est, quia data licentia à confitente, cessat causa præfata obligationis, vt supra dictum est: quæ quidè causa quia non cessat ad licentiã seu dispensationem Papæ: ideò licentia Papæ non sufficit, vt confessor alterius confessionem reuelat, & sufficit licentia ipsius poenitentis. Sicut licentia Papæ non sufficit, vt Petrus vestem meam accipiat, & ad id sufficit licentia mea, seu per me voluntariè data. Sicut si Petrus iurauit se soluturum mihi certum debitum liquidum ad terminum, licentia Papæ de vltra differenda solutione non releuat debitorem, & tamen licentia per me illi ad idem data, releuat illum à periurio, vt constat. Ad secundum ex dictis patet responsio, quòd ius celandi confessionem personale est, & in fauorem personæ confitentis directè, & immediate concessum, quanuis ex consequenti sit in fauorem omnium peccatorum. Ideò non est simile, quòd pro simili de clericis inductum est. Ad tertium, admissio antecedente, consequentia non valet, quia aliud est de vita & membris hominis loqui, in quibus ipse non est sui iuris, nec se potest vnquam occidere aut mutilare: & ita quòd per se facere non potest, non poterit per alium facere, quando illud est in se prohibitum, aut malum. Famam autem potest homo per se perdere seu amittere, vt ex dictis patet, scilicet, si causa

postulauerit: ideò famam per alium ad id licentiatum perdere potest, imò & aliquando etiam si licentiatum non sit, vt facile potest exemplificari. Nec obstat, quòd ex scriptura & ex Augustino citatum est, quia inde id colligitur, scilicet, quòd homo non debet esse prodigus, seu contempitor famæ suæ citra causam id postulantem: quia sicut temerè perdere bona temporalia peccatum est, à fortiore, temerè famam amittere est culpandum, quòd in casu non ponitur. Ad quartum ratio illa supponit vnum falsum, scilicet, quòd in omnibus licitis est superiori obtemperandum, quòd nõ ita est, vt patet, si iubeat alicui vt religionem ingrediatur, vt continens sit, & vxorem nõ ducat, cum dicat Hiero. Castitas suaderi potest, imperari nõ potest, & tamen non solum licita sunt hæc, sed multo meliora quàm sua opposita. In illis igitur opus est superiori præcipiendi obtemperare, in quibus est aliquis illi subditus, seu ad quæ sua potestas dominandi se extendit. Humani enim iudices potestatem habent limitatã, vt sicut nõ omnes excessus punire possunt, ita nec omnia peccata prohibere. Et multo minùs possunt oia quæ licita sunt, præcipere. Et quanuis confitens à superiore iussus nolit licentiam confessori dare, vt confessionem reuelat, nõ ideò periculum incurrit, nec per se dat causam instantibus aliqd sinistrè de illo suspicandi, eò quòd nollet dare licentiam ad præceptum superioris, alias iustas causas habere potest, scilicet, ne iniquæ iudicis voluntati cõdescendatur, qui illud iubendo, metas suæ superioritatis excedit. Et etiã ne alij à plena confessione agenda deterreantur, qualiter deterreri possent, si ad iussum superioris licentiã præfata daret. Quòd si inde sinistra suspitio cõtra confitentem nolentem licentiã præbere oriret, nõ posset superior ex tali suspitione contra illum procedere. Et si coactus licentiã præberet, non deberet sacerdos huiusmodi licentia vti, cum extorta sit, non voluntariè concessa. Ad quintum, parum valet, quia si priuati & malitiæ locus in casu daretur, ita etiam malitia locum haberet imponendi crimen falsum alicui, confessione non præuia, & contra illum falsè testificandi. Haberet etiam locum ad fingendum impedimenta canonica inter coniuges, etiam sine confessione præuia, sicut ea præcedente. Possent etiam confessor prauus, audita confessione, fingere se licentiam habere à confitente, & multa alia falsa, quæ in confessione non audiuit, confitenti imponere. Itaque hæc ratio omittatur.

Videtur

A Videtur igitur tenendum, quòd non qualiscunq; licentia confitentis sufficit vt confessor possit confessionem reuelare, nisi cõstet sufficienter de licentia his coram quibus huiusmodi cõfessio reuelatur, nam per hoc tollitur scandalum & odium confessionis. Secundò, requiritur quòd detur præfata licentia propter aliquod notabile bonum procurandum, vel malum euitandũ, quòd præponderet famæ cõfitentis. Alioqui nec debet dari talis licentia, nec ea data vti licitum erit.

Est autem ratio, quare licentia confitentis sufficit in casu, non obstante præcepto naturali & diuino de seruando huiusmodi secretum: quia data licentia prædicta, iam definit esse materia secreti. Sicut data licentia ab eo, qui secretum nudum alteri commisit, definit esse materia secreti. Sicut quãdo creditor differt, seu prolongat debitori terminum solutionis vltra terminum, quem sub iuramento præfixerat: iam solutio in termino nõ est materia iuramenti.

Corollariè sequitur, quòd potest cõfessor publicè dicere crimina in confessione cognita, sine licentia ipsius confitentis, vt si poenitens publicè cõfessus est illa, quia tunc illa crimina nõ sunt materia secreti. Quæ autè dicta sunt, procedunt de confessione secreta. Nota etiam quòd quãdo cõfessor ex licentia confitentis prodit confessionem, opus est ad vitandum scandalũ dicere, & ostendere se confessionem illã reuelare ex licentia expressa cõfitentis.

Corollariè sequitur quòd nõ sufficit licentia præsumpta, nisi sit expressa & actu concessa: alioqui reuelans confessionem ex sola licentia præsumpta nõ minùs de se facit confessionem odiosam, quàm si absq; vlla licentia eam reuelaret, vt de se patet.

Corollariè sequitur, quòd nec etiam sufficit licentia debita, nec cõsensus debitus: nõ enim idem operatur cõsensus debitus & actualis. Id patet in multis, vt supra exemplificauimus, scilicet, si Petrus dolosè cõtrahat cõ foemina, deberet quidè ad vitandũ dolũ cõsentire, vbi consensus actualis sufficeret ad coniugiũ, ad quòd nõ sufficit consensus debitus. Similiter in baptismo, positis alijs necessarijs, ad verũ baptismũ sufficeret cõsensus actualis ipsius baptizati, & tamè nõ sufficit consensus debitus eiusdè. Idem in cæteris sacramentis exemplificari potest. Similiter in sacramento absolutionis, si quis vult ob causam alieno confiteri, extra articulum necessitatis, sufficeret licentia actualis proprii sacerdotis, & nõ sufficeret licentia debita eiusdè. Similiter, vbi cau-

sa aliqua exigeret, quòd Papa dispensaret in C matrimonio consanguineorum, dispensatio actu data sufficeret, & nõ sufficeret dispensatio debita. Ita dico in proposito, quòd licentia confitentis debita dari ad reuelandũ cõfessionem, nõ sufficit, & sufficeret licentia actu data. Quãq; in distractione rerũ temporaliũ, si consensus actualis sufficit, ita etiã sufficit cõsensus debitus & præsumptus domini ipsarũ rerum. In sacramentis autè dãdis aut recipiendis non ita. Habet enim hæc diuersas leges, ideò nõ mirũ, si ad diuersos casus diuersimodè respondat. Ac proinde cũ licentia actu data tollat scandalũ alioq; ex cõfessionis reuelatione prouenturũ, quòd per licentiã debitã, seu præsumptã, & nõ actu datam nõ tollit, ideò &c.

De confessione celanda, casu, quo factũ per aliã viam cognitũ sit.



Aliud dubiũ, an si confessor peccatũ, qd per confessionem sciat, per aliam viã extra confessionem sciat, possit illud ob causã manifestare, sine licentia confitentis. Et di-

xerunt aliqui quòd nõ, siue confessor illud sciuerit per aliã viã ante confessionem, siue post confessionem. Pro qua opinione arguitur primò, quia districtè prohibitũ est confessori, ne reuelat confessionem, id est, id quòd per confessionem sciuerit aut cognouerit: sed confessor eo ipso, quòd reuelat crimen per confessionem cognitum, etiã si aliunde illud cognouerit, verè dicitur confessionem reuelare. Nec valet excipere casum, quo alia via illud cognouerit, nã ecclesia nil tale excipit: igitur nec nos excipere debemus. Pro quo etiam facit Augustinus, qui videns Paulum in epistola ad Corinthios cõcedere hominib; vt possint ad secundas nuptias transire, cõcludit esse etiã licitũ transire ad tertias & quartas &c. dicēs, quòd vbi Paulus non limitauit, nec nos limitare debemus. Et habet. 31. q. 1. c. Quòd si dormierit &c.

1. Cor. 7.

Tertiò pro eadè sententia facit ratio, quia si Petrus extra confessionem sciat: quia, scilicet, vidit Ioannẽ aliquod crimẽ committere, cui deprecatur, vt nemini, quòd vidit, pãdat: Ioannes promittens se celaturũ, tenetur illud celare, ratione promissionis, etiam si alioqui, scilicet, per euidentiã facti illud cognouerit. Igitur à fortiori, confessor aliã sciens crimen confitentis, tenebitur illud celare, ratione promissionis, qua tacitè confessor se obligat celaturum, quòd per confessionem agnouerit.

P 3 Respon.

E Respon. His non obstantibus tenendum est oppositum, scilicet, quod quando necessitas aut utilitas postulauerit, poterit confessor manifestare peccatum in confessione cognitum, etiam relatum ad personam, si alia via illud agnouerit. Probat, quia confessor extra confessionem sciens crimen alicuius, si producat in testem, aut a iudice inquiratur, est obligatus ob publicam iustitiam dicere quod sciuerit. Igitur si illud sciat per confessionem sacramentalem, siue subsequentem siue precedentem facti cognitionem, non minus tenebitur a iudice inquisitus, aut in testem productus illud manifestare: alioqui confessio esset vinculum iniquitatis, & impedimentum publicae iustitiae. Secundum, quia fraus & dolus nemini debet patrocinari: patrocinaretur autem, si prior sententia esset vera. Patet, quia si latro coram sacerdote calicem, aut rem aliam furetur, sciens quod si illud illi sacerdoti confiteatur, non poterit super illo testificari, seu denuntiare, adhibet illico ad sacerdotem eundem, & confitebitur illi furtum illud, iam fraus & dolus latronis illi patrocinaretur. Tertio, quia opposito dato, sequitur aliquod absurdum, scilicet, quod praelatus, cui incumbit super adulterio, usura, aut concubinato cognoscere, & illud in foro exteriori iudicare & punire, quod non possit aliquem talem criminofum per testes omni exceptione maiores probatum, talem iudicare, & sententiam contra eum ferre: supposito quod ille praelatus per confessionem sacramentalem ab illo criminofum factam cognouerit eius crimem, de quo est in iudicio conuictus. Patet sequela: quia in sententia contra illum ferenda debet declarare illum esse tali crimine irretitum.

Quarto sequitur alia absurditas, quod si sacerdos vidit Petrum in loco prophano fornicantem, de quo Petrus confitetur eidem sacerdoti, quod sacerdos videns Petrum ab aliis accusari, quod in loco sacro fornicationem commiserit, non posset sacerdos in accusationem illius dicere, quod non in loco sacro, sed in prophano est fornicatus, ipso sacerdote vidente. Potest igitur & aliquando debet confessor crimen per confessionem scitum, prodere, si per aliam viam extra confessionem illud cognouit. Pro vitando tamen scandalo debet, quando id reuelauerit, dicere modum quo illud sciat: scilicet, quia vidit illud perpetrari, vel quia audiuit extra confessionem. Caueat tamen ne dicat se illud scire per confessionem, quia hoc dicere non poterit sine reuelatione confessionis. **Habet enim sacer-**

G dos in casu cognitionem illius facti duplicem: alteram per viam confessionis, & ex hac notitia nil potest dicere, ut patet: alteram per euidenciam facti, vel aliquorum relationem, & ex hac via licitum est peccatum illud ob causam iustam manifestare. Exemplum huius est clarum. Iudex ex coniecturis non potest aliquem iudicare: si tamen ultra coniecturas habet sufficientem certitudinem ex euidencia facti, aut ex testificatione, seu ipsius rei confessione iudiciali, tunc ex tali notitia poterit ad iudicandum procedere. Ita in proposito. Per haec patet ad rationes ante oppositum. Ad primum dicendum, quod quando sacerdos reuelat crimen per confessionem cognitum, non ex notitia per confessionem habita, sed ex alia extra confessionem acquisita, tunc non dicitur reuelare confessionem. Aliud enim est reuelare peccatum confessum, aliud confessionem, ut ex dictis patet. Ad secundum ex Augustino allegatum, dicendum quod quavis ecclesia praecipiens confessionem celari nullum casum excipiat formaliter, ratio tamen ipsa cogit nos excipere: quia alioqui sequeretur absurditas & inconuenientia magna, ut supra argutum est. Sicut etiam si ecclesia non excipiat casum, quo confitens ipse licentiam conferat confessori, ratio tamen cogit nos, talem exceptionem admittere. Sicut & ecclesia quando iubet, ut peccator omnia sua peccata semel in anno confiteatur, non excipit venialia: attamen ratio cogit nos, ea ab illa obligatione excipere.

Ad tertium dicendum, quod illa promissio in casu obligauit promittentem ad celandum, quando nec necessitas, nec utilitas publica nec priuata oppositum postulauerit. Si tamen causa iusta, aut salus ipsius delinquentis, siue alterius, aut praecipuum superioris iustum postulauerit, non est standum in promissione, ut constat: ita & in praesenti casu, qui disputatur, dicendum est. Debent tamen confessores esse nimis cauti, quando de peccatis aliorum loquuntur, siue in iudicio, siue extra, ne inde aliqui scandalizentur: quia facile suspicabuntur astantes, quod illa aliena peccata per confessionem cognouerit scientes illum ex officio esse confessorem. Ideo nisi necessitas postulet, silere debent aliena peccata, & si necessitas ea prodere cogat, causam & notitiam extra confessionem habitam reddant.

De secreto nudo celando.

Sequitur

A Sequitur iam responsio ad aliud dubium, scilicet, An sigillum secreti nudi alicui commissi sit de necessitate celandum. Et dicendum quod sic: tum, quia iure naturae tenemur proximum in fama non ledere: accideret autem sapientissime contra famam committentis, aut alterius, huiusmodi sigillum reuelari. Tum etiam, quia de iure naturae tenemur esse fideles, seu fidelitatem proximis seruare: hanc autem non seruat, qui reuelat arcana sibi ab amico commissi. Tum denique, quia de iure naturae tenemur seruare promissum, sed in secreti commissione semper vel tacite vel expresse interuenit promissio eius, cui secretum committitur, alioqui non sibi committeretur. Cum hoc tamen stat, quod licitum sit huiusmodi sigillum aliquando reuelare, ut si eius celatio vergat in perniciem reip. aut salutis corporalis ipsius committentis, aut eius, cui committitur, aut alterius. Huius limitationis ratio est clara, quia in his casibus, in quibus non potest aliter praefatis damnis obuiari nisi reuelando secretum, cessat obligatio celandi. Nec rationes factae tunc habent vim, quia fama proximi postponenda est pro salute reip. aut alicuius alterius, maxime pro spirituali. Fidelitas autem tunc non obligat, quia non dicitur quis perfidus per hoc, quod arcanum reuelat simpliciter: sed per hoc, quod temere, & sine causa cogente reuelat. Promissio etiam tunc cessat, quia nemo potuit se per promissionem contra rem, obligare, aut contra salutem corporalem, aut spirituales alicuius, ad quam charitas ipsa obligat.

Corollarie sequitur quantum inter sit inter sigillum secreti commissi, & sigillum confessionis: quia hoc in nullo casu potest reuelari, saltem formaliter, dicendo per confessionem scitum esse tale, vel tale factum, nisi habita expressa licentia confitentis. Secretum vero nudum commissum, saepe potest reuelari ob causam cogentem, sine licentia committentis.

Finitur Codex de confessione.

De satisfactioe pro peccatis.

Quaestio prima.

Superest de satisfactioe, quae tertia pars poenitentiae dicitur, aliqua breuiter tractare, & in primis querendum occurrit de possibilitate satisfaciendi, An, scilicet, homo purus possit Deo pro peccatis commissis satisfacere. Et est multorum sententia quod

per se non potest, bene tamen in virtute passionis Christi. Primam partem probant propter duo: primum est, quia offensa contra Deum commissi est infinita, attenta conditione ipsius offensi: quanto enim maior & melior est qui offenditur, ceteris paribus, tanto offensa seu iniuria eidem illata est maior. Cum ergo Deus sit infinitus, & infinite bonus, sequitur offensam contra eum commissam esse infinitam. Homo autem nil infinitum potest Deo reddere, in recompensam offensa infinitae: ergo non potest illi satisfacere. Haec consequentia patet, quia satisfactio est redditio aequivalens &c. Secundum est, quia homo non dicitur satisfacere creditori reddendo aliquid alioqui eidem debitum. Cum ergo homo debeat Deo quicquid boni habet, & quicquid boni agere potest, ob beneficium creationis, & redemptionis, quod ab ipso Deo recipit, sequitur quod per nil potest Deo satisfacere, pro iniuriis eidem illatis. Secundam partem probant, scilicet, quod in virtute passionis Christi potest homo Deo satisfacere, eo quod satisfactio, qua Christus pro nobis satisfecit, fuit quodammodo infinita, cum esset Deus infinitus ipse, qui pro bonis satisfecit. Quanquam id communiter dicatur, oportet tamen rem amplius distinguere, & quid veritatis habet inuelligare. Unde contra hanc sententiam currit ratio, quod, scilicet, illae duae partes simul non stent: nam quareo, vel intelligunt de satisfactioe sumpta secundum liberalem & gratiosam Dei acceptationem, qui, scilicet, dignatur contentus esse cum eo, quod homo reddit, vel de satisfactioe sumpta secundum rigorem iustitiae, quae requirit aequalitatem rei &c. Si primum, quareo rursus an de potentia absoluta loquantur, an de ordinata. Si loquantur de satisfactioe secundum liberalem Dei acceptationem, & de potentia absoluta, falsa est prima pars, in qua dicunt, quod homo purus non potuit per se sine passione Christi satisfacere Deo. Patet hoc, quia alius fuit modus Deo possibilis ad redimendum genus humanum, & si alius conuenientior non fuerit, quam per incarnationem & passionem Dei, ut ait Augustinus. potuit etiam Deus de potentia absoluta remittere peccata unicuique liberaliter, nil in recompensam ab ipso peccatore exigendo. Potuit ergo eidem peccata remittere absolute, aliquam recompensam parua exigendo, scilicet, poenitentiam cordis, aut solam peccati confessionem, aut aliud obsequium, quodcumque Deo gratum &c. quo reddito, diceretur homo ille satisfacere Deo secundum eius liberalem acceptationem, etiam non concurren-

P 4 te pas-

E te passione Christi. Si autē loquatur de satisfatione secundū Dei acceptationē: & de potentia ordinata, tunc vera est præfata sententia pro vtraque parte. Attamen rationes adductæ pro prima parte sunt impertinētes, & falsæ: patet hoc, quia impertinens est offensam esse finitā aut infinitam ad hoc, quod homo possit Deo satisfacere secundū ipsius Dei liberalem acceptationē, vt constat. Impertinens etiam est id quod homo Deo reddit in recompensam offensæ, esse alioqui debitum vel in debitum ad hoc, quod homo satisfaciat Deo secundum ipsius liberalem acceptationē, vt similiter de se constat, cum liberum sit ipsi Deo acceptare opus hominis bonū in remissionē peccati, siue alioqui sit illi debitum, siue non &c. De falsitate autē rationum illarū statim patebit. Et ita apparet præfata sententiā falsam esse, vel impertinenter probatā, si de satisfatione secundū liberalem Dei acceptationem loquatur. Si autem loquantur de satisfatione secundū rigorem iustitiæ, quæ rei æqualitatem requirit, falsa est pro secunda parte: quia passio Christi nō fuit satisfactoria pro peccatis secundū rigorem iustitiæ, seclusa Dei gratiosa & liberali acceptatione, vt statim patebit. Et quanquā sit vera sententiā pro prima parte, attamen rationes ad eam probandum non videntur veræ. Patet de prima in qua dicunt, quod offensā fuit infinita, & homo purus nil infinitū potest Deo reddere in recompensam &c. Nam cum dicunt offensam esse infinitam, vel intelligūt, quod sit infinita secundum substantiā actus vel secundū intentionem actus, vel secundum durationē actus, vel solū obiectiuē, quia contra Deum infinitum, prima tria dicere non possunt, vt constat. Et si quartū dicāt, iam falsum est, quod non possit homo in recompensam offensæ sic infinitæ reddere Deo aliquid infinitū: quia omne opus bonū propter Deum summē dilectum factum erit, similiter obiectiuē infinitum. Adde quod potest homo purus reddere Deo actum tam bonum, quā malus fuit actus quo Deum offenderat: id patet, supposito quod actus malus de formali importet carentiā rectitudinis inesse debita, vt si debuit homo actum facere propter Deum, & nō fecit propter Deum, aut si debuit homo facere conformiter ad rectam rationē, & non ita fecit. Tanta ergo erit malitia actus formaliter, quāta rectitudo qua caruit & erat inesse debita: hæc autē rectitudo inesse debita finita erat, & per hominem postmodū reddi, & apponi potest. Vt si defuit prius dilectio Dei,

potest postmodū homo Deum diligere: si defuit prius actū rectitudo, potest postmodum homo actū cum tāta rectitudine agere, quāta defuit actui offensiuo, & ita potest homo purus reddere Deo actum, qui sit tam bonus quā malus erat formaliter actus offensiuus, & ita apparet rationē primā esse falsam.

Præterea ad idem falsum est, quod omnis offensa sit infinita obiectiuē: patet, quia multa offensæ seu peccata ab homine fiunt, quæ non habent Deum pro obiecto, vt si homo nil de Deo cogitans peccat conuertendo. Si dicas non omnē offensam esse infinitā conuersiuē, benè tamē auersiuē, quia omnes auertunt à Deo &c. Contrā, quia si hac ratione dicerentur infinitæ solū, quia à Deo auertunt, sequitur omnia peccata mortalia esse æqualia, quia omnia æqualiter à Deo auertunt, vt constat. Et ita esset incidere in errorē Stoicorum qui omnia vitia æqualia esse dicebāt. Cum tamen certū sit de fide vnū peccatū altero esse grauius. Quod etiā in secunda ratione dicebatur, scilicet, hominē debere Deo agere potest, non videtur verum, maximè loquendo de debito necessitatis, quia hoc modo homo nō debet Deo, nisi ea quæ Deus ab homine exigit, scilicet, vt mandata seruet: in reliquis autem homo sui iuris est, & liber, & non seruus, nec ampliùs ab homine exigit Deus ob beneficiū creationis &c. & ex consequenti nihil obstat, quo minus possit homo per alia opera supererogationis quodāmodo Deo pro peccatis satisfacere.

Dicendum ergo quod loquēdo de satisfatione secundum liberalem acceptationem offensi, potuit homo de potentia absoluta satisfacere pro peccatis, etiam si merita & passio Christi nō interuenissent: de potentia tamen ordinata non potuit homo sine meritis & passione Christi Deo pro peccatis satisfacere, ex quo Deus ita ordinauit, neminem iustificare, nisi per filium suum incarnatum & passum, quem Deus mittere decreuit, vt eos qui sub lege erant redimeret, quod suppono tanquā certum de fide.

Si autem aliquid in quæstione præsentis difficultatem habet, hoc est, an possit homo purus per se, vel cum passione Christi satisfacere Deo secundū rigorem iustitiæ, quæ rei æqualitatem requirit, seclusa gratiosa Dei remissionē & eius liberali acceptatione. Et quidem si loquamur de homine puro excludēdo merita & passionē Christi, non dubitatur, sed certū esse videtur, hominē purum per se nō posse Deo

A Deo pro peccatis satisfacere, secundum æqualitatem, & de rigore iustitiæ. Probatur, quia si sic, vel esset agendo aliquod bonum opus post offensam commissam, quod sit de præcepto: vel agendo bonum opus, quod sit de consilio: vel sustinendo, seu assumendo, aliquod laboriosum, seu pœnale opus. Non primum, quia homo nō potest suo creditori, vel offenso satisfacere per opus alioqui eidem debitū de rigore iustitiæ, quod de se constat: & ita etiam significat ratio ipsa satisfationis, quæ est voluntaria redditio æquivalentis, aliās in debiti.

Pro quo etiā facit quod Christus per Lucam dixit: Cum feceritis quæcunq; præcepta sint vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. &c. In quo satis docemur, opera nostra, quæ ex præcepto facimus, de se non esse meritoria, nec satisfactoria apud Deum. Secundum etiam non est dicendum, scilicet, quod purus homo possit de rigore iustitiæ satisfacere per opera de consilio. Nam licet illa Deus de facto non exigat ab homine, posset tamen iustè, si vellet, ea exigere pro beneficio creationis & redemptionis,

B & aliis innumeris bonis, quæ quotidie à Deo recipimus. Irrationabile autem est dicere, quod homo possit Deo satisfacere pro peccatis de rigore iustitiæ, per id, quod Deus iustè alioqui exigere posset, si vellet. Repugnat enim, quod homo per opus bonum Deo satisfaciat de iustitia, seclusa ipsius Dei gratiosa & liberali acceptatione. Tum etiam, quia nemo secundum rigorem iustitiæ satisfacit offenso, seu damnificato, nisi eidem tantundem reddendo de suo, non de bonis ipsius offensi: vt si dispensator, cui Dominus bona sua commisit, suum Dominum offendat, certè non satisfacit offenso, dando illi de bonis ab ipso Domino sibi commissis: ergo etiam viator, cui Dominus omnia quæ habet commisit, si Deo iniuriā inferat, nō poterit per bona quæ à Domino recepit eidem satisfacere, cum illa bona potius sint Dei, quā hominis. Ita enim dicitur primo Paralipomenō, cap. 29. Omnia bona Domine tua sunt, & quæ de manu tua suscepimus, reddimus tibi. Vnde & Paulus: Quid habes, quod non accepisti? & Augustinus: Cum Deus remunerat, potius remunerat dona sua, quā opera nostra, & cætera.

Es. 64. Adde, quod omnes iustitiæ nostræ sunt velut pannus menstruatus, ac proinde per opera nostra quanuis alioqui bona & de consilio sint, non possumus de rigore iustitiæ, seclusa ipsius Dei misericordia & liberalitate,

ac gratiosa promissione, eum in aliquo nobis obligare, & per consequens si operanti peccata remittit, non est hoc de rigore iustitiæ, sed ex sua bonitate &c. Nec etiam potest dari tertium, scilicet, quod per pœnæ voluntariam tolerantiam possimus secundū iustitiam satisfacere Deo. Ratio est clara, quia satisfactio secundum puram iustitiam requirit æqualitatem: hæc autem non potest reperiri inter iniuriam pro qua pœna infinita de iustitia debetur, & inter pœnam, quam homo in via potest voluntariè sustinere. Nam si comparemus pœnam, quā toleramus, ad culpam commissam, sine cōparatione peius quid est culpa, quā pœna vitæ præsentis: quod inde apertè constat, quia de duobus malis semper id quod minus est, est eligendum: sed secundum rectam rationem potius est eligendum malum pœnæ, quantumlibet acerrimum sit, quā malum culpæ quantumuis leue. Si etiā comparemus pœnam vitæ præsentis ad pœnam debitam pro peccato mortali, absq; dubio lōgè maior est, quæ pro peccato debetur: quia infinita: quā quæ in præsentis vita sustinetur, vt constat. Non ergo potest in hac re equalitas reperiri, & ita certum est, hominem purum per se non posse Deo pro peccatis satisfacere, secundum rigorem iustitiæ.

Restat ergo videre, an homo possit de iustitia satisfacere Deo, in virtute passionis Christi. Quæ quæstio pendet ex illa: An scilicet Christus satisfecit pro nobis Deo ex pura iustitia, seclusa Dei liberali acceptatione. In quo multi contenderunt partem affirmatiuā defendere, & publicè prædicare, dicentes Christum per mortem suam omnibus de iustitia meruisse remissionem peccatorum, & gratiam, & gloriam, ita vt omnibus hæc omnia de iustitia debita sint, nisi per eos steterit, quo minus ea assequantur. Stat autem per eos, si fidem quæ per dilectionem operatur, non habent, nec in eadem decedant. Pro quo supponunt, quod Deus gratis & liberaliter dedit Christo omnia bona quæ habet, vel habuit ex quo fuit conceptus, scilicet, esse naturale, esse gratuitum, & esse beatificum, ita vt pro illis nullum mæferit in Christo debitum, quo Deo quicquam deberet. Iam probant intentionem suam.

Primò, quia Christus multa obsequia alioqui indebita præstitit Deo, qui iustissimus est: ergo ex iustitia debuit Deus illa Christi obsequia remunerare, non in Christo ipso, cui maior gratia aut gloria præstari de lege non potuit, quā quæ ab instanti

P 5 cōceptionis

E cōceptionis illi fuit data, vt supponimus: ergo debuerunt de iustitia remunerari in membris ipsius Christi, pro quibus ipse illa omnia obsequia Deo impendit, quibus & sua merita, ardentissimè applicauit, & ex consequenti de iustitia satisfecit pro illis: & eisdem de iustitia gratiam & gloriā promeruit & c. Secundò. Non minùs meritoria fuerunt Christi obsequia ex feruentissima charitate Dei procedentia, quàm fuerint demeritoria hominum peccata ex amore ipsorum, aut mundi facta: nam comparādo amorem Dei, quem Christus habuit, ad amorem hominum, quē de seipsis habuerunt, & habent, longè maior fuit in Christo amor Dei, quàm in homine amor sui, aut mundi, idq; tam quo ad affectum, quàm quo ad effectum. Quo ad affectum quidem, quia in Christo fuit amor Dei feruentissimus ex toto conatu voluntatis, summa charitate coadiuuante elicitus, & cum eodem feruore ab instanti conceptionis, per totam vitam continuatus. In hominibus autem amor sui & mundi, non fuit tam intensus: nec tam feruidus, nec tam cōtinuus, nec tam purus, quo ad effectum etiam: quia Christus vitam suam pretiosissimam ex amore Dei pro nobis tradidit: & quanuis homines aliquando pro amore sui, aut pro amore mūdi vitam suam tradiderint, nunquam fieri potest, vt etiam omnes simultātum tradant pro sui amore, quantū Christus tradidit pro amore Dei: quia vitæ omnium peccatorū qui fuerunt, sunt, & erunt, si congregentur, & pro amore sui, vel mundi tradantur, non possunt æquari vitæ Christi, quam tradidit pro nobis, quæ sine comparatione excellentior est, quàm omnes vitæ peccatorum. Et ita quo ad affectum, & effectum fuerunt maiora merita Christi, & maior amor Dei, quàm fuerint, & sint demerita peccatorum & amor sui. Adde, quòd obediētia Christi, qua Deo fuit obediens vsq; ad mortem, fuit longè maior, & excellentior, quàm fuerit inobediētia hominis. Et ita colligunt Christum de rigore iustitiæ tantum, imò plus, Deo exhibuisse, quàm homines peccando à Deo abstulerint: & per cōsequens satisfecit de rigore iustitiæ.

Tertiò idem suadent, quia merita Christi fuerunt infinita, saltem ex parte personæ quæ meruit & satisfecit pro nobis: erat enim Deus & ita Deus meruit pro nobis, & Deus passus, & mortuus est pro nobis, & seipsum in finitum obtulit pro nobis, & per cōsequens infinita fuit satisfactio, quia satisfecit pro nobis: & ita intentum.

Contra hūc modum arguitur. Primò falsum videtur, id quod supponit, scilicet, Deum dedisse Christo omne bonum naturale gratuitum, & beatificum, & reliqua alia, ita liberaliter, vt in nullo voluerit Christum ipsi Deo manere obligatum, sed in omnibus sui iuris esse. Nā Christus, prout homo, subditus fuit legi naturæ, quæ omnem creaturā rationalem obligat ad diligendū Deū, eumq; glorificandum, atq; colendum, vt verum Deum, & creatorem omnium, quam quidem legem nullatenus Christo licuit violare: ad quam tanto magis tenebatur, quanto plura, & maiora à Deo beneficia recepit. Tum etiā, Christus non fuit liber ab obseruātia diuinæ legis, & de lege Decalogi constat, in qua charitas Dei & proximi iubetur, & vt mala proximis nō inferātur. Cōstat autem Christū obligatū fuisse ad nō peierandū, non occidendū, non adulterandū & c. similiter & ad parentes honorandum, & illis seruiendum, quemadmodum & seruiuit: de quo ait euangelista, quòd Christus erat subditus illis. De lege etiam diuina positua veteri, patet etiam quòd fuit illi subditus, & eam meliùs quàm reliqui iudæi obseruauit. Dixit enim: Non veni solueri legem, sed adimplere. Et Paulus ad Galatas. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. & c. Et ad Philippē. 2. Factus est obediens patri vsq; ad mortem. obediētia autem præceptum seu mādātum præsupponit. Ioannes etiam cap. 10. & 14. dicit Christum mandatum habuisse à patre ponendi animam suam. Et iterum dixit idem Christus: Cibus meus hic est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Non enim quia à superiore ad aliquid agendum mittitur, est omninò liber à debito obediēdi, & ipsum adimplendi. Christus autem ad id à patre in mundum missus est, vt verbo & opere mundum illuminaret, & ad veram Dei cognitionem & ad amorem nos adduceret, quod & fecit. & c. Igitur falsum est quòd Christus in nullo fuerit patri debitor. Falsum etiam est quòd in omnibus suis operibus fuerit sui iuris, ita vt sibi liberum, & licitum fuerit ea facere & nō facere.

Est etiam ita esset, quòd Deus noluit Christum ad aliquid obligare ob beneficia illi collata, non inde fit, vt per obsequia sua Christus meruerit de rigore iustitiæ nobis remissionem peccatorum, ex quo Deus iuste poterat à Christotalia obsequia tanquam debita ob præfata beneficia exigere si vellet, vt supra de puro homine.

Secundò

A Secundò arguitur, quòd Christus de rigore iustitiæ non satisfecit. Quia satisfactio de rigore iustitiæ requirit æqualitatem inter dānum illatum & recompensam pro illo factam: talis autem nō est inter peccatum cōtra Deū commissum & passionem Christi. Probatur, quia offensa fuit infinita, non solū obiecti uè, vt communiter dicūt, sed aliunde: nil autem quod Christus egit, aut passus est, fuit in finitum. Patet id, si consideremus in peccato tria. Primum est damnum, quod peccatū est aptum natum inferre Deo, si Deus damni esset capax. Secundum est, malitia ipsius peccati. Tertiū est, poena peccato debita. Si primum consideremus, peccatū, vt ex dictis opinantium apparet, de se est aptum natum auferre à Deo bonum infinitum, imò & totum suum esse, ex eo, scilicet, quia si Deus esset capax tristitiæ sicut est homo: iniuria & offensa contra Deum commissā de se esset illatiua tristitiæ Deo offenso, & ex consequenti priuaret Deum sua felicitàte, cum qua nulla tristitia se compatitur, & ex consequenti priuaret eum diuinitate, & per consequens suo esse. Hæc omnia patent, quia Deus per essentiam est, & Deus est, & beatus est, ita vt idem sint in Deo esse, & Deum esse, & beatum esse: igitur quod est aptum natum inferre Deo tristitiam, ex consequenti est aptum natum Deum suo esse priuare, & ita peccatum ex parte sua est aptum natum Deo infinitum damnum inferre, & ita est infinitè damnificatiuum. Christus autem per qualiacunq; & quantacunq; obsequia non potuit ex parte obsequii reddere Deo infinitū esse: quia esto quòd Deus esset capax gaudii accidentalitatis, seu aduenientis, nil aliud ex obsequio Deo grato illi posset euenire, præter huiusmodi gaudium accidentale: sed non inde fit, vt tale obsequium reddat Deum summè felicem & beatum, cū non in extrinseco, sed in se beatificetur, sicut peccatum de se erat ex consequenti ablatiuū seu destructiuum felicitàtis Dei essentialis.

Si consideremus secundum, hoc est, malitiam ipsius peccati, patet ex dictis eam esse in finitam: tātò enim est maior malitia offensa, seu iniuria, quanto de se est magis damnificatiua personæ offensa. Cū ergo peccatum de se sit infinitè damnificatiuum ipsius Dei ad sensum dictum, sequitur omnem talem offensam in Deum commissam, esse infinitæ malitiæ. Cū ergo Christus nō potuit Deo reddere pro nobis aliquod obsequiū, quod esset infinitæ bonitatis ex se, sequitur quòd non satisfecit pro nostris peccatis ad æquali

tatem iustitiæ.

C Si deniq; consideremus tertium in peccato, quod est poena, qua peccator dignus est ob offensam in Deum commissam, idem apparet. Nam poena inferni pro peccato debita secundum intentionem longè acerbior est, & intensior, quàm fuit poena, quam Christus in via pertulit: & si poenæ debitæ omnibus peccatoribus adunarentur, & in vnum redirent, non dubium, quin esset longè intensior, quàm poena, quam Christus tolerauit. Non ergo Christus persoluit poenam æqualem in intensione, cum poena debita pro peccatis omnium hominum. Poena in super pro peccatis debita secundum extensionem est infinita: quia æterna: poena autem Christi nō nisi ad tempus fuit, igitur ex nulla parte fuit equalitas inter id quod Christus Deo pro nobis persoluit, & inter offensam contra Deum commissam, & ita non fuit satisfactio ad æqualitatem rei.

Tertiò arguitur: quia si meritum Christi fuit satisfactorium de condigno, seu de rigore iustitiæ, aut tale fuit ratione ipsius operis in se considerati, aut ea ratione, qua ex gratia tāta processit, aut ea ratione, qua erat personæ infinitæ, scilicet, verbi Dei, cui humanitas erat coniuncta. Primum dici non potest: quia tale omninò opus & idem specie potuit illa humanitas à verbo deposita operari, & tale secundum naturam rei potuit à puro homine fieri, quod tamen non esset de rigore iustitiæ pro tot & tantis peccatis hominum satisfactorium de se, quod certum esse suppono. Nec potest dici secundū, scilicet, quòd opera Christi ratione gratiæ summæ, ex qua procedebant, erant ad æqualitatem satisfactoria. Tum, quia gratia Christi, & si summa fuit secundum potentiam ordinatam, non tamen fuit infinita, vt tenent Thom. Scot. & ceteri doctores: peccata autem cōtra Deū commissā, & quæ committi possunt sunt infinita: & esto finita essent numero, sunt tamen quo ad indignitatem infinita, cū digna sint poena infinita intensiue & extensiue, vt teneri solet secundum Cancellarium Parisiensem: gratia autem Christi finita est. Non ergo facit opus tam meritoriuū, quàm meritorium fuit hominis peccatum. Tum etiam, quia tātam gratiam potuit Deus dare puro homini, quantum dedit Christo, & ex consequenti purus homo posset in casu satisfacere pro peccatis omnium de condigno, seu de rigore iustitiæ, si ista satisfactiois cōdignitas procederet in Christo ex tanta gratia illi collata. Tum etiā

quia

E quia si ex quantitate gratiæ Christi euenit, vt opera Christi fuerint de se meritoria, & satisfactoria pro tot & tantis peccatis: igitur si gratia esset subdupla, essent similiter in subduplo satisfactoria, & si subquadrupla, in subquadruplo: & ita de aliis: & per consequens vnusquisq; homo habens gratiam, posset ex virtute gratiæ pro peccatis suis, vel alienis satisfacere, saltem in parte, secundum exigentiam, seu quãtãtatem gratiæ, idq; seclusis meritis Christi, quod iterum est falsum, & erroneum.

Nec potest dici tertium, scilicet, quod opera Christi fuerint de condigno, & ex rigore iustitiæ satisfactoria ratione personæ, cui humanitas erat coniuncta. Probatur, quia Christus & si fuerit, & si persona diuina, & Deus: non tamen Christus meruit nobis, nec satisfecit pro nobis secundum quod Deus, sed secundum quod homo: Id patet, quia nec fleuit secundum quod Deus, nec orauit secundum quod Deus, vt constat. Cùm igitur per hæc, & alia humana opera Christus nobis meruit, & pro nobis satisfecit, sequitur ergo, quod & si Christus fuerit Deus, non inde opera quæ faciebat vt homo, erant infinita aut infiniti valoris, seclusa Dei liberali acceptatione.

Confirmatur hoc, quia tunc omnia merita Christi fuissent æqualia, saltem omnia fuissent infiniti valoris, & meriti, & dignitatis: & ex consequenti Christus tantum satisfecit ex rigore iustitiæ per merita, quæ in vita sua fecit, quãtum per passionem & mortem quam pro nobis suscipuit: & per consequens antequam actu pateretur, iam erat hominibus debita ex iustitia peccatorum remissio, & per consequens ianua regni coelestis aperta: & ita si quis iustus decisset viuente Christo, antequam inciperet pati, introisset regnum coelorum, quod suppono erroneum. Et sequela patet, quia non ob aliud erat iustus ante aduentum Christi clausum regnum coelorum, nisi quia nondum aduenerat satisfactio: hæc autem iam ante passionem Christi aduenerat per alia opera meritoria Christi, quæ ex opinione erant infinitæ virtutis, in ratione meriti, & satisfactionis, idq; de rigore iustitiæ: & ita omnes patres, qui erant in sinu Abrahæ fuissent in coelum translati antequam Christus pateretur, ex quo ante Christus sufficenter pro illis satisfecerat ex iustitia.

Deniq; arguitur. Quicquid Christus fecit secundum quod homo, potuit facere purus

homo: si ergo Christus satisfecit de rigore iustitiæ secundum quod homo, igitur hoc ipsum potuit purus homo: consequens est à nemine concessum, & maior non potest rationaliter negari, igitur minor est falsa.

Quarto arguitur. Si Christus ad æqualitatem satisfecit, & de rigore iustitiæ pro peccatis nostris, sequitur quod Deus de iustitia debuit esse contentus cum obsequiis & passionem Christi, loco offensarum in Deum commissarum: & ex consequenti nõ pouit iustè pro eisdem offensis amplius à peccatoribus exigere. Si enim creditori suum debitum sufficienter & abundè solutum est, non erit iustum amplius à debitore pro eodem debito exigere. Deus autem ultra passionem Christi, quapro peccatoribus satisfecit, exigit ab eisdem poenitentiam cordis, confessionem, & satisfactionem propriam, vt manifestum est: argumentum ergo certum est, quod Christus nõ satisfecit ad æqualitatem de rigore iustitiæ. Quod amplius confirmatur, quia si Christus ad æqualitatem satisfecit secundum rem, nõ opus fuisset illi orare patrem, vt sua opera & passionem dignaretur pro nobis acceptare, quod est falsum. Et sequela satis patet de se: sequitur ergo, quod non fuit passio Christi secundum naturam rei, & secundum rigorem iustitiæ satisfactoria, nisi quia fuit à Deo ex sua gratia & misericordia ad eundem finem acceptata, cui liberum erat eam acceptare, & non acceptare. Et ita purus homo, nec per se, nec adiuentis meritis Christi non potest ad æqualitatem satisfacere, de rigore iustitiæ. Præsupposita tamè lege ordinata, per quã Deus statuit & promisit se placandum, & veniam his qui poenitentiam egerint se concessurum, idq; interuenientibus precibus & meritis Christi: tunc certum est hominem satisfacere posse mediante meritis Christi secundum iustitiam hanc, quæ non ex æqualitate rei ad rem sumitur, sed ex statuto & promissione Dei, quã quia iustus, verax, & fidelis est, tenetur adimplere stante lege.

Nunc ad rationes prioris sententiæ, Respon. Ad primum, esto Christus multa obsequia Deo patri impenderit, illa tamen non erant omninò indebita, imò ea tenebatur impendere, cum ad id fuerit à patre missus, & ad id à patre mandatum acceperit, vt ex dictis patet. Verum dato, quod illa omnia aut multa libere, & non ex debito fecerit, falsum est quod Deus tenebatur de rigore iustitiæ illa remunerare: quandoquidem illa omnia poterat pater ab illo iustè exigere pro beneficio crea-

tionis, & aliorum donorum accumulatione. Et dato adhuc, quod teneretur ea remunerare, non tamen in aliis à Christo, sed poterat ea in eodem Christo remunerare, augendo gratiam & gloriam, & alia innumera dona illi conferendo. Ac proinde nullo modo probant, quod Deus ex rigore iustitiæ esset obligatus peccatoribus sua delicta remittere ob obsequia Christi, & multo minus ob eadem eisdem peccatoribus gratiam & gloriam conferre.

Ad secundum, admissio quod amor Dei quem Christus habuit fuerit maior quàm amor sui quem homo habuit, non sequitur inde Christum ad æqualitatem satisfecisse: tũ ob ea quæ dicta sunt: Tũ etiam, quia si hoc sufficeret ad satisfaciendum ad æqualitatem sequeretur hominem purum sine meritis Christi posse ad æqualitatem satisfacere, & vnum hominẽ purũ iustum pro alio peccatore de rigore iustitiæ posse satisfacere. Patet, quia homo post quã peccauit per amorẽ sui, aut mundi, potest conuerti & amare Deum multo feruentius, quàm seipsum aut mundum amauerat: Et potest vnus iustus feruentius amare Deũ quàm alius peccator odierit. Similiter etiam de amore secundum effectum obiecti posset.

Ad tertium solutum est supra quod merita Christi non fuerunt infiniti valoris de se, nec ratione personæ diuinæ coniunctæ, sed quia à Deo gratiosè fuerunt acceptata. Et quauis Christus, qui Deus est, seipsum obtulit cruci, nõ tamen secundum quod Deus, sed secundum quod homo, & ideo nil contra dicta.

Ed adhuc manet dubium, nam qualitercumq; Christus pro nobis satisfecerit, ad æqualitatem siue secundum Dei acceptationem, communis tamen sententia est omnium, quod satisfecit pro omnibus sufficienter. Cùm igitur sufficientia vnus excludat necessitatem alterius, sequitur quod non esset peccatori alia satisfactio necessaria, præter eam, quam Christus fecit: & tamen Deus exigit à peccatore contritionem, confessionem, & satisfactionem, vt ex dictis satis patet, igitur. Respon. Illa sufficientia, quæ dicitur esse in meritis Christi & satisfactione Christi intelligitur ex parte sua taliter, quod si homines ex sua parte fecerint, quod in ipsis est, & quod eis à Deo exigitur, per merita & passionem Christi fit, vt actu à peccato redimantur, qualiter non redimerentur seclusis meritis & passione Christi, etiam si agerent quicquid in ipsis fit, nil illis profuisset, sicut iam prodest ob Christi merita & passionem. Itaque fuit passio Christi sufficiens: vt nostra po-

nitentia & opera in Deum relata, Deo grata sint, & à Deo acceptentur, qualiter sine Christi meritis non acceptentur: aut aliter id exponatur, scilicet, quod Christus pro nobis sufficienter satisfecit ex parte sua: quia, scilicet, ex parte Christi nihil ampliùs requirebatur ad satisfaciendum, & mundum redimendum, quàm quæ egit, & passus est, imò nec requirebatur tantum, quantum egit, & passus est, cum min⁹ suffecisset. Vnde ait Psalmista: Copiosa apud eum redemptio. & vna gutta sanguinis Iesu Christi suffecisset pro omnibus ad eorum redemptionem, vt dicitur in Extrauagante Clementis. 6. c. vñigenitus.

Vbi nota, quod ait, scilicet, quod vna gutta sanguinis suffecisset pro omnibus, propter vnionem ad verbũ, quod videtur militare contra responsionẽ supra ad quæstionẽ datã: Ad quod dicendum, quod non inde sequitur passionẽ Christi infiniti valoris secundum naturam rei fuisse, ita vt de pura iustitia satisfecerit propter vnionem ad verbũ, vt ex dictis patet. Nec Clemens in illa Extrauagante intendit excludere liberalem Dei acceptationẽ, sed intedit dicere, quod Christi opera & passio tantã excellentiã propter vnionem humanitatis ad verbũ cõtrahebãt, vt vnica gutta sanguinis pro nobis effusa suffecisset inclinare diuinã clementiam, ad nostrã redemptionem, nisi statutũ esset Christum cõpletè per mortem satisfacturũ. Non enim ait, quod vna gutta sanguinis suffecit de facto, alioqui nil opus fuisset Christũ mori ad redimendum mundum, & animas sanctorum patrũ de limbo liberandum: sed dixit, quod vna gutta suffecisset ad sensum dictum.

Est igitur resolutio, quod purus homo nõ potest nec per se, nec virtute passionis Christi de pura iustitia, seclusa liberali Dei acceptatione pro peccatis satisfacere Deo, quin liberũ sit, de potentia Dei absoluta, nec opus hominis, nec passionem Christi acceptare in remissionem peccati, absq; hoc, quod alicui iniustitiam faciat: stãte tamen lege, homo satisfacit de iustitia pro peccatis in virtute passionis Christi: quia iustum est De⁹ sua seruet promissa & decreta. Est autẽ differẽtia in proposito inter iustitiã rei, & iustitiã legis, quia prima requirit æqualitatem inter debitũ, & redditũ. Secũda verò nõ hanc æqualitatem requirit, sed quod id reddatur, quod in lege exigitur. Et sicut solutio, quæ secundum legẽ fit, obligat Deũ stante lege, vt illa contentus sit, & debitum remittat: ita solutio quæ secundum æqualitatem rei fit, si qua esset, obligaret eundem Deum, vt simpliciter debitum remittat.

E remittat. Cum autem nec homo purus, nec Christus potuerit Deum simpliciter obligare ad remittendū offensam contra ipsum commissam aliquid illi reddendo, vel pro eo patiēdo: consequens est, vt nec homo purus, nec Christus potuerit ad æqualitatem satisfacere secundū iustitiam rei, secūds secundū iustitiam legis. Adde ampliū quod esto teneamus, vt quibusdam placet, merita Christi fuisse valoris infiniti in ratione meriti, & satisfationis, idq; propter vnionem ad verbum, quodq; Christus satisfecerit ad æqualitatem rei reddendo tantū, imò plus in valore, quā debuerit peccator Deo propter offensam: ad huc tamen non satisfecit de pura iustitia, excludēdo liberalem acceptationem. Ratio est, quia Deus non tenebatur de iustitia contentus esse, cū solutio per Christum facta, etiā si in re esset æqualis, & superabundans: quia in debitis ratione differentibus non tenetur creditor acceptare vnum pro alio: vt si debes pecunias, & reddis triticum, liberum est creditori triticum acceptare, & non, etiam si æquale sit pecuniis debitis: secūds in rebus quæ admittunt functionem. Cum ergo id quod debebat peccator pro offensa ratioē differat ab obsequiis & passione Christi, vt constat, quā tumuis solutio per Christum facta æquiualeat debito peccatoris, & excederet, non tenebatur Deus de iustitia talem acceptare solutionem si nollet, & ita semper sequitur intentum, quod erat necessaria liberalis acceptatio Dei, vt Christus dicatur satisfecisse per passionem suam.

Presupposito igitur, quod nō possit homo Deo satisfacere pro peccatis non dimissis, quo ad culpam ex pura iustitia, secundum æqualitatem rei, esset dubium, An saltem possit pro dimissis, quo ad culpam ex pura iustitia satisfacere. Et videtur quod sic, eò quod dimissa culpa per cōtritionem, æterna poena est in temporalē commutata, quam quidem temporalem tenetur homo hic, vel in purgatorio soluere: igitur, si illam soluat, satisfaciet ad æqualitatem, & ex pura iustitia. Et certè ita videtur dicendum, si poena voluntaria huius vitæ possit esse tanta, quæ æquaretur poenæ purgatorii debitæ pro peccato dimisso. Verūm ex sententia sanctorū illa poena longè acerbior est, quā quæcūq; poena vitæ præsentis: quod ita esse putandum est, comparando poenam purgatorii ad poenā præsentis vitæ secundum intensiōem: possit tamen intensio per durationē suppleri, vt si homo esset in purgatorio, passurus poenā vnus

diei intensam vt. 20. si in hoc sæculo patiatur poenam intensam vt vnum per. 20. dies, videtur æqualitas inter hanc & illam, quia quod in vna deficit ex parte intensiōis, suppletur per durationem: & secūdū hoc posset homo iustus pro peccato dimisso satisfacere, ad æqualitatem in casu, presupposito vt dico, quod peccatum fuerit dimissum & non manserit homo ille debitor pro illo nisi poenæ temporalis determinatæ. Eodem modo posset dici de venialibus, quod potest homo iustus pro illis satisfacere ad æqualitatem, presupposito quod transiente actu peccati venialis, non relinquatur in homine nisi debitum poenæ temporalis soluendæ: attamen talis satisfactio & si ad æqualitatem fieri possit, hoc tamen est presupposita gratia & liberalitate Dei, qui cum longè maiorem poenā potuit iuste à peccatore exigere, tam pro veniali, quā pro mortali quo ad culpam dimisso, ex misericordia tamē sua non exigit maiore, qua misericordie voluntate presupposita procedit, quod dico, scilicet, posse hominem pro huiusmodi peccatis ad æqualitatem, & ex iustitia satisfacere, excepto vt supra tetigi, nisi poena purgatorii, in quam fuit eterna cōmutata, sit alteri^o rationis à poena vitæ præsentis: quia tūc presupposita præfata Dei misericordia, certam & determinatā poenam pro dimisso taxantis, necessaria est gratiosa acceptatio Dei poenæ hic voluntariæ assumptæ: quia vt dixi in libertate creditoris est, petere debitum idem, nec tenetur esse cōtentus, si loco vnus debiti aliud specie differentes soluatur, etiā si illud aliud sit priori æquiualeat, aut superabundans.

Quæstio secunda.



Queritur deinde an possit homo Deo satisfacere pro peccatis, per opera extra charitatē facta: & quia ad id cōuenit scire, ad quid opera huiusmodi valeant apud Deū, ideò de hoc prius aliqua breuiter tangamus. Primò: An opera bona extra charitatē facta valeant ipsi operanti ad remissionē culpæ prius commissæ, etiā si vera poenitentia non præcesserit. & dixerunt quidā quod sic. Tum ex eo quod habetur Danielis. 4. quādo Daniel dedit cōsiliū regi Nabuchodonosor, dicēs, Peccata tua eleemosynis redime. Et loquebatur ad hominē infidelē & gentilem. Tum etiā

ex eo

A ex eo quod Christus dixit, Lucæ. 11. quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. & loquebatur ad phariseos de quibus ipse Christus dixit, quod intus essent iniquitatis pleni: igitur his qui in peccato mortali sunt, potest eleemosyna prodesse ad peccati remissionem, & ita intentum.

Respon. Oppositum esse tenendum, scilicet, opera extra charitatem facta, nec ad gratiam nec gloriam, nec ad iustificationem hominis sine vera cordis poenitentia de lege prodesse posse. Hoc enim ait Paulus. 1. ad Corin. 13. Si omnem substantiam meam consumam in cibos pauperum, charitatem autem nō habeam, nil mihi prodest. Et Gregorius in homilia super Ioannem. 15. ait: Opera humana, nisi ex radice charitatis procedant, nihil habent viriditatis, ac proinde ad gloriam & gratiam aut iustificationem nil possunt fructificare. Facit etiam Augustinus, & habetur de poenitentia distin. 7. c. Nullus. Quem poenitet, oportet non solum timere iudicem sed diligere, quia sine charitate non potest esse salus. Facit etiam ratio, quia quādiu manet homo Deo inimicus, opera sua deo accepta esse de lege non possunt. Iuxta illud Gene. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Itaq; si opera hominis Deo grata esse debent, & ad gratiam & iustificationem accepta, oportet personam ipsam esse acceptam, qualis nō est, qui adhuc in peccato aliquo perseuerat. Ad illud autem, quod ex Daniele citatum est dicendum, quod vt ait Thomas, cōsiliū Danielis fuit, vt Nabuchodonosor poenitentiam ageret, & se Deo subiiceret, & deinde eleemosynam faceret ad sua peccata redimendū, etiam si in textu non omnia hæc explicentur, sic tamen est cōsiliū præfatum accipiendum.

Potest aliter dici, quod Daniel illic ad literam nō loquebatur de redemptione peccatorum quo ad culpā, & æternā poenā, cū loqueretur ad hominē ethnicū & infidelē: sed loquebatur de redemptione peccatorum quo ad poenā temporālē vitæ præsentis, quā Deus cōtra regē illū ob eius delicta infligere decreuerat. Erat enim decretum Dei, vt Nabuchodonosor fieret velut bos pascens herbam, & vt regno suo saltem ad tempus priuaretur, quæ admodū eadem explicuit ipse Daniel. Cum igitur Nabuchodonosor cuperet huiusmodi poenam euadere, consuluit illi Daniel, vt eleemosynam faceret. Quod autem non loqueretur de remissione peccatorum quo ad culpam hinc apparet, quia statim adiecit, forsan ignoscat tibi

Deus: quod verbum dubitandi locum nō haberet, siue de eleemosyna ex vera poenitentia cordis procedente loqueretur, siue de eleemosyna sine poenitentia cordis facta nam: certū erat, quod si veram cordis poenitentiam ageret, Deus remitteret, si autem de eleemosyna sine poenitentia facta loquebatur, certum etiā est Deum peccata quo ad culpā nō remissurū, vt supra in tractatu de poenitentia vtrunq; patuit. Poterat autem dubitari, an Deus poenam, quam illi pro peccatis parauerat, esset per eleemosynā remissurus: & ideò habet locum quod adiecit per modum dubitantis, scilicet, forsan ignoscat tibi Deus.

Ad aliud dictum Christi ex Luca sumptū respondet Augustinus & glos. quod procedit de eleemosyna ordinatē facta, hæc autem est quæ à seipso incipit. Supponitur enim quod eleemosynæ nomine venit intelligendum omne beneficium alicui impensum ad eius indigentiam seu miseriam releuandam, sine sit indigentia corporalis, cibi, vel potus, vestitus, aut hospitij: siue sit spiritualis indigentia, scilicet, correctionis, consilij, atq; doctrinæ. Supponitur etiam, quod peccator in mortali existēs, est in miseria culpæ, qui indiget beneficio aliquo, vt ab huiusmodi miseria releuetur: ad quod nullum conuenientius est beneficium, quā poenitentia. quæ dicitur, & est eleemosyna, quam sibi ipsi peccator debet impendere ad sui ipsius indigentiam subueniendum. Si igitur peccator sibi ipsi non subuenit ad propriam releuandam indigentiam, curans alienam releuare, non videtur huiusmodi eleemosyna ordinata: & ideò illi ad salutem animæ non valet. Quod igitur dixit Christus: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: intelligitur de eleemosyna ordinatē facta, quæ à seipso incipere debet, iuxta illud Sapientis: Misere animæ tuæ placens Deo: Breuius dici potest, quod Christus loquebatur de eleemosyna ex fraternā charitate vera, & non simulata procedente, nam statim addit: Vt vobis Phariseis, qui decimatis mentham & rutam, & omne holus, & iudicium & charitatem præteritis. In quo significat eleemosynam & alia opera Deo & proximis facta, si salutaris esse debeat, ex charitate vera debere procedere, quam quidem si quis ad proximum habeat, hoc ipsum sufficit, vt omnia munda sint homini. An autem sit necessarium omnia quæ supersunt in eleemosynas erogare, ad aliam spectat considerationem,

Ecclesiæ. 30.

Supposi-



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

CRÉDITOS USUALES

E **S**ppposito ergo, quòd opera extra charitatem facta ad gratiã, gloriam, seu iustificationem nõ profunt: An saltem valeant ad aliquã remunerationem, seu bonũ apud Deũ? Et pro parte negatiua facit Paulus, vbi supra, qui de prædicatione ac doctrina loquens, & de fide, quæ montes transferat, & de abundãte eleemosyna ait, qd si hæc fiant sine charitate, nil omninò profunt ipsi facienti: vbi videtur omnem vtilitatem prorsus ab operibus sine charitate factis excludere. Facit etiam Ecclesiastici. 17. A mortuo, velut qui non est, perit confessio, scilicet, laudis. Laudare igitur Deum extra charitatem, nil prodest. Et iterum cap. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid illi prodest lauatio? sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliãdo se, orationem illius quis exaudiet? quasi dicat nemo.

Pro quo etiam facit, quod ait Augustinus de peccatore dicẽs, indignus est peccator etiã pane, quo vescitur, & vita ipsa.

F Facit etiam Esaiã. 58. Vbi Deus in sententia inquit, quòd orationes & ieiunia hominũ in peccatis permanentium non exaudit, nec acceptat, dãs pro causa, quia in peccatis sunt: igitur. Et iterum idem Esaiã. 64. Vniuersæ iustitiæ nostræ sunt velut pannus menstruatus. igitur nil apud Deum valent nostrã opera quãdiu sine charitate fiunt, cuius est omnem immunditiam operũ purgare.

His non obstantibus videtur, qd opera bona extra charitatem facta valent apud Deum, ad aliquam remunerationem, & bonum saltem temporale. Id communiter colligunt doctores ex sententia Hieronymi, & habetur de poenitentia, distin. 3. ca. Si quando vbi ait: Si quãdo videris inter multa mala operã facere peccatorem quẽcumq; aliqua quæ iusta sunt, nõ est tã iniustus Deus, vt propter mala multa obliuiscatur illorum paucorũ bonorum. Facit & Augustinus, & habetur ibidem cap. Pium est credere, & nostra fides hoc exposulat, vt cum gratia Christi destruxit mala priora in homine, etiam remuneret bona. Et sequitur: Et cum destruxerit, quod suum non inuenit, amat, & diligit bonum, quod in peccate plantauit: vnde colligitur Deum aliquãdo in homine peccante plantare aliquod bonum opus, & illud amat, & diligit, & non nisi illud remunerãdo. Facit etiam Chrysostomus apertius ibidem cap. Quid ergo, tollere volens admirationẽ simul & turbationem eorũ, qui vident in hoc mundo malos prospera

ri, & bonos multa aduersa sustinere. cuius G ipse causam vnã assignat dicens: quia non potest vel malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona, nec bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua mala. Cũ ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cũ enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illiciam plenius punietur. Facit & Ambrosius, vt glossa refert ad Rom. 2. dicens: Nullum malum impunitum, nec vllũ bonum irremuneratum. Ex quibus patet, his bonis operibus, quæ extra charitatem fiunt, aliquod præmium respondere.

Ibidem etiam patet exemplo obstetricum Aegyptiarũ, quæ p beneficio, quod erga paruulos Hebræorum exercuerunt, nolẽtes eos ad iussu Pharaonis suffocare, remunerationem à Deo acceperunt: nam Deus illis ob id domos edificauit: Exo. 1. cũ tamen essent infideles & idololatræ. Similiter regi Nabuchodonosor Deus regnũ Aegypti saltem ad tempus dedit, pro eo, quod aduersus quãsdã pessimas nationes Deo aduersantes, bellum cum magno labore gesserat, vt habetur Ezech. 26. Similiter & Augustinus quinto de ciuitate Dei ait, Romanos imperium meruisse ob strenua & iusta opera quæ faciebant, cũ tamen infideles essent, & in peccato. Ex quibus patet opera bona extra charitatem facta, non esse etiam apud Deum prorsus inutilia.

Sed non solum valent ad temporale præmium, cũ ex sententia omnium ad multa alia bona spiritualia similiter valeant. sed facilius obtinendum à Deo gratiam conuersionis, qua citius respiciant, valent ad acquirendos bonos mētis habitus, quibus facilius homo virtutes exerceat, & vitiiis resistat. Valent ad impetrandum intercessiones sanctorum. Valent etiam ad hoc, ne angelus nos custodiens, nos omninò deserat, sicut desereret, si semper in vitiiis viueremus, suis monitis & inspirationibus atq; consiliis acquiescere nolentes. Valent etiam ad vitandum nouam culpam quam incurreremus, si talia opera cũ in peccato sumus, omittamus, si erant opera alioqui nobis præcepta, & ex consequenti, ne si damnaremur, grauius torqueamur.

Ad illa autem quæ prius in oppositũ allegata sunt, respon. qd Paulus secundum communem sententiam doctorum intelligitur sic, qd illa opera, quæ extra charitatem fiunt, nil omninò profunt ad vitam æternam, cũ talia opera mortua sint, & principio vitæ careant, ideò nil ad viuificandũ hominem in peccato mortuum prodesse possunt.

Ad aliud

A Ad aliud, ex Ecclesiastici. 17. citatum dicendum primò, quòd illic sapiens non de confessione laudis, vt Scotus putat loquitur, sed de confessione fraudis & peccatorum, & loquitur ad hominem lapsu, exhortans eum, vt ad Dominum conuertatur, dum viuus est, & sanus, & errorem suum confiteatur, nec mortem ad id expectet, quia post mortẽ nil proderit errorem suum recognoscere, & confiteri, & hoc est ad literam, & ideò illud nil agit contra responsionem datam. Quòd si de confessione laudis, qua quis in peccato existens Deum laudat, id velimus accipere, dicendum quòd huiusmodi cõfessio à mortuo facta perire dicitur, quia ad consequutionem æternæ vitæ perinde est, ac si non fieret. Ad illud etiã ex eodem cap. 34. citatum dicendum, quòd loquitur contra homines, qui cũ semel poenitent, postmodũ in peccatum relabũtur, quibus nil prodest ad vitam latos fuisse, nec oratio in peccato post lapsu facta, per quã vitam & remissionem à Deo petunt exaudietur, eò quòd talium poenitentia vera non est, quæ per relapsu interrumpitur. Itãq; non excludit Sapiens valorem omnem operum, quæ in peccato fiunt, sed valorem ad gratiã & remissionem peccatorum. Sic enim in eodem cap. ait, quòd dona & oblatiões iniquorum Deus non acceptabit, nec propitiabitur peccatis eorum.

B Ad aliud ex Augustino sumptum, quòd peccator non est dignus pane, quo vescitur, valet ad dicendum, quòd peccator nil boni meretur apud Deum de condigno, secus ex gratia & liberalitate ipsius Dei.

Ad aliud ex Esaiã allegatum dicendum, qd ieiunia & orationes in peccato mortali facta non valebant illis Iudæis ad iustificationem, vt dictum est, nec ad euadendum poenas temporales & mala quæ in hoc sæculo patiebantur, de quo postea. Quod vltimò allegatum est, scilicet, quòd iustitiæ nostræ sunt velut pannus menstruatus, confessio est hominis poenitentis, & misericordiam à Domino postulãtis: ita enim est, quòd nil purum potest in peccatore reperiri, cũ mixtum sit vitiiis & fordibus peccati: sed cum hoc stat, quòd si quòd bonum est in peccatore, quanuis fordibus peccati sit admixtum, illud valet ad aliquod præmium, vt dictum est. Vnde patet errare eos, qui ex hoc loco colligi putãt omne opus hominis sine charitate factum, esse vitium & peccatum, aliud enim est opus vitiosum esse, aliud verò opus vitiiis esse commixtum. Sed de hoc aliã.

D Ato igitur, quòd opera bona extra charitatem facta valeant ad remunerationem apud Deum, esset dubiũ, an valeant ad idem de iustitia, an de pura gratia & liberalitate Dei. Quemadmodum nonnulli Doctores dicunt, moti ex rationibus nuper in dubio præcedenti solutis, si enim talia opera valerent ad præmium aliquod de iustitia, non ergo dixisset Augustinus peccatorem nõ esse dignum pane quo vescitur, si de condigno aut de iustitia esset sibi p suis operib? aliquid à Deo reddendum: itãq; si Deus pro talibus operibus aliquid retribuit, erit hoc, quia decet Dei bonitatem, non quia ex iustitia peccatori aliquid ob illa opera debeatur.

Sed contra hanc opinionem videntur aliqua militare. Primò decretum Hieronymi supra citatum. Si quando vbi de peccatore, qui inter multa mala quæ egit, aliqua pauca bona operatur, ait, quòd non est Deus tã iniustus, vt propter illa multa mala obliuiscatur illorum paucorum bonorum, quæ interim in peccato fecit. Vbi significat Deum iniustum fore, si illa opera bona inter peccandũ facta nõ remuneraret, igitur ea ex iustitia remunerat, nõ ex pura liberalitate, & gratia.

Facit etiam decretum Augustini supra citatum, vbi ait, Pium est credere, & nostra fides exposulat, vt Deus remuneret bona quæ in peccante plantauit. Vbi non dixit solum piũ est, sed addit, fides nostra exposulat id credere. Si igitur fides nostra exposulat credere, qd Deus remuneret bona quæ in peccante plantauit, sequitur qd nõ ex mera gratia & liberalitate ea remunerat, sed ex iustitia saltem legis: alioqui salua veritate legis posset ea nõ remunerare, & per consequens nõ exposularet nrã fides credere qd ea remuneret &c.

Facit etiam, qd de Nabuchodonosor citauimus Ezech. 29. Vbi dicitur, quòd cũ multa onera sustinisset aduersus Tyrũ merces non est reddita ei, nec exercitui suo de seruitute, qua seruiuit mihi aduersus Tyrum, propter qd ait Dominus: Ego dabo eum Regem in terra Aegypti. Et sequitur: Et erit merces exercitui eius, & operi quo seruiuit. Vnde arguitur, si merces fuit, non ergo pura gratia; nam ei qui operatur, non imputatur merces secundum gratiam, sed secundum debitum, vt ait Paulus ad Roma. 4.

Vnde & Hieronymus super Ezechielem ibidem ait: Ceterum ex eo quòd Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam Ethnicos, si quid boni fecerint, nõ absq; mercede, Dei iudicio præteriri.

Vbi



E Vbi cum mercedem nominat, debitum significat, & ita puram gratiam & puram liberalitatem excludit.

Facit etiam dictum Ambrosij, etiam supra citatum. Nullum malum impunitum, nec vllum bonum irremuneratum. vbi æqualiter de malo & bono loquitur: sicut ergo malum omne ex iustitia punitur, ita bonum omne ex iustitia remuneratur.

Facit denique ratio, quia ad hoc, quod operi alicui impensio debeatur ex iustitia merces, non est necessaria charitas, aut amicitia cum illo, cui opus impensum est. Vt si quis faciat alteri obsequium aliquod, rem eius vtiliter agens, ex iustitia meretur retributionem quantumcumque illud ex charitate & amicitia illius non fecerit. Si igitur aliquis Deo seruiat vtiliter rem eius agens, etiam si ex charitate id non faciat, meretur apud Deum aliquam remunerationem, talis est homo, qui cum in peccato sit in ecclesia Dei vtiliter laborat docendo, prædicando, corrigendo, & alia opera in filiorum Dei utilitatem agendo.

Per hæc posset aliquis moueri ad dicendum, quod homini ex iustitia debet aliqua remuneratio pro operibus extra charitatem factis, & ita non ex pura gratia veniunt talia opera remuneranda. Attamen quia durum est dicere Deum obligatum esse peccatoribus in inimicitia Dei permanentibus aliquid de iustitia debere, nisi de iustitia distiguam, ideo notandum est, quod humana opera possunt de iustitia ad aliquod præmium valere tripliciter, scilicet, ex natura operis, ex debito promissionis, seu legis, qua Deus promissit talia opera remunerare, & ex decentia ipsius Dei remunerantis. Primo modo, opera nostra siue ex gratia, siue extra gratiam fiant, non sunt meritoria alicuius præmij apud Deum, nec æterni, nec temporalis, ita vt Deus sit de rigore iustitiæ strictus ea remunerare. Secundo modo, opera nostra ex gratia & amore Dei facta valent ad præmium æternum ex iustitia: nam pro huiusmodi operibus ex charitate factis Deus in lege sua promissit, & se quo dammodo obligauit, æternum præmium largiturum, aliaque dona & bona temporalia se daturum, quatenus ad salutem æternam consequendam necessariū foret. Tertio modo opera nostra bona in peccato facta valent ad aliquam remunerationem ex iustitia, prout scilicet, diuinam bonitatem decet, non tamen ita vt Deus iniustus sit, si talia opera non remuneret, sicut videtur esse agendo contra iustitiam primo & secundo modo sumptam, iuxta dictum

Augustini sæpe allegatum: Si Deus cõfugietes ad se non admitteret, esset iniustus &c. q, scilicet, per eum promissa non cõpleat. Cum igitur in lege nõ occurrat vbi Deus se obligauerit ad remunerandum opera in mortali peccato facta, quauis legatur, q, ea aliquando de facto & pro voluntate remunerauerit, ideo nõ videtur ab opinione proposita omnino recedendum, quæ quidem tenet, q, talia opera in peccato facta nõ sunt meritoria de cõdigno, seu ex iustitia primo & secundo modo sumpta.

Conformiter ad quam posset ad rationes contra eam factas responderi. Ad primum ex Hieronymo allegatum, respondet Gratianus illud præcedere de operibus bonis ex gratia factis ab homine, qui nunc cadit, nunc autem resurgit: significans q, illa talia opera mortificata, postea per poenitentiam reuiuiscunt, attamen Hieronymus aliter sensisse videtur, scilicet, de operibus ipsis bonis, quæ in peccato mortali fiunt, vt patet ex eo, q, super Ezechielem dixit de Ethnicis, quorum opera bona sua habitura esse mercedem asseruit. Ideo dicatur, q, cum ait: Non est tam iustus Deus &c. loquitur de iustitia tertio modo sumpta, & significat iustum esse (iustitia sumpta ex decetia diuinæ bonitatis,) vt bona illa etiam ab iniustis facta remunerentur. Ad secundum ex Augustino citatum dicendum, q, non intendit Augustinus dicere esset necessarium & de fide credere semper huiusmodi opæ bona quæ a peccatoribus fiunt a Deo remunerari, sed intendit dicere, q, fides quæ de diuina bonitate & liberalitate habemus, facit nos pie credere, q, Deus præfata bona remuneret, ideo præmissit dicens: Pium est credere &c. Cum quo tamen stat, q, Deus ad id nullatenus sit strictus.

Ad tertium de Nabuchodonosor allegatum dicendum, q, illa remuneratio illi facta fuit ex liberalitate & gratia pura Dei, nõ ex iustitia: quoniam quidem bona mūdāna & caduca liberè dat, quibus vult, & quibus vult negat, & nõ ea ex iustitia dat cuiusque benè operati, vt experientia docet. Et quauis illic nomine mercedis scriptura vtatur, non inde fit, vt debito, & ex iustitia proprie sumpta regnum Aegypti illi regi fuerit traditum, sed merces illic largè accipitur, & ad omnem remunerationem etiam gratiosam se extēdit. Quod verò ait Paulus: Ei qui operatur, non imputatur merces secundum gratiam, sed secundum debitum. accipitur de mercede proprie strictè sumpta, qualis est ea quam aliquis ex operis condignitate meretur: nam loquebatur contra Iudæos, qui ad cõmmodum legis operibus fiebant, vt putarent

A putarent sibi ex illis potius quam ex gratia iustificationem, & regnum Dei deberi. Ad aliud ex Ambrosio citatum potest dici, quod ita est: nullum, scilicet, bonum esse irremuneratum, eò quod omne opus bonum secum habet suum præmium, scilicet bonitatem, sicut & omne malum secum suam poenam habet, iuxta illud Augustini: Iussisti Domine, & ita est, vt poena sit sibi vnusquisque inordinatus animus. Aut secundò dicatur quod loquitur Ambrosius de bono meritorio, & de malo demeritorio, quod nec illud præmio, nec hoc carebit supplicio: attamen in peccatore non poenitente nullum tale opus bonum meritorium proprie reperitur, scilicet, de condigno.

Ad postremum dicendum, quod non est simile, quod pro simili adducit: quia homo ad hominem cõparatus, potest alter apud alterum mercedem aliquam de condigno etiam ex natura operis mereri, nõ sic apud Deum, apud quem opera nostra nullam de se habent condignitatem respectu alicuius mercedis, nisi quatenus ab ipso Deo ad aliquam remunerationem acceptantur: tum quia nil nos de nostro illi tribuere possumus, tum etiã quia quicquid boni agere possumus, iustè si vellet, posset ratione creationis a nobis exigere, vt supra dicebam.

Vicunque igitur valeant operanti opera bona, quæ extra charitatem facit, esset aliud dubium, An sicut pro præfata vita valent operanti, ita etiam valent eidem pro futura: puta si ad Infernum descenderit, & in præfata pro illis remuneratus non fuerit. Et dixerunt quidam, vt Glossator Decreti, q, valebunt etiã in Inferno, vt mitius illic torqueantur, prout videtur dicere Augustinus, quod scilicet, tales mitius in Inferno punientur: quod sic intelligunt: quia, scilicet, ratione bonorum operum, quæ peccatores in peccato fecerunt, quæ ante fecerant, maximè esset ob aliquod gaudium, quod de bonis per eos factis haberent: sed gaudium in Inferno habere nõ possunt, vbi nullus ordo nulla requies, sed sempiternus horror cum fletu & stridore dentium inhabitat. Deinde si de illis operibus gaudent, quæro, aut gaudent de illis quatenus bona fuerunt, & hoc non: quia cum sint in peccatis obstinati, bonam voluntatem habere non possunt, aut complacent in illis bonis ob alium finem malum, & tunc non est ratio nabile dicere, quod huiusmodi complacentia eos ab aliqua poena releuet, vel eos, vt facilius poenam sustineant, confortet, cum ob id potius esset augenda poena q, diminuenda.

quia si aliquod opus bonum in peccato factum valeret ad remissionem vnus gradus poenæ Inferni, sequeretur quod tot & tanta opera bona potuit peccator in peccato facere, quod sufficerent ad tollendum omnem poenam Inferni, saltem sensus: & ita staret aliquem sine charitate, & in multis peccatis mortalibus decedere, & in Inferno nullam sentire poenam, quod suppono esse contra fidem, qua credimus in Inferno nunquam ignem cruciantem extinguendum, nec vermem morturum, nec poenam vnquam finiendam. Et tamen sequela patet, quia cum poena illa finita sit secundum intensiorem gradualem, si vnum bonum opus sufficit vnum gradum remittere, secundum opus tale valebit secundum gradum tollere, & tertium, & ita de aliis. Nec valet dicere, quod illa opera bona in peccato facta valent ad diminuendum poenam, non secundum æqualitatem sed secundum proportionem. Non, inquam, valet: quia omnino videtur irrationabile dicere, q, opera fuerint in bonitate penitus æqualia, & quod non valeant ad æqualem remissionem. Nec valet secundò dicere quod opera talia nil de poena Inferni diminuunt, attamen ita animam illic existentem confortant, vt facilius tollerent poenam sibi illatam, ad modum, quo aliquis onus aliquod portans, si cibum & potum sumat onere non diminuto, facilius illud sustinebit, & portabit, quam si cibum non percipisset: eò, scilicet, q, per cibum sit confortatus. Id, inquam, nõ valet: quia si hic cibus corporalis ab homine sumptus hominem confortat, vt facilius onus sustentet, ideo est, quia per cibum virtus prius debilitata reuiuiscit, & augetur: in dānatis autem, nec augetur virtus corporis nec anime per opæ bona, quæ in peccato fecerunt.

Idem probatur, quia si in damnatis aliqua fieret confortatio ratione operum bonorum, quæ ante fecerant, maximè esset ob aliquod gaudium, quod de bonis per eos factis haberent: sed gaudium in Inferno habere nõ possunt, vbi nullus ordo nulla requies, sed sempiternus horror cum fletu & stridore dentium inhabitat. Deinde si de illis operibus gaudent, quæro, aut gaudent de illis quatenus bona fuerunt, & hoc non: quia cum sint in peccatis obstinati, bonam voluntatem habere non possunt, aut complacent in illis bonis ob alium finem malum, & tunc non est ratio nabile dicere, quod huiusmodi complacentia eos ab aliqua poena releuet, vel eos, vt facilius poenam sustineant, confortet, cum ob id potius esset augenda poena q, diminuenda.

Q² Si igitur

E Si igitur valent præfata opera vt peccatores mitius in Inferno torqueantur, intelligatur cum Augustino in hoc sensu: quia, scilicet, si peccator illa bona opera quæ fecit, non fecisset: si, scilicet, de præcepto fuisset, ex consequenti acerbius fuissent puniti, quàm ea faciendo, & hoc præterdit Augustinus vbi supra. Aut aliter, scilicet, quòd opera bona in peccato facta valent ad remissionem peccatorum quo ad poenam temporalem, in quam fuerat aeterna per contritionem commutata. Sed de hoc sensu sequenti dubitatione tangetur.

Nunc de eo, quod principaliter quaerebatur: An, scilicet, opera bona facta extra charitatem sint apud Deum pro peccatis satisfactoria de ordinata lege. In quo vide per Doctores tripliciter responderi. Quidam enim simpliciter tenent partem negatiuam. Ratio eorum est, quia nulla opera sunt apud Deum satisfactoria, nisi quia ab ipso acceptata, opera enim nostra quauis in charitate fiant, non sunt ex natura sua meritoria aut satisfactoria, vt suppono, sed opera extra gratiam facta à Deo non acceptantur, nec illi grata sunt, siue sit ieiunium siue oratio, siue elemosyna. de ieiunio patet ex eo, quod supra ex Esaia citauimus. Vbi dicit, quòd cum Iudaei ieiunarent, & de Deo quererent, quòd eorum ieiunium non acceptaret, Deus illis causam quaere suum ieiunium non acceptaret, ait: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis, ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. De oratione etià Esaia primo dicitur: Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam. Et datur pro causa: manus enim vestre sanguine plene sunt. i. peccato. De elemosyna similiter patet ex Paulo ad Corinthios: Si distribuero omnem substantiam meam &c.

1. Corin. 13.

Contra verò alij tenent simpliciter partem affirmatiuam, scilicet, quòd opera bona extra charitatem facta sunt apud Deum de lege ordinata satisfactoria. Quorum ratio est, quam supra tetigimus: quia, scilicet, trãseunte actu peccati, non relinquitur in peccatore nisi reatus ad poenam aeternam, quæ per contritionem in temporalem commutatur: & ita non remanet aliquod debitum soluendum nisi debitum poenae temporalis, idq; ex lege ordinata: ergo quomodocumq; homo huiusmodi debitum soluat siue in gratia, siue extra gratiam, cedit sibi in solutum, & ita satisfacit. Confirmatur hoc à simili de aliis debitis que tam Deo, quàm hominibus debentur. Si de-

G beo proximo decem ducatos, soluendo illi totidem, satisfacio, etiam si in gratia & amicitia illius non sim. Si debeo aliquod opus vel obsequium Deo ex voto, aut iuramento, aut lege seu præcepto, satisfacio, si illud agam, ad quod teneor, etiam si extra gratiam illud faciam: quod quauis mihi ad gratiam & gloriam non valeat, valet tamen ad hoc, vt à debito, quo tenebar, maneam absolutus, & liber. Secundò idem probat, quia non sunt de terioris conditionis homines in via existentes, quàm qui in Inferno sunt aeternaliter condemnati, cum hic sit locus misericordiae, illic verò iustitiae: sed sic est quòd damnati in Inferno soluentes poenam temporalem prioribus peccatis quo ad culpam dimissis debitam, liberantur à reatu, & debito poenae temporalis, cui ob illa erant obnoxij, vt patet ex his, quæ supra in tractatu de confessione adduximus, quemadmodum & Thomas fateatur, in. 4. d. 22. q. 1. Igitur & viatores si in peccato existentes poenam temporalem pro dimissis soluant, satisfaciunt. Tertio ad idem: Opera bona extra gratiam facta de lege valent ad aliam quam remunerationem apud Deum, vt ex dictis patet: igitur etià valere possunt ad remissionem poenae temporalis. Consequentia videtur, quia non minus imò maius quid esse videtur Deum opera nostra acceptare ad conferendum præmium alioqui indebitum, quàm ad remittendum aliquod temporale illi debitum quale est debitum poenae temporalis pro peccatis prius dimissis. Assumptum autem patet: tum de obstetricibus Aegyptiis, & de Nabuchodonosor, tum etiam de Rahab meretrice, quæ cum Gētilis esset, suam à Domino remunerationem accepit eò quòd exploratores Hebræorum suo modo ab hostibus liberauit.

Iosu. 2. 27. 6

Sunt alij qui sub distinctione respondent medio modo procedentes, qui tenent, quòd si loquamur de satisfactione proprie, opera extra charitatem facta, quauis bona sint, satisfactoria tamen apud Deum non sunt. Ratio, quia satisfactio proprie actus iustitiae est, ratione cuius ipse, qui læsus aut offensus fuit, sic cum ea debet de iustitia esse contentus, vt pro eodē debito non possit iuste amplius exigere. Deus autem non ita alstrictus est, vt opera hominis in peccato facta debeat ex iustitia acceptare. Cū quo tamē stat, quod huiusmodi opa valeant apud Deum per viam liberalitatis & gratiae ipsius Dei, cui liberum est ea acceptare & non acceptare si velit, quæadmodum supra diximus eadē valere ad aliquam aliam remunerationem, seu bonum aliquod à Deo impe-

impe-

A impetrandum, non quidem secundum iustitiam rei, nec secundum iustitiam legis ex quo Deus in lege non promisit peccatori præmiū, nec culpæ aut poenae remissionem propter opera in peccato mortali facta: secus secundum iustitiam, quæ sumitur ex decentia bonitatis & liberalitatis Dei, quem decet benignum & liberalem esse erga eos, qui bona opera faciunt, etiam si extra gratiam ea faciant. Stando igitur in hac tertia sententia, dicendum quòd prima opinio vera est in se in eo quòd ait, præfata bona opera non esse satisfactoria secundum iustitiam proprie sumptam, vt distinguitur à liberalitate & gratia Dei. Verum quia per fundamentum pro illa allegatum videntur illi præterdere, quòd talia opera non solum satisfactoria non sunt, sed quòd nec apud Deum quicquam valeant, dicendum quòd id falsum est, vt ex dictis patet. Et quod ex Paulo & Esaia citatum est, potest accipi vt supra, scilicet, quòd talia nil pro sunt ad gratiam & gloriam, seu ad vitam aeternam, ad quam nulla talia opera acceptantur à Deo: Valent tamē & valere possunt ad alia multa bona vt notum est. Quanquam quod ex Esaia citatum est, aliter exponi posset, vt supra etiam exposuimus, scilicet, quòd Deus illorum orationes & ieiunia non acceptabat, ad finem quem illi præterdebant, scilicet, vt à plagis & malis vitæ præsentis, quæ tunc frequenter patiebantur, liberarentur, quod colligitur ex eo quòd Iudaei conquerebatur dicentes: Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti? Unde apparet causam querelæ huiusmodi fuisse, quia videbant, & cognoscebant seueritatem Dei, qui illos à malis non eriperet. Cū autem illi scire non possent, an Deus interiora mala. i. culpam aut poenam pro peccato debitam amoueret, vel non, consequens est pro amotione malorum quæ sentiebant eos orasse & ieiunasse, in quo minimè fuerunt exauditi.

Corollarie sequitur posse opera hominis Deo esse accepta ad bonum aliquod temporale, seu ad remissionem poenae temporalis absque hoc, quod persona ipsius hominis sit ad gratiam & gloriam accepta, ac proinde potest homo satisfacere Deo largè ad sensum dictum, etiam si ad pristinum amicitiam non redierit. Et quod de ratione satisfactionis non sit amicitiae restitutio, patet hoc de satisfactione quæ homini fit pro iniuria illi prius illata, quam potest luere in corpore vel in bursa, vel in alio contrapasso, idque secundum

iustitiae æqualitatem, etiam si in offensi amicitiam non redeat, nec fortè antea vnquam amicus fuerat in eam redire. Ac proinde quod Doctores dicunt, quòd in satisfactione restituta amicitia debet iustitiae æqualitas seruari, procedit de satisfactione, quæ Deo fit secundum iustitiam legis, secundum quam nemo potest Deo satisfacere taliter, vt Deus de iustitia manere debeat cõtētus, nisi satisfactio huiusmodi in gratia & charitate fiat: quia vt sæpe tactum est, solis his, qui in charitate sunt, & operantur, legitur Deus promississe præmia & peccatorum veniam, non aliis, ad quos dicere absque iniustitia potest: Amē dico vobis nescio vos. *Matthæ. 25.*

Ad rationes autem secundæ opinionis supra positæ dicendum, quod vt quibusdam placet, in contritione non fuit aeterna poena in temporalem qualitercumq; soluendam commutata, sed hac lege, vt in gratia soluat, sed hoc nec verum est, nec sic dicere ad defensionem huius tertiæ sententiæ, necessariū est. Quòd etiam falsum sit dictum illud patet, quia per contritionem absolutè fuit peccatum quo ad culpam remissum, & non cum conditione ex futuro pendente: tum quia absolutè & sine præfata conditione fuit per contritionem gratia gratum faciens collata: Tum quia si temporalis illa poena in gratia non soluat, veniret homo ille prius contritus aeternaliter puniendus pro peccatis iam dimissis, & non minus quàm si dimissa non fuissent, quod suppono falsum ex dictis in tractatu de poenitentia. Tum etià quia videtur contra Dei promissum, qui per Ezechielem promisit dicens: Quacumq; hora ingemuerit peccator, non amplius recordabor peccatorum suorum, supple ad puniendum ea aeternaliter, de quo aliàs.

Quòd etiam non sit necessariū sic dicere ad defendendum hanc tertiã sententiã patet, quia bene stat, quod poena aeterna sit per contritionem in temporalem absolutè & sine conditione commutata, & quod si illam poenam temporalem quis in peccato voluntariè assumat, non satisfaciat secundum iustitiam, sed secundum liberalitatem & gratiam ipsius Dei acceptantis, vt patet ex dictis, quam si nolit ad remissionem præfate poenae temporalis acceptare, non inde fit vt aeternaliter in Inferno pro dimissis puniat, imò patiendū illic poenam illam à Deo taxatam, tandem ab illa liberabitur, idq; de iustitia, eò quòd in Inferno non satisfactio, sed vindicta locum habet, & poena illic illata potius opus est Dei quàm ipsius damnati, satisfactio autem opus est satisfacientis, quod quando in peccato fit, non cedit de iu-

Q 3 stitia

Est iustitia in solutum, sicut cedit passio qua Inferno debita poena soluitur.

Ideo ad rationem aliter dicendum, concedo quod post contritionem non maneat nisi debitum temporalis poenae, non sequitur quod quomodocumque homo eam soluat, cedat sibi de iustitia in solutum: quia poena temporalis in quam fuerat aeterna commutata, non est quaecumque poena quam homo velit assumere aut pati, sed est poena Purgatorij, ubi locum habet vindicta, & si Deus illam pro peccato homini infligeret in vita praesenti, etiam si in peccato sit, fateor quod cederet illi de iustitia in solutum, quia non erat alterius poenae debitor. Si tamen homo sua voluntate opus aliquod poenale in peccato factum assumat, quantumcumque poenale sit, non cedit sibi de iustitia in solutum, quia non est illa poena quam pro peccato dimisso debebat, ideo liberum erit Deo ex gratia sua illam poenam sic assumptam loco debiti acceptare. Ad confirmationem dicendum, quod non sunt similia quae illic pro similibus afferuntur, quia inter homines locum habet satisfactio sicut & restitutio ad aequalitatem rei, non sic inter homines & Deum. Alia etiam debita ex voto & lege seu praecipio solui possunt in peccato, quia intentio praecipientis sub praecipio non cadit, nec ponitur sub praecipio modus aut qualitas operis, sed opus ipsum. Ut tamen quis Deo secundum iustitiam pro peccatis satisfaciat, non sufficit opus, sed modus, & qualitas requiritur, puta quod sit hominis Deo grati. Ad secundum quod non sunt deterioris conditionis viatores quam damnati: Solutum est ex dictis, quod damnati non satisfaciunt, sicut nec viatores in mortali existentes, quantumvis damnati soluendo poenam temporalem a Deo taxatam: eam, scilicet, patiendo liberantur ab illa ut tamen finem habeat, quod vindicta est non satisfactio, ideo nil probat ratio illa. Ad tertium patet etiam ex dictis solutio, quod talia opera possunt valere non per viam meriti aut satisfactionis propriae, sed per viam gratiae & liberalis impetrationis siue ad remunerationem siue ad poenae remissionem.

Quaestio tertia.



De eisdem operibus extra charitatem factis queri si militer solet cum meritoria non sint quando fiunt, nec satisfactoria, An superueniente charitate incipiant esse meritoria. Et dimisso vocabulo meriti in

sistendo in re, dixerunt aliqui quod praefata opera incipiunt valere ad gratiam & gloriam per nouam complacentiam ex charitate habitam, ut videtur tenere Gratianus de poenitentia. distinctio. 3. cap. Quaeat hic & c. & alij post ipsum. Pro qua sententia facit Augustinus, & habetur de Consecratione. distinctio. 4. cap. Tunc valere ad salutem incipit baptismus, quando fictio veraci contritione a corde recesserit. ergo similiter opera bona in peccato facta incipiunt prodesse ad salutem veniente charitate. Secundum, quia quod illis operibus deerat quando fiebant, non ad salutem prodesset, scilicet, relatio in Deum, hoc ipsum apponitur superueniente charitate per nouam complacentiam. Tertium, iustus si aliquid a Deo petat, obtinebit, iuxta dictum Christi: Si quid petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis. Cum ergo superueniente charitate petat a Deo ut opera bona quae antea fecerat dignetur acceptare, sequitur intentum: non enim minus misericors est, & liberalis quam homo magnificus, & nobilis: hic autem obsequia eidem, tempore quo reuexulabat, impetra ex liberalitate solet post condonatum culpam in eum commissam remunerare, maxime ad petitionem ipsius, qui iam reconciliatus est, & hoc est in homine laudabile: igitur non est Deo negandum. Quarto, facit decretum Augustini supra citatum. scilicet, Pium est, de poenitentia. distinctio. 3. ubi ait: Pium est credere, & sic fides nostra exoptulat, ut cum destruxerit mala peccatoris, remuneret bona, quae in peccato platurit. Ex quo intelligitur quod Deus remunerat bona in peccato facta postquam peccatum fuerit per superuentum charitatis remissum.

Postremo id ipsum videtur ex eo, quod habetur de poenitentia. distinctio. 4. cap. Intermittentes. ubi dicitur: Haec sicut peccando fiunt irrita, ita per poenitentiam reuiuiscunt, & ad meritum aeternae vitae singula prodesse incipiunt, etiam illa quae peccatis inueniuntur admixta, sed opera bona peccatis mortilibus admixta, fiunt extra gratiam: igitur illa superueniente charitate incipiunt ad vitam prodesse.

His non obstantibus dicendum est, quod illa noua complacentia, qua homo complacet in praefatis bonis operibus quatenus honesta erant, & proximis conuenientia, si in Deum ordinetur, bona est & meritoria, valens ad gratiam & gloriam. Quod tamen illa priora opera in peccato mortali facta incipiant superueniente charitate valere ad gratiam, & gloriam propriam ultra gloriam quae praefata complacentiae responderet, non est

A est verum de lege ordinata, sed falsum. Verum cum nonnulli Doctores contenderent posse praefatam opinionem tanquam piam teneri, probo non piam sed impiam esse: quantumquidem quod legi Euangelicae, & Dei ordinationi aduersatur, pium dici non potest, sed impium. Et primo arguitur contra eam: quia Christus non legitur promississe vitam aeternam, quae merces boni operis est, nisi propter opera facta ex amore ipsius Christi, & Dei. Patet hoc Matthaei. 5. de tolerantia malorum quae in vita praesenti ab iniquis inferuntur. ait enim: Beati estis vos cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. & Matthaei. 10. & 16. Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. & cap. 19. Omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam habebit. Idem docet cap. 10. de elemosyna facta alicui prophetae iusto, vel discipulo, aut cuiuscumque alij, quod scilicet, debet propter Christum fieri, si debet habere mercedem.

Matth. 10. & 16.

B Vnde huiusmodi amorem Christi commendans ait: Qui amauerit patrem, aut matrem, aut filium supra me, non est me dignus. Et sequitur: Qui perdidit animam suam propter me, inueniet illam. Et qui vos recipit, recipit me, & qui me recipit, recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et qui dederit ad bibendum vni ex pusillis his poculum aquae frigidae tantum nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et cap. 18. Qui recipit vnum puerum in nomine meo, me recipit. Et cap. 25. hoc idem docet, scilicet, quod illi reportaturi sunt mercedem vitae, qui propter Christum pauperibus cibum, potum, ac vestitum tribuunt, & alia illis opera misericordiae impenderint. Si igitur secundum statutum & legem Christi non est promissa merces aeterna nisi pro operibus bonis ex amore seu charitate Christi factis, temerarium ergo est & erroneum dicere, quod propter alia opera in peccato mortali extra Dei charitatem facta sit alicuius praemio aeternae vitae secundum legem remuneratus. Secundum contra eandem positionem & pro veritate facit, quod opus hominis nisi ex fundamento & radice charita-

tis procedat, non valet ad vitam aeternam, imo perinde est ac si non fuisset, saltem respectu vitae aeternae consequendae. Hoc docet Christus Matthaei. 7. per parabolam aut similitudinem loquens de eo qui aedificat super Petram, id est, de eo qui opera facit fundata supra Christum, quod tale aedificium stabit, & non corruet. Ratio qua ibidem Christus datur est, quia fundata est supra Petram: econtra vero aedificium operum quod supra Petram datum non est, sed super arenam, corruet & deiiciet. Ex quo apparet quod opera hominis si remuneranda aeternaliter sunt, & non peritura, opus est Christum esse in ipso operante velut fundamentum illa sustentans, ac proinde ubi non est Christus non potest opus subsistere. Idem docet cap. 13. in parabola de seminante, cuius semen cecidit in petrosa terra, quod quidem ortum est, sed quia non habebat radicem, exaruit: ubi glossa ait esse id accipiendum de radice charitatis. Et in eadem parabola docet Christus quis fuit ille qui facit fructus. i. opera permanentia quae ad vitam valeant, scilicet, ille qui verbum Dei audit, & intelligit, & in corde retinet per fidem, cui est adiuncta dilectio, talis enim fructificat: vnus quidem centesimum, alius sexagesimum, alius trigessimum: hi enim sunt qui figurantur per terram bonam, qualis non est ille, qui est in peccato mortali, sed ille qui est filius regni, ut idem Christus exponit in parabola de zizaniis dicens, quod semine bonum est filius regni: hic autem est, qui habet charitatem, quae sola diuidit inter filios regni & perditionis, ut habet glossa in Canonica Ioannis: Igitur is in quo non est Christus & charitas & fides quae per dilectionem operantur, non potest operari fructus, qui possint ad vitam aeternam valere. Idem etiam docuit Christus Ioannis. 15. dicens: Sicut palmae non potest ferre fructum, nisi manserit in vite, ita & vos nisi in me manseritis. Et subiungit: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Ex quo patet, quod cum nulus dicat esse in Christo, & Christus in ipso nisi qui charitatem habet, consequens est nullum opus factum ab eo qui manet in peccato mortali posse de lege ad vitam aeternam prodesse. Super quo ait Augustinus in quadam homelia: Nisi quis mundus sit, non potest ferre fructum. Et idem Augustinus super Genesim ait, gratiam Dei esse seminariū gloriae. & beatus Gregorius in quadam homelia super Ioannem ait nullam esse veram virtutem, quae ad gloriam conferat, nisi ex radice charitatis procedat, dicens: Multi enim

D

Matth. 13.

Q 4 arboris

E arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multae virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manserit in radice dilectionis.

Tertio idem ex doctrina Pauli in multis locis colligitur, in epistola ad Ephesios tertio, precatur illis, vt Christus in illis habitet, per fidem in corde, vt sint radicati in fide & charitate, & in eadē fundati, vt possint cum sanctis cognoscere quae sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profunditas. Vbi glossa sublimitatem charitatis interpretatur relationem operum bonorum in aeternam mercedem, quae Deus est, in quam inquit si opera nostra bona non referuntur pereunt, hoc est, nisi propter Deum fiant. Rursus ibidem cap. 4. quantum per verba obscura docet modum quo homines crescunt secundum aedificium spirituale, quo ecclesia Christi aedificatur, & quo vnusquisque etiam aedificatur, & crescit in virum perfectum, cuius aedificij spiritalis fundamentum est charitas & fides Christi, vt illic docet dicens, scilicet: Veritatem sectantes in charitate adoleamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus, in quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministratio-

F nis iuxta actum in mensura vnus cuiusque membri incrementum corporis facit, in aedificationem sui ipsius per charitatem. idem significat ad Colossens. 2. Idem etiam prima ad Corinthi. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus, id est, fides Christi, quae per dilectionem operatur, vt exponit Augustinus: & statim docet quae aedificatio sit permanens, & quae opera approbanda, puta bona opera & vera doctrina super dictum fundamentum fundata, reliquae vero in igne probationis ardebunt, & peribunt, in Christo autem non dicuntur opera aliqua fundari, nisi ea quae ex fide & amore Christi procedunt. Similiter saepe idem Paulus docet opera nostra si debeant ad vitam prodesse in Deum esse referenda: vnde ad Colossens. 3. Si confurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, nam vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Non autem aliud est quaerere quae sursum sunt, nisi ob amorem supernorum operari, nam per alia opera quae ob alium finem facimus, non dicimur superna quaerere, quod prius etiam Christus docuerat dicens, Nolite thesaurizare super terram, sed in caelis. & addit: Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Vbi

Matth. 6.

significat, quod qui non ex amore supernorum, scilicet, Dei, facit eleemosynam, non thesaurizat in caelis, ex quo non habet cor in caelestibus: igitur nec praemia caelorum reportabit, propter opera absque praedicto amore facta, qualia sunt quae extra charitatem fiunt. Vnde & ibidem similiter. 1. ad Corinth. 10. hortatur, vt omnia quae agimus in gloriam Dei referamus, dicens: Siue comedatis, siue bibatis, siue quid aliud agatis, oia in gloriam Dei facite. Nec videtur ad quid sit nobis id necessarium, nisi vt opera nostra nobis ad vitam prodesse valeant: nam reliqua opera ad id non prodesse satis significat ad Galatas. 6. dicens: In Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec praepitium sed noua creatura, & quicumque iuxta regulam hanc incedunt, pax super eos & misericordia. Vbi aperte docet solam nouam creaturam esse aliquid in Christo. Est autem noua creatura quae deposito veteri homine Christum induit, & iuxta Christi regulam ambulat, ac proinde cum opera facta extra charitatem non sunt opera nouae creaturae, nec nouam creaturam faciunt, sed potius ad veterem hominem pertinent, sequitur quod illa nil sunt in Christo ad obtinendum pacem & Dei aeternam misericordiam. Quod apertius idem Paulus docet dicens: Silinguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans. Et post: Si distribuero totam substantiam meam in cibos pauperum, & fidem habeam, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nil sum, scilicet, ad obtinendum gratiam & gloriam. Ex quibus & innumeris aliis quae afferri possent, patet, quod opera in peccato mortali facta, nunquam aeterno remunerabuntur, nec ad gloriam vnquam prodesse valent, etiam si postmodum ex charitate superueniente complacentur. Quarto arguitur ratio, quia ex sententia omnium nullum opus potest esse aeternae vitae meritorium, nisi sit in Deum relatum: sed opera quae in peccato mortali facta fuerint, de quibus postea complacentia habetur, nunquam sunt in Deum relata. Patet, quia non quando fiebat, vt suppono, nec etiam quando superuenit complacentia cum charitate. Patet hoc, quia tunc talia opera non sunt, sed praeterierunt, igitur tunc non referuntur in Deum: hoc enim est opus in Deum referri, quod est ipsum ex amore Dei actualiter, vel virtualiter praecedere & fieri. Cum ergo per nouam complacentiam non fiat, vt opera quae praeterierunt fiat ex amore Dei, vt constat, sequitur intentum.

Quinto

A Quinto, si opera in mortali facta, postea per nouam complacentiam valent ad gloriam, quare iuxta quam charitatem veniunt remuneranda. Non iuxta charitatem ex qua fuerunt facta, vt constat: igitur, secundum charitatem ex qua homo in illis factis complacet: sed hoc est inconueniens, quia tunc sequitur quod homo maiorem gloriam obtineret ob opera facta in peccato mortali, quam ob opera ex charitate facta. Patet, si quis ex charitate, vt vnum, fecit opera meritoria, & alio tempore in peccato mortali fecit aliqua bona opera de quibus resurgens complacet ex charitate vt quatuor, & patet iam illatum. Si dicas vt inconueniens euites, quod si ex charitate eadem complacet in bonis quae ex gratia fecerat, si cut in bonis quae extra gratiam fecerat, tunc per hanc nouam complacentiam amplius remunerabitur ob opera meritoria facta, quam ob alia extra gratiam facta. Contra, quia tunc sequitur quod idem opus non semel, sed pluries ad nouam gloriam acceptatur, toties scilicet, quoties quis in gratia de illo complacet, & ex consequenti dabis quod ob vnus opus paruum & paruae utilitatis si de illo frequenter quis complacet, remunerabitur tantum, quantum pro multis & magnis meritis ex charitate factis, quod est inconueniens.

B Sequitur amplius, quod ob peccata prius dimissa quo ad culpam punietur homo aeternaliter. Patet, si postea in illis complacet: non enim minus operatur complacentia in peccato vt pro illo aeternaliter puniatur homo, quam complacentia in bono vt pro illo aeternaliter praemietur, consequens suppono falsum.

Sequitur amplius, quod homo propter vnum & idem opus ordinatur ad vitam aeternam & ad poenam aeternam successiue. Patet si homo fecit cum in peccato esset vnum opus, quod de se est referibile in bonum & malum finem: deinde eo elapso superueniat complacentia de eodem propter Deum, iam ordinabitur ad vitam. Postea superueniat alia complacentia de eodem ob peruersum finem, tunc ordinabitur ad aeternam mortem: nec enim est maior ratio, quod per bonam complacentiam ordinetur ad vitam, quam per malam ad mortem. Ad hunc modum possent alia inconuenientia inferri. Tenendum igitur est, quod opera extra charitatem facta, sicut meritoria gratiae, & gloriae non sunt, quando fiunt: ita nec postmodum superueniente charitate, & noua complacentia meritoria erunt, sed ipsa noua complacentia ex charitate procedens erit meritoria.

C Iam ad rationes pro priore sententia factas respondendum. Ad primum, quod si baptismus fide susceptus, incipit recedente fisione prodesse, ideo est, quia baptismus valorem non habet ex dispositione baptizantis, neque baptizati, sed ex solis meritis Christi, & fide ecclesiae, quae merita cum semper in Dei acceptatione viuam sint, ita & baptismus in se semper est viuus. Quod si non illic eum, qui fide baptizatur, viuificat, ideo est, quia ponit obicem, quo semoto, suum operatur effectum. Et quantum hoc non sit omnibus sacramentis commune, his scilicet, quae iterari possunt, attamen his, quae iterari non possunt: secundum communem sententiam conuenit gratiam prestare, quando suscipiuntur, si obicem non reperiant, vel si reperiant, quando per superuentum charitatis fiesio recesserit: non quidem virtute nouae complacentiae, sed virtute sacramenti suscepti, ad quod impertinens est accedat, vel non accedat huiusmodi complacentia.

Ad secundum, fateor, quod quando illa opera fiebant, deficiebat circumstantia vltimis necessaria vt meritoria essent. Sed quantum postea, charitate superueniente, homo in illis propter Deum complacet, non inde fit, vt eisdem operibus circumstantia, quae deerat, apponatur. Id patet ex dictis, quia circumstantia, vt actum circumflet, tunc debet apponi quando opus fit, ex quo necesse est opus in certum finem relatum ex amore talis finis procedere, & causari: quod nullo modo potest fieri, si post opus factum quis in illo propter finem illum complacet. Adde, quod si ratio aliquid probaret, similiter probaret, quod si quis quando baptizatur fide non verè intus consentiens ratione, cuius verum sacramentum non est: quod si postea consensum, qui defuit, apponat, incipiet esse verum sacramentum baptismi, quod est erroneum. Ad tertium, iustus iuste à Domino petens quod bonum est, & ad aeternam salutem simul, & ad gloriam Dei conferens, exauditur. Petere autem à Domino, quod opera in peccato mortali facta remunerentur à Domino premio aeternae vitae, ac si in charitate facta fuissent, non est iusta petitio, cum sit de eo, cuius oppositum Dominus ordinauit, qui statuit, non nisi iustos, & pro operibus iustis propter Deum & in charitate factis premio vitae aeternae remunerare, vt ex dictis patet. Nec contra facit simile de homine magifico obsequia eidem tempore inimicitiae facta remunerante: nam etiam Deus similia obsequia remunerat longe amplius, quam homo, tam temporaliter,

Q5 quam

E quàm spiritualiter, vt sibi placet, citra tamen præmium finale æternum.

Ad quartum ex Augustino sumptū solet respōderi, quod inde nō colligitur, nisi quod Deus remunerat bona opera in peccato mortali facta, sed citra æternū præmiū. Videtur tamen decretū Augustini procedere de remuneratione gloriæ æternæ & finalis præmii. Nam si de temporali præmio loqueretur, nō dixisset: vt cum destruxerit mala ipsius peccatoris, remuneret bona, quæ in peccate planctauit. Quia ad remunerandū temporaliter bene operantem, nō opus est, peccata prius destrui, quando quidem multos peccatores temporaliter remunerat, antequā eisdem peccatū dimittat. Et ita videtur quod loquitur de remuneratione æterna, qua remunerat, nō quidem opera bona ex charitate facta, sed opera meritoria, quæ per peccatum sequens fuerāt mortificata. Et ita hoc decretū valet ad probandum quod supra diximus, scilicet, opera meritoria mortificata reuiuiscere ad æternū præmium, quando homo à peccato ad gratiam refurgit.

F Ad postremum ex decreto de poenitentia distin. 4. citatum, dicendū, quod est dictum Gratiani, qui fuit illius sententiæ quam impugnauius, nō alterius sancti. Quod si quid authoritatis habet, seu veritatis, intelligatur de operibus mortificatis, quæ reuiuiscunt ad æternum præmium, quemadmodum nuper dicebam.

P Ræsupposito ergo, quod opera bona extra charitatem facta non incipiunt esse meritoria gloriæ per nouam complacentiam ex charitate superueniente habitā: Quærebatur secundo, an saltem incipient tunc esse satisfactoria. Quam quæstionem ex dictis arbitrator notam esse, dixit tamen Tho. in. 4. distinguendo huiusmodi opera: Nam sunt quædam quæ post se in poenitente effectū poenalem relinquunt, vt elemosina post quā erogata manet homo cōmodo temporali in parte priuatus, & ieiunium post quod manet homo in parte secundum corpus debilitatus. Et talia bona licet satisfactoria nō essent quando fiebant ob defectum charitatis, ea tamen superueniente, incipiunt satisfactoria esse, nec opus est ea iterare, idq; ratione effectus poenalis, quem reliquerunt. Alia verò sunt opera in peccato facta, bona quidem, sed nullū talē post se effectū poenalem reliquerunt, qui post modū à Deo acceptetur, ideo talia non incipiunt satisfactoria esse per superuentū charitatis, & veniunt reiteranda, saltem si vult ho-

G mo pro dimissis peccatis in præsentī satisfacere. Hanc opinionem supra, quando de poenitentia iniuncta agebamus, probauimus non omnino verā esse: tum quia ex dictis opinantis nullū opus potest de lege satisfactorium apud Deum esse, nisi meritorium sit, & ex charitate factum, vt ipsemet Tho. ait, cum omne tale debeat esse Deo gratum & acceptum. Si igitur opera bona in peccato facta per superuentam charitatis meritoria esse non incipiunt, nec in se, nec in effectu suo, apertū est ea non incipere satisfactoria esse, nec in se, nec in effectu suo. Tum etiam, quia non semper ex ieiunio aut elemosyna relinquuntur effectus prædictus poenalis, qui duret vsq; ad superuentum charitatis, vt supra exemplificauimus: e contra verò ex oratione aliquando relinquuntur talis effectus vsq; ad superuentū charitatis, nō igitur valet differentia inter orationem & alia præfata opera posita. Deinde, demus quod ex illis operibus præfatis relinquatur effectus vsquequò charitas superueniat: quæro, quid est quod incipit satisfactorium esse? opus iā elapsū, an effectus illius remanens? Non primū, vt satis ex dictis constat. Nec secundū, quia satisfactio esse nō potest, nisi voluntaria sit vt à vindicta distinguitur, ille autē effectus remanens non sic est voluntarius, in se, cum actu priore transeunte non subiaceat potestati voluntatis. Quod si voluntarius dicatur antecedenter, quia, scilicet, ex actu voluntario elapso relictus est, id non sufficit, vt satisfactorius dicatur, quia nil est satisfactorium virtute voluntatis prioris tempore peccati habitæ, vt suppono. Si dicatur effectum illum esse voluntarium noua voluntate complacentiæ, & hoc sufficit vt satisfactorius sit. Contra, quia tunc ipsa complacentia, quæ ex charitate fit, erit satisfactoria, non præfatus effectus, qui ex charitate non fit: & iterum, quia complacere in actu bono præterito etiam si effectum nō reliquerit, erit satisfactorium: & iterum, complacere in effectu poenali vnde cunq; fuerit relictus, siue ex actu bono, siue ex malo, erit similiter satisfactorium. Ad hunc modum possent alia inferri. Adde quod Thomas nullam de huiusmodi complacentia mentionem facit, sed de solo charitatis superuentu.

Ideo aliter videtur iuxta ea quæ dicta sunt respondendum, quod loquendo propriè de satisfatione, prout iustitiam dicit, qua, scilicet, offensus, de iustitia debet esse contentus cum tali solutione, quod opera præfata sicut satisfactoria nō fuerunt tempore quo fiebant:

ita

A ita nec satisfactoria esse incipiunt, tempore quo charitas superuenit, cum Deus nec ex natura solutionis huiusmodi, nec ratione legis per eum statuta debet esse contentus, nec tenetur talem solutionem ad remissionem poenæ per se peccato debite acceptare. Secus si loquamur de satisfatione largiùs sumpta, secū dum iustitiam ex decentia diuinæ bonitatis, & liberalitatis consideratam, quia tunc teneri potest, quod præfata opera sunt hoc modo satisfactoria per superuentum charitatis, maxime si effectum poenalem, vt dictum est, reliquerint. Sed hoc modo largè de satisfatione loquendo, æquè potest dici, quod opera præfata, bona erant satisfactoria quando fiebant extra charitatem, quemadmodum supra in tractatu de confessione ex parte defenfabatur. An autem de facto Deus acceptet præfata opera ad remissionem poenæ temporalis dimissis peccatis debite, tempore quo fiunt, an tempore quo superuenit charitas, an nunquam, cum hoc sibi liberum sit salua lege, incertum est. Vnum tamen est, quod difficultatem doctoribus facit, qui dicunt, præfata opera nec quando fiunt, nec quando superuenit charitas satisfactoria esse, & est glossa interlinealis, quæ habetur Leuiti. 25. super illud: Si frater tuus tenuerit & c. Vbi ait glossa, quod fructus bonæ conuersationis computatur à tempore quo vendidit. i. peccauit, & reliquū satisfationis opponet emptori, id est, diabolo: igitur opera bona in peccato facta valent superueniente charitate, ad hoc, quod homo animam suam à potestate diaboli, qui eam detinebat, redimat. Sicut & fructus mediū temporis computatur in sorte, & valēt vt homo qui possessionem vendiderat, eam à potestate emptoris redimat. Et cum textus ad literam sumptus clarus sit, glossa tamē spiritualiter textum exponens, videtur obscura, & diuersimodè per doctores intellecta. Tho. ait, quod illi fructus bonæ conuersationis, qui ad animæ redemptionem seu satisfationem valēt, nō sunt opera facta extra charitatē, sed ea, quæ post contritionē habitam de peccato, quo homo animam diabolo venderat, facta sunt. Verū hæc expositio non placet beato Bonauenturæ, quia fructus bonæ conuersationis, de quibus glossa loquitur, sunt fructus qui fiunt, antequā anima sit à potestate diaboli emptoris redēpta, qui fructus significatur per fructus possessionis mediū temporis inter venditionē & redemptionem possessionis. Si autē fructus bonæ conuersationis essent opera bona post contritionē facta, vt vult Tho. nō essent fructus mediū

C temporis inter venditionem & redemptionē, cum iam fuerit anima à potestate diaboli per præuam contritionē redēpta, & in Dei gratiam & amicitiam restituta: Ideo Bonauentura & alii dicunt illos fructus bonæ conuersationis esse opera in peccato mortali facta, quādiu. s. anima est sub potestate emptoris diaboli. Et ad argumentū quādo arguitur, quod tunc opera bona in peccato facta essent satisfactoria, saltem superueniente charitate: Respōdent negando sequelā, quia huiusmodi fructus bonæ conuersationis nō deducuntur nec cedunt in solutū poenæ debite, p. peccato, quia illa poena Deo debetur, nō diabolo emptori, sed deducuntur de eo, quod diabolo emptori proueniret, qui nos suæ seruituti astrictos tenet, postquā nos ære peccatorū nos ipsos illi vendiderimus, ita scilicet, quod ratione seruitutis huiusmodi omnia nostra opera deberēt diaboli vtilitati cedere, cuius nosmet seruos fecimus. Si quæ igitur opera bona durante seruitute hac facimus, illa deducuntur ab eo, quod diabolo ratione seruitutis erat euenturum, nō tamen inde fit, vt valeant ad remissionem poenæ.

D Videtur tamen, quod sit aliquātulum violenta expositio, quā glossa ponit, nec consonat ipsi textui, nam ait textus, quod fructus possessionis venditæ, ex quo cesserunt in vtilitatem emptoris, computentur in pretio redemptionis, & quod residuum fuerit, reddatur emptori, modo autem fructus bonæ conuersationis animæ venditæ, siue facti ante animæ redemptionem, siue post, non cesserunt in vtilitatem emptoris diaboli, nec etiā residua satisfactio & correctio redditur diabolo, sed Deo, sicut & omnis bona conuersatio. Verū admittā præfata glossa, hæc secūda expositio adhuc nō satisfacit, quia secundū textum fructus possessionis computati in pretio, & residuum pretij, valent vt possessio redimatur de manu emptoris, vt constat: igitur si glossa debet textui correspondere, fructus bonæ conuersationis mediū teporis computati in residuo satisfationis debent similiter valere ad redimendum animam à potestate diaboli emptoris, hoc autem esse nō potest, si fructus bonæ conuersationis essent opera in peccato facta, vt ait secūda expositio: igitur. Ideo videtur dicendum cum Thoma, quod illi fructus bonæ conuersationis sunt contritio cum reliquis virtutū operibus, qui fructus, si cum residuo satisfationis adiungantur, valent ad redimendum animam, quæ per peccatum erat diabolo vendita. Redimitur autem à potestate diaboli, non illi dādo quod vult, sed contrariū

illa

E illi opponendo, unde veditor fuit homo, emptor diabolus, res vendita anima, pretium pro quo fuit vendita, delectatio aliqua & propria voluntatis expletio. Loco huius pretij, si vult homo animam à potestate diaboli redimere, debet illi reddere non idem pretium per peccatum acceptum, sed aliud loco eius, & eidem contrarium, scilicet, contritionem, confessionem, & satisfationem per vitæ & morum correctionem, & hæc Deo proprie redduntur, & eadem diabolo opponuntur, & locum pretij redemptionis tenent, quoad hoc, quod est, animam de manu diaboli redimere. Ideo si hæc omnia bona opera coniungantur, animam per peccatum prius venditam omnino redimunt.

Si obiicias primo, quod contra Thomam obiectum est, scilicet, quod anima per contritionem est à potestate diaboli redempta: igitur per fructus bonæ conuersationis, quæ ad redemptionem agunt, non intelliguntur opera post contritionem facta. Respon. Quauis sit anima per contritionem redempta, non tamen omnino, quousque; sit omnino à peccato & poena peccati immunis & libera. Quauis igitur per contritionem culpa peccati & æterna poena tollatur, manet tamen adhuc temporalis solueda. Ideo vt plenè anima à diabolo redimatur, cuius est animam, quæ peccauit, habere subiectam, saltem quantum ad poenam, ideò ad perfectam animam redemptionem conferunt, non solum contritio, & bonæ vitæ conuersatio, sed residuum pretij addendum est, scilicet, confessio, & exterior satisfactio, & hoc modo fructus bonæ conuersationis, cum residuo satisfationis tenent locum pretij perfectæ redemptionis, & valent ad remissionem culpæ & poenæ æternæ, & temporalis, simul & ad gloriæ consecutionem. Attamen omnia hæc ex charitate fiunt, vel in charitate, vt constat, in qua anima à diaboli redemptione, non opus est diabolo aliquid reddere, quod in eius commo- dum cedat, sed potius opponere, qd' ipsum diabolum vincat, iuxta glossam præactam.

Quæstio quarta.



Reterereà, de operibus meritorij seu charitate factis, solet queri, An omnia talia sint Deo satisfactoria, quod specialiter potest queri de prima contritione, per quam homo à peccatis refurgit, quæ de lege meritoria est. Similiter de operibus bonis aliunde debitis. De primo dixit Durandus, quod

non omnis talis contritio prima, est satisfactoria G etiam si gratia sit de lege meritoria, nisi sit superabundans. Unde putat aliud requiri ex parte peccatoris ad remissionem culpæ mortalis, aliud verò ad remissionem poenæ temporalis, in quam æterna fuit commutata. Et ita si contritio tam tenuis sit, quod non sit maior quam sit necessaria ad remissionem culpæ, talis est meritoria gratia, per quam culpa deletur, non tamen est satisfactoria, quia non tollit aliquid de poena temporali prædicta. Si tamen sit maior, quæ dicitur superabundans, tollit ultra culpam, poenam temporalem in toto vel in parte, & ita est satisfactoria.

De qua tamen opinione cum supra in tractata de poenitentia non nihil dixerimus, breuiter nunc couenit eam expedire. Et videtur quod sit falsa. Primo, quia videtur supponere, quod est certa & determinata poena temporalis, in qua venit æterna per contritionem commutanda. Supponit secundo, quod est debilis contritio determinata, quæ valet ad remissionem culpæ mortalis & poenæ æternæ, quæ tamen ad præfatam poenam temporalem remissionem non valet. Quod potest dupliciter intelligi, scilicet, vel quod detur minima contritio per naturam quo ad intensiorem, vel quod requiratur ex Dei ordinatione certa intensio in contritione, vt ad remissionem valeat mortalis culpæ, vt videtur Thomas & Scotus sentire, ita vt citra illam intensiorem contritio non sit, & tunc talis minima contritio valeat ad remissionem culpæ & æternæ poenæ, non tamen ad remissionem poenæ temporalis. Si tamen inde excederet, valeret ad præfatam poenam temporalem remissionem.

Primum tamen, quod de minimo naturali dictum est, non videtur esse certum, nec à doctoribus approbatum, etià ab his, qui in certis rebus minimum naturale ponunt, cum illud in intensiorem qualitatis non ponatur: quia vt ait Gregorius de Arimino, quacumque qualitate remissa data potest dari remissior. Secundum etiam, quod de intensiorem requisita ad contritionem dictum est, non est certum, quia vt aliàs probauimus, omnis poenitentia cordis quantumlibet remissa (modò efficax sit) est de lege sufficiens ad gratiam & remissionem mortalis culpæ. Ideo hoc supposito, apparet falsitas opinionis ex duobus. Primo, quia contritio, quæ valet ad remissionem poenæ æternæ, etiam potest valere ad remissionem poenæ temporalis, talis est omnis contritio. Nec refert in hac re æternam poenam

A nam fuisse commutatam in temporalem, specie ab æterna differente siue non differentem, de quo supra: nam siue differant specie, siue non, prima contritio est eiusdem virtutis cum secunda & tertia: & tamen constat secundam & tertiam contritionem valere ad remissionem poenæ temporalis præfatæ, & tanto magis, quanto frequentius illa contritio reiteratur: igitur & prima valet saltem in parte ad remittendum huiusmodi poenam. Hic tamè obiicias quod tunc omnis contritio etiam prima sufficeret omnem poenam illam temporalem tollere, ex quo sufficit aliam in infinitum maiorem amouere, puta æternam: quia quod potest in maius potest in minus, maxime si specie non differant, & ita non esset locus purgatorius ponendus. Respondendum, Si contritioni ex natura sua competeret poenam æternam delere, ratio videretur probare, quod etià deleat, & temporalem. Verum non ita est, nam diuina iustitia vult, quod peccator post remissionem culpam, & æternam poenam satisfaciatur, quod ex dictis alibi probatum suppono. Attamen non est aliqua contritio quantumlibet sit quæ non tollat aliquid de temporali poena, prout Deus dignatur contritionem acceptare.

B Secundo, facit contra dictam opinionem ratio, quia non est aliqua contritio, quæ non sit superabundans, id est, maior, quæ sit necessaria ad remissionem culpæ mortalis, & æternæ poenæ: igitur omnis talis est pro parte satisfactoria. Antecedens probatur, quia quacumque contritione data est debilis minor, cum sit in infinitum remissibilis, & ita intentum.

Itaque videtur tenendum, quod nec est certa & determinata contritio, quæ requiratur ad remissionem culpæ, nec est certa & determinata poena temporalis, in qua venit æterna commutanda, sed huiusmodi commutatio fit secundum exigentiam contritionis: Nam si magna est contritio, ceteris paribus, in maiorem poenam æternam commutatur: si parua, in maiorem. Vbi tamen æqualis est contritio, si multa peccata commissa sunt, æterna poena in magnam temporalem commutatur: si pauca, in maiorem. Ad hunc modum puto fieri commutationem. Unde nulla est contritio, quæ non habeat vim, vt æterna in maiorem poenam commutetur, quam per aliam contritionem esset commutanda, & ita omnis talis est satisfactoria, saltem pro parte.

Sed dubitatur de opere meritorio: An sit tantæ gratiæ & gloriæ meritorium, cum satisfactorium est pro peccatis, ac satisfactorium non esset. Et pro parte negatiua videtur, quia aliàs per vnũ & idem opus consequere-

tur homo duplex præmiũ, scilicet, gloriam & C remissionem poenæ, quod ideò videretur inconueniens, quia vnico operi, vnico debet præmiũ correspondere, ac proinde si per collationem gloriæ tantæ sufficienter remuneratur opus ex charitate factum, sequitur quod de iustitia non valebit ad remissionem poenæ. Secundo arguitur, quia aliàs sequitur, quod æqualiter merentes, inæqualiter præmiabuntur. Patet, si Socrates & Plato faciatur elemosinam omnino æqualem ex æquali gratia & conatu voluntatis, alter tamè sit obnoxius poenæ temporali pro peccato, alter verò non, iam æqualiter merentur, & tamen non æqualiter præmiabuntur: quia cum vtrique æqualis gratia & gloria ob præfatũ opus conferatur, alteri tamè amplius debitum poenæ, cui erat obnoxius, condonatur: consequens tamen est contra Paulum dicentem, quod vnusquisque reportabit secundum ea quæ gessit.

Tertio, quia nemo meretur præmiũ de iustitia per hoc, quod soluit id, quod creditori debebat. Sic enim significat Paulus dicens: Si euangelizauero, quæ gloria est mihi, necessitas enim mihi incubit. Cum ergo quod quis alteri debet, necessitate teneatur hoc ipsum soluere, sequitur quod si homo per opus aliquod satisfaciatur Deo, soluendo quod illi debet, non meretur gloriam aliam, aut gratiam.

Respon. His non obstantibus tenenda est contraria sententia, scilicet, quod opus bonum ex charitate factum, & si satisfactorium sit, non minus gratiæ & gloriæ meretur, quàm si de facto satisfactorium non esset. Huius ratio videtur nota, quia de lege communi vnique operi ex charitate factum correspondet sua gratia & gloria perpetua, quæ quantumlibet parua sit, sine comparatione tamen longè superat remissionem poenæ, pro qua satisfactorium est, scilicet, poenam temporalem. Unde si loco poenæ temporalis, quæ ratione operis meritorij tollitur, priuatur homo aliquo gradu gloriæ perpetuæ alioqui sibi per opus ipsum debita, iniuste ageretur cum tali homine, quia sine proportionem plus esset id, quo priuatur, quam bonum, quod consequitur, vt constat. Tum, quia quod perdit, est bonum æternum, quod autè ob satisfactiorem consequitur, est temporale, scilicet, remissio poenæ temporalis. Tunc etià, quia & si vtrique esset temporale, quod perdit, & quod consequitur, adhuc esset longè præstantius quod perdit, scilicet, gradus aliquis gloriæ essentialis, quam quod consequitur, quod est remissio poenæ temporalis. Secundo eadem sententia hinc patet, quia tunc imprudenter & male agerent sacerdotes poenitentias confitentibus imponendo, quas

E quas debeant hic pro peccatis adimplere, imprudenter etiam ipsi poenitentes eas acceptarent, quod tamen est contra ecclesiam & sanctorum praecepta seu statuta & doctrinam communem, qua passim sancti exhortantur peccatores, ut hic opera poenitentiae faciant, neque unquam ab illis cessent. Ecclesia etiam instituit longas poenitentias pro peccatis esse iniungendas, quavis hodie sint arbitrariae. Et sequela patet, si ita esset, quod opera ex charitate facta per hoc, quod satisfactoria sunt non mererentur tantam gloriam essentialem, quantum si satisfactoria non essent, mererentur. Et ita fatius esset homini sua omnia opera ita propter Deum facere, quod nullo modo ea ordinet ad remissionem poenae temporalis.

Nec obstant, quae supra adducta sunt in oppositum. Ad primum enim dicendum, nullum esse inconueniens, quod illic illatum est: nam homo per unam, & eandem contritionem, primam consequitur gratiam, & ius ad gloriam, & remissionem culpae commissae simul & aeternae poenae. Igitur non mirum, si homo per unum opus consequatur ius ad gloriam simul & remissionem poenae temporalis: nec minorem gratiam & gloriam consequitur homo per contritionem si illi centum peccata per illam remittuntur, quam si unum tantum remittatur, si non nisi unum commisit: alioquin dabitur, quod tot essent peccata, quae per contritionem primam remittuntur, quod per eam nullam prorsus gratiam consequeretur, sequela patet calculanti. Ad secundum dicendum, quod argumentum aequum militat contra arguentem. Nam demus duos, quorum alter sit in solo originali, alter vero sit in originali simul, & alio mortali, & ambo equaliter omnino in Deum per amorem convertantur, tales aequaliter merentur, & tamen vni solum originale deletur, alteri vero originale simul & mortale. Aut pone duos baptizatos, quorum alter unum mortale commisit, alter vero centum, & aequaliter omnino in Deum ambo convertantur, aequaliter operantur, & tamen vni centum, alteri vero non nisi unum peccatum dimittitur. Itaque, quod communiter dicitur, scilicet, aequaliter operantes, aequaliter premiabuntur, procedit de premio essentiali per collationem gratiae & gloriae essentialis, non de aliis premiis seu donis accidentalibus, aut aliis bonis gratiam ipsam & gloriae concomitantibus. Adde, quod remissio poenae debita pro peccatis non est proprie praemium bonis operibus praecise correspondens, cum talis poena bonis & malis remittatur, postquam vel ipsi satisfecerint,

vel de ipsis debita vindicta sumpta fuerit. **G**

Ad tertium, quamuis apud homines, ut in plurimum, remunerationem non mereatur quis per hoc solum, quod debita soluit, apud Deum tamen secus est: nam homo debet Deo preceptorum obseruationem, ob eam tamen Deus vitam promittit aeternam, prout scriptum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et iterum cum de mandatis mentionem fecisset, dixit **Christus homini illi: Haec fac, & viues.** Ita igitur, si homo velit satisfacere pro peccatis per opera extra charitatem facta, ad utrumque Deus ea acceptat, scilicet, ad gloriam, & ad poenae remissionem. Vtrumque enim ex charitate operantibus in lege promittit. Nec obstat, quod ex Paulo citatum est, quia in loco illo id docet, scilicet huiusmodi homini nullam mercedem a Deo deberi pro opere, quod inuitus fecit, & velut coactus, ut si ex solo timore poenae id faciat: secus si ex amore & spontanea voluntate propter Deum faciat. Quemadmodum operatur, qui ex charitate agit, qui non solum poenae remissionem quaerit, sed principalius Dei gloriam.

Hic oritur alia quaestio, scilicet, An possit homo Deo satisfacere per opera alioquin debita? Et dicit Palude, & quidam alii, quod non. Tum, quia definitio satisfationis sic sonat, quod est redditio aequivalentis aliam indebiti. Tum etiam, quia nemo potest pluribus debitis sicut nec pluribus creditoribus per unum & idem opus seu per vnicam solutionem satisfacere, quando illud ob alteram tantum causam debitum est sufficienter. Exemplum videtur clarum. Si sacerdos mihi imponat ut ieiunem. 40. dies, non satisfacio ieiunando quadragesimam ordinariam, cum eam alioquin essem obligatus ieiunare, etiam seclusa sacerdotis iniunctione. Similiter si iniungat mihi, ut dem pauperi certam elemosinam, non satisfacio, si eam dem pauperi extremam necessitatem patienti, quia ad id alioquin eram obligatus. Similiter si debeo Petro. 10. ducatos, quos furtim surripui, & ex altera parte idem Petrus mihi decem ducatos mutuauerat, non satisfacio utriusque debito, si. 10. soluam.

Hoc insuper videtur confirmari, per id, quod Christus dixit **Luc. 17.** Cum feceritis quaecumque praecepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Igitur opera, quae alioquin, scilicet ob preceptum debita sunt, non sunt satisfactoria, etiam si in charitate fiant.

Facit denique, quod ait Anselmus libr. Cur Deus homo. dicens: Per illa fit satisfactio, quae non

A non possent ab homine exigere, nisi peccasset: sed praecepta possent ab homine exigere, etiam si non peccasset, & ita per opera quae de precepto sunt, non potest satisfactio fieri.

Contra tamen praefatam sententiam sic in distincte positam arguitur, quia ieiunium quadragesimale ab ecclesia preceptum, est satisfactorium pro peccatis, etiam si alioquin ratione precepti sit debitum. Id patet, quia tale ieiunium si ab ecclesia preceptum non fuisset, esset pro peccatis satisfactorium: igitur, aequum satisfactorium est, si ab ecclesia sit preceptum, cum preceptum ecclesiae valorem ieiunij non tollat, alioquin imprudenter ecclesia tale ieiunium & alia opera satisfactoria praecipisset, si huiusmodi opera valorem spiritualem ob preceptum amitterent.

Deinde, martyrium ex necessitate ac precepto Dei toleratum, ne, scilicet, fides in illo periclitetur, est satisfactorium pro peccatis, cum martyr statim ad gloriam volet, nec aliorum orationibus ad id indigeat. Dicente Augustino: Iuriuriam facit martyri, qui orat pro illo, & tamen tale martyrium in casu est alioquin debitum, etiam si martyr ille non peccasset.

B Praeterea opera bona ex voto facta, non minus satisfactoria sunt, quam si ex voto non fierent, sicut nec sunt minus meritoria, quam si sine voto fiant, & tamen seclusa obligatione satisfaciendi pro peccatis commissis essent huiusmodi opera ratione voti emissi debita.

Similiter, elemosyna facta pauperi extremam necessitatem patienti satisfactoria est, non minus, quam si extra extremam necessitatem pauperis fieret, quod hinc apparet, quia talis elemosyna videtur Deo magis grata: nam Deo magis placet, quod necessitatibus eorum, qui omni sunt destituti subsidio, subueniamus, quam aliorum, qui suam aliter possunt necessitatem releuare. Unde magis ad primam elemosynam, quam ad secundam nos Christus sua lege compellit, & secunda propter primam est postponenda, & tamen in casu est talis elemosyna ratione precepti debita. Ad hunc modum de aliis possemus exemplificare.

Praeterea quod opus sit satisfactorium Deo, non ex natura, sed ex Dei acceptatione est: opus autem a Deo acceptatur ratione charitatis ex qua fit, & tanto magis, quanto ex maiore charitate fit. Igitur non obstante, quod opus sit de precepto, ita quod si non fiat, peccabitur, ea tamen ratione, qua ex charitate fit, aut ex magna charitate fit, non est de precepto: igitur, ob illam causam nil obstat, quominus sit satisfactorium.

Et confirmatur, quia ob illam causam est meritum gloriae aeternae, non obstante, quod sit opus de precepto: igitur, ob eandem causam erit satisfactorium, quod longe minus est, quam primum, ut constat. Et ita sicut vim meritoriam & satisfactoriam sortitur opus ex charitate a qua fit, ita & simile vim sortitur, si a poenitentia seu cordis contritione procedat, idque ex opere operantis. Similiter etiam si virtute clauium iniunctum sit opus alioquin ex precepto debitum, & per ipsum poenitentem acceptatum & adimpletum, sortietur vim satisfactoriam: quia opus eo modo factum, & ex tali vel tali radice procedens, non est alioquin debitum, ut suppono.

Itaque videtur tenendum, opera ex charitate facta satisfactoria esse, etiam si alioquin sint de precepto debita, non solum si praecepta sint ad finem satisfaciendi pro peccatis commissis, sed etiam si ob aliam causam praecepta sint, qualia sunt, quae tenentur peccantes & non peccantes adimplere, ut sunt praecepta Decalogi, & alia quae ad legem naturae & charitatis officium spectant.

Ad rationes autem prioris sententiae dicendum. Ad primum, quo arguitur ex definitione satisfationis dicendum, quod procedit illa definitio per Scotum posita & communiter approbata, de satisfatione, quae fit ex pura iustitia, quae rei aequalitatem requirit, qualis est, quae inter homines fit, non tamen de satisfatione facta secundum iustitiam mixtam, qualis fit Deo pro peccatis, in qua sicut rei ad rem aequalitas non requiritur, ita nec requiritur quod id, quod in satisfationem redditur, sit alioquin indebitum, cum liberum sit Deo opera debita & indebita, si ex charitate fiant, acceptare, sicut & de facto secundum legem acceptat, & se acceptaturum promittit.

Eodem modo respondeatur ad secundum quando arguebatur, quod nemo potest per vnicum opus pluribus debitis satisfacere, quod procedit de satisfatione ex pura iustitia facta pro offensa aliqua vel pro debito reali. Nam si accipiatur de satisfatione qua quis tenetur precepto satisfacere, compertum est esse falsum: quia ut supra in tractatu de confessione ostendimus, stat vnicum & idem opus multis obligationibus esse debitum, scilicet, ratione legis, ratione precepti, ratione voti, aut iuramenti, & per illud unum opus si fiat, satisficit pluribus debitis & obligationibus, ut constat.

Quantum vero ad exempla illic adducta attinet, alia tamen quaestio, scilicet, Si sacerdos iniunxerit

E iniunxerit peccatori in poenitentiam aliquod opus, ad quod alioqui homo erat obligatus, An satisfaciat iniuncto sacerdotis illud agendo, ut si iniunxerit ieiunium 40. dierum, & ieiunet poenitens Quadragesimam ordinariam: aut eleemosynam, & eam det poenitens pauperi in extrema necessitate existenti. Ad quaerendum quod id pendet ex intentione sacerdotis huiusmodi poenitentiam iniungentis. Nam si eius intentio fuit iniungere poenitentiam, quod ieiunet 40. diebus, quicumque illi sint, & id constet poenitenti, tunc satisfacit ieiunando quadragesimam, & facta tali iniunctione, duplici vinculo tenebitur ad quadragesimale ieiunium, scilicet, ex praecepto ecclesiae, & praecepto sacerdotis, & valebit etiam dupliciter tale ieiunium, scilicet, quia ex charitate fit, & virtute clauium. Si autem certum sit, quod intentio sacerdotis fuit, quod poenitens ieiunaret 40. diebus extra dies, quibus alioqui erat obligatus ieiunare: tunc certum est illum non satisfacere iniuncto sacerdotis, si quadragesimam ordinariam ieiunet. Si autem dubium sit, quid sacerdos iniungens intenderit, tunc praesupponendum est, quod intenderit imponere ieiunium, ad quod alioqui poenitens non esset astrictus. Sic enim communiter verba iniungentis veniunt interpretanda, puta secundum communem hominum intelligentiam, iuxta cap. Ex literis. de sponsalibus. Excepto nisi contrariam intentionem ipse sacerdos explicet. Ad hunc modum videtur dicendum de quacumque alia poenitentia a sacerdote iniuncta, quae potest per opus alioqui debitum adimpleri, quod, scilicet, ad intentionem iniungentis est recurrendum.

Corollarie sequitur, quae est ratio, quare homo potest per unicum opus pluribus debitis legalibus satisfacere, & non pluribus debitis realibus. Quia, scilicet, in legalibus debitis seu obligationibus, quales sunt, quae ex lege, praecepto, voto, aut iuramento oriuntur, ad intentionem eorum est recurrendum. Et cum intentio legis, voti, & iuramenti possint in unum & idem opus tendere, ut constat, ideo quae ex lege, praecepto, voto, & iuramento astrictus est ad certam eleemosynam erogandam, eam erogando, satisfacit omnibus illis debitis. In aliis autem debitis realibus, quales sunt, quae in iustitia commutativa consistunt, ut obligatio ex mutuo, emptio, aut venditione, ex furto, aut alio damno dato, ad aequalitatem rei est attendendum. Ideo si aliquid loco satisfactionis per unam viam sufficienter debetur, & tantundem per aliam, tunc non satisfacit

qui id reddit, omnibus illis debitis, ut constat. **G** Excepto, nisi concurrat liberalis remissio seu gratia ipsius offensis, vel creditoris, qualis concurrat in satisfactione, quae Deo pro peccatis fit, ut saepe dictum est.

Inde iterum fit, ut clericus beneficiatus, qui tenetur ad horas canonicas ratione ordinis, & ad horas in choro canendum ratione beneficij, satisfacit utriusque praecepto per unum opus, scilicet, si horas in choro cantet: maxime si id admittat communis consuetudo: quod probabilius est, quam suum oppositum.

Ad aliud, quod ex Luca citatum est, scilicet: Cum feceritis quaecumque praecepta sunt vobis, dicendum, quod si per id probaretur opera quae sunt de praecepto non esse satisfactoria, per idem probaretur, eadem non esse de lege meritoria, nec ad gloriam acceptata, quod suppono falsum. Ideo dicendum, quod illic intendit Christus docere, quam parum valeant opera nostra de se ad gloriam, & quam parum debeat nobis Deus ob illa, si ea secundum se consideremus: quia ut sic, nec meritoria sunt, nec satisfactoria. Secus si diuinam bonitatem & liberalitatem consideremus, cui soli fidere debemus, & non operibus nostris.

Ad postremum, quod ex Anselmo est allegatum, dicendum non esse ad propositum, si mentem ipsius attendamus, quae est, esse nobis Deo satisfaciendum pro peccatis per opera poenalia: haec enim sunt, quae si peccatum non praecessissent, non exigerentur: modo autem aliud est quaerere an possit homo satisfacere Deo per opera alioqui debita, aliud vero an debeat satisfacere per opera poenalia. De quo postea.

Quaestio quinta.

Praeterea quaeritur, An possit vnus homo pro alio homine satisfacere deo? Et pro parte negativa arguitur, quia non potest vnus homo alteri mereri: igitur nec potest pro alio satisfacere. Et vtriusque probatur ex Paulo dicente: Omnes nos stabimus ante tribunal Christi, & reportabit vnusquisque secundum ea, quae in proprio corpore gessit. Et Psalmista: Dabit vnusquisque dominus secundum opera sua. Et Paulus: Quae seminauerit homo, haec & metet. Igitur non venit homo a Deo ob aliena opera remunerandus, nec puniendus, sed ob sua

A sua propria. Secundum idem videtur ex Ezechiele. 14. Si misero in terram famem, pestem, gladium, aut bestias terrae, & fuerint in medio eius tres viri, Noe, Daniel, & Job, viuo ego, dicit Dominus, quia nec filios, nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. Si igitur iustitia, & sanctitas, ac preces sanctorum aliis prodesse non possunt ut iram Dei euadant, sequitur, quod vnus homo quantumuis iustus pro alio satisfacere non potest. Tertio, si ita esset, quod posset vnus pro alio satisfacere, sequitur, quod si aliquis susciperet in se obligationem satisfaciendi pro alio, & ille alter ante adimpletam satisfactionem ab hoc seculo decedat, quod volabit ad gloriam: nam ipse iam nullius poenae debitor est, ex quo alius pro illo suscipit obligationem debitum soluendi, seu satisfaciendi, & ex consequenti si alter qui obligationem suscepit, satisfactionem susceptam omittat, erit in gloria is, qui decessit absque debiti solutione. Si autem decedens iret ad Purgatorium, & viuus compleat satisfactionem pro illo susceptam, bis punietur peccator decedens pro eodem debito, aut saltem duplex poena pro eodem debito exigetur, vna a defuncto, alia a viuente pro defuncto satisfaciente. Postremo, satisfactio est medicina spiritualis morbi curatiua, ad id enim Deus satisfactionem exigit a peccatore, ut curet, non ut puniatur: quandoquidem Deus in poenis non delectatur, iuxta illud Esai. 10. Heu consolabor super hostibus meis. Nec vult Deus mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat. Cum ergo medicina vni applicata non valeat curare morbum alterius, sed eius, qui eam suscipit, sequitur vnus hominem pro alio satisfacere non posse.

B Quibus non obstantibus, tenendum est opus positum cum communi sententia, quod, scilicet, potest vnus pro alio, saltem de congruo satisfacere. Tum quia potest vnus alteri gratiam primam impetrare, & culpae remissionem, saltem mediate, iuxta dictum Christi ad paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Per quod Ambrosius probat aliena opera alteri ad gratiam prodesse: igitur, a fortiori poterunt prodesse alteri ad impetrandum ei remissionem poenae temporalis. Tum etiam, potest vnus pro defuncto satisfacere, faciendo pro illo suffragia, ut ecclesia tenet, & communis sanctorum doctrina: igitur poterit similiter pro viuo satisfacere, cum vtriusque eadem sit ratio, scilicet, charitatis communio, quae omnia facit communia, & quae nostra sunt, aliena

na, & e contra. Tum etiam quia inter homines vbi magis iustitia, quam misericordia locum tenet, potest alter pro altero satisfacere: quia nil refert, quod debitor soluat per se vel alium, quod creditori debetur, modo solvatur: Igitur sic erit apud Deum, cui gratum est, quod proximorum onera supportemus, iuxta consilium Pauli, Alter alterius onera portate. Ad Gal. 6.

Quod etiam posset plurimis exemplis comprobari, quibus docemur Deum ad iustorum preces sapienter fuisse placatum, & iram quam contra alios peccatores conceperat, deposuisse, & sententiam punitivam reuocasse. Abraham namque Dominum interrogatum, an parceret Sodomitis, si inter eos essent 50. iusti, aut 40. Gen. 18. aut 20. Respondit Dominus, quod sic, etiam si tantum 10. iusti inter eos reperirentur. Similiter Dominus propter peccatum Salomonis praecidit regnum filio suo Hieroboam, parces eidem Salomoni, propter David patrem suum. Similiter legitur Deum liberasse Lot propter Abraham, cuius est Dominus recordatus. Dimitto alia, quae notissima sunt. Et ita non dubium posse hominem iustum pro alio satisfacere per viam saltem gratiae & liberalis impetrationis, quae non de iustitia pura.

D Ad rationes igitur supra factas respondendum. Ad primum ex Paulo & Psalmista citatum dicendum, quod procedit de finali remuneratione seu iudicio, in quo vnusquisque premium essentiale aut supplicium reportabit secundum exigentiam suorum meritorum aut demeritorum, non autem de remuneratione seu retributione, quae interim fit per collationem boni temporalis, aut mali temporalis remotionem, alioqui si vniuersaliter illa testimonia essent accipienda, in nullo possent defuncti suffragia viuorum adiuuari, quod erroneum esse suppono. Ad secundum ex Ezechiele allegatum, dicendum quod procedit de poenis seu malis, quae Deus decreuit absolute aliquibus in vita praesenti inferre, ad quorum amotionem non profunt sanctorum preces, cum stet firma sententia Dei, iuxta illud Hieremiae. 7. & 11. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & non assumes pro eis laudes, & orationes, quia non exaudiam. Vbi glossa, Propheta praecipitur, ne pro eis oret in quos est iam consummata sententia, ne videatur oratio eius infirma, & merito non exaudita: quod maxime verum est, quando pro obstinatis & pertinacibus oratur. Cum quo tamen stat valere sanctorum orationes & merita aliis peccatoribus poenitentibus ad multa bona simul, & ad peccatorum remissionem.

E nem. Ad tertium dicendum post Thomam, quod ille decedens (de quo in casu argumenti) erit in Purgatorio vsq; quo soluat per se, vel per alium, quod Deo ratione peccatorum debebat: quod si ipse in Purgatorio per se patiendo soluerit, tenebitur viuis qui se obligauit etiã hic soluere, quod soluendũ suscepit, & tunc nõ exigit Deus duplicẽ punitionem pro eodẽ debito, sed à defuncto exigit pœnã pro cõmissio debito: & à viuente exigit, quia se ad eam obligauit, & tunc quicquid viuis perfoluerit, cedet ei in solutum pro ipso met, iuxta id quod scriptũ est, Oratio mea in sinu meo conuertetur. Quod si ipse non indiguerit, conuertetur in sinum ecclesiæ, à qua poterit dispensari per viam indulgentiæ. Ad postremum dicendũ cum Bonauentura, Quod satisfactio habet duplicẽ utilitatẽ, adhibetur enim tanquam medicamentũ ad sanandum morbum, valet etiam ad soluendũ debitum ex peccato contractũ. Tunc dico, quod quatenus satisfactio est medicamentũ, non valet alteri, sed ipsi operanti. Si enim alius pro me ieiunet, etiam si millies id agat, non ob id extinguitur in me cõcupiscentia, attamen quatenus tenet rationem pretij, & solutiua debiti est, valet alteri ad pœnæ remissionem.

F Vnde sequitur plus valere satisfactionem propriam, q̃ alienã, idq; quo ad tria, scilicet, quo ad gratiã & gloriã augmentũ, ad quod valet propria & non aliena. Secundo quo ad sanandum morbum, & sequelas morbi præscindendum, ad quod valet propria & non aliena. Tertio ad remissionẽ pœnæ p̃ cõmissis debita: Ad quod valet etiã propria, plusq̃ aliena. Vnde si quis vult per se satisfacere, non est ei necessaria tanta satisfactio, quanta esset si per alium satisfaciat: vt si vnus facit pro alio pœnitentiam septennem, non tantum prodest ei pro quo fit, quantum prodesset, si ab ipso fieret. Cuius nonnullum argumentum est, quia parua pœnitentia voluntariẽ assumpta in hoc sæculo, valet ad remittendum magnam pœnam Purgatorij, cum hæc voluntate sit assumpta, illa verò à Deo illata. Inde etiam fit, vt magis satisfactoria sit parua pœna, voluntate propria assumpta, quam magna pœna in hoc sæculo à Deo illata, quantumuis patienter toleretur. Cuius indicium est, quia multo maiora sunt mala, quæ solet Deus pro peccatis infligere, quam quæ pœnitens assumere potest, & quam pœnitentiã, quas ecclesia iniungere instituit. Solet enim Deus immittere pestẽ, bellum, & bestias, quibus multi homines intereunt, idq;

pro peccato vnus hominis, vt constat de peste immissa populo Israël propter peccatum Dauid. Et tamen credendum est quod per aliam longẽ minorem voluntariẽ assumptam, vel secundũ Canones pœnitentiales iniunctã, homo omninò à peccato liberaretur.

H Inc tamen oriuntur duo dubia, alterum est, an ita sit quod Deus hominibus pœnam pro alienis peccatis infligat, & si sic, an huiusmodi pœna sit illis peccatoribus satisfactoria. Alterum est, an pro vnoquoq; peccato sua respondeat satisfactio. Ad primam breuiter dicendum, quod Deus sæpe legitur hominibus non solum impiis, sed innocentibus mala immittere propter aliena peccata. Id patet, quia inter Sodomitã fuerunt aliqui iusti adulti, similiter & paruuli per circumcisionem, aut aliud sacramentũ legis naturæ iustificati, omnes tamen perierunt ob peccata maiorum. Similiter in diluuiò idem accidisse credendum est, multos, scilicet, infontes, saltem paruulos, ob peccata maiorum periisse. Legitur etiam Numerorum. 4. dictum esse ad Hebræos, Filij vestri erunt vagi in deserto quadraginta annis, & portabunt fornicationem vestrã, donec consumantur cadauera patrum in deserto. Legitur etiam. 3. Regum. 21. Achaz impetrasse à Domino, vt sui peccati pœna in posteros deferretur. Ionã primo similiter legitur tempestatem grandem super nauigantes euenisse propter peccatum ipsius Ionã, vt ipsemet testatur. Refert præterea beatus Ambrosius in quadam villa Tusciæ, vbi ipse tunc aderat cum fratribus suis, propter peccata vnus hominis, qui in hoc mundo nil aduersum sustinuerat, illum cum reliquis præfatæ villæ habitatoribus terrã absorbuisse. Iustos etiam, qui illic erant, terra similiter absorbuisset, nisi cum ipso beato Ambrosio ad eiusdem montis inde fugissent. Beatus etiam Gregorius, libro. 15. Moralium, capite. 81. Paruulos aliquando à dæmonibus arripi, propter peccatum parentum, quia caro parentum sunt. Itaque non dubitatur Deum sæpissimè, tam in lege gratiæ, quam ante illam multis infontibus ob scelera impiorum multa intulisse mala. Jam igitur aperta est ratio propositi dubij. Nam cum ita id sit, quomodo soluat Deum in omnibus suis operibus iustum esse, qui innocentes pro nocentibus punit, etiam pœna mortis: quod si iudex humanus faceret, iniustissimus esset. Deus etiam reprehendisse legitur Iudæos, cõquod dicebant, Patres nostri mādicauerunt

vnam

A vnam acerbã, & dentes filiorũ obstupefunt. Vnde addit Dominus, Anima quæ peccauerit ipsa morietur, nec filius portabit iniquitatem patris, nec pater portabit iniquitatem filij, sed vnusquisque in suo peccato morietur: quod ipsa naturalis iustitia dicitur, secundũ quam, pœna debet tenere suos actores, nec vltra debet progredi pœna q̃ culpa sit cõperta, iuxta quod ait Augustinus, q̃ Deus non prius est vltor, q̃ aliquis sit peccator. Respon. In præfenti vita non manifestatur, nec completè exercetur diuina iustitia, quæ in finali iudicio exercetur, & omnibus manifestabitur, quando reportabit vnusquisque secundum ea, quæ in proprio corpore gessit. In præfenti enim vita indifferẽter videmus bona & mala, prospera & aduersa, sanitatem & morbum, vitam & mortem tam bonis quam malis euenire, quod in scriptura sancta sæpe significatur. Vnde si Dominus in hoc sæculo multa bona temporalia, aut etiam corporalia tribuit, cum ea bonis & malis pro voluntate tribuat, nõ ea ex iustitiã debito tribuit, sed ex gratia sua ob causas, & fines ipsi cognitos. Ac proinde, si huiusmodi bona aliquibus negat, aut eisdem aliquos priuat, quantum boni & iusti sint, nullam eis iniustitiam facit, quia gratiam seu gratuitũ beneficium negare alioqui indebitũ, iniustitia non est, vt constat. Quod si Deus, quia Dominus omnium est, absq; iniustitia aliqua potest præfata bona pro solo nutu suæ voluntatis à quibus vult amouere, sequitur apertè quod similiter absq; aliqua iniustitia potest eadem bona ab hominibus amouere ob culpam seu offensam alicuius irritatus. Credendum tamen est Deum huiusmodi mala hominibus non sine causa aliqua inferre, scilicet, vel ad tentandum, vel ad corrigendum, vel ad persuadendum, vel ad gloriã Dei manifestandũ, vel denique ad peccata commissa puniendum, hæc autem punit, non solum in ipsis, qui peccata cõmiserunt, sed aliquando & sæpe in aliis personis ipsis peccatoribus cõiunctis, quorum punitio solet in pœnam & cruciatum eorum, qui peccauerunt, redundare, vt quando peccatum patris punit per mortẽ filij, vt contigit ipsi Dauid, pro cuius peccato filius suus mortuus est. Aut quando peccatũ Principis punitur in populo suo, quod & eidem Dauid accidit, propter cuius peccatum populus suus fuit peste percussus. Aut quando ob peccatum maioris, vxor & domus punitur, vt contigit Abimelech regi, ob cuius peccatum, quo scilicet, Saram vxorem

alienam detinebat, tota sua domus plaga percussa est. In quo Deus nec iniustitiam facit ipsis peccantibus, qui maiora merebantur supplicia, nec iniustitiam facit ceteris personis, etiam infontibus, à quibus pro sola voluntate omnia bona corporis & fortunæ posset citra iniuriã amouere. Et ita patet Deum non esse iniustum, etiam si ob quorundam peccata & scelera, alij etiam innocentes pœnam sentiant. Et per hæc respondetur ad rationem dubij propositam, quod si humanus iudex innocentẽ pro alieno peccato occideret, esset iniustus, nõ sic Dominus Deus. Discrimen est, quia Deus est Dominus vite, & mortis, omniumq; bonorum, quæ pro voluntate dat, & pro voluntate poterit data reuocare, nõ sic humanus iudex. Quod etiam ex Ezechiele citatum est, quod filius nõ portabit iniquitatem patris, procedit, vt ait Augustinus de pœnis seu retributionibus finalis iudicij, seu alterius sæculi. Et ita ad alia similia dici potest. De quibus latius videbitur, quãdo de iustitia & misericordia Dei agetur.

N Vnc respon. ad aliud ibidem quæsitum, An, scilicet, pœna à Deo hominibus ob aliena peccata immissa, sit illis peccantibus apud Deum satisfactoria. Dicendum sine disputatione, distinguendo. Nam pœna huiusmodi aliquando infertur pro peccatis per contritionẽ deletis, aliquando verò pro peccatis, in quibus ipsi peccatores sunt obstinati, aut impœnitẽtes. Exẽpla clara sunt. De secundo, patet ex supra allegatis. De primo autẽ similiter patebit quæstione sequenti. Tum dicendum q̃ pœna immissa peccatoribus, aut aliis pro aliorũ peccatis, quãdiu de illis pœnitentia non præcessit, nullo modo est satisfactoria. Tum, quia satisfactio dicitur actiõ, seu actũ ipsius satisfaciẽtis, in perpessione autẽ præfatorũ malorũ illi nõ actiõ sed passiuẽ se habent, vt patet: igit, nõ dicunt satisfacere in casu. Tum etiam, quia satisfactio locũ habere non potest manẽte eodem peccato & culpa, pro qua quis pœnam sustinet, etiã si voluntariẽ esset assumpta, vt ex dictis patet.

Secundo dicendum, quod pœna illata à Deo pro peccatis, de quibus pœnitentia vera præcessit, si patienter & voluntariẽ toleretur, quodãmodo est satisfactoria, & quodãmodo non est satisfactoria. In quantum est voluntariẽ & patienter per ipsos pœnitẽtes acceptata, satisfactoria est, sicut & meritoria: quia ipsa voluntaria acceptatio propter Deum est actus ipsius patientis ex charitate procedens, ideo à Deo ad premiũ & pœnæ remissionẽ

R 2 acceptatur.

E acceptatur. Ipsa tamen poena illata non est in se satisfactoria, cum actus non sit ipsius poenitentis, cedit tamen sibi in solutum, aliter tamen, quam per actum satisfactionis: quia actus satisfactorius ipsius poenitentis & si parum poenalis sit, multam poenam Purgatorij redimit: poena autem a Deo illata non redimit maiorem poenam Purgatorij, quam ipsa sit, sed illa cedit illi poenitenti in solutum pro alia tãta, quam erat in Purgatorio passurus, ideò satisfactoria proprie non est, sed tantum solutiua debiti secundum quantitatem ipsius.

Et conformiter ad hoc est mihi probabile, quod poenitenti patienter & sponte poenam illatã sustinenti cedit in solutum, non solum poena ipsimet illata, sed etiam poena, quae ob ipsius peccatum aliis personis sibi coniunctis infertur. Et hoc de primo dubio.

A aliud secundum dubium quãdo quærebatur. An unicuique peccato sua correspondeat satisfactio, seu an diuersa peccatorum genera exigant diuersa genera satisfactionum, an potius vno genere satisfactionis, scilicet, præcisè ieiunando, aut præcisè elemosynam erogando possit quis pro multis peccatis genere differentibus satisfacere. Et facit difficultatem dictum Hieronymi dicentis: Non sanat oculum, quod sanat calcaneum, nam pestes animæ sanantur per orationem, pestes corporis per ieiunium. Respondendum breuiter, aliud est satisfacere pro peccato, aliud sanare peccatum. Satisfacere est recompensam debitam offenso reddere. Sanare autem peccatum, est illud eradicare, remouendo vel remittendo, aut extenuando illud, quod ad actum peccati inclinatur, & excitat: maxime quando illud tale ex actibus vitiosis fuit in anima derelictum, & tunc stat bene, quod poenitens satisfaciatur pro peccato, absque hoc, quod sanetur peccatum. Nam potest homo tam vehementer conteri, vt peccatum prorsus remittatur, & quod sanatum non sit, sed maneat vitiosa radix, quæ ad illud inclinatur.

Dico igitur, quod potest quis satisfacere pro peccatis genere differentibus per vnum genus satisfactionis. Nam si de culpa loquamur, vnica poenitentia cordis pro omnibus culpis amouendis sufficit. Si autem loquamur de poena temporali, cui post dimissam culpam homo manet obnoxius, cum finita sit, potest homo pro ea satisfacere ieiunando semel, bis, ter, quousque, prorsus sit poena remissa. Sanari autem peccata non ita bene possunt, per vnicam medicinam, quandoquidem, vt ait Gregorius, contraria eòtrariis curanda sunt. Et ideò

superbia per orationem, carnis petulantia per ieiunium, avaritia per elemosynam, tanquam per contrarias medicinas veniunt curanda atque sananda. Et de hoc genere aut modo satisfactionis loquebatur Hieronymus. Et hoc est quod supra ex Bonauentura diximus, quod satisfactio est curatiua commissi simul & præseruatiua, est etiam debiti solutiua: & quatenus solutiua debiti est, vna specie reiterata, sufficit ad remittendum poenam dimissis peccatis debitam, quatenus verò curatiua est, diuersa satisfactione opus est.

EX dictis alia iterum consequitur dubitatio, An, scilicet, possit homo satisfacere Deo pro vno peccato non satisfaciendo pro omnibus. Ad quod similiter sine disputatione respondendum, duplicem esse satisfactionem, scilicet, reconciliantem, & soluentem, seu liberantem. Reconcilians est, qua in Dei gratiam & amicitiam redimus, hæc fit per veram cordis contritionem, per quam culpa remittitur, & gratia Dei restituitur. Satisfactio soluens seu liberans est, qua homo reddit Deo aliquid, per quod a poena temporali, in quam eterna fuerat commutata, in toto vel in parte liberetur.

Quo præmissis, quæstio proposita potest intelligi, facta comparatione peccatorum mortaliū inter se, & venialium inter se & mortaliū ad venialia. Si de mortalibus fiat quæstio, iterum videtur distinguendum inter mortalia nondum quo ad culpam dimissa, & inter ea, quæ quo ad culpam dimissa sunt: si loquamur de his, quæ quo ad culpam per poenitentiam non sunt dimissa, certum est, quod non potest homo satisfacere pro vno mortali, quin pro omnibus satisfaciatur, eò quod quauis peccata mortalia non sint quo ad commisionem connexa, sunt tamen connexa quo ad remissionem. Cuius ratio aperta est, quia principium remissionis vnius mortalis, est vnum & idem respectu omnium mortaliū commissorum, puta gratia gratificans, seu charitas, quæ secum nullum admittit peccatum mortale. Et satis id probat Innocentius, cap. Maiores. de baptismo. Similiter & Augustinus, lib. de Vera & falsa poenitentia, dicens: Deus quæ sanat, perfectè sanat. Et iterum: Impium est a Deo dimidium sperare veniam. Et quauis Innocentius procedat de originali peccato comparato ad mortale, ratio tamen eius eadem de mortalibus inter se collatis procedit, quandoquidem non minus debetur poena dani æterna pro mortali, quam pro originali, & per consequens si remissio originalis requirit acceptationem ad gloriam, ita & remissio mortalis

A mortalis culpæ, ad gloriam autem nemo in culpa mortali permanens potest acceptus esse de lege: igitur necesse est vna mortali culpa dimissa, omnes simul dimitti. Si autem loquamur de mortalibus dimissis quo ad culpam, certum etiam est posse peccatorem pro vno satisfacere, non satisfaciendo pro alio. Ratio, quia post dimissam culpam, non manet nisi temporalis poena soluenda, poena autem temporalis pro vno peccato debita, non est necessario connexa poenæ alteri peccato debite quo ad remissionem. Nam illæ poenæ temporales paulatim soluuntur, & non simul, & ex consequenti potest vna sine alia dimitti. Si verò loquamur de peccatis venialibus, idem dicendum est quod, scilicet, potest quis pro vno satisfacere, non satisfaciendo pro alio. Et ratio est eadem, quia transeunte actu peccati venialis, non relinquitur nisi reatus ad temporalem poenam: hæc autem paulatim remitti potest, & ita venialia quo ad sui remissionem connexa non sunt, vnde poterit homo pro vno eorum satisfacere sine alio.

Si denique loquamur de mortali peccato comparato ad veniale, similiter dicendum, quod potest homo pro vno sine alio satisfacere, cum possit mortale sine veniali dimitti, & e contra secundum probabilè opinionem, quam alio qui probauimus. Et patet prima pars, quia inter mortale & veniale nulla est quo ad remissionem connexio, stat enim mortale etiam quo ad culpam dimitti (necum quoad poenam temporalem) absque hoc quod veniale dimittatur: quia cum remissione mortalis peccati stat reatus ad poenam temporalem, quæ pro veniali debetur, vt constat. Secunda etiam pars patet, quia potest homo soluere poenam temporalem veniali peccato debita manente peccato mortali, & ita satisfacere pro veniali, & non pro mortali, satisfactione sumpta secundum iustitiã decentiã diuinæ largitatis, vt supra fuit expositum, quauis non secundum iustitiã legis. Sed quia de hoc alibi latius egimus, hoc nunc dixisse sufficiat.

Quæstio sexta.



Postremò de necessitate satisfaciendi videndum est, an sit homini necessarium in presenti vita Deo pro peccatis satisfacere, & an debeat satisfactio fieri per opera poenalia? Ad primū dicendum non esse dubi-

tandum, quin sit necessarium pro commissis satisfacere Deo, loquendo de satisfactione reconciliante, seu de satisfactione pro peccatis quo ad culpam, id est, de potentia ordinata, secus de potentia absoluta. Potest enim Deus pro sua bonitate omnem iniuriam liberaliter condonare, nullam pro illata iniuria satisfactionem exigendo: nam id potest facere & laudabiliter homo, qui sicut pecuniarium debuit, ita & iniuriam receptam potest gratisimè condonare, quod quidem opus charitatis est & liberalitatis. Cum igitur Deus optimus sit, ac magnificētissimus, non dubium quin possit liberaliter omnem offensam in eum commissam remittere. Nec obstat esse de iure naturæ satisfaciendum offenso, quia in hac re id solū est de iure naturæ loco satisfactionis Deo reddendum, quod ipse exegerit: id autem, quod in lege ordinata exigit, potest non exigere, vt supra, cum de poenitentia cordis ageremus, ostendimus. Quod autem de lege ordinata sit necessaria satisfactio pro offensa, non solum ea qua Christus pro nobis satisfecit, sine qua nemo de lege ordinata potuit vnquam iustificari, sed alia particularis, ex definitione satisfactionis satis constat. Est enim satisfactio, iniuriæ illatæ recõpensatio, secundum æqualitatem iustitiæ. Aut vt definit Scotus, Est voluntaria redditio æquivalētis aliis indebiti. Ex vtraque constat satisfactionem esse actum iustitiæ, quo redditur offenso debita pro peccato recõpensatio. Id etiam sonat verbum, redditio, quod præsupponit aliquid esse debitum. Quauis enim dare voluntatis sit, reddere tamen necessitatis est. Pro eodem facit cap. Si culpa tua damnum illatum est iure super his satisfacere oportet. Quod verbum etiam necessitatis est. Et sicut restitutio necessaria est, sine qua peccatum minimè dimittitur, ita & satisfactio pro offensa commissa necessaria est, cum de vtroque similis sit ratio. Non enim iniustus est iniuriã inferre, seu offensam committere, quam alienum surripere: imò illud longè iniustius, ac proinde non minus pro primo quam pro secundo opus est satisfacere. Idem etiam aperte colligitur ex his, quæ supra in tractatu de poenitentia cordis diximus, vbi probauimus poenitentiam cordis de mortalibus esse peccatori necessariam, vt Deo reconcilietur: ergo non dubium esse necessariam satisfactionem pro peccatis quo ad culpam, quæ per contritionem fit, sine qua peccator Dei gratiam obtinere non potest, iuxta illud Esaiæ: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum corde?

R 3 Sed



Sed esto necessariū sit Deo satisfacere, An
 Sid debeat fieri per opera pœnalia? De hoc
 posset aliqua cōtrouersia esse. Vnde pro par
 te negatiua arguitur primò, quia de lege or
 dinata potest quis veniam perfectam conse
 qui per veram Christi dilectionē, iuxta illud
 Ioan. 4. Ioā. Si quis diligit me, diligitur à patre meo,
 & ad eum venimus, & apud eum mansionē
 faciemus. Pro quo etiā facit quod ait Petrus
 in Canonica dicens: Charitas operit multitu
 dinem peccatorū. Vnde & de Magdalena di
 Luc. 7. ctum est: Dimissa sunt ei peccata multa, quo
 niam dilexit multū. Igitur ad obtinendū ven
 iam peccatorū, nō est necessaria satisfactio
 per opera pœnalia. Secundò ad idem argui
 tur, quia sufficit homini ad salutem, si man
 data Dei seruet, iuxta illud Christi: Si vis ad
 vitam ingredi, serua mandata: sed in manda
 tis decalogi, de quibus Christus loquebatur,
 nulla de satisfactioe agenda per opera pœ
 nalia mentio fit, sed de sola Dei & proximi
 dilectione: quandoquidē præcepta primæ ta
 bulæ ad dilectionē Dei: præcepta verò secun
 dæ tabulæ ad proximū dilectionem perti
 nere noscuntur. Huc enim omnia mandata
 tendūt, iuxta illud Pauli: Finis præcepti, cha
 ritas. Et iterum: Qui proximū diligit, legem
 Rom. 13. F impleuit. Tertiò, quia homo potest per ele
 mosynam & per orationē satisfacere, iuxta
 Danie. 4. id, quod Daniel ad Nabuchodonosor dixit:
 Peccata tua eleemosynis redime. Et alibi scri
 Ecclesia. 3. ptura ait: Sicut aqua extinguit ignē, sic ele
 mosyna extinguit peccata. Vnde & Christ⁹
 Lucæ. 11. dixit: Date eleemosynā, & ecce omnia munda
 sunt vobis. Sed huiusmodi eleemosynā, vt
 satisfactoria sit, nō oportet esse pœnalē: imò
 si cum lætitia fiat, qualis fit ab homine libe
 rali, erit apud Deum gratior, prout inquit
 2. Corin. 9. Paulus: Hilarem datorē diligit Deus. Quar
 tò, quia si sola opera pœnalia essent satisfa
 ctoria, quanto opus aliquod magis pœnale
 esset, tanto esset magis satisfactorium, & per
 consequens magis satisfactorium esset ieiu
 nium vnius guloli & intēperati quā vnius
 religiosi ad ieiunandum assueti, & eleemosy
 na vnius auari esset magis satisfactoria quā
 vnius liberalis: ex quo ieiuniū intemperati,
 & eleemosyna hominis auari magis pœna
 lia & difficilia eis sunt, quā religiosi, & libera
 lis. Quintò, idem apparet ex eo, quod habet
 Tur. 3. qui ad Deū loquēs ait: Non
 enim delectaris in perditionib⁹ nostris, quia
 post tempestatem, tranquillū facis, & post la
 chrymationē & fletum, gaudium & exulta
 tionem infundis: Non ergo est necessaria sa

tisfactio per opera pœnalia, in quibus Deus
 minimè delectatur. Confirmatur ex dicto
 Anselmi dicens: Satisfacere Deo est hono
 rem eidem indebitè subtractum impendere.
 Hoc autem fieri potest absq; opere pœnali,
 si homo post peccatum, quo Deo honorem
 & obedientiam subtraxit, se illi rursus subii
 ciat, eum colat, reuereatur, & timeat &c.

In oppositum & pro parte affirmatiua ar
 guitur: Quia illa satisfactio est homini neces
 saria, quā Deus ab homine post offēsam exi
 git. Deus aut in vtroq; testamēto sæpe à pec
 catore pœnitentiam exigit de cōmissis, vt ex
 dictis est manifestum, pœnitentia autē opus
 pœnale est. Idem etiam arguitur ex eo, quod
 habetur Matthæi. 3. & Lucæ. 3. Facite fructus
 dignos pœnitentiæ. Super quo ait Augusti
 nus alios esse fructus dignos pœnitentiæ, a
 lios verò virtutis, qui per fructus dignos pœ
 nitentiæ opera pœnalia dicit esse intelligen
 da. Pœnitentia enim cordis, fletum, lachry
 mas, ieiunia, vigilia, aliaq; pœnalia opera,
 & aspera fructificat, per quæ homo volu
 ptatibus, operibusq; vnde homines delecta
 tionem atq; vtilitatem solent accipere, priue
 tur. Idem etiam apparet exemplis vtriusq;
 Testamenti: non enim peccatores aliter legi
 mus Deo satisfecisse, quā per opera pœnalia.
 Cum enim intelligerent Deum illis iratū es
 se, illicò ad pœnitentiā, luctum, aliaq; pœna
 lia & tristitia opera accurrebant, animas suas
 per ieiunia, vigilia, aliaq; huiusmodi affligē
 tes. Exemplū est & non infrequens de popu
 lo Israël, & regibus eius. Exemplū sunt Nini
 uitæ, quibus cum dixisset Ionas, ad quadra
 ginta dies Niniue subuertetur, ad remedium
 illicò confugerunt, omnibusq; seipsos affli
 gentibus, ira Domini placata est. Exemplum
 etiam est Petrus, qui post Christi negationē,
 statim ad lachrymas se conuertit, & veniam
 impetrauit. Idem de Magdalena, & de innu
 meris aliis apertissimum est. Postremò idem
 patet ratione, quia culpa per pœnā compen
 satur, & tanto maior exigitur pœna, quanto
 maior fuit culpa. Vnde Gregori. ait, iustum
 est, vt peccator tanto maiora sibi inferat la
 menta per pœnitentiam, quanto maiora in
 tulit damna per culpam.

Respon. Loquēdo de satisfactioe p pec
 cato quo ad culpā, quæ recōciliatiua dicitur,
 non dubiū est esse necessariā satisfactioem
 per opera pœnalia: quia ad minus est neces
 saria contritio, & pœnitentia cordis: similiter
 & confessio, quæ opera valde pœnalia sunt.
 Quod cū sufficiēter probatū sit superius, nō
 opus

A opus est denuò probare. Sed ad rationes an
 te oppositū respon. Ad primum, fateor pec
 catorum posse per dilectionē Dei veniā pec
 catorum consequi, non solū quo ad culpā,
 sed etiam quo ad omnē pœnam. Verū ipsa
 Dei dilectio, si vera est, virtualiter continet sa
 tisfactionē pœnalem præfatā, scilicet, contri
 tionem, & confessionem, sine quibus peccata
 minimè remittūtur. Et ita venit cōmunis sen
 tentia intelligenda, quæ ait, esse necessariā sa
 tisfactionē per opera pœnalia, scilicet, forma
 liter, vel virtualiter in actu, aut mētis propo
 sito. Ad secundū dicendum, quòd si ratio va
 leret, æquè probaret non esse necessariā con
 tritionem, nec confessionē, nec vllam satisfa
 ctionem, imò nec baptismum, nec eucharis
 tiam, cum de his in Decalogo mētio expref
 sa nō fiat. Ideò dicendū, qd cum ait Christus:
 Si vis ad vitā ingredi, serua mādāta. non intel
 ligitur ita vt aliorum omnīū necessitatē ex
 cludat, sed ideò id dixit, vt intelligamus man
 datorum obseruatiā ita esse ad salutem & vi
 tam necessariam, quòd sine ea nō possumus
 saluari. Dixit itaq; quòd necessariū est ad vi
 tam mādāta illa seruare, nō quòd sufficiens.
 Aut secundò dicatur, quòd qui mādāta Dei
 omnia seruat, conteritur, confiteturq;, ac sa
 tisfacit tēpore quo tenetur: alioqui nec Deū,
 nec seipsum vt debet, diligit, quæ dilectio in
 ipsis mandatis nobis commendatur. Ad ter
 tium, esto eleemosyna non sit positiuē omni
 bus pœnalis, benè tamen priuatiuē. Vnde
 opera dupliciter dicuntur pœnalia, scilicet,
 positiuē, quæ tristitiā seu dolorē causant. Et
 priuatiuē, quia scilicet, ab aliquo bono ope
 rantem priuant, vt ieiunium, quod priuat ho
 minem bono delectabili: & eleemosyna, quæ
 priuat hominē bono commodo, & vtili. Ad
 quartum fateor, quòd ceteris paribus quan
 to magis pœnale est opus ex parte operis,
 aut ex parte naturalis complexionis ipsius
 operantis, tanto est magis satisfactoriū, sicut
 & meritoriū, si ex gratia fiat, non tamen si sit
 magis pœnale ex vitiosa operantis consuetu
 dine. Vnde ex tribus potest difficultas, quā
 quis in operādo sentit, prouenire, scilicet, ex
 opere ipso in se, quia est in se arduum & dif
 ficile, vt tempus regere, iudicare, & omnium li
 tes & contentiones dirimere: similiter bella
 re, & mortē tolerare. Secundò, ex naturali cō
 plexione operātis, vt sunt multi, quibus dif
 ficile est ieiunare, quia à natura sunt ad fre
 quenter comedendū inclinati. Quibusdam
 etiam difficile est continenter viuere, quia à
 natura sunt ad concupiscentiam proclives.

Tertiò, ex vitiosa operātis consuetudine, C
 vt gulosis difficile est ieiunare, & avaris ele
 mosynam dare. Econtrā etiam potest ex tri
 bus facilitas operādi prouenire, vt fati de se
 constat. Illa igitur difficultas, quæ ex opere
 in se, vel ex naturali operantis complexione
 venit, auget rationē meriti & satisfactionis:
 econtrā verò facilitas opposita minuit meri
 tum & satisfactionē. Difficultas verò que ex
 vitio maximè non emendato prouenit, meri
 tum, & satisfactionem non auget, sicut econ
 trā facilitas ex studiosa consuetudine proce
 dens, nō minuit meritum. Non enim conue
 nit dicere, quòd vitiū suffragetur vitioso ad
 magis merendum, & virtus seu studiosa con
 suetudo obsit studioso ad merendum. Ad
 quintum dicendum, quòd Deus non delecta
 tur in pœna hominum, vt pœna est, benè ta
 men vt iusta est. Sicut etiam sancti de pœna
 impiorum lætantur, iuxta illud Eisaia. 57. Læ
 tabitur iustus, cum viderit vindictam, manus
 suas lauabit in sanguine peccatoris. Ideò etiā
 Deus in pœnis lætari non dicitur, quia non
 eas per se intendit, qui omnīū salutē cupiat:
 quòd si pœnā infert, aut exigit, ideò est, quia
 vel sic ad hominū salutem conducit, vel quia
 sic iustitia exigit. Ad postremum ex Ansel
 mo citatum: Fateor quòd Deo satisfacere, qui D
 illi debitum reddit honorem, quem iniustè
 subtraxerat. Vnū id opus est fiat non solū
 de cetero mandata seruando, sed de suo ali
 quid subtrahendo, quod in gloriam & ho
 norem Dei cedat, siue huiusmodi subtractio
 fiat de bono vtili, siue de bono delectabili.

Verū cum hæc, quæ dicta in hac qua
 stione & conclusa sunt, procedant de satis
 factioe pro peccatis quo ad culpam, quæ di
 citur reconcilians, quam non dubium neces
 sariam esse peccatori, etiam sub pœna noui
 peccati, ad quam necessaria quidē est contri
 tio, & confessio. Esset tamen dubium, an post
 dimissam culpam per contritionem & con
 fessionem, sit homini necessaria vltior satis
 factio, ita vt si vltiorem satisfactionem in
 præfenti vita non addat, peccet de nouo. Et
 pro parte affirmatiua arguitur primò, quia
 ex sententia omnium pœnitentia, quæ ad re
 missionem peccatorum necessaria est, tres ha
 bet partes, scilicet, cōtritionem, confessionē,
 & satisfactionē: igitur sicut contritio & con
 fessio necessaria sunt homini sub pœna noui
 peccati, ita satisfactio. Secundò, necessarium
 est homini id procurare, & agere sine quo ad
 finalem gloriam peruenire non potest, sed
 ad hanc non peruenitur, nisi post remissam
 R 4 culpam,

E culpam, poena etiam temporalis remittatur: hæc autē per satisfactionem venit remittenda: igitur. Sed quia hæretici negant post remissam culpam relinqui temporalem poenam soluendam: ideo id probatur testimoniis scripturæ. Patet enim ex 2. Reg. 24. ubi cum Dauid de peccato, quo populum numerari fecerat, vel ex quadam animi elatione, aut ex Dei diffidentia veniam per poenitentiam esset adeptus, satisfactionem ulteriolem Deus exegit, hoc est, poenam aliquam, cuius electione Dominus ipsi Dauid reliquit, & ita peste grauisima fuit in populo punitus. Et iterum cum Dominus eidem prophete peccatum adulterij & homicidij transfulisset, quæ idmodum Nathan propheta illi denuntiavit, adhuc voluit Dominus illum in filio suo dilecto punire, quem Dominus breui de medio illi abstulit. Similiter Maria soror Moyse post obtentam veniam de peccato, quo in Moyse murmurauerat, septem diebus mansit exsententia Domini extra castra, lepra in superfaciei eius superfusa. Similiter Osiæ Rex, qui sacerdotis officium contra diuinum præceptum usurpauerat, post actam poenitentiam, mansit per vitam suam leprosus. Et alia multa exemplum possent afferri, quæ prætermitto.

F Tertio idem probatur, quia in lege veteri Dominus instituit hostias pro peccatis offerendas, per quas ira Domini placabatur: placari autem contra peccatores, & hostias pro illis acceptare, nisi præhabita poenitentia cordis de lege ordinata non poterat. Igitur illæ hostiæ proderant ad remissionem poenæ, etiam post culpam dimissam. Vnde & Dauid post veniam peccatorum obtentam, iussus est per Gad prophetam, vt super altare per eum extruendū, holocaustū ad Dei iram placandū, offerret. Idem etiam patet ex poenitentibus, quas ecclesia iniungendas instituit pro peccatis contritis & confessis: quibus minimè opus esset, si post dimissam culpam, nulla ira Dei contra peccatores permaneret, nec vlla poena per eos soluenda relinqueretur. Quarto idem videtur testimonio sanctorum comprobari, ait enim Augustinus in sermone de monte: Satisfactio à Ioanne præcipitur, ubi ait: Facite fructus dignos poenitentiae, scilicet, vt secundū qualitatem & quantitatem culpæ, sit qualitas & quantitas poenæ. Non enim par debet esset fructus boni operis eius, qui minùs peccauit, & eius, qui grauius cecidit. Et iterum Augustinus, & habetur in glos. 2. ad Cor. 13. ait: Nō sufficit peccatori mores in melius commutare, & à malis recedere, nisi &

de his, quæ facta sunt, Domino satisfaciatur, per G poenitentiam dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosynis. Hierony. etiā in Ezechielem libr. 8. ubi dicitur: Et accingetur cilicio. ait: Vetus lumborum libido damnatur, vt qui vixerant in delitiis, postea poenitentes viuant in austeritate & duritia. Idem super Malachiam ait: Peccator dormiat in sacco, & præteritas delicias vitæ austeritate compenset. Ex quibus & multis aliis apparet, non satis esse peccatori veniam peccatorum quo ad culpam per contritionem & confessionem obtinuisse, sed necessarium esse, vt satisfactionem opere superaddat.

His tamen non obstantibus videtur tenendum non esse peccatori necessarium sub poena noui peccati mortalis aliam in hoc seculo satisfactionem ultra contritionem & confessionem superaddere. Id apparet, quia si esset necessaria vltior satisfactio, maximè ad placandum iram Dei, & veniam integram consequendū, sed ira Dei non est nisi voluntas sumendi vltionem seu puniendi peccatorem. Quæ si sit voluntas puniendi hominem æternaliter, hæc ira cessauit iam per contritionem & confessionem, vt suppono. Si autē sit, sicut est in præsentis casu, voluntas puniendi hominem temporaliter pro commissis, hæc ira aliter placari potest, quæ per superadditam satisfactionem in præsentis vita. Patet hoc, quia poena illa temporalis potest in hoc seculo solui, & in futuro, & electio conueniet ipsi homini. Sicut si aliquis debet vnum de duobus sub distinctione, electio ad debitorem spectat. Ac proinde liberum est homini post contritionem & confessionem velle hic, vel in Purgatorio poenam temporalem soluere, & per consequens non est necessarium sub poena noui peccati illam vltiorem satisfactionem in præsentis vita addere. Et inde supra conclusum est, non esse peccatorem obligatum admittere poenitentiam à sacerdote iniunctam, sequendo positionem Scoti.

Confirmatur hoc, quia sicut post culpam dimissam mortalem remanet homo poenæ temporalis obnoxius: ita post commissam venialiam remanet ob eadem poenæ temporali similiter obnoxius, quam si in præsentis nō soluat, soluet in seculo venturo: sed ad finem redimendi poenam temporalem venialibus debita non tenetur homo sub poena peccati mortalis, pro ipsius venialibus in præsentis satisfaciatur: igitur nec pro redimenda poena temporali dimissis mortalibus debita. Antecedens notū est: alioqui venialia nō in alio seculo remitterent, si eorum remissio

A remissio fuisset in præsentis seculo necessaria. De quo aliās. Si igitur ultra contritionem & confessionem sit necessaria vltior pro dimissis peccatis satisfactio, intelligatur de necessitate ex suppositione seu conditionata, scilicet, si homo vult plenam in præsentis vita peccatorum remissionem consequi, & euadere alterius seculi vindictam, tunc necessarium est vltiorem satisfactionem superaddere, & sic putato intelligendos sanctos, quando de necessitate particulariter satisfaciendi loquuntur.

B Ad rationes ante oppositam factas, respō. ad primum dicendum, quod illa tria dicuntur partes poenitentiae, non quod poenitentia ex illis tribus intrinsicè componatur, nā poenitentia cordis, quæ virtus est, nō ex aliis componitur aut integratur: poenitentia etiā quæ sacramentum est, ex aliis minimè componitur. Itaque nec sunt partes essentielles, nec integrales ipsius poenitentiae, sed dicuntur potentiales partes poenitentiae, tñ virtutis quæ sacramenti, eo quod illa quæ requiruntur ad esse rei, seu ad eius perfectam operationem, solent dici quodammodo partes potentiales ipsius rei, etiam si eius essentiam non intrent. Et quia operatio perfecta poenitentiae tam virtutis quæ sacramenti est integra peccatorum remissio, quæ sine contritione, confessione & satisfactione fieri non potest, idque in actu aut in voto formaliter, aut interpretatiuè, ideo dicuntur partes potentiales poenitentiae. Sed non inde fit, vt omnes illæ, si ab inuicem distinguantur, sint æquæ & eodem modo necessariae. Nam primæ duæ, scilicet, contritio & confessio, necessariae sunt de præcepto, & sub poena noui peccati. Vltior autem satisfactio, quæ ad remissionem poenæ temporalis fit non ita est necessaria, nisi ex suppositione, vt nuper dicebam.

Ad secundū ratio nil probat, quia fundat se in hoc, quod nō potest homo finaliter ad gloriam peruenire, nisi in hoc seculo plenè pro peccatis satisfaciatur: Quod est erroneum: quia & si in præsentis seculo non plenè quis satisfaciatur, in purgatorio poterit poenam debitam soluere, & inde ad gloriam pertransire. Ad alia verò testimonia, quibus probatur, quod post dimissam culpam relinquitur vt plurimum poena temporalis soluenda: Fateor ita esse. Fateor etiam ex multis exemplis scripturæ constare, homines post poenitentiam poenas temporales diuinitus ordinatas in hoc seculo soluisse. Sicut & multi sancti in hoc seculo similiter post obtentam veniam asperrimas egerunt poenitentias voluntariè assumptas, non tamen

C inde fit, vt post contritionem & confessionem peccent homines de nouo, si huiusmodi poenitentias exteriores non superaddant. Nec Deus vindictam de peccatis in præsentis vitam intendit nos ad huiusmodi poenitentias alstringere, sed potius suam indignationem contra eos, qui ipsum offendunt, ostendere. Quæ quidem indignatio, adhuc post poenitentiam cordis durat, eo modo, quo dictum est, & eam opere ostendit, vt diuinam iram sentientes, eum amplius offenderet timeamus.

Ad tertium dicendum, quod sicut olim, ita & nunc præceptum est sacerdotibus sacrificia offerre, quæ valent ad duo, vt scilicet religiosè Deus ab hominibus colatur, & vt Deus contra peccatores placetur. Quod si tunc temporis Deus à peccatoribus aliqua oblationes seu opera aliqua particulariter pro peccatis exigebat, tenebantur ob præceptum ea reddere loco confessionis vocalis, qua modo tenentur peccatores sua scelera sacerdotibus confiteri, qualis confessio tunc in præcepto non erat, sed aliud opus, quod confessionis vicem teneret, illis iniungebatur. Vltra igitur ea quæ tunc & nunc ex præcepto tenentur peccatores, currit quod dictum est, scilicet, non esse vltiorem particularem satisfactionem necessariam sub poena noui peccati. De poenitentibus autem per ecclesiam ordinatis certa est responsio, quod iam arbitrarie sunt. Ad quartum ex testimoniis sanctorum patet ex dictis solutio, quod ex illis sequitur præfatam satisfactionem esse necessariam ex suppositione, si volumus in præsentis vita completam consequi veniam peccatorum.

Codex, de ieiunio.

De ieiunio & his quæ de ratione eius sunt.



Iam de partibus satisfactionis conuenit, vt promissimus, aliquid dicere. Quas quidem partes tres esse constat, ieiunium, elemosynam, & orationem. Quare autē magis his tribus modis satisfactio soleat fieri, triplex est ratio. Prima, quia secundū Ioannem: Omne, quod in mundo est, concupiscentia est carnis, aut oculorum, aut superbia vitæ. Ideo pro concupiscentia carnis, satisfaciemus per ieiunium. Pro concupiscentia oculo-

1. Ioan. 2.

R 5 rum

Erum, quæ avaritia est, satisfacimus per elemosynam. Pro superbia verò vitæ, omniq; vanitate, satisfacimus per orationem. Secunda ratio, quia tribus modis peccatur, scilicet, contra Deum, contra seipsum, & contra proximum. Peccatis contra Deum commissis, respondet oratio. His verò, quæ contra seipsum quis committit, respōdet ieiunium. alius autem contra proximum perpetratis, respōdet elemosyna. Tertia ratio, quia his tribus modis legimus sanctos patres Deo pro peccatis satisfacisse, & ipsum placasse, vt passim per scripturam sanctam docemur. Vnde & catholici doctores hanc sumpserunt doctrinā. Ait enim Leo sermone. 4. de ieiunio: Curandis igitur læsionibus, in qua sæpe incidunt, qui cum inuincibili hoste configunt, trium maximè remediōrū est adhibenda medicina, in orationis instantia, in castigatione ieiunij, in elemosynæ largitate, quæ cum pariter exercentur Deus propitiatur, culpa deletur, & tētor eliditur. De quibus partibus rursus in alio sermone ait: Tria sunt, quæ maximè ad actiones religiosas pertinent, oratio, ieiunium, & elemosyna. Oratione Dei propitiatio queritur: Ieiunio, concupiscētia carnis extinguitur: Elemosyna verò, peccata redimuntur.

F De his igitur partibus breuiter agendum est. Et primo de ieiunio solet queri, quid, & quotuplex sit. Ad quod, dimissa multiplici ieiunij acceptatione, dicitur, quod ieiunium est abstinentia à cibo & potu, secundum regulam super hoc traditam, vel statutam. Quod ex diuisione facile percipietur. Est enim (ad propositum loquendo) triplex ieiunium, scilicet, naturæ, virtutis, & ecclesiæ. Primū quod naturæ est, dicitur abstinentia ab omni cibo & potu, omniq; gustabili, seu comestibili: quæ ieiunium dicitur esse necessarium ad dignam eucharistiæ sumptionem. De quo in suo loco. Ieiunium virtutis est abstinentia à cibo & potu secundum regulam temperantiæ, quæ in mediocritate consistit, non quo ad nos, vt sapiens & recta ratio dictauerit, ita scilicet, vt homo in comedendo & bibendo, nec ab eo, quod naturæ necessarium est, deficiat, nec notabiliter excedat, sed idumat, quod ad vitam, & debitam corporis valetudinem conuenerit. Habet autem hoc medium rationis suam latitudinem, non enim in indiuisibili consistit. Respectu etiam diuerforum hominum, varia est huiusmodi latitudo, secundum variam hominū complexionem, statū, atq; cōditionē. Qd' satis notū esse suppono.

Ieiunium ecclesiæ dicitur abstinentia à cibo secundum regulam ab ecclesia traditam, seu approbatam. Hæc autem est, vt in ieiunio ecclesiastico tria seruetur, scilicet, abstinentia à numero refectio- num, abstinentia à certo ciborū genere, & hora debita refectio- nis. Primum, scilicet abstinentia à numero refectio- num, ita, vt non nisi semel in die comedatur, licet non appareat in iure apertè præceptum: æquiuale- ter tamen significatur in cap. Quadragesima. de consecra. distin. 5. vbi dicitur, quod in quadragesima summa obseruantia ieiunādum est, exceptis diebus dominicis. Idem habetur ex concilio Agathen. & consecra. distin. 3. cap. Placuit. Quæ exceptio, cum locum non habeat, quantum ad qualitatem ciborum, ex quo ab eisdem cibis abstinentum est in diebus Dominicis quadragesimæ, à quibus in cæteris diebus abstinentum est, ex eo saltem tempore quo huiusmodi abstinentia in diebus dominicis à fidelibus fuit admissa: superest, vt præfata exceptio ponat differentiā inter dominicos dies quadragesimæ, quantum ad numerum refectio- num, ita, vt licitum sit dominicis diebus quadragesimæ pluries comedere, quod in cæteris diebus illicitum esse dignoscitur. Adde, qd' vniuersalis consuetudo & communis literatorum doctrina sic ieiunij conditionem interpretantur, vt non nisi semel in die sit comedendum.

Secundum, scilicet, abstinentia à certis cibis, satis traditur cap. Deniq; distin. 4. Et procedit de quadragesima, in qua à carnibus est abstinentum, simul & ab his, quæ ex carne originē trahunt, vt sunt adipēs, lardū, caseus, lac, & oua. Nā in aliis ecclesiæ ieiuniis, non ita vniuersaliter videntur hæc esse prohibita, sed solus vsus carniū: ideò in aliis diebus ieiunij liceret citra carnes, alia cibaria sumere, si tamen non sit in oppositum cōsuetudo, quæ vicem legis non haberet.

Tertium, scilicet, seruādum esse horam refectio- nis, ita, vt cibus ante horam vesperorū non sumatur. De quo cap. Solet. de consecra. distin. 4. Hoc ex cōmuni cōsuetudine ad horam sextam, hoc est, iuxta meridiem, est limitatum, siue vesperorum officium sit celebratum, siue non. In his tamen magnā vim habet patriæ consuetudo, quæ quidem seruāda est, vt habetur de obseruantia ieiuniorū. cap. Cōsiliū. Et. 12. distinctio. Illa. & alibi pluries.

De institutione ieiunij.

Quibus

A Vibus breuiter præmissis occurrit dubiū de ieiunij institutione, à quo scilicet ecclesiasticū ieiunium sit institutum: & cum de ieiunio quatuor temporum, & vigi-

liis Apostolorum, & solēnitatum ecclesiæ, certum sit id ab ecclesia institutum esse, sicut & alia particularia ieiunia à prælati- bus ecclesiæ instituta aut approbata esse constat: de ieiunio tamen quadragesimali, non ita certum est. Et putāt aliqui, quod ieiunium quadragesimale sit de iure diuino, & à Deo institutum. Primò, quia si de humano iure esset, inter humana iura ipsius institutio reperiretur, quando scilicet, & à quo fuerit institutum: hoc autem non videtur, quia iura in quibus de huiusmodi ieiunio mentio fit non sunt noui iuris inductiua, sed præsupponunt huiusmodi ieiunium prius fuisse institutum, & iubent, ac declarant, qualiter sit à fidelibus obseruandum, vt facile est videre distin. 4. in Decreto. Et de cōsecra. distin. 2. cap. Quadragesima. Nec obstat, qd' Telesphorus instituerit, clericos per septē hebdomadas ieiunare debere, à carnibus ante festum Paschæ abstinentendo: nam non loquitur de ieiunio quadragesimali, sed de abstinentia à carnibus, quam voluit in clericis esse maiorem, quam in laicis. Quod autem Telesphorus non fuerit quadragesimæ institutor, patet ex cap. Quadragesima. distin. 4. Vbi dicitur, qd' quadragesima sex hebdomadas habet, & Telesphorus addidit septimam. Tum etiam, quia quadragesima omnibus, tã laicis, quam clericis iniuncta est: Telesphori autem institutio non nisi ad clericos se extendit. Adde, qd' Ignatius apostolis contemporeaneus Telesphorum tempore præcessit, qui tamen ieiunij quadragesimalis meminit, & ad eius obseruantiam Christi fideles in suis epistolis exhortatur. Non igitur humano iure fuit quadragesima instituta.

B Secundò idem probant ex factō Christi, qui ante omnem ecclesiæ super hoc institutionem, quadragesima diebus ieiunauit: vt igitur membra corpori respondeant & capiti conformentur, debemus & nos sicut ille ieiunare, etiam omni iuris humani dispositione seclusa, quando quidem omnis Christi actio, nostra est instructio.

Tertiò idem probant autoritate sanctorum. Nam Augustinus in sermone quadragesimali, & recitatur in Dominica prima qua-

dragesimæ, id videtur sentire, scilicet, hoc quadragesimale ieiunium à Christo fuisse ordinatum & institutum. Apertius autē beatus Ambrosius in sermone quodam ait, quod qui huiusmodi ieiunij quadragesimale soluunt, legem diuinam scindunt, & diuinæ legis sunt præuaricatores. In alio etiam sermone apertius ait, huiusmodi ieiunium quadragesimale, non cogitatione humana adinuentum, sed diuina maiestate præceptum esse. Idem videtur sentire Beda in homelia quadam, quæ recitatur tempore Ascensionis. Similiter sanctus Maximinus ait, hoc ieiunium quadragesimale non tam ab hominibus institutum esse, quam à Deo consecratum, & celesti maiestate præceptum: ideò qui hoc spernit, non tam sacerdotes, quam Deum spernit.

Verum hæc motiua non sufficienter probant intentum, scilicet, ieiunium quadragesimale esse de iure diuino, loquēdo de ieiunio nostro quatenus ab ecclesia seruatur, ita vt de ratione ipsius sint illa tria, quæ supra commemorauimus. Prima enim ratio si probaret huiusmodi ieiunium non esse de iure humano, eadem probaret, qd' non sit de iure diuino. Nam sicut inter humana iura eius institutio non inuenitur, ita nec reperitur inter iura diuina euangelica vel apostolica.

Secunda ratio ex factō Christi sumpta, minus mouet. Tum, quia multa fecit Iesus, quæ nobis non tradidit sub præcepto faciendā, vt constat. Tum etiam in proposito, quia si ex hoc factō, quo Christus quadraginta diebus ieiunauit, colligitur non similiter ad ieiunandum teneri: sequitur, quod sicut Christus ieiunauit, quadraginta diebus & totidem noctibus nil comedendo, ita & nos deberemus ad Christi imitationem nil per totam quadragesimam comedere. Et sicut Christus illis diebus continuè ieiunauit, nullum festum excipiendo: ita & nos deberemus per totam quadragesimam ieiunare, nullum diem, etiam dominicum excipiendo. Quod tamen esse falsum constat, ex cap. Quadragesima. de consecra. distin. 5. Vbi à ieiunio quadragesimali dies Dominici excipiuntur.

Tertium etiam fundamentum ex dictis sanctorum sumptum, & si apparens sit, non tamen concludit intentum, quod, scilicet, sit huiusmodi ieiunium de iure diuino, cum iussione saltem institutum. Nam Augustinus non ait huiusmodi ieiunium esse à Christo iussum, sed quod ab ipso sit consecratum: quia opere ieiunando, sacrum fecit quadragesimale ieiunium, & apud Deum commendabile,

& acc-

E & acceptum. Ex quo illud videtur Deo dedit, tanquam aliquid eidem gratum & acceptum, quæ omnia citra iussione fieri poterunt. Quemadmodum virginitatē & paupertatem eximiamq; patientiam in seipso tenuit & exercuit, in quibus voluit & nos ipm imitari, sicut & in ieiunio, citra tamen iussione. Quod autem ait Ambrosius & Beda, & Maximinus & alii, huc tendunt, ut scilicet intelligamus quadragenarium ieiunium non esse ab hominibus adinuentum, sed in lege gratiæ à Christo primitus institutum & obseruatum, & Deo dicatum, & à Christo nobis in exemplum relictum, ac proinde à nobis in magna reuerentia habendum & similiter obseruandum, ac si à Christo fuisset verè præceptum, & iussum, magis, inquam, quam alia ieiunia à posteris instituta. Et quod aiunt esse huiusmodi ieiuniū diuina maiestate præceptum, intelligerem, præceptum hoc est institutum & traditum, & in exemplum imitationis relictū. Traditiones enim maiorum, præcepta solent nuncupari, quia ita à nobis seruandæ sunt, ac si præcepta essent: Non tamen inde fit, iure diuino iussum sub pœna peccati nobis esse præfatum ieiunium. Quæ admodum Christus cõsilia euangelica interdum appellat mandata: sed non ideò sub pœna peccati seruanda. Ordinem etiam & sacramentū matrimonij ipse instituit, nulli tamen de iure diuino iniunctum est, vt vel ordinem sacrum, vel vxorem accipiat.

Videtur igitur tenendum ieiunium quadragesimale, eo modo, quo ab ecclesia obseruatur, nec à Christo institutum, nec ab eodē iussum esse, sed ab hominibus, & ita non de iure diuino, sed humano dicendum est esse. Hoc patet, quia Christus in lege euangelica non induxit discretionem ciborum, qualis in quadragesima seruari solet, sed omnibus liberum omnium ciborum vsum indistinctē concessit, vt patet Lucæ. 10. quando ad discipulos, quos ad prædicandum mittebat, dixit: In quamcunq; ciuitatem introieritis, quæcunq; apposita fuerint vobis, comedite. Idem etiam aperte docet Paulus, dicens in sententia non esse distinguendū inter cibos, quos oēs Deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione. Et ita non videtur, quod Christus iussit aut instituit ieiunium, quale nunc ab ecclesia obseruatur.

Secundò idem apparet, quia Papa in Bullis suis concedit passim facultatem comedendi oua, caseum, & lac in quadragesima, & carnem ex solo medici consilio: & parum deest,

quin generaliter cum omnibus dispenset, vt ieiunent, carnes comedendo, sicut dicitur cū multis nobilibus dispensasse: hoc autem Papa non possit, sed id agendo Christifideles per bullas suas deciperet, nec valeret, quod sonant, si huiusmodi ieiunium, quale ab ecclesia obseruatur, esset de iure diuino cū iussione institutum. Ieiunium igitur quadragenarium, quod Christus consecrauit, & instituit, abstinentiã potius quadragenaria dicenda est, quam ecclesiasticum ieiunium quadragenarium, de quo loquimur.

Quando autem, & à quo fuerit huiusmodi ecclesiasticum ieiunium primitus institutum & iussum, quale nunc ab ecclesia obseruatur, non ita apparet. Videtur Hieronymus ad Marcellam dicere, quod ab Apostolis fuit primò institutum. Ait enim: Nos vnã quadragesimam secundū traditionem Apostolorum toto anno tempore cõgruo ieiunamus. Similiter Theophilus Alexandrinus ait: Habemus quadragesimam ab Apostolis institutam, & ordinatam. Et ita putandum est, Christum primò abstinentiam quadragenariam instituisse, sine iussione aliqua, Apostoli verò ad Christi imitationem ieiunium ecclesiasticum instituerunt, & sub præcepto tradiderunt, decernentes quando, & quomodo esset quadragesima ieiunanda. Nam Christus nec tempus talis ieiunij instituit, nec modum, nec cibos. Ipse enim post baptismum illicò in desertum secessit, & illic ieiunauit. Ecclesiastica autē quadragesima non statim post baptismum fidelibus iniugitur, sed ante Pascha. Christus etiã nullū diem à ieiunio excepit in illo quadragenario numero: Ecclesia verò dies dominicos excipit. Christus insuper in illa abstinentia quadragenaria, nec pluries, nec semel comedit, nec bibit: in ecclesiastica autē quadragesima vnica refectio tantum est concessa, & in potatione nulla est apposita limitatio. Christus etiam in illo suo ieiunio nullam inter cibos discretionem fecit: in ieiunio autem nostro quadragenaria discretio ciborum fit, vt patet. Multum igitur distat hoc nostrum ieiunium à ieiunio Christi. Itaq; hoc nostrum ieiunium à ieiunio Christi, nec verbo, nec facto instituit, vt constat: superest vt à primitiua ecclesia, tempore, scilicet, Apostolorum, sit institutum: vt etiã tradit Ignatius contemporaneus Apostolis.

De dispensatione in quadragesima, & in statutis Apostolicis.

Hinc

A Inc oritur dubiū supposito quod quadragesimale ieiunium fuerit primitus ab apostolis institutum, an possit Papa in illo dispensare: si em à Christo immediatē cum iussione institutum fuisset, Papæ dispensatio locum non haberet. Respon. Id pendet ex alio: An, scilicet, Papa possit in Apostolicis statutis dispensare. Et parte negatiua facit cap. Sunt quidam. 25. q. 1. vbi dicit Urbanus Papa, qd Romanus pontifex in his quæ tradiderunt prophætæ, & apostoli, & sancti patres desinierunt, non nouam legem dare, sed potius quod prædicatum est, usq; ad animam & sanguinem confirmare debet.

Secundò facit extrã, de bigamis. cap. super eo. cap. Nuper. & cap. A nobis. Vbi Lucius Papa, & Innocentius dicunt, qd contra Apostolum non licet dispensare. Et loquuntur ad propositum de bigamis, qui ex statuto Pauli non sunt ad ordines sacros promouendi.

Tertiò facit qd apostoli in his specialiter, quæ prædicabant, & literis mandabant, spiritu Dei ducebantur, prout scriptum est: Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri loquitur in vobis, iuxta promissionem Christi Apostolis factã de spiritu sancto paracleto illis euenturo, qui eos omnem veritatem doceret. Quemadmodum & Paulus de seipso testabatur, cum ad Corinthios scriberet, dicēs se spiritum Dei habere. Cùm igitur ita sit, apparet statuta Apostolorum non tam hominum, quam Dei esse. In Dei autem statutis & præceptis Papa dispensare non potest, cui non data est potestas ad destruendū, sed ad ædificandum.

His tamen non obstantibus, videtur oppositum tenendum. Et patet ex facto, quia Martinus Papa legitur dispensasse cum bigamo: 34. distin. Lector. Similiter cum episcopo Panormitano fuit dispensatum, cum bigamus esset, vt refert glo. cap. Super eo. de bigamis. Similiter in concilio Gangrensi dispensatum est in statuto Apostolorum, qui statuerunt presbyterum ob crimen fornicationis debere deponi. 82. distin. cap. Presbyter. Cuius oppositum fuit in dicto concilio decretum, eadem distin. cap. presbyter.

Preterea, potest papa dispensare in statutis concilij generalis, igitur & in Apostolicis. Cõsequentiã patet, quia generale concilium non minoris autoritatis est quã fuerit Apostolus, nec minus regitur à spiritu sancto, quã rege-

retur Apostolus, nec minorē potestatem habet conciliū supra Papã, quã habuerit aliquis Apostolus supra Petrũ. Antecedens autē notum est ex cap. Significasti. de electionibus. Patet etiã, quia Innocentius in concilio Lateranense reuocauit quædam statuta conciliorum, prohibentia coniugium in certis gradibus cõsanguinitatis & affinitatis, vt habetur de consanguinitate. cap. Non debet.

Preterea, Apostolus potuit in statutis per eum factis dispensare, ex quo statuta per Apostolos facta humana erant, non diuina. Cùm igitur non minorē potestatem habeat nunc Papa, quã tunc habuerit Petrus, cui Papa in potestate ecclesiastica plenissimè succedit, sequitur Papam in statutis Petri, & per consequens in statutis Apostolicis posse dispensare.

Itãq; de his, quæ Apostoli scripserunt, est distinguendum. Quædam enim dixerunt & scripserunt, tanquam præcones & promulgatores veritatis, & diuinę volutatis: qualia sunt, quæ ad fidem & sacramenta pertinent. In his certum est, Papam dispensare, aut mutationē aliquam facere non posse. Quæ enim à Deo instituta sunt, per homines dissolui non possunt. Alia verò sunt, quæ scripserunt & ordinauerunt, veluti homines regimen ecclesiæ habentes: & in his sicut illi dispensare aut variare potuerunt, ita & Papa, prout necessitas, aut vtilitas publica postulauerit, poterit dispensare. Sed quia de his alibi dicitur, supersedeo.

Ad oppositum de quadragesima dicendū, qd supposito quod sit non à Christo, sed ab Apostolis instituta & iussã, poterit Papa in ea dispensare. Attamen puto, qd Papa male ageret, si pro voluntate cū aliquo in quadragesimali ieiunio dispensaret, & non potius pro necessitate, aut notabili vtilitate, idq; ob reuerentiã, quæ apostolis, per quos fuit ecclesia fundata, debetur. Si tamen pro voluntate dispensaret, puto teneret dispensatio. Quod autē in statutis Apostolicis, hoc est per Apostolos factis, possit Papa dispensare, tenet Tho. in. 4. de bigamia. Et Durandus, & Petrus de Palude, & Florentinus parte. 3. de bigamia &c. & alij.

Iam ad rationes ante oppositum, dicendū ad primum ex Urbano citatum, quod procedit de fide & doctrina euangelica, quam Apostoli promulgauerunt, non de humanis legibus aut ordinationibus, quas ipsi statuerunt. Et si decretum ad statuta etiam Apostolica velimus extendere, dicendum, non posse papã ea mutare pro voluntate, bene tamen pro necessitate aut vtilitate notabili spirituali.

Ad secū-

E Ad secundum dicendum cum Durando, quod quando dicitur, quod non licet cum bigamis aut contra apostolum dispensare: non posse, aut non licere accipitur, non ut dicat impossibilitatem, sed difficultatem, aut quod non licet contra apostolum dispensare, sine causa notabili, & urgente: Aut dicatur, quod cum textus dicant non licere contra apostolum dispensare, intelligitur non licere episcopis inferioribus, qui papam consulebant, an possent ipsi bigamos promouere: cum quo stat, quod liceat papa. &c.

Ad tertium. Si ratio illa aliquid probaret, similiter probaret, quod papa non posset dispensare in statutis pontificum, aut conciliorum, seu ecclesie, quam supponimus etiam a spiritu sancto in suis statutis motam fuisse, quod est falsum. Non igitur obstante, quod apostoli tam in his que predicabant, quam in his que statuebant, spiritu dei ducerentur, non sequitur omnia per eos statuta, dici esse de iure diuino. Quandoquidem saepe papa in suis ordinationibus spiritu dei ducitur, nec ideo suae ordinationes sunt de iure diuino, aut indispensabiles, ut constat. Sed de his alibi.

De discretione ciborum in ieiunio.



Resupposito ergo quod ieiunia ecclesiae sint ab ecclesia instituta, posset quari, an recte sint instituta in ea parte, qua ciborum discretionem includunt. Est enim compositissimum non nullos fuisse & esse, qui huiusmodi ciborum delectum, tamquam sacris literis repugnantem, damnant, dicentes quod huiusmodi ieiunium, quo humanum corpus per abstinentiam a certis cibis affligitur, non esse deo gratum & acceptum.

Esa. 58.

Luce. 10.

Pro quibus facit, quod ait Esa. ubi dominus per prophetam ait: Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Et subdit: Nonne hoc est ieiunium, quod elegi? Dissolve colligationes impietatis solue fasciculos depressum. Vbi docet, illud ieiunium deo esse gratum, quo homo a peccatis continens, opera charitatis in fratres exercet.

Secundo facit quod ait christus, ut supra citatum est: In quamcumque ciuitatem introieritis, quamcumque apponetur vobis, comedite. Et Matth. 15. ait dominus: Non quod intrat in os coinquinat hominem. Ex quibus docemur

ad libertatem euangelicam pertinere, posse hominem omnibus cibis indifferenter vti, concessumque esse a christo hominibus, ut omnibus cibis indistincte vesci possint. Ac proinde ecclesia ieiunium instituens cum praefata ciborum discretionem, videtur euangelice veritati contrauenire. Tertio pro eisdem videtur facere doctrina pauli, qui aliquando videtur tradere non modo inutilem esse huiusmodi ciborum delectum, sed probatum. Ait enim: Non est regnum dei esca, & potus. Et 1. ad Corinth. 8. Esca nos non comendat deo. Nec enim si manducauerimus, abundabimus, nec si non manducauerimus, deficiemus. Et ad Colossen. 2. ait: Ne in uos iudicet in cibo aut potu, significans fidelem in cibis discretionem facere non debere.

Postremo ait. 1. ad Timothe. 4. In nouissimis temporibus decedent quidam a fide, loquentes mendacium, prohibentes nubere & abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus, & his, qui cognouerunt veritatem. Igitur contra fidem est prohibere, ne cibis nobis a deo concessis fruamur.

His tamen non obstantibus, tenendum est oppositum, scilicet, recte fuisse ieiunia, etiam cum delectu ciborum, instituta. Constat in primis ieiunia tam in veteri, quam in nouo testamento esse approbata. Legitur enim deum instituisse ieiunium quarti, quinti, septimi, & decimi mensis, cui in lege gratiae correspondet ieiunium quatuor temporum. Quaequam nec ob eandem causam, nec in eisdem mensibus ecclesia huiusmodi ieiunium quatuor temporum obseruet, quibus iudaei praefata quatuor ieiunia obseruabant. Illi enim in Iulij, Augusti, Octobris, & Ianuarij mensibus sua celebrabant ieiunia. Iulius siquidem erat secundum eorum computationem quartus mensis. Ecclesia vero ieiunia quatuor temporum in Martij, Iunii, Septembris, & Decembris mensibus celebrat. De quibus vide. 76. distin. cap. De ieiunio. & cap. ieiunium.

Facit etiam quod habetur in Leuitico. 2. Couertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu. Alia etiam ieiunia ante loel istepus, quando deus per se populum suum regebat, legitur iudaeis iniunxisse, ut ex Leuitico patet. Thobias etiam cap. 12. ait: Bona est oratio cum ieiunio. Vnde patet ieiunia in veteri testamento esse approbata.

Quod etiam in nouo testamento sint commendata seu approbata, patet primo ex eplo christi, quem quadraginta diebus ieiunasse constat

Ad Ro. 14.

Zach. 8.

A constat, qui insuper de ieiunio loquens ait: Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum. Et Matth. 9. Venient, inquit, dies quando auferetur ab eis sponus, & tunc ieiunabunt. Quod ab apostolis legitur adimpletum, actu 13. & 14. Errant igitur, qui ieiunia perperam esse instituta dicunt. Quorum error saepe per ecclesiam legitur reprobatus. Et fuit error Bergardorum, & Iohannis Hus, & aliorum multorum ante illos in concilio Gangren. & aliis aperte damnatus. Sed quia forte dicent ieiunia per eos non damnari, nisi ea, quae cum delectu ciborum fiunt. Hanc enim ciborum discretionem ipsi damnare videntur, non ieiunium, quod aiunt sine delectu ciborum feruari. Nec ciborum delectum, sed ieiunium dicunt in sacris literis commendari. Contra tamen stat veritas, quandoquidem deus olim ex cibis naturae humanae conuenientibus, quosdam hominibus concessit, quosdam vero vetuit. Apertum est hoc in hominum prima conditione, quando concessa homini facultate, ut de caeteris paradisi fructibus comederet, lignum tamen scientiae tangere aut gustare eidem vetitum fuit. Deinde post diluuium constat dominum concessisse hominibus, ut carnibus animalium vescerentur, a sanguine tamen eos abstinere voluit. Postmodum etiam notum est, deum in lege iudaeis vetuisse, ne carnes immundas manducarent, quas non natura, sed lege aut prohibitione immundas fuisse non dubitatur. Commendatur praeterea Daniel & socii sui, cum sub regis ethnici potestate essent, quod a cibis regis abstinerent. Et filij Ionadab a vino. Et Iohannes Baptista a carnibus, cui cibum praebant locustae. Apostoli etiam post indutam legem euangelicam, homines a suffocato & sanguine abstinere sanxerunt. Ex quibus apertum est, non modo sacris literis non obuiare ciborum discretionem, sed per easdem in multis comprobata esse. Vnde non mirum, si ecclesia ieiunia cum ciborum delectu instituerit. Et contrarium asserere, est error saepe damnatus. Vnde Augustinus in libro de definitionibus orthodoxae fidei, ait: Temperatum carnis proprie christianorum est. Et posteaquare nuptias uirginitati, & nil merito putare esse in abstinentia a carnibus & vino, non christiani, sed iouiniani est. Verum in re tam certa, & toties per ecclesiam declarata, superuacaneum est diutius immorari.

B Gen. 2. Gen. 9.

Leuit. 14.

Daniel. 1. Hier. 35. Matth. 3. Actuum. 15.

Iam ad rationes supra factas, dicendum ad primum ex esaiam citatum, quod deus illic non reprobatur ieiunium cum delectu cibo

constat

rum factum, sed eius inutilitatem declarat, quando aliter, quam debet, fit: hoc est, quando exteriori ieiunando a cibis abstinet, cum tamen a peccatis minimè desistat, fiduciam praecipuam in ipsa exteriori ceremonia collocans. Tale enim ieiunium, cui peccata dei offensa commiscetur, nec in gloriam dei fit, nec dignum est, quod a deo acceptetur. Quod enim ieiunium, si quemadmodum debet, fiat, deo gratum fit, declarat sacra pagina, per quam docemur, deum ob ieiunia a peccatoribus assumpta sapissimè placatum esse. Ad secundum ex luca & matthaeo allegatum, dicendum illud dixisse christum ad extirpandum ceremonias legis, quibus vna erat, ut cibos aliquos veluti immundos reputarent, & ab eisdem velut talibus abstinerent, specialiter ab his, quae essent idolis immolata, seu oblata. Quos cibos comedendos esse cum gratiarum actione his, qui illam habent conscientiam, docet paulus ad Roman. & ad Corinth. scribens. Quae autem secundum legem immunda erant, iam non immunda, sed purificata esse ex actibus apostolorum docemur, ex visione illa, quae petro in forma apparuit, qui cum de animalibus immunda edere dubitaret, tanquam adhuc immunda essent, vocem diuinitus audiuit, dicentem: Quod deus purificauit, tu ne commune esse dixeris, id est, impurum. Cum quibus stat, posse hominem christianum a certis cibis ob causam aliquam abstinere, ecclesiamque id ipsum instituire, in nullo veritati aut euangelice libertati contraueniendo, qua libertate a iudaicis ceremoniis nos liberauit.

Ad Ro. 14. 1. ad Cor. 8.

Actuum. 10.

D

Si obiicias, ecclesiam huiusmodi ieiunia instituentem, tollere a christianis libertatem alicentiam cibis indifferenter vtendi, quam tamen christus illis concessisse videtur: igitur contra libertatem euangelicam est, hominem ad abstinentiam a certis cibis astringere. Respond. Libertas haec euangelica in ciborum usu ea est, qua christus legem veterem cibos aliquos vetantem, cui iudaei obnoxii erant, reuocauit, liberum unicuique relinquens, atque permittens, ut cibis omnibus, si velit vtatur, ita ut non amplius cibos aliquos, quos lex immundose esse dicebat, veluti immundos abiciat: qua libertate existente, liberum est homini seipsum per votum, aut iuramentum adstringere ad quorundam ciborum non usum, quauis non ob legalem causam. Liberum est etiam ecclesiae ob causam christifidelibus praefatam licentiam in aliquo coarctata, prout viderit christifidelibus expedire.

Exem



E Exemplo id patet: nam in mundi primordio vniciq; licitum erat ex Dei ordinatione rebus omnibus temporalibus ad sui vtilitatem vti, quando omnia omnibus cōmunia erant: & tamen postmodum huiusmodi licētia per leges humanas est coarctata, facta rerum diuisione atq; appropriatione. Similiter stando intra metas iuris diuini & naturalis, vniciq; licitum erat in tertio & quarto gradu cōsanguinitatis vxorem ducere, & tamen ecclesia huic licētie ob causam limitem posuit. Vniciq; etiam sacerdoti stando intra metas iuris diuini euangelici, licitum est confessiones omnium audire, baptizare, & alia sacramenta ministrare, & tamē per praelatos multis eorum huiusmodi licētia ob causam denegatur. Sic enim ad debitum ecclesie regimen expedit hæc, & alia huiusmodi institueri. Potest igitur ecclesia, non obstante licentia ac libertate euangelica cibis indifferenter vtendi huiusmodi licentiam limitare. Quemadmodum stando solum intra metas legis euangelicæ, liberum est vniciq; pluries in die comedere: sed hanc licentiam constat per ecclesiam posse coarctari. Adde, q̄ & si Christus omnibus concesserit libertatem cibis in distincte vtendi, idq; in generali, quando autem & quomodo, ipse particulariter non instituit, in statuendum tamen suo vicario reliquit, sicut & de multis aliis hoc potest verificari. Ad tertium ex Paulo sumptum, dicendum, quod Paulus frequēter in epistolis suis eos, qui ad fidem conuertebantur, nitebatur à iudaicis ceremoniis reuocare. Putabāt enim in hoc, ipsorum salutem consistere, quod iuxta legē à cibis vetitis abstinerent, quasi in hoc, & nō potius in operibus charitatis & fide salus humana consisteret. His igitur, qui ad eō legis ceremoniis fidebāt, docet Apostolus inutilem esse delectum ciborum, non ita aliis, qui ita à certis cibis abstinent, vt officiis charitatis intendentes, nil per ieiunia prætendunt, nisi Deo satisfacere, & carnem spiritui subiicere. Ad quartum similiter dicendum, quod loquitur contra hereticos, qui nuptias damnant, & cibos multos adhuc post euangelicam libertatem immundos esse reputāt, quasi diuino iure illicitum sit illis vti. Tales fuerunt Manichæi, & alii, quorum error in concilio Gangrenē. damnatus est, vt habetur in Decreto. 30. distinctio. in principio.

De numero refectionum in ieiunio.

Resupposito in G

P super ad integritatem ieiunij pertinere non vltra semel refectionem sumere, solet cōmuniter queri, an qui pluries in die ieiunij comedūt, toties peccent, quoties vltra semel comedunt. Et loquor de refectionibus aliis à prima, quarum quælibet per se sufficeret ieiunium frangere. Non enim loquor de collatione, & electuariis, & medicinis, & potu, quæ in die ieiunij solent vltra cœnam sumi, de quibus postea. Ad quæstionem hæc dixerunt nonnulli, quod toties homo peccat, quoties vltra semel comedit. Primò, quia præceptum de ieiunando est negatiuum, in eo, quod continet, scilicet, nō esse vltra semel comedendum. Sed contra huiusmodi præceptū negatiuum est omnis comestio alia à prima, ex quo omnis alia refectionis præter primā prohibetur. Secundò idem apparet à simili. Si quis vouit castitatem perpetuam, toties peccat, quoties ad fornicationem voluntate accedit, vt est communis doctorum consensus. Quod dico, propter eum, qui post emissum præfatum votum, de facto duxit vxorem, si vxori debitum postulanti reddat, non peccat contra votum, quia non voluntate, sed necessitate ad eam accedit: quandoquidem debitū reddere postulanti, necessitatis est. Peccabit autem quoties petierit, quia id voluntatis est non necessitatis. Igitur etiam peccabit homo in die ieiunij toties, quoties vltra semel comederit, cum id voluntatis esse suppono. Et consequentia patet: quia non minus obligat ecclesie statutū atq; præceptū, quàm votū. &c.

Tertiò ex alio magis simili apparet. Præceptum est sacerdotibus nē vltra semel in die (extra casus exceptos) celebrent, & ideò toties sacerdos peccat, quoties vltra semel celebrat: igitur parī forma quoties homo vltra semel comedit in die ieiunij, peccat, à simili.

Econtra verò alij dixerūt, quod in casu nō peccatur contra præceptum de ieiunando, nisi per secundam comestionem, & non per alias subsequentes: dico contra præceptū de ieiunando, quia per alias refectiones subsequentes, imò & per primam potest homo per intemperantiam peccare, vt patet. Probant hi assertionem suam. Primò, quia sola secunda refectionis est, quæ ieiunium frangit, non tertia, nec alia subsequentes. Nam quando tertia aut quarta refectionis sumitur, iam ieiunium erat per secundam refectionem fractū: igitur

non

A non peccat contra ieiunium, quando tertio aut quarto comedit.

Secundò, si tertio aut quarto comedendo peccaret homo contra ieiunium, maximè quia committit aliquid, ad cuius oppositum obligatur: sed in casu non tenetur homo à tertia & quarta abstinere, quia si ad id teneretur, maximè ob præceptū de ieiunando: sed post secundam refectionem non manet præceptum de illa die ieiunando, eo quod iam est illi impossibile factū illa die ieiunare, eo quod impossibile sit ei secundam refectionem nō sumpsisse, postquam eam sumpsit, per quam constat fractum esse ieiunium, nec posse postmodum reintegrari.

Tertiò arguitur à simili. Si detur homini præceptum de non transgrediendo limitem signatum, & transgrediatur, non solum vno, sed multis passibus vltra limitē progrediendo, talis nō peccat toties quoties passum passui ad dit vltra limitē præfatum, sed in primo passu, quo limitem transit, peccat: igitur ita erit in proposito, cum ecclesia limitem in reficiendo posuerit, ita vt non liceat vltra vnica refectionem progredi, peccabit quàm primū ab vna refectione progreditur, & nō toties, quoties vltra comederit. Aut si detur præceptum de non frangendo vas aliquod, & homo semel percutit & frangit, peccat tunc cum primum frangit, nō tamē postea, si rursus pluries vas ipsum percutiat.

Respō. Punctus huius quæstionis aut cōtentionis ex intentione ecclesie ieiunium instituentis pēdere videtur. Potuit enim ecclesia, quando ieiunium instituit, habere intentionem prohibitivam aliarum refectionum à prima, ita vt huiusmodi intentio in omnes alias à prima tēderet: & si ita sit omnis comestio, dempta prima, erit peccatum, & contra prohibitionem ecclesie. Econtra etiā potuit ecclesie intentio prohibitiva talis esse, quæ non nisi in illam refectionem tenderet, quæ ieiunium frangit, in ceteris nil prohibere intendens: & si sic, sola secunda refectionis erit peccatum cōtra ieiunium, quia sola illa est ieiunii solutiua, non subsequentes. Quid autem horum ecclesia intenderit, non satis cōstat. Et inde datur occasio, vel à multis occasio sumitur, vt rem in mitiorem partem interpretentur, hoc est, quod intentio prohibitiva ecclesie non tendat nisi in refectionē, quæ ieiunium frangit. Non enim sunt iura amarè interpretanda, nec poenalia sunt amplianda, sed restringenda. Et secundum hoc facile est respondere ad rationes prioris opinionis, vt de se constat.

Ego tamen priorem sententiam tutiorem esse puto, iuxta quam videtur, quod ecclesie intentio refectionum prohibitiva non solum secundam, sed omnes alias refectiones à prima respicit. Id autem rationabiliter præsumitur, si finem, quem ecclesia ieiunia instituens intendit, attendamus. Hic autem est, vt homines in diebus ieiunii per certam & præfinitam abstinētiā affligantur, & corpus spiritui subiiciatur, & mens ad diuinarum rerum contemplationem aptior reddatur, & Deo pro peccatis debita satisfactio fiat. Ad hos fines ieiunia ecclesiastica videntur vt in pluribus instituta. Quod dixerim, ob nonnulla ieiunia, quæ dicuntur ieiunia exultationis, quæ in gratiarū actionē sunt instituta. Nunc autem loquimur de ieiuniis mœroris aut poenitentiae. Ex hac igitur finali intentione potest, vt videtur, intentio obligatoria quodammodo colligi, quando de obligatoria intentione sufficiens certitudo nō habetur. Ad præfatos autem fines non minus confert, imò magis, q̄ homo in die ieiunii abstineat à tertia & quarta, & aliis sequētib; refectionibus, quàm à secūda. Nā magis finis ab ecclesia intentus impeditur per plures refectiones, quàm per solam secundam refectionem, vt satis constat. Nec est verisimile, quod ecclesia præfatos fines intendens, vel it secundam comestionem prohibere, per quā minus p̄fati fines impediuntur.

Sed obiicies. Quia secundum hoc ecclesie intentio obligatoria non est præcisè prohibere numerum refectionum, sed etiam primam refectionem temperantiæ regulam excedentem, ex quo talis excessus etiam fini per ecclesiam intento aduersetur. Esset etiam cōtra ecclesie intentionem obligatoriam in illa vnica refectione pisces quosdam calidos, & electuaria calida comedere, similiter & vinū parum lymphatum bibere, quæ non minus appetitum excitant ad spiritui rebellandum, quàm refectionis pluralitas, nec minus per ea mēs hebetatur, deuotio tepescit, & friget, quàm per refectionū pluralitatem. Similiter esset contra ecclesie intentionē obligatoriā in illa vnica refectione immorari, quæ admodum quibusdā in vso est, cœnā in diebus ieiunii per vnā horam & per duas protēdere, cum similiter huiusmodi cœnæ protensio, sit contra fines præfatos ab ecclesia intentos. Hæc autem illata non solent concedi: igitur non est ecclesie intentio prohibitiva refectionum plurium in duriorē partem interpretando ob id, quod refectionum pluralitas

S tas

Etas fini per ecclesiam intento aduersetur.

Respon. Hæc illata minimè concedenda esse. Nec est simile, quod pro simili illatū est. Quod enim de quātitate refectionis dictum est, non sequitur, eò quòd ecclesia circa vnicā refectionem in die ieiunii fumendā, quātitatem certam minimè determinauit, nec rationabiliter determinare potuit, eò quòd diuersa est hominum ieiunantium complexio atq; conditio, & quod vni ad sustentationem naturæ sufficit, alteri aut superfluum est, aut diminutum: quantitatē etiam incertam, put vnicuiq; secundum rectam rationem conueniret non etiam sub præcepto præfixit, propter periculū in quo ieiunantes essent, si excedant, vel deficiant ab eo, quod conuenit. Ideo circa vnicam refectionem quantitatem minimè præfixit, nec præfigere intendit. In electuariis autem & piscibus calidis aliisque huiusmodi, nil sub præcepto tradidit, sed liberum vnicuiq; id reliquit: non enim prohibuit, quicquid prohibere potuit, sed ea, quæ, vt plurimū, magis appetūt homines, & per quæ vt plurimum, caro spiritui rebellat: quæ sunt carnes, & ea, quæ ex carnibus originem trahunt. De refectionum autē numero nō ita: quia sicut abstinentiam à certis cibis præcepit, ita, & in refectionibus limitē ex intento per se posuit, vt nō vltra semel comedatur. Et quia in illis prioribus, quæ illata sunt non est ratio de ecclesiæ intentione dubitandi qualis est in multis refectionibus post primam, an, scilicet, intenderit solum secundam refectionē prohibere, an etiam reliquas subsequētes, ideo hic habet locum præsumptio dicta ex fine per ecclesiam intento sumpta, non sic in aliis quæ illata sunt. In confirmationem huius facit debilitas fundamenti pro secunda opinione allegati, quæ quidem in hoc fundatur, quòd ex quo per secundam comestionem fractum est ieiunium, impossibile est postea eadem die ieiunare, & ita expirauit obligatio præcepti ecclesiæ, & ex consequenti tertia & quarta & aliæ refectiones iam non erunt contra præceptum de ieiunādo. Hoc, inquam, non valet, quia tunc sequitur, quòd si quis in die ieiunii quadragesimalis semel comedit lac, oua, aut etiam carnem, posset ille postea eadem die, quoties velit, si ne culpa comedere, & iterum eadē die, oua, lac, & caseum, imò & carnes sine culpa comedere. Similiter, si quis semel notabiliter horam refectionis præueniens, comedit, posset eadem die sine peccato secundò comedere, quòd nemo, vt puto, diceret. Et sequelē pa-

tent, quia in illa vnicā refectione, qua homo G cibis vetitis vititur, aut horam notabiliter præuenit, iam frangit ieiunium, & per consequens ex tunc manet liber ad comedendum eadem die quod velit, & quoties velit, cum ex tunc sit à præcepto de ieiunando deobligatus.

In eiusdem sententiæ confirmationem facit regula communiter approbata: scilicet, quòd quando alicui fidei ob causam aliquam permittitur in die ieiunii ab ecclesiastica regula in aliquo recedere, in tantum illi id permittitur, in quantum se extendit ipsius causæ indigentia. Vnde si quis habet iustā causam pluries comedēdi absq; hoc quod carnes comedat, absteat à carnib⁹. Si etiā habet causam sufficiētē ad carnes comedēdū, & nō ad pluries comedēdū, absteat à pluritate refectionū. Ac proindē, si quis habet iustam causam ad bis comedendum & non vltra, videtur quod cum bis comederit, tenetur à reliquis comestionibus abstinere, & per consequens qui sine causa bis in die ieiunii comedit, tenetur à reliquis refectionibus abstinere: alioqui in hac re melioris conditionis esset qui ieiunium sine causa frangit, quàm qui cum causa.

Posset aliquis querere, an sicut qui pluries H in die ieiunii comedit, qualibet vice de nouo peccat, dempta prima: ita etiam qui nulla die quadragesimæ ieiunat, qualibet die de nouo peccet. Et dixit Martinus id posse cōtingere dupliciter. Vno modo, quòd homo nulla præmissa volitione generali violandi quadragesimam singulis diebus singulas eliciat volitiones particulares quibus velit in illis diebus non ieiunare. Potest secūdo modo fieri, vt homo in initio quadragesimæ pponat in generali totius quadragesimæ & singulorū dierum ieiunium frangere, & postmodū singulis diebus singulas eliciat nolitiones ieiunādi. In primo casu ait, hominem illum qualibet die de nouo peccare, eo quòd illē nolitiones singulares tales sunt, vt vna ex altera non consequatur, nec vna cum altera colligantiam habet, vt patet, ideo qualibet per se sumpta, peccatum est à priore distinctum. In secundo verò casu ait, hominem illum peccare præcisè per propositum illud generale totam quadragesimā violādi, quod in initio habet. Per alias autē volitiones particulares singulis dieb⁹ elicitas nō peccat de nouo, nec per eas nouā poenā meretur. Huius rationē assignat, quia illæ volitiones particulares sunt velut act⁹ imperati ex primo, proposito generali in principio habito, pcedētes. Et sicut actus exteriores malitiā propriā non habent

nec

A nec nouam poenam meretur, vltra eam, quæ actui elicitō voluntatis imperatiuo debetur, ita putat illas volitiones singulares singulis diebus elicitas nec malitiam propriam habere, nec ad nouā aut propriam poenam imputari. Idem similiter esset dicturus, si homo in principio diei ieiunii proponeret in genere in die illa pluries comedere vltra semel: & deinde, oblato cibo, pluries comedat, plures volitiones particulares comedēdi eliciendo, quòd scilicet, solum peccabit in volitione prima generali in principio habita, nō autem in aliis inde sequentibus volitionib⁹ singularibus. Simile etiam dicit in casu, quo Petrus proponat vna volitione occidere decem homines, & postea id volens exequutio ni mandare, singulas volitiones illos decem homines occidendi eliciat, & sigillatim occidat, quòd peccat Petrus præcisè in prima volitione, qua in communi proposuit illos occidere: non tamen peccat per alias volitiones particulares, per quas vult hunc occidere, & illum, & illum.

Verū quicquid sit de primo dicto, in secundo tamen dicto fallitur doctor hic, salua eius pace, tam in conclusione, quàm in fundamento. Patet primò, quia in casu præfato homo ille de nouo peccat per singulas illas volitiones non ieiunandi singulis diebus elicitas. Patet. Omnis actus humanus liberè & scienter contra præceptum elicitus, est peccatum, & ad propriam poenam imputabile: quando quidem Deus poenam comminatur his qui mandata, vel Dei, vel prælatorum contemnunt, talis est volitio illa particularis sequens priorem generalem: Nam nō obstat priore volitione generali de violando totius quadragesimæ ieiunium, adhuc manet homo obligatus quadragesimam ieiunare, & ab illo nephario proposito recedere. Si igitur post illud propositū generale eliciat volitionem singularem, qua nolit hac die quadragesimæ ieiunare, non dubium, quin præcepto cōtraueniat, & ita intentum. Secundo, Actus hominis, qui ob sui malitiam sufficit gratiam præhabitam meritorie corrumpere, est peccatum ad propriam poenam æternam imputabile, talis est volitio illa particularis de non ieiunādo hac, vel illa die occurrēte. Assumptū suppono notum. Et minorem probō: Si homo ille post generale præfatum propositum elicitum desistat, & poenitentia ductus, quod agere debet, firmiter proponat, & si opus sit, de commissis doleat, & confiteatur, & in Dei gratiam redeat: deinde ve-

rò, adueniente die ieiunii, eliciat volitionem C non ieiunandi die illa, apertum est per huiusmodi volitionem hominem illum peccare, & gratiam in qua erat, amittere: igitur per illam de nouo peccat mortaliter, & noua poena se dignum constituit. Igitur etiam si à priori proposito generali homo ille non recederet, & adueniente die ieiunii volitionem particularem eliciat, qua nolit illa die ieiunare, absq; dubio vltra culpam prioris generalis propositi nouam, in illa volitione particulari incidit, cum huiusmodi particularis volitio eiusdem rationis sit, nec essentiam variet per hoc, quòd hominē poenituerit prioris propositi, vel non poenituerit. Tertiò, & est ratio contra fundamentum. Quia si per hoc, quòd illæ volitiones particulares fiunt in virtute prioris propositi generalis, propriam malitiam aut imputabilitatem non haberent, sequitur, quòd si quis proposuit vnquam se velle diuina mandata per omnia D feruare, aut ecōtrā proposuit se in nullo vel le legi euangelicæ obtemperare, quòd quid quid postmodum homo agat, siue secūdum legem Dei, siue contra eandē, nec mereri, nec demereri, etiam si homicida sit, & adulter, & mēdax, & latro, & infidelis christianos persequens: sed solum meritum, vel demeritum erit in illo generali proposito in initio habito. Et ita si quis adultus baptizetur, cum in baptismo fidem & legem euangelicam profiteatur, promittens aut proponens in lege Christi viuere, quòd quicquid boni post fecerit, aut pro Christo passus fuerit, etiā mortem, in nullo tali aliquod nouum præmium merebitur. Pontifices etiam iudeorum, & iudei, qui proposuerunt Christum occidere, non peccassent de nouo, hoc suum iniquum propositum ad effectum deducendo, nouas volitiones executionis imperatiuas eliciendo. Aperta itaq; sunt inconuenientia & errores, quæ ex præfato modo sequuntur, ideo in his supersedeo.

Quartò fallitur in hoc, quod equiparat præfatas volitiones particulares actibus exterioribus imperatis quo ad rationē bonitatis aut malitiæ. Nam exterior actus in se nullam habet propriam bonitatem aut malitiam, cum naturali quadā necessitate sequatur ad actū elicitum imperantem. Volitiones autem particulares præfate naturali consequuntur ad propositum antiquum generale prædictum etiam si quodammodo in eius virtute præfate volitiones fiāt. Itaq; propositum illud generale præcedens, non tollit ab actibus vo-

S 2 lunta

Eluntatis bonitatem aut malitiam, quam illo non precedente haberent. Sed forte aliquis volens prefatam opinionem defendere, diceret, illam non esse intelligendam, quando inter propositum generale ab initio habitum, & volitionem particularem illius exequutiua, mediat tempus, qualiter procedunt impugnatioes politae, sed intelligitur in casu, quo permanete generali proposito efficaci, & oblata materia, elicitur volitio particularis illius propositi exequutiua. Nam his stantibus, illa volitio particularis necessitate quadam sequitur ad propositum generale: & ita huiusmodi particularis volitio in se nec bona est, nec mala: sed eius bonitas, aut malitia, quam alioqui haberet, imbibitur in illo proposito generali, vnde necessario consequitur. Verum hoc, & si apparenter dicatur, putos milititer falsum esse. Quod, cum alterius sit considerationis, pro nunc missum faciamus.

De hora refectionis.

DE hora refectionis in die ieiunii sumendum, vt supra tetigi, loquitur cap. Solent. de consecra. disting. .i. vbi dicitur non ante soluendum esse ieiunium, quam hore vesper tinae sint celebratae. Et tunc vespertinae horae post horam tertiam post meridiem celebratur, quam horam cum multis esset difficile expectare, vt cocnam sumeret, postea vsu indutum est, vt ante, vel iuxta metidiem celebratur, vt illis finitis, competens ad comedendum tempus fidelibus relinquatur. Hic tamen non est immorandum, nec opus est scrupulos inferre, seruetur in hoc, sicut in aliis multis, patrie consuetudo. Posset tamen moueri vna dubitatio, an scilicet, sit refectione differenda in die ieiunii, quousque homo per esuriam, aut naturae defectum affligatur, aut ita parcam refectionem sumere oportet, vt per esuriam homo afflictionem sentiat. Et pro parte affirmatiua arguitur. Primo, quia strictior est abstinentia tempore ieiunij ecclesiastici seruanda, quam sit ea, quae in ieiunio virtutis seruanda est: in ieiunio virtutis sumenda est refectione, qua corpus indiget: igitur in ieiunio ecclesiae aliquid subtrahendum est a refectione, qua corpus indiget, hoc autem sine corporis afflictione aut esurie fieri non potest, igitur. Secundo idem apparet ex Leui. 16. & aliis scripturae locis, vbi iubebat dominus populo suo, vt in

diebus quibus erat eis ieiunandum affligerent animas suas: nec videtur per quid nisi per notabilem esuriam, quam diebus illis refectione minuendo, vel differendo, sustinere debebant.

Tertio pro eadem parte videtur facere Grego. qui super illud Iob: Clamorem exactoris non exaudiuit: ait in sententia, Exactor qui a nobis non est exaudiendus, venter esurians est, quem sancti ieiunantes non audiunt, sed eum amplius esurire & affligi permittunt. Facit & Bernardus in epistola ad Carthusianum dicens, Quid magnum est si esuriat venter vsque ad rugitum, qui saepe repletus est vsque ad vomitum. Quarto, Curandum est ieiunantibus hostem contra spiritum insurgentem perimere, hic autem non perimitur si non esurire & affligi permittatur, vt constat. Assumptum autem figuratum est in eo, quod redarguti sunt filij Israel, quod Gabaonitis pepercerunt, ad quod dictum est, quod ob id Gabaonites futuri essent eis sicut laeae in lateribus & sudes in oculis. Quinto facit ratio, quia praecipua & leges sunt secundum intentionem potius, quam secundum verborum formam seruanda, iuxta regulam iuris, Non dubium est in legem impingere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem: sed intentio ecclesiae ieiunia instituentis est, vt fideles corpora doment & affligant, quatenus ieiunium sit Deo satisfactorium: hoc autem sine esurie fieri posse non videtur: igitur oportet in die ieiunii ita parcam comedere, aut adeo refectione differre, vt esurie ventris homo affligatur.

His non obstantibus tenendum est oppositum. Et probatur ex Cassiani consilio, ait enim, quod cum venit hora refectionis, refectione sumatur, etiam si homo non esuriat. Per quem modum ait, melius & commodius parsimoniam victus seruari, quam refectione vsque ad esuriam differendo, quia in magna esurie audiens, ac minus temperate refectione sumitur.

Secundo idem probatur, quia ad nullam circumstantiam non expressam in praecipuo ecclesiae obligatur fidelis, nisi illa sit omni praecipuo ecclesiae communis: sed differre refectionem vsque ad esuriam, aut eam tam parcam sumere, vt esuries sentiat, non est circumstantia in praecipuo de ieiunando expressa, nec est circumstantia omnibus ecclesiae praecipuis communis, vt constat, igitur. Tertio si sic esset, sequitur, quod vnus teneretur differre refectionem vsque ad nonam, alius vsque ad vesperam, alius vsque ad occasum, alius vero teneretur nil in tota die comedere. Haec patet, attenta diuersa hominum dispositione, quorum aliqui citius, alii tardius

A esuriam, alii vero totam diem sine esurie trahunt, sed consequens est falsum. Postremo patet conclusio, si attendamus ea, quae de praecipuo ieiunij seruanda sunt, quae sunt tria vt in principio diximus, scilicet, non ultra semel in die comedere, a cibis vetitis abstinere, & horam refectionis non notabiliter praenunire, quae omnia constat seruari posse absque esurie, & naturae defectu.

Ad rationes autem priores dicendum. Ad primum: admissum quod arctior sit abstinentia ieiunij ecclesiastici quam ieiunij virtutis, non inde sequitur, quod ratio praetendit: quia haec arctior abstinentia non consistit in paruitate, aut dilatione refectionis, sed in his tribus, quae dicta sunt, in numero refectionum, in qualitate ciborum, & hora: quorum tamen nullum est necessarium in ieiunio virtutis.

Ad secundum dicendum, afflictionem aliquando accipi pro passione formaliter hominem affligente, qualis est tristitia seu dolor: Aliquando accipitur casualiter, pro eo scilicet, quod formalem infert afflictionem, vel eam inferre aptum est. Prima afflictio, cum actus voluntatis elicitus aut imperatus non sit, sed passio quaedam actum naturaliter consequens, ideo per se, nec sub praecipuo, nec sub prohibitionem cadit, bene tamen afflictio secundo modo sumpta. Itaque quando Deus praecipit dicens: Affligetis animas vestras, id praecipit, vnde vt plurimum solet hominibus afflictio formalis fieri. Tale est abstinentia a cibis maxime assuetis & delicatis, quorum usus si cut solet sensum recreare, ita, & eorundem priuatio sensum solet affligere. Accidit tamen ad praefatam priuationem seu abstinentiam subsequi aut non subsequi esuriam. Ad tertium intentum Grego. similiter & Bernardi, hoc est scilicet, non semper esse ventri exhibendum, quod postulat, sed saepe esurire est permittendum, maxime quando non solum quod necessarium est, petit, sed aliud ad carnis voluptatem seu sui saturitatem exigit. Quando enim quod necessarium est vitae & corporis incolumitati exigit, audiendus est, secus aliam.

Quod si extra tempora ieiunij id obseruandum est, a fortiore in diebus ieiunij, in quibus si venter esuriat, aliquid indebitum, aut ante horam debitam exigendo, non exaudiat improbus exactor. Ex his tamen nullo modo sequitur esse necessarium in die ieiunij esurire, vt constat. Ad quartum, mysticum sensum, vt ibidem tactum est, sequendo, dicitur, hostes spirituales animarum duplices esse: quidam sunt intranei & coarui, sine qui

bus humana natura non subsistit, vt fomes seu carnis concupiscentia, alique; qualitates conaturales, quae ad ea quae sunt carnis inclinare solent. Et tales hostes non tenentur perimere, cum perimi sine natura non possint: sed tenentur eos cohibere, & prout possumus extenuare, atque subiicere. Alii sunt animarum hostes extranei seu aduentitii, quales sunt peruersae consuetudines, atque vitiosi habitus, ex prauis moribus acquisiti, & hos debemus eradicare, & prout possumus perimere. Hi sunt, qui per Gabaonitas intelligi possunt, qui non erant filij Israel conaturales, sed illis extranei. Ad quintum dicendum, vt alibi dixi, intentionem praecipientis duplicem esse: est enim quaedam obiectiua, quaedam vero finalis. Prima, respicit id, ad quod obligare intendit. Secunda, respicit finem seu effectum, quae vellet ex obedientia provenire. Ratio autem cum regula iuris allegata procedit de intentione obiectiua, secundum quam praecipita sunt ob seruanda, non de finali, vt saepe tactum est. Quod si ecclesia per ieiunia ab ipsa instituta intendit corporis afflictionem, & pro peccatis satisfactionem Dei; placationem, haec tamen omnia ad finalem intentionem pertinent, quae sub praecipuo non cadit.

De necessitate seruandi

ieiunia ecclesiastica.

DEinde solet queri, an sit necessarium sub poena peccati mortalis ieiunia ecclesiastica obseruare. Et pendet questio ex hac, an scilicet ecclesia possit ad sua statuta fideles sub poena peccati mortalis obligare. In qua questioe apertus est error quorundam tenentium partem negatiuam, qui de mandatis ecclesiasticis non esse curandum dicunt, sed solum de diuinis. Ad quod dicendum mouentur ex eo, quod habetur Deuter. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor. & cap. 12. Quod praecipio tibi hoc tantum facito, nec quicquam addas. Vnde colligunt, sola diuina mandata seruanda, nec his alia humana superaddenda esse. Deinde legem euangelicam dicunt hominibus ad salutem sufficere: ac proinde non esse necessarium hominum mandata seruare. Vnde quod dicit Matth. 23. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Lucae. 10. cum de mandatis diuinis sermo esset, dixit, Haec fac & viues. Videtur significare hominibus sufficere, si Dei mandata seruauerint. Praeterea videtur

E detur dñs per Esaiã. 26. conqueri, q̄ homines humanas traditiones feruent, ait enim: Sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Quod etiam citat Christus, Matth. 15. Hęc & alia solent pro se heretici citare, p̄tendentes hominibus non esse necessarium humana feruare mandata.

Quicquid sit de his & aliis per eos allegari solitis, dicendum ad quęstionem, eam esse æquiuocam. Potest enim dupliciter intelligi. Primò, An p̄lati possint propria auctoritate ad aliquid sub pœna peccati mortalis obligare? Et dicerem q̄ non, sed Dei auctoritate illis in hac parte cõmissa. Solius enim Dei est aliquid sub tali pœna instituire, sicut & ipsius est pœnam æternam transgressoribus infligere. Sicut & eiusdem solius est sacramenta instituire, cuius est gratiam sacramentalē efficaciter p̄stare. Potest secundò quęstio intelligi, An p̄lati ecclesię possint Dei auctoritate aliqua instituire, quorũ trãgressores, pœnam æternam incidere mereantur. Et sic nõ dubiũ eos posse ad aliquid sub pœna æterna obligare: Nec dubiũ oppositã assertionē erroneam, & hereticã esse. Id autē breuiter ostendo ex illo Lucę. 10. Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit, qui autē me spernit, spernit eũ, qui misit me. Et Matth. 10. ait Christus: Amen dico vobis qui cunq; non susceperit vos, nec audierit sermo nes vestros, tolerabilius erit terrę Sodomorũ & Gomorrorũ in die iudicii. Et Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et iterum Matth. 23. Super cathedrã Moysi sederũt, & quęcũq; dixerint vobis, facite, & seruate. Ex quibus patet p̄latos ecclesię habere à Christo auctoritatē, qua possint aliqua instituire & p̄cipere, quę à fidelibus sub pœna peccati mortalis sunt obseruanda. Hoc etiã idem cõfirmatur ex illo Deuterio. 17. Qui autē noluerit obedire sacerdotis imperio, q̄ eo tpe ministrat dño Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Mortē autē tũc nemo merebatur, nisi pro peccato mortali. Quòd si hanc potestatē habuerũt sacerdotes legis veteris, cur nõ eandē habebunt sacerdotes summi legis nouę?

Hoc rursus aptē patet ex Paulo ad Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit. Nam omnis potestas à domino Deo est. Et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: Qui autē resistit, iudicium sibi acquirit. Et sequitur, Quapropter oportet subditos esse non solum propter iram sed propter cõscientiam. Vnde apertē docemur, nos

teneri ad obediendum superioribus etiam laicis, nedum p̄latis sub pœna iudicii & damnationis. Ac proinde, qui in hac re contrariũ asserũt, nõ sunt p̄mittendi. Nec opus est ad rationes suprà pro hereticis factas respondere, cum facilis sit earum solutio.

Sunt autem alii doctores: catholici quidē sed in hac re nõ longē à p̄fato errore recedentes, qui dicunt ecclesiam posse obligare sub pœna peccati mortalis, sed cum moderate quodam, tunc scilicet, quãdo aliqua statuunt, aut iubent secundum legem diuinã, scilicet, vel eam declarando, vel eam ad tempus aliquod, vel modum aliquem limitãdo: & talis lex humana non erit in casu purē humana, sed mixta cum diuinã. Quòd si aliqua talis purē humana sit, illam dicunt non posse querquam sub pœna æterna obligare. Huius rationem assignãt, quia solus ille potest legem facere sub aliqua pœna obligatē, qui potest pœnam illam trãgressoribus infligere. Cum ergo pœnam æternam non homo sed solus Deus possit peccatoribus infligere, sequitur solum Deum suis legibus posse homines sub pœna æterna obligare. Ac proinde lex purē humana, aut purē naturalis sub pœna huiusmodi quęquam obligare non potest.

Quicquid sit de huiusmodi positioe, quã video doctores graues tueri, videtur ad p̄sens vel eam in re nil à communi positione differre, vel falsam esse. De qua cum alibi latius quod videbatur dixerim⁹, breuiter nũc eius falsitas potest ostendi. Tum, quia tributa & vestigalia sub pœna peccati mortalis sunt dominis, quibus debentur, soluenda, vt docet Paulus ad Roma. 13. subinferens, Reddite igitur omnia quę sua sunt: cui tributum tributum, cui vestigal, vestigal. Esto quòd aliã talia tributa non essent secundum legē diuinam soluenda. Tum etiam, p̄cepit angelus vxori Loth, cum incendium illarum quinq; ciuitatum fugiebat, nē retrorsum aspiceret. Respicens autē, versa est in statuum salis. Quod tamen fuit illi non secundum legem, sed p̄ter legem mandatum. Tum etiam. 1. Regum. 14. p̄cepit Saul, nē quis comederet quicquam vsq; ad vesperã, gustauit Ionathas filius suus parum mellis, & Deus iratus est: tamen mandatum Saulis non secundum legem Dei, sed p̄ter eam datum fuit. Tum etiam Paulus ad Roma. 1. inter eos qui digni sunt morte, annumerat filios parentibus inobedientes: In quo satis consonat ei, quod habetur Deuterio. 21.

Si genuerit

A Si genuerit homo filium cõtumacem aut superbum, & nõ audierit patris aut matris imperium, lapidibus eum obruet populus. Nõ igitur dubitandum est, errorem esse dicere non teneri subditos suis maioribus sub pœna peccati mortalis obedire, cũ legis aut p̄cepti materia postulauerit. Sed nunc satis sit hæc obiter tetigisse.

Ratio autem pro Gersonis sententiã suprà adducta, qui fautor est illius sententię, facillè soluitur, Quod enim dictũ est, Nemo potest legem facere sub aliqua pœna obligantem, nisi qui pœnam illam potest transgressoribus infligere, veritatem habet de his, qui propria seu humana, & nõ potius diuina auctoritate leges faciunt. P̄lati autem, imò & principes seculares, ex quo legitime sunt ad dignitatem promoti, à Deo habent auctoritatem, qua leges huiusmodi pœnales possint instituire, vt ex suprà allegatis patet. Pro quo & exempla faciunt. Nam Papa habet potestatem instituedi, quòd qui tale, vel tale opus fecerit, veniam omnium suorum peccatorum consequatur. Cũ tamen non Papæ, sed Dei sit veniam huiusmodi p̄stare. Similiter p̄lati potestatem habent à Christo aliquid statuendi sub pœna excommunicationis: & tamen effectum excommu-

Bnicationis qui inter alios est, multis spiritualibus bonis hominem priuari, nõ ad Papam sed ad Deum efficere spectat. Ita igitur Dei auctoritate fit, vt possit ecclesia statuta facere obligantia sub pœna æterna, etiam si ecclesia, per se talem pœnam infligere nõ possit, & ita tenendum est. Pro quo vltra ea quę allegata sunt, facit Augustinus ad Bonifacium Comitem, dicens: Qui legibus Imperatorum, quę pro Dei voluntate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Et idem ad Casulanum presbyterum. Et habetur distincti. 1. cap. In his, ait, In his rebus, de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sequitur: Sicut p̄uaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Facit etiam Leo Papa, vbi suprà. cap. Hoc vestra. dicens, Inultum post hoc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit esse negligendas.

Superest tamen agnoscere quę statuta ecclesiastica obligat sub pœna peccati mortalis. Quòd enim omnia sub hac pœna obligent, non est verisimile, nec asserendum: quã

doquidem non sunt humana statuta magis C priuilegiata, quã statuta seu mandata diuina. Constat autem non omnia mandata diuina obligari sub pœna peccati mortalis, sicut nec omnia iuris naturalis mandata, quale est mandatum, seu lex de non mētiendo, quę naturalis est, & in literis sacris expressa: Leui. 19. vbi p̄cipitur, Non mentiemini, Neq; decipiet quis proximum, &c. Et tamen multa sunt mendacia, quę venialia sunt. Talis etiam est lex de non dicendo verbũ otiosum, de qua Matth. 12. dicitur: Omne verbũ otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Omne etiã peccatum diuinę legis, p̄uaricatio est, iuxta illud psal. 118. P̄uaricantes reputaui omnes peccatores terrę. Vnde & Peccati definitio, talis comprobata est: Peccatum, est dictum, vel factum, vel concupitum contra legē Dei. Et tamen certum est, non omne peccatũ esse mortale. Ac proinde si non omne peccatum cõtra legem naturalem & diuinã cõmissum, est mortale: nec omnis legis diuinę p̄uaricatio mortalis est. A fortiori igitur non omnis p̄uaricatio humanę legis erit mortalis: & ita non omnia mandata, seu statuta ecclesiastica obligant sub pœna peccati mortalis.

Vt igitur quodãmodò agnoscamus, quando humana statuta seu leges obligat sub pœna peccati mortalis, hoc documētum potest deseruire, scilicet, recurrendum est ad intentionem legislatoris, & ad materiam legis, & ad verba ipsius, si sint p̄ceptiua, nec ne. Quod documentum sumptum est ex Clemēntina, Exiui de paradiso, de verborum significatione. Vbi Clemens Papa exponendo regulam Minorum, quando, scilicet, & ad quę sub pœna mortalis peccati obligat, hoc p̄missio, vtitur documento: Si enim de intentione legislatoris constat ad quid, & quomodo obligare intenderit: tunc facile est scire, quod queritur. Cuius ratio nota est, quia leges humanę & legislatoris intentione vim obtinere videntur. Si enim Legislator legem ferens, intentionem obligandi non habeat, lex ipsa obligatoria non erit. Vt si superior aliquid iubeat sub pœna excommunicationis, animam tamen ligandi non habens, non erit subditus ligatus, si id, quod sibi iussum est, p̄termittat. Ad hunc modum de aliis,

Si autem de legislatoris animo non constat, ad verba legis recurratur: hæc autem possunt esse p̄ceptiua. Vt si sonet lex, p̄cipimus, iubemus, sub pœna inobedientię iniungimus, aut aliis huiusmodi verbis

S 4 vtaf

E vtatur: & tunc ex communi sententia lex illa obligat sub pœna peccati mortalis, possunt etiam verba legis esse non formaliter præceptiua, sed præceptiuis æquipollētia, vt si sonet lex, debet, oportet, non licet, aut aliis verbis vtatur, quæ necessitatē denotent, & tunc lex obligat, ac si præceptiua formaliter esset. Possunt etiam esse verba legis communia, vt si lex sonet statuimus, volumus, ordinamus, &c. tunc videatur quæ pœna transgressoribus apponitur, scilicet, leuis, aut notabilis, vt si illud statuatur sub pœna mortis, aut perpetui carceris, aut excommunicationis, irregularitatis, suspensionis, degradationis, priuationis ecclesiastica sepulture, &c. Et tunc cū huiusmodi pœnæ nō nisi pro mortalibus infligantur, satis notum erit, tales leges obligare sub pœna peccati. Quod si nec de intētionē legislatoris sufficienter constet, nec ex verbis legis, nec ex pœna apposita, quia fortē nulla apponitur, sed lex tantūm verbis communibus vtatur, ita vt dubitetur an obliget sub pœna peccati mortalis: tunc ad materiā legis videtur recurrēdum: nam potest esse tā tē importatīe id facere, quod lege huiusmodi statutum est, vt omissio ipsius sit valde periculosa. Et tunc putādum est tale decretum seu statutū obligare sub pœna peccati mortalis. Potest contrā esse adeo leuis materia, vt nullum quasi periculum sit, id quod statutum est præmittere, & tunc non erit huiusmodi statutum taliter obligatorium. Hęc in genere dixisse sufficiat, prout ex præfata Clementina & communi doctorum sententia colligi potest. Fateor tamen difficile esse de singulis iudicare. Quod si quis post hęc omnia perspecta maneat adhuc de vigore ipsius legis dubi⁹, an, scilicet, obliget sub pœna peccati mortalis, an non: tunc ipsa conscientia dubia, quæ temerē deponi non debet, faciet ipsi dubitanti legem, tunc enim id agat & teneat, quod tutius esse cognouerit, ne conscientie proprię contraueniendo, cōdicet ad gehennam.

Iam ad id, quod principaliter quærebatur de necessitate seruandi ieiunia ecclesiastica sub pœna peccati mortalis, video nonnullos doctores ad id declinare, vt dicant, non esse peccatum mortale ea nō seruare nisi ex cōtemptuom itātur. E quibus videtur esse Caietanus, qui ad id dicendum inde mouetur, quia vt ait, in iure nullum ponitur verbū præceptiuum respectu ieiunii ecclesiastici. Quam sententiam nonnulli post ipsum defendere sēpe conati sunt. Contra quos vide-

tur oppositum esse tenendum. Primò ex dictis sanctorū, vt supra citauimus. Dixit Ambrosius de ieiunio quadragesimali loquens, quod qui illud soluit, legē Dei soluit, & scindit. Dixit idem simul & Theophilus Alexandrinus, & sanctus Maximus, quod ieiunium quadragesimale nō est ab hominibus aduentum, sed diuina maiestate præceptum. Et iterum: Qui quadragesimam soluent, nō tā sacerdotes, quā Deum cōtemnunt: Deum autem cōtemnere, peccatum mortale est. Dixit Augustinus: In aliis temporibus anni ieiunare, meritum est, in quadragesima tamen non ieiunare, graue peccatum est. Secundò idem ratione patet ex eo, quod habetur, Leui. 23. Omnis anima, quæ se non afflixerit die hac, peribit de populo suo. Et loquitur de ieiunio seu afflictione, quæ per ieiunium fit. Si igitur ieiunium legale obligabat ad sui obseruatiā sub pœna peccati mortalis: igitur etiam ieiunium nouę legis, cū nec minoris utilitatis, aut necessitatis, aut autoritatis sit, quā illud. Tertiò, Ad propositum documenti propositi loquendo, idē apparet, quia decreta ecclesiæ de ieiuniis seruādis, & si formaliter verbis præceptiuis non vtātur, vt tunc tamen verbis eisdem æquipollētibus. Patet hoc de consecra. distinct. 3. cap. Non licet. & cap. Non oportet. Vbi dicitur, quod nō licet soluere ieiunium quintę ferię hebdomadę sanctę, sed totam quadragesimam ieiunare oportet. Et infra ait, Oportet totos dies ieiunare, & arduioribus cibis vti. Verba autem hæc, scilicet, non licet, & oportet, necessitatē important, vt videtur, & capi. Quadragesimam. de consecra. distinct. 5. idem in nouit. In id illic vtatur decretum verbo præceptiuo, seu imperatiuo. Nam ait quod quadragesima summa obseruatione seruāda est, & addit quod nullatenus soluat, nisi necessitas infirmitatis compellat. Ecce verbum præceptiuum. Et infra dicitur: Ieiunia à sacerdotibus instituta non soluantur, nisi propter necessitatem rationabilem. In quibus omnibus sufficienter significatur præceptum esse necessariò seruandum de ieiunando. Hoc idem ait Clemens in Clementina Exiui. Quarit enim, An religiosi deobligentur à ceteris ieiuniis, si ieiunia regulę seruent. Respondet quod non inde liberantur à ieiuniis ecclesiasticis, quæ ceteri Christiani seruare obligantur. Vbi declarat fideles obligari ad obseruantiam ieiunii, & hoc ait loquens de his, quę obligant sub pœna peccati mortalis.

Quartò

A Quartò hoc idem ex cōciliis colligi posse videtur: Vnde in concilio Bracharen. anathematizatur, qui in feria quinta hebdomadę sanctę veniunt ad ecclesiam, soluto ieiunio: cū tamen maior occasio esset illa feria ieiunium soluēdi, quā aliis diebus, eò qd Christus illa die cenā fecit cum discipulis suis. Similiter in cōcilio Grangren. anathematizatur, qui dicunt, ieiunia ecclesiæ nō esse de necessitate seruāda. Similiter in Clemētina de hereticis, Ad nostrum. Inter alios errores Begardorum hic est vnus, vt ieiunia ecclesiæ non sint de necessitate à viris perfectis seruanda. Si igitur meretur anathematizari, qui ieiunia ecclesiastica nō seruant ea; nō esse seruāda asserunt: consequens est mortale peccatum esse ea nō seruare, vbi causa legitima violantem non excuset.

De consuetudine legem ieiunii dissolvente.



Ed quæret aliquis, An huiusmodi ieiunandi necessitas tollatur per cōtrariam consuetudinem? Et pro parte negatiua arguitur, quia ta-

Blis consuetudo cōtra regulam ecclesiasticam inducā, est irrationabilis & vitiosa, & a vitiosis atq; gulosis hominibus inducā: talis autem corruptela est, non consuetudo, & ita nō debet habere vim contra ius, sicut nec lex aliqua vim haberet, nisi iusta esset, & rationabilis. In hoc enim non cōsuetudo esset magis priuilegiata, quā lex. Hoc patet ex cap. Ex parte. Ex cap. Cum quanto. Extrā, de consuetudine. Vbi dicitur, quod nulla cōsuetudo nisi iusta, & rationabilis sit, potest iuri positio præiudicare. Idem etiam videtur ex distinctione. ii. capit. Consequens. vbi in summa habetur. Nō potest in statutis pōtificum consuetudo cuiusq; refragari. Et cap. Consuetudinis. Ibidem in summa dicitur, Non potest vsus & consuetudo legem & rationem vincere. Et ita videtur, quod soluentes ieiunia, quæ ab ecclesia tam sanctē & religiose statuta sunt, non possunt per contrariā consuetudinem excusari.

Secundò pro eadem sententia facit. ii. distinct. In his rebus. vbi dicitur: Sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Et. 19. distinct. Sic omnes. dicitur: Omnes sanções apostolicę accipiendę sunt,

tanquā ipsius Petri diuina voce firmatę. **C** Ex quibus apparet, ecclesiasticas sanções ita debere ab hominibus obseruari, sicut diuinę leges. Ergo sicut qui diuinas leges violant per oppositam consuetudinem & vitiosam non excusantur, ita nec qui ecclesiasticas institutiones præuaricantur. Vnde. 25. q. 1. de cernitur, vt execrandū anathema sit, & velut præuaricator fidei catholicę apud Deū reus existat, qui cunq; regum, vel episcoporū, seu potentum deinceps Romani pōtificis decretorum censuram in quocunq; crediderit, vel promiserit violandam. Tertiò facit ratio: Nam demus consuetudinem illam contra legem de ieiunando paulatim introducā esse quodq; ab initio fuerit vitiosa, vt fuit, eò qd contra legem iustā iam sequitur, quod si primi actus, per quos lex violatur sunt vitiosi, si militer ergo & secūdi actus erunt vitiosi, si militer & tertii, & sic consequenter. Id patet quia posteriores actus sunt similes priorib⁹, vt suppono. Sunt æquę contra legem de ieiunando, vt suppono: ergo sunt æquę vitiosę sicut priores, cū eadem sit in vtriusq; malitię ratio. Confirmari hoc potest, quia non est rationale dicere, quod homo cū primū cōtra legem peccat, nō excusetur, & quod in eodem peccato perseverando excusetur: quādoquidem perseveratiā in peccato, & in præuaricatione contemptū auget, & culpā non minuit, vt suppono. Si igitur homines in initio ieiunium ecclesiasticū violantes peccant, igitur à fortiore peccabunt, si in eadem violatione diu perseveret, & ita consuetudo illa non excusat à debito ieiunandi.

His non obstantibus aliter videtur dicendum, sed quoniā sermo de consuetudine diffusior est, q̄ præsens exigat dubitatio, ideo breuiter ad propositū loquēdo dicendū, cōsuetudinem sæpissimē legem inualidare, seu homines ab obseruantia legis excusare. Inde enim doctores cōmuniter excusant fideles, qui iuxta morem & consuetudinē patrię in die ieiunii longiores collationes faciunt, siue olera sumāt, siue electuaria, siue etiā fructus aliquos, aut etiā panē vel solū vllsimul cū fructu alicuius arboris. Inde etiā Mediolani excusantur à peccato, nō ieiunantes primis quatuor diebus quadragesimę, idq; quia nō est illis in cōsuetudine. Quod quidē argumentū est pro eo, quod supra dixi, quadragesimale hoc nostrū ieiunium nō esse de iure diuino, Inde etiā in diebus rogationū præualuit consuetudo, cū olim statutū fuerit, vt illis diebus homines ieiunaret: de consecra. distinct. 3.

S 5 cap.

E cap. Rogationes. Inde etiā excusantur multi à solutione decimarū quarūdam rerū, prout in diuersis regionibus aut locis sua viget consuetudo. Quēadmodū ob eandē consuetudinē alicubi homines ab obseruantia multorū festorū excusantur, qualiter alibi non excusantur. Inde etiā excusantur homines refectioem ante horā vesperorū sumentes: trecenti enim anni adhuc non sunt, ex quo hora prandii in ieiunio erat hora tertia post meridiem. Nunc autē religiosi aliqui etiā multū ante meridiē æstiuo tēpore & in quadagesima videntur comedere, vt refert Caietanus. Inde etiā excusantur Britones, qui in quadagesima butyro vtūtur, vbi talis viget consuetudo, aut ouis, alijsq; ex carne originē trahentibus, cum tamen oppositū sit iure statutum. distin. 4. cap. Deniq; Inde clerici excusantur à ieiunio septē hebdomadarū. Addit enim Telephorus quadagesimā hebdomadam septimam, vt habetur distin. 4. Inde in nonnullis locis homines in die sabbathi carnes comedentes excusantur, cū tamen olim Gregorius ab illis abstinendū instituerit. de consecra. distin. 5. capi. Quia dies. Sicut & Leo quartus, instituerat à carnibus abstinere in feria. 4. & 6. Et tamen in oppositū valet consuetudo. de consecra. distin. 3. capi. de esu carniū. In quibus omnibus & multis alijs presentem materiā concernentibus, non tam rigorem legis aut constitutionum, quā patriæ morē & consuetudinē seruare oportet. Facit pro hac sententia, quod vt ait Augustinus, & habetur in decreto, distin. 4. Leges non obligant, nisi sint vtentū moribus approbatæ. ait enim: Leges instituuntur, cum promulgantur: firmanur, cū moribus vtentium approbātur. Et sequitur ad propositū. Sicut enim moribus vtentū in cōtrariū, nō nullę leges hodie abrogatę sunt: ita moribus vtentū ipsę leges firmanur. Inde ieiunium septem hebdomadarū obligatorū non fuit, quia vt ibidē dicitur, non fuit vtentū moribus approbatū. Inde etiā statutū de abstinēdo à carnibus in dominicis diebus quadagesimæ olim obligatorū non fuit, quia nō fuit vtentū moribus approbatum, vt ait Grego. in epistola ad episcopū Anglorū. Et habetur ibidem capi. Deniq; Cū ergo consuetudo populi non minorē vim habeat ad legē positam abrogandū, quā ad eius vigorē impediendum, sequitur legem de ieiunando vim per contrariā consuetudinē amittere posse, & ita intentum. Facit deniq; ratio, quia humana leges ex intentione robur accipiunt,

vt suprā tetigimus, ac proinde si legislator cum legem facit, animū obligandi nō habet, non obligat lex: ita post legē institutā si animū obligandi deponat, similiter non amplius obligabit lex. Cū igitur inducta consuetudine legi contraria, sciente legislatore, & non contradicente, nec inobedientes puniente, iustē præsumatur legislatorem legis rigorem relaxare, perinde igitur est ac si dispensaret, aut legē reponeret: & ita fit, vt per huiusmodi consuetudinem homines ab humanis legibus excusentur.

Quibus præmissis facile est ad rationes priores respondere. Ad primū, in quo queritur de vitiosa consuetudine, quā habeat vim & c. dicendū, quod consuetudo duplicē solet habere vim, scilicet, nouam obligationem inducendi, & priorem obligationē legis remouendi. Ad hoc quod obligationem inducat, oportet, quod sit rationalis & præscripta, & talis consuetudo equiparatur legi, quę nisi iusta sit, lex esse nō potest. Et hæc consuetudo est, quæ dici solet: ius quoddam esse in vsu, nō in literis contentū. De qua consuetudine loquuntur sæpe iura, & sancti, vt est illud Augustini, & habetur. ii. distin. vbi ait: Ecclesiasticarum institutionū quas dā in scriptis, quas dā verò apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam verò consuetudine roboratas approbavit vsus. Et sequitur ad propositum, quibus par ritus, & idem vtriusq; pietatis debetur affectus. Ad hoc autē, quod consuetudo priorē legis obligationem tollat, nō opus est, quod sit rationalis & præscripta, satis est quod per tantū tempus sit huiusmodi consuetudo inducta & obseruata, vt ad notitiam maiorum peruenerit, qui cū eam sciant, minime contumadunt, cū cōmodē, si vellent, contradicere possent, & præuicatores punire: quod quia nō faciunt, iustē præsumitur eos legis rigorem velle amouere. Vnde fit quod ad tollendū vim legis humanæ, imper tinens est, consuetudinē cōtrariam vitiosam esse, aut rationabilem: quia quod per se facit ad legis amotionē, non tam consuetudo contraria est, quā animus legislatoris consuetudini cōsentiens. Quod autē iura dicūt, scilicet, quod cōsuetudo nisi rationalis & præscripta sit, legem vincere nō potest, nec statuti pontificum præiudicare & c. procedit de consuetudine inducta & seruata, nesciēte superiore, cuius est legem facere, & reuocare: Nam eo id nesciēte, necessarium est, consuetudinem cōtrariam iustam esse & rationabilem,

A lem, & per maius tempus præscriptam, vt legem vincat. Secus de consuetudine maioribus scientibus inducta & obseruata. Sic etiā accipiendum videtur, quod ait Thomas ad propositum dicens, Quod si eadem legis ratio permanet, quę prius non vincitur per contrariam consuetudinē superuenientē: sed nō obstat huiusmodi consuetudine, manet lex in suo vigore. Intelligitur, si legislatore ignorate sit talis cōsuetudo inducta: nam si eo sciente & consentiente, etiā si eadem legis ratio permaneat, lex ipsa vim suam amittit. Ad secundum dicendū, illa omnia procedere, humanis legibus aut constitutionibus in suo robore permanentibus, quod fit, quandiu legislatoris intentio eadem obligandi manet simul & ratio legis, tunc enim tenetur obedire, ac si diuina esset lex, vt suprā deduximus. In casu autē nostro secus, quia per cōsuetudinem à prælato scitā, tollitur vis & robur ipsius legis. Ad tertium dicendum, quod ratio procedit, si durante vitiosa consuetudine permaneret eadem ratio legis simul & legislatoris intentio, tunc enim quod diutior esset cōsuetudo, eo peior esset, & per consequens non excusaret culpam, sed aggravaret. Attamen in casu, cū non maneat eadem superioris intentio obligatoria, vt ex dictis apparet, ideo nō mirum, si in consuetudinibus initio homines nō excusentur à culpa inobedientiæ: excusentur autem, postquā fuerit consuetudo sufficienter continuata.

De his, qui ad ecclesiastica ieiunia tenentur.



LEge tamē de ieiunando in suo robore permanente, esset quæstio, qui sunt, qui ad ecclesiastica ieiunia tenentur, & qui non? Ad quod breuiter dicendū, quod de iure omnibus christianis sunt ecclesiastica ieiunia iniuncta. Et ita omnes cuiuscunq; status & conditionis sint, ad illorum obseruantiam tenentur, exceptis his, qui iustam habent excusationem. Causæ autem huiusmodi excusantes, reducuntur ad duas, puta ad necessitatem & pietatem. Ob necessitatem quidem excusantur infirmi, pueri, & senes, & pauperes, qui in hora prandii non habent id, quod illis ad vnicam & integram refectioem sufficit. Similiter & prægnantes, & lactantes. Similiter & corporaliter laboran-

tes, quibus, scilicet, est necessariū laborare, vt cibi & familiæ suæ debitē subueniant, aut statum suū seruent, aut vt notabilia dāna in persona, fama, aut bonis temporalibus euitent, & alii huiusmodi, de quibus vnica videtur esse ratio, quia his omnibus necessarium est, frequenter in die comedere, vt debitū corpori alimentum præbeant, Pueri enim, & senes, & infirmi, ob roboris aut caloris debilitatē, indigēt pluries comedere, quibus vnica refectio in die, aut non sufficeret, aut noceret, vt constat. Idem patet de pauperibus in casu dicto, & de prægnatibus, atq; lactantibus, quæ cibo pro se & foetu seu paruulo quē lactant indigent. De pueris tamen ante completum trinum septenniū, nō placet omnibus eos omnino à ieiunio excusare, tum, quia in illa ætate possunt & solent multa carnalia vitia cōmittere, ratione quorū opus est eis flere, & Deo pro peccatis satisficere, & carnē spiritui subicere, sicut & aliis adultæ ætatis id opus est ac proinde debent, sicut illi ieiunare. Tum etiā, quia & si ieiuniū quadagesimale integrum seruare nō possint, possunt tamē certis diebus ieiunare, sine corporis aut sanitatis detrimento: alioqui doctores non consulerēt, aut docerēt; pueros esse assuefaciendos, vt aliquibus, quanuis paucis diebus ieiunēt. Quæ quidē doctrina si sana & vera est, possunt igitur cōueniēter aliquādo ieiunare. Et ita quibusdā visum est, quod tenentur saltē ad ieiunia quatuor tēporū, aut alia intra annū, & ad aliqua quibus pauca, in quadagesima, etiā si totā quadagesimā ieiunare nō teneantur.

Deinde senibus nō est determinatū tempus, quo incipiāt à ieiunio ecclesiastico Deo obligari, sed attendenda est cōplexio, & corporis robur, & quid hęc miseris senē illæse ieiunare, tenetur ex sententiā doctorū: Igitur nec etiā pueris est determinandū tēpus, post quod incipiāt ad ieiunia obligari. Verūm ex quo doctores, p̄ maiori parte ius de ieiunando ita interpretātur, vt ecclesia per illud nō intendat animæ aut copori detrimentū inferre, nec intendat obligare ad ea, quæ communem hominū facultatem excedunt, communem autem puerorum facultatē excederet, ieiunia ecclesiastica obseruare, saltē ante trinum septenniū: similiter eorū debitū augmentū ex relatu medicorū peritorū, vt plurimū trino indiget septenniū, quod quidem augmentū per ecclesiastica ieiunia verisimiliter impediret, ideo putandū est huiusmodi pueros ad ieiunia obligare minime intendisse, non solum ad quadagesimā, sed nec ad alia ieiunia

E ieiunia intra annum, etiā si accidat aliquos absq; damno posse quibusdā diebus ieiunare. De senibus autē fecus est, quia natura nō determinauit illis tēpus defectus, quē admodum determinauit pueris tempus profectus atq; augmēti. Et per hęc facile est ad ratiōes in oppositū factas respondere. Et quanq; nō ita in rigore sit asserēdū, naturam terminū augmēti pueris ad certū tēpus præfigere, senibus aut tempus defectus certum minimē præstituisse: aliquid tamen dandū est cōmuni in hac re peritorum iudicio.

De his, qui corporaliter laborant, vt sunt artifices, & hi, qui agros colūt &c. siue ex necessitate, siue ex voluntate laborent, siue ad damnū vitādum siue ad lucrū quærēdū, siue pauperes sint, siue diuites, iam nō dubiū est, eos ob huiusmodi laborē ab ecclesiasticis ieiuniis Deo obligari, ex quo Eugenius quartus, omnes illos similiter laborātes, à debito ieiunandi absoluit: vt refert Baptista, verbo ieiunium. §. 19. Et Rosella, & alii summistæ modō consuetudinē patriæ laudabilē obseruent. Sic enim arbitror præfatas personas à iure ieiunandi Deo obligatas esse, vt consuetudini postea obseruata, se conforment.

De infirmis autem, & senibus, & pauperibus, & prægnantibus, & seruatoribus, ceterisq; causam aliquā ad nō ieiunandū habentibus, regula hęc videtur ponenda, atq; seruanda. Quod tales nō excedant regulam ecclesiasticam de abstinentia in die ieiunii obseruandā, vltra quā exigit causa, ob quam à ieiunio recedunt. Alioqui si vltra excedūt, videntur peccare. Ratio huius regulæ est nota, quia si quis necessitate à regula ecclesiastica recedit, excusationem habet, si autem voluntate, nō ita: igitur qui ob causam recedit à regula plusq; causa ipsa postulat in illo pluri non necessitate, sed voluntate recedit, ac proinde illud plus ipsi videtur imputādum. Nam in illo pluri, in quo vltra exigentiā causæ à regula recedit, perinde est, ac si causam recedendi nō habeat. Ita dici solet in dispensatione voti ob causam aliquā facta, si dispensatio causæ exigentiā excedat, nō tenet in illo pluri huiusmodi dispensatio. Inde fit, vt præfata personæ non sint omnino à ieiunio excusandæ, sed causæ exigentiā est attendenda, vt si infirmitas sit talis, quæ exigit infirmum bis, aut ter in die comedere, nō tamen causa illa exigit, vt carnes comedat: poterit quidem pluries comedere, non tamen carnis vti. Aut ecōtra, si infirmitas talis sit, quæ vltimum carnis exigit, & non pluribus refe-

ctionibus, poterit carnis vti, non tamen pluries comedere. Si enim in primo casu carnes comedat, aut in secūdo pluries, iam id nō ob causam agit, sed ob voluntatem, & ideo huiusmodi excessus venit eidem imputandus. Vnde fit sepe in re hac medicos non carere culpa, cum id solū debeant infirmis in diebus ieiunii concedere, quod infirmitas postulauerit, & non indistinctē eisdē indulgere: maximē cum multæ sint infirmitates, quibus abstinentia nō solū nō nocet, sed notabiliter auxiliatur, vt de se fatis cōstat, & habetur ad hoc propositum de conse. distin. 5. capit. Legitimus. Idem de ceteris suprā dictis posset & meliù exemplificari. De Mercatoribus, qui sæpe iter agunt ad nūdas & loca varia, si huiusmodi laborē suscipiāt ob necessitatem, quia nō possunt aliter se & familiam sibi cōmissam sustentare, & excusantur à ieiunio, modō seruēt regulā positam, quia si cum suo itinere cōmodē se cōpatitur ieiunium, tenentur ieiunare, alioqui intātū à regula ieiunii recedant, inquantū labor assumptus exegerit. Si tamē laborēt, aut iter agant absq; necessitate, cū alioqui sint diuites, sed lucrum quærunt, aut iter possent differre, quousq; ieiunii dies transeat &c. dicendū, quod illi etiam laborantes, peccant ieiunium soluendo, quia tales nō necessitate, sed voluntate ieiunium soluunt. Si autē ex itinere notabile lucrum sperāt, quod verisimiliter amitterēt: si in ipsa die ieiunii nō iter faciant, aut nō laborent, videret, quod alioqui sint diuites, tum quia tales nō necessitate, sed voluntate ieiunium soluūt, quādo quidem lucro illo, quod præterdunt, nō indigent. Tum etiā, quia tales videntur temporalia spiritualibus præferre. Tum etiā, quia quæ præcepta sunt, præferenda sunt his, quæ sunt voluntaria. Sicut & consilia intelliguntur, saluis præceptis.

Hoc tamē non obstante, si in die ieiunii talis se illis offert opportunitas ad lucrū acquirendum, qualē nō alias pro certo sperāt, excusandi sunt, nec deberent confessores ob id illis absolutionem denegare, si ab huiusmodi laboribus & itineribus abstinere nolint. Id apparet, quia ecclesia ieiunia instituēs, nō intendit homines ad ea obligare in tāto rigore, vt causa ieiunii, vel damna notabilia sentiant, vel lucra alioqui licita & iusta amittāt. Id patet à simili, quia nō minùs tenentur homines ad obseruatiā festorum, quā ieiuniorum, sed occurrēte casu, quo ob festi obseruatiā, vel damnū paterentur, vel lucrū amitterent,

A amitterent, excusantur à festi obseruantia, vt patet, cap. Licet. de feriis. vbi cōceditur hominibus, quod in diebus festiuis, oblata opportunitate hęc capiēdi, qualis nō semper habetur, ea capiāt. Similiter nō obstāt prohibitionē iudicibus facta in die feriato iudicādi, cōceditur eisdē, vt tunc in simili casu iudicēt. Vt si res, de qua iudicatur, talis sit, quæ alioqui esset peritura. Ob id etiā conceditur his, qui in area triticum habēt, vt in diebus feriatibus oblata opportunitate ea faciant, quæ alio tēpore nō feriato facere potuissent, si timeāt alioqui rem perituram: ita igitur in proposito. Et reducitur casus hic ad necessitatē. Tūc igitur dicitur necessitate ieiunii solui quando id necessarium est ad sui & suorum sustentationē, aut ad famē, honoris, status, rerumq; habitaram conseruationē, aut etiā ad bonū aliquod notabile acquirēdū, iustū, & honestū, ad quod nō aliā oportunitas speratur.

Ad hanc causam necessitatis reducitur casus, quo quis nō potest cōmodē debitū, sine fractione ieiunii persoluerē, siue sit debitum reale, siue personale, siue cōiugale. Cuius ratio æquē nota est, quia ecclesia ieiunia instituens, nō ita obligare intendit, cum damno notabili proximi, quale fieret in casu credito-ri, vt patet. Et valet hoc pro filiis, & parentibus, viris & vxoribus, dominis & seruis, ceterisq; officialibus, aut hominibus reip. obligatis. Valet & pro cathedratibus & lectoribus conductis, seu obligatis.

Ad eundē casum reducitur, si maritus præcipiat vxori, vt nō ieiunet, debet quidē parere, si ieiunium est voluntarium, vt marito complaceat. Si autem sit ieiunium ecclesiasticū, parere nō tenetur, nisi ob causam, si fortē in de scādalum mariti timetur, aut odium contra vxorē, aut aliud huiusmodi, erit tunc necessitas ieiunium differendi.

Secunda causa soluēdi ieiunii est pietas, vt si quis aliquid faciat ob publicā utilitatē, vt est, prædicare etiā voluntate, aut peregrinari pro publica pace procuranda, aut inimicis reconciliandis, aut pro alio bono notabili procurando &c. Tunc licitū est ieiunium soluere, præsupposito, quod bona illa nō poterunt per alium æquē cōmodē procurari, quæ opus ad id oppositū tale sit, quod secum ieiunium nō compatiatur. Ad id reducitur peregrinatio etiā voluntariē in cultū, & honorē alicuius sancti assumpta, quæ secū ieiunium non compatiatur, causa quidē est soluēdi ieiunium, modō illa peregrinatio sine ieiunii solutione fieri nō possit, aut si differri nō pos-

sit cōmodē. Huius causæ ratio etiā nota est, quia ecclesia nō intendit, cum ieiunia præcipit, impedire homines ab aliis piis operibus melioribus & vtilioribus, ideo causa pietatis possunt ieiunia solui. Ambæ igitur causæ scilicet necessitas, & pietas, sufficiunt ad humana præcepta frangendū, vt etiā apertē habetur cap. Conquestus. de feriis. vbi istę duæ causæ exprimuntur,

Querret hic aliquis, An aliqua ex præfatis causis existētibus, possit homo sine superioris licētia aut dispensatione ieiunium soluere? Respon. In hoc tenēda est cōmunis regula à doctoribus cōmuniter approbata, scilicet, si causa præfata est homini euidentis aut certa, certūq; sit eam esse vnā de his, quæ à debito ieiunandi excusant, nō opus est alterius licētia aut dispensatione ad recedēdū à ieiunio. Si autē causam sufficientem subsistere certū nō sit, satis est homini sic dubitātū viros peritos adire, atq; fide dignos, & re illis exposita, si declarauerint causam sufficere, poterit sine superiorū dispensatione, illorum se iudicio cōformare. Si autē huiusmodi diligentia facta, res maneat sicut prius dubia, tunc superiorē adire oportet, & ab eodem dispensationem impetrare, & illi poterit in casu hominis tutē se conformare. Citra prælatū autem viri fide digni, quorū iudicio poterit homo, se in casu cōformare, sunt, proprius sacerdos, si doctus sit, aut medicus, si causa morbi sit, aut vir doctus ac literatus in huiusmodi casibus instructus. Nec in his est multū insistēdū.

De aliis autē, qui in diebus ieiunii illud obseruantes se ad luxuriā procliuiores sentiūt, siue ex naturali eorū cōditione, siue ex vitio, An ob hęc causam excusentur à debito ieiunandi. Similiter de aliis, qui vel ex natura, vlt vitiosa cōsuetudine adeo ad comedēdū inclinati sūt, vt notabilē & magnā difficultatē in ieiunando patiātur, ita vt facile ad assuetā tūc redeant, An ob hęc causam sint à ieiunio obligati, ab aliquibus quæsitū est. Pro priorum excusatione facit, quia quod p̄ charitate institutū est, quale est ieiunium, cōtra charitatem nō debet militare, sicut militaret, si ieiunium eorū in casu cederet eis cōtra intentionē ecclesię ieiunia statuētis. Pro aliorū verō excusatione facit, quia ecclesię intentio ieiunia statuētis nō est homines ad ea, quæ cōmunē hominum facultatem excedunt, obligare: si autem omnes homines tam vehemētē difficultatem in ieiunando sentirent, vt in casu positum est, nunq; ecclesia ieiunium de præcepto hominibus iniunxisset, cum id potius in laqueum,

E laqueum, quàm in salutē cederet animarum. Igitur, in casu præfati homines excusantur.

Ad hoc breuiter dicendū, præfatas causas non sufficere illos à ieiunio excusare: sufficere tamen, vt cum illis in ieiuniis dispensetur. Id patet, quia ieiunium de se, nec primos ad malum inducit, sed potius cōhibet, cum per se ad carnē subiiciendā ordinetur, nec per se difficultatē tātam ingerit, quam homo, si velit, euadere nō possit: quādoquidē Deus nō patitur quēq; ultra quā potest tētari. Accidit igitur, ieiunati has inclinationes ad malum, & difficultates ad bonū pati, ob ea autē quæ accidunt, nō opus est ab his, quæ per se sunt, recedere, saltem in casibus dubij. Alioqui nec clerici, nec religiosi, nec alij castitatē vouentes, tenerentur continere, cum accidat eos vehemens carnis inclinationes atq; difficultates in continendo sentire. Cū illis tamē expediret dispensare, & eos paulatim ad ieiunij abstinentiam assuefacere, vt domitis carnis passionibus, facilius possint regulam ecclesiasticam custodire.

De his autem, qui iusti & perfecti sunt, an ob id à ieiunio excusentur, vt nōnulli dixerunt, moti ex eo, quod ait Paulus, Iusto non est imposta lex. Et iterum: Vbi spiritus domini, ibi libertas &c. Verūm hi audiendi non sunt, cum in eo, quod asserunt errent, & textus, quos asserunt, perperam interpretentur, vt aliās ostēdimus. Quanto enim aliquis iustior est & perfectior, tantō magis sollicitus est in obediendo Deo, qui inter alia, hoc districte præcepit, vt maioribus & prælatis obediatur. Error est damnatus, cap. Ad nostrū. de hæreticis. Et alibi.

Quādo necesse est ieiunare.



Quo autem tempore sit de necessitate ieiunandum. Cū nō minorum locum consuetudo teneat, quā ius, hæc autem in diuersis regionibus & locis constat esse diuersam, ideo in hoc regula generalis dari non potest, sed ad patriæ consuetudinē recurratur. Et incolæ loci: patriæ consuetudini se debent in hoc conformare. Aduenæ autē seu forenses aut peregrini transeuntes, & reliqui, qui in locum illum conueniunt, nō animo illic habitādi, sicut loci legibus nō astringunt, ita nec consuetudinibus loci, excepto nisi causa vitæ scādālū, aut alia vrgēte ratione.

Vnde corollariē sequitur, vniuersitatem non teneri stare consuetudini loci, sicut nec legibus eiusdem, nec econtrā, cum diuersæ sint cōmunitates, diuersisq; legibus gubernentur. Quemadmodū nec religiosi tenentur loci consuetudinem obseruare, nec econtrā &c.

His omisis occurrit dubium: An sit licitū in diebus dominicis ieiunare, siue in quadragesima, siue extrā. Et dixerunt aliqui quod non. Ad quod mouentur ex decreto Melchiodis Pape, de cōsecratio. distin. 3. Ieiunium dominicæ diei, vbi prohibetur in diebus dominicis ieiunare. Et cap. Nē quis ieiunet die dominica. & est concilij Cæsaraugustani, vbi idem videtur prohiberi, etiā sub anathemate, scilicet, nē quis in dominica die ieiunet propter timorē. Idem etiam in concilio Gangren. prohibitū est, vbi dicitur: Si quis tanq̄ continentiaē cōuenire iudicans, in die dominica ieiunauerit, anathema. Non igitur licitū in dominica ieiunare, nec in contemptum diei, vt ait Melchiodes, nec propter timorem vt ait Concilium Cæsaraugustanū, nec propter continentiam, vt ait Concilium Gangren. igitur.

Secundō beatus Gregorius in secundo libro dialogorum refert sacerdotem quēdam ad beatū Benedictum, frequēter ieiunātem, fuisse diuinitus missum, & die quadam dominica eidem dixisse, hodie dies resurrectionis dominicæ est, non licet tibi abstinere aut ieiunare. Vnde & Isidorus ait, quod sancti patres in deserto tēpore paschali ieiunabāt, excepta die dominicæ resurrectionis. Beatus etiam Thom. in. 4. ait: id minimē conuenire Christianis, quia, vt ait Augustinus in libro confessio. Turpe est parti, quæ suo toti non cōuenit. Modo autem tota ecclesia in huiusmodi diebus ieiunium deserit: igitur.

Tertiō facit ad idem, quod habetur apud Esdras, Sanctus dies domini est, nolite contristari, sed comedite pingua. Si igitur tunc cū tēpus esset vmbra, in diebus, qui dies domini vocabantur, non erat licitum ieiunare: nō igitur erit hoc licitum in lege veritatis in diebus dominicis.

Respon. His nō obstantibus videtur, quod ieiunare in diebus dominicis de se nō est illicitū, nec secundum se prohibitum, etiam si olim ob causam aliquam id prohibitum fuerit, & modō etiam ob eandem causam redederetur huiusmodi ieiunium illicitum. Vnde notādū, quod olim fuerunt hæretici quidam, nō credētes dominicā resurrectionem. Hi autē videntes, quod catholici venerantur

Atur diem dominicam, ob dominicam resurrectionem, ipsi econtrā ex odio resurrectionis & in contemptū dominicæ diei, die dominica ieiunabāt. Cui errori volēs ecclesia occurrere, statuit, nē catholici in huiusmodi diebus ieiunarent, vt esset differentia inter catholicorum & hæreticorū ieiunia. Et hæc causa aperte datur in præfato decreto Melchiodis Pape. Idem etiā insinuat Concilium Cæsaraugustanū, vbi supra. Et cum addit, ob causam timoris, insinuat, quod satius erat illa die nō ieiunādo pati, q̄ ob timorē hæreticorū eidē cōtra ecclesiasticam regulā consentire. Itaq; vigente illa hæresi, habuit vim ecclesiæ decretum. Hodie etiā ob eandē causam ieiunare esset illicitū, quia superstitiosum & hæreticū. Attamen si ex deuotione quis velit in dominica ieiunare, sentiens in se carnē adhuc contra spiritū rebellare, nō est illicitū, sed bonū modō absit scandalū. Hoc patet ex decreto Hierony. Et habetur distin. 76. cap. Vtinam. vbi dicitur: Vtinam omni tempore ieiunare possemus, sicut apostolos ieiunasse, etiam in diebus dominicis in actibus apostolorum legitur. Hæc ille. Igitur certa est conclusio.

Et per hæc facile est ad obiecta respondere. Quod enim ex Melchiodis citatū est, procedit, quādo quis in cōtemptū diei dominicæ ieiunat ad modū hæreticorū, quos diximus, illis peccatū esse, tunc ieiunare. Eodem modo dicatur ad Concilium Gangren. quod etiam ob hanc causam tantū videtur damnare ieiunium huiusmodi, si scilicet, fiat in cōtemptum diei dominicæ, etiam si prætextu continentiaē quis illa die ieiunet, modō in cōtemptū faciat, peccat. Nec valet replica Martini, qua arguit, quod tunc non solū in dominica ieiunare peccatū esset, sed in quacūq; die quis ieiunet in contemptum diei peccabit. Non, inquam, valet, quia esto id verū sit: Ecclesia tamē specialiter de dominica die loquitur, quia tunc hæretici non ita alios dies cōtemnebant, sicut diem dominicam ob causam dictam. Adde, quod si decretū Melchiodis faueret Martino in hoc, q̄ non sit licitum in dominica ieiunare, eodē modo inde concluderetur, quod non sit vllō modo licitum feria quinta ieiunare, cum Melchiodes eque de feria quinta, & de dominica loquatur.

Ad secūdū dicendū, quod illud nō dictū fuit ad beatū Benedictū per modum præcepti sed consolationis, qua voluit dominus vt sanctus ille recreationē aliquā acciperet, ieiunium interrumpendo, saltē dominicis diebus. Nec Tho. ait ad id esse necessarium, sed

conueniens, propter reuerentiā diei. Nec Augustini dictū contrariū probat. Turpe enim est parti, quæ suo toti nō cōuenit, quādo ex pertinacia, vel inobediētia, vel superbia à suo toto vult discrepare. Secūs si causa subsit.

Ad tertiū dicendū, illud dictū Esdræ nō præcepti sed indulgentiæ esse videtur, sicut aliud, quod ad beatū Benedictū dixim⁹ esse dictū.

De his, per quæ ecclesiasticum ieiunium soluitur.



Deinde queri potest, quib⁹ modis, & per quæ soluitur ieiunia ecclesiastica. Ad quod breuiter dicendū, quod multis, scilicet, voluntate, & opere. Et rur⁹ opere tripliciter, vel quo ad meritū, vel quo ad intentionem præcipientis, vel quo ad substantiā præcepti. Et iterum tripliciter, vel comedendo pluries in die, vel cibis vetitis vtēdo, vel horā notabiliter præueniendo. Voluntariē dicitur quis ieiunium soluere, qui & si cetera in re ipsa seruet, quæ de ratione ieiunij sunt, comederet tamen pluries si haberet, aut carnibus vtetur, si posset. Et potest id fieri sciēter vt igno-
rante. Opere quo ad meritū frangit quis ieiunium, quādo & si omnia seruet, quæ iustasunt in ieiunio seruari, ieiunat tamen, vt videat ab hominibus, aut in ipsa vnica refectioe regulā tēperantiæ excedit. Quo ad intentionē verō præcipientis dicitur q̄s ieiunium frangere, quādo & si cetera, quæ de ratione ieiunij sūt, seruet: comedit tamē pisces exquisitos, q̄ magis ad carnis incēdiū cōducūt, aut in collatiōe electuaria calida q̄rit ad idē cōducētia. Quo ad substantiā verō præcepti is dicit ieiunium frangere, qui aliqd ex tribus supra dictis, quæ de ratione ecclesiastici ieiunij sunt, nō seruat. Exempla sunt clara. Tunc autē dicitur, quis præcepto de ieiunando cōtrauenire, seu cōtra ieiunium peccare, quādo aliquod illorū trium quæ sunt de ratione ieiunij nō seruat: ecōtrā verō si illa tria seruētur, dicitur ieiunium ecclesiasticū obseruari. Vnde sicut intentio dei aliqua præcipientis non cadit sub præcepto, vt aliās tetigimus, ita in præfati intentio finalis ecclesiæ sub obligatione nō cadit. Ac proinde si quis cōtra ecclesiæ intentionem aliqua in die ieiunij sumat aliqd licita, nō peccat, cōtra præceptū ecclesiæ, quia possit alia via peccare cōtra legē diuinā aut naturalē, qua omnes turpes circumstantiæ in opere prohibentur, Corollariē

E Corollariè sequitur, si quis in die ieiunii, & tamen præter intentum, hoc est, nõ intendens ieiunare, illa tria opera seruet, talis quidem ieiunat, opere, nõ voluntate, & si scilicet id faciat, peccat voluntate, non opere.

Sequitur etiã, si quis in die ieiunii illa tria ex intento seruet, & tamen in vnica refectio ne quam sumit, regulam temperatiæ per gulam excedit, satifacit præcepto de ieiunando, quando quidem sub illo præcepto nõ cadit quantitas refectiois, sed non vltra semel comedere, quamquam talis ieiunãdo per gulam peccet.

Sequitur ampliùs, quòd sumere aquã aut vinum ante aut post refectiõem, similiter electuaria ante aut post per viam medicinã, nõ est ieiunium solvere quo ad substatiã præcepti, siue in magna, siue in parua quãtitate sumantur. Ratio nota est, quia sub præcepto ecclesiæ de ieiunãdo nõ cadunt, nisi illa tria, quæ dicta sunt. Igitur illa seruando, per reliqua præceptum de ieiunando non soluunt.

F Sequitur etiam, quòd sumere parũ panis per modum medicinæ, nõ scilicet, potus sumendus, aut sumptus noceat, idq; ante vñ post prandium, ieiunium non soluit. Ratio, quia quod per viam medicinæ sumitur, non pertinet ad refectiõem, nec refectiõem multiplicat. Similiter si vigeat alicubi consuetudo sumendi panem solum in collatione, aut panẽ cum fructibus, seu oleribus, aut etiã alia quecunq; electuaria, siue in eis maneat cibus admixtus in propria manens specie, siue non, per huiusmodi nõ soluitur ieiunium, quo ad præceptum vel obligationem. Ratio clara est ex dictis, quia licitum est in his, sui loci consuetudini se conformare. Sed nec putandum est, ecclesiæ intentionem tam rigorosam esse, vt post vnica refectiõem, cuiuscunq; comestibilis sumptionem intẽdat prohibere, hoc enim multis hominibus esset in se valde onerosum. Vnde putãdum est ecclesiã in hoc ad hominum fragilitatem condescendere.

Corollariè sequitur, quòd per vsum butyri, aut lacticiiii, seu ouorũ, vbi vigeat consuetudo ea in quadragesima comedendi, nõ soluitur quadragesimale ieiunium, quo ad obligationem, ex quo ecclesia huiusmodi consuetudinem non reprobat, sed admittit. Secũs vbi nõ esset talis consuetudo, nam tunc frangeretur ieiunium.

Et si cõtra hoc arguatur, Ieiunia quatuor temporũ & alia, quæ intra annum seruantur, nõ soluuntur per vsum lacticiiorũ, & ouorum: igitur, nec ieiunium quadragesimale, cũm huiusmodi ieiunia videantur esse eiufdem rationis.

G Respon. negãdo sequelam simul & fundamẽtum: nam alterius rationis est ieiunium quadragesimale, & alia ecclesiastica ieiunia, ex quo alia est horũ & illius institutio, & regula ecclesiastica, vt constiat. Ac proinde sicut hoc nomen, castitas, genus est, aliquas sub se species cõtinens, ita hoc nomen, ieiunium ecclesiasticum, genus est non species. In his tamen illud aduertendum, quòd non solum contra præceptum de ieiunio peccat, qui illa tria supra posita in die ieiunii nõ seruat, sed qui alia, quæ vel ex lege, vel ex consuetudine concessa sunt, in fraudẽ legis sumpserit. In fraudem autem ieiunii dicitur quis electuaria, aut medicinas, aut etiã vinum, aut fructus aliquos extra refectiõem sumere, qui illa per modum refectiõis, seu comestionis sumit, vt inde corpus nutritionemumat, & v̄tris fames expellatur, tunc enim nomine refectiõis venit huiusmodi sumptio intelligenda. Qui enim in fraudem legis aliquid facit, nõ minus, quã si contra legem faceret, peccat. Est enim differentia inter facere cõtra legem, & facere in fraudẽ legis. Nam facere cõtra legem, est facere, quod lex prohibet. Facere autem in fraudem legis, cum quis saluis verbis legis, eius sententiã circumuenit. ff. de legi. l. cõtra legem. et lege sequenti. Fraus enim legi fit, cũ sit id, quod fieri noluit, fieri autem nõ vetuit. Exemplũ huius est clarum. Si monachus habitum suę religionis non dimittat, sed superius habitu clericali tegit, & ita incidit, nõ minus apostata est, quã si habitũ ex toto dimitteret, vt doctores cõcludunt, iuxta regulã iuris supra citatã, Non dubiũ est in legem impingere, &c. Aut si tutor, cui prohibitum est rem pupilli emere, aliam personam summittit, vt emat, agit in fraudẽ legis. Ac proinde, qui vltra vnica refectiõem alia comestibilia alioqui licita sumit per viam comestionis, aut refectiõis, vt dictum est, in fraudem legis de ieiunando id sumere videtur. Sed de his hætenus. Corollariè sequitur ex dictis responso ad aliam quæstionem, qua quæri solet, An patres familias, & hospites, & rerum comestibilium v̄ditores peccent mortaliter cibos vetitos in die ieiunii indifferẽter sanis, & robustis ministrãdo, aut post vnica refectiõem cibos, per quos ieiunium soluitur, illis indistinctè exhibendo. Et quæstio est facilis. Nam cibos exhibere indigentibus, aut infirmis, & his qui ieiunare nõ tenẽtur, cũm conslet eos causã sufficientem ad nõ ieiunandum

De qualitate ieiunii, eiusq; vtilitate.



Quari deinde folet de ecclesiastico ieiunio, An sit virtus, quid etiã habeat vtilitatis. Et arguitur primò qd nõ sit virtus, ex Arist. Qui, cũ multa sint bona ab ho-

mine expetibilia, quorũ nõnulla, inquit, propter se, nõnulla verò propter alia sunt expetenda: Virtutes ait esse de numero eorũ, quæ per se, & secundum se expetibilia sunt. Ieiunium autem ecclesiasticum non tale est, cũ nec secundum se bonũ sit, aut ratione sui, nec propter se, sed propter aliud ratione expetendum, puta propter mentis puritatẽ, & corporis spiritui subiectionem. Secundo, quia virtus ex eodem Aristot. tenet mediũ inter duo extrema vitiosa, puta inter excessum, & defectum. Ieiunium autẽ nõ est huiusmodi, quia stat, quòd homo à ieiunio recedat absq; hoc quòd vitium aliquod incidat, id quòd rectũ est excedendo, aut ab eo deficiendo. Quod manifestum est de ieiunio, voluntariè assumpto, quòd eiufdẽ rationis esse suppono, cum eo, quòd ab ecclesia institutũ est. Si autẽ ieiunium esset virtus, recedere ab eo esset vitium.

Tertiò, virtus solum conuenit bonis, ieiunare autẽ cõmune est bonis & malis. Vtrũq; patet, quia virtus si vera est, vitium secũ non admittit. Nam si vera est virtus quæ inest, sola esse non potest, sed aliis virtutibus debet esse coniuncta. Quòd autem ieiunare cõmune sit bonis, & malis, apertum est.

Quartò, virtutibus nemo malè vititur, vt idem Aristot. tradit. Et August. de virtute loquens, ait eam esse, qua rectè viuunt, qua nemo malè vititur &c. Ieiunio autem contingit, & sæpe hominem malè vti, vt hypocrita, qui ieiunat, gloriam quærens humanam: & avarus, qui vt thesaurizet, à cibis abstinet.

In oppositum tamen est communis doctorum sententia, tum quia Paulus ieiunium, & abstinentiam inter alias virtutes connumerat. 2. ad Cor. 6. Vbi hortatur fideles, vt in ieiuniis multis viuant, in castitate, in scientia, in longanimitate &c. Tum etiam, quia ieiunium legitur sæpe in scriptura sancta commendatum, & Deo acceptum, vt ex dictis factis apparet. Deinde illa opera humana studiosa sunt, & laudabilia, quæ per rationẽ ad aliquod bonum honestum ordinantur: hoc autem

Anandum habere, peccatũ non est, modò scandalum euitetur.

i. Timo. 5. Si autem cibi per quos ieiunium soluitur, exhibentur sanis & his quos certum est ad ieiunandum teneri, peccatum est, & maximè patrifami. iuxta illud Pauli: Qui suorum curam nõ habet, & maximè domesticorum, fidem negauit, & est infideli deterior. Aliis etiam prenominatis peccatũ est, tum qd coope rari ad peccatum fratris, peccatum est, iuxta illud Pauli ad Rom. 1. Vbi ait: non solum, qui mala faciunt, sed qui faciẽtibz consentiunt, digni sunt morte. Tum etiam, quia perinde est, ac si quis arma ministrat furioso, qui se, aut proximũ vult interficere. Tum etiã, non minus peccatũ est causã præbere peccandi, quã peccantẽ post peccatum nõ corrigere.

Ad Ro. 1. Hoc autem peccatum est, & contra præceptum charitatis, & Euangelicũ. Tum etiam, peccatum est proximum scandalizare, quòd est occasiõẽ ruinaẽ illi præbere. Tales sunt, qui cibos ad comedẽdum præbent personis, quas constat ad ieiunandũ teneri. Et ex con sequenti, qui indifferẽter sanis & infirmis, nulla inter eos discretionẽ factã, cibos, per quos ieiunia soluant, ministrant, non dubiũ, quin mortaliter peccent. Si autem incertum aut dubium sit, eos qui cibos postulant, causã excusantẽ habere, eò quòd causa nulla talis apparet sufficienter, sed si qua apparet, dubium est, an sufficiat necne, tunc non damnarem præfatas personas, si ad petitionem eorum qui comedere volunt, cibi eisdem exhibeant, maximè cũ de proximis nõ est præsumendũ, quòd deterius est, quãdo talis præsumptionis causa nõ habetur. Nec præsumẽdum faciliẽ est, hominẽ suæ salutis esse immemorem. Adde, quòd si rerum illarũ venditores publici rem venalẽ petentibus, aut emere volentibus denegãrint, ob solã præsumptionem venditorũ, qui perperã de emptoribus iudicant, esset dare occasiõẽ scandalo, & in casu videretur esse temerè de proximo iudicare. Ac proinde stante præfato dubio non peccant publici venditores, cibos illis personis vendendo. Nec tenentur exactè discutere, si causã habent sufficientem, qua à ieiunio excusentur, necne. Quam quidem discussionem facere specialiter conuenit patrifami liãs respectu suorum domesticorum.

B Similis dubitatio moueri solet, de his, qui vendũt venenũ, fucos, taxillos, & alia instrumenta luforia, quibus homines solent ad malum vti: An, scilicet, peccent, ea indifferẽter vendendo. Sed ex dictis facile est respõdere.

T autem



E autem conuenit ieiunio. Nam per ieiunium castitas conseruatur, caro spiritui subiicitur, mens ad diuinam contemplationē disponitur, & eleuatur, corpus affligitur, vnde & Deo pro peccatis fit satisfactio. Igitur ieiunium, quod tot, & tantas affert vtilitates, bonū est, & Deo acceptum, & ita virtus, seu actus virtutis dicendum est. Est autē actus virtutis abstinentiæ, iuxta illud Isidori, ieiuniū est parsimonia victus, abstinentiæq; ciborum.

Pro solutione autē rationū, quæ ante oppositum factæ sunt, notādū virtutē multipliciter accipi. Aliquādo pro habitu, cuius actus secundū se, & per se bonus est, vt iustitia, liberalitas. Aliquādo pro habitu, cuius actus non ratione sui bonus & expetibilis est, sed quatenus ad aliud bonum honestum cōfert. Sic paupertas Euangelica virtus est, non ratione sui, sed quia disponit ad perfectionem Euangelicam, & ad perfectē Christum imitandum. Sic etiam de cōmissis dolere non est secundum se bonum, aut expetibile, sed quatenus valet ad reordinandum voluntatem, & à peccatis postmodū abstinendum.

Iam prima ratio probat, ieiunium nō esse virtutem primo modo, quandoquidem eius actus non ratione sui, aut propter se est expetibilis, sed ob aliud, idē est virtus secūdo modo, sicut & paupertas.

Pro secūdo noto etiā virtutē quandā esse, cuius actus nō modò rationi recte consonus est, sed debitus iuxta ipsam rectā rationē fieri, vt est iustitia, castitas, ac temperantia in tota sua latitudine, & ab huiusmodi virtutibus earumque actibus recedere vitium, & peccatum est. De huiusmodi virtutibus procedit, quod dicitur, scilicet, virtutē tenere medium inter duo extremavitiōsa. Sunt alię virtutes, quarū actus & si rationi recte consoni sint, non tamē debiti inesse, aut fieri, quos quidē homini liberum est facere, & nō facere absq; peccato, & ab huiusmodi virtutibus recedere, non est vitium culpabile. Patet de liberalitate, cuius actus gratis & liberè non ex debito fit. Patet de castitate virginali, ad quā homo minimè tenetur, sed potest sine peccato homo ab ea recedere, & vxorem ducere. Patet etiam de paupertate voluntariè assumpta, à qua potest homo, si vult, sine peccato recedere. Tales virtutes tenent quidē mediū rationis, quæ dicitur de eo, quod melius est, non de eo, quod fieri debetū est. Tale est ieiuniū, siue ab ecclesia iniunctum, siue voluntariè assumptum, à quo si homo recedat, non ob id incidit in extremū de se vitiosum, licet si ex præ-

cepto fit, incidit in peccatum propter inobedientiam, vt constat.

Pro tertio iterum de ieiunio distinguatur: quia vel accipitur pro illa exteriorē abstinentia, & sic de se non est virtus, sed potest bonis & vitiosis conuenire. Vel accipitur pro interiorē actu, quo homo vult, vt debet, à cibis abstinere: quia, scilicet, ratio id dicit, cæteras bonas circumsctātas intendēdo, & talis actus bonus est, nec potest vitiosis hominibus conuenire, cum tacitè includat voluntatem efficacem, in nullo recte rationi cōtraueniēdi, sed iuxta eam operandi & viuendi: & cui actui repugnat omnis actus vitiosus, secundū cōmunem sententiam. Sed quia in ratione hac tangitur alia quæstio de virtutum connexionē, quæ præsentī materię videtur peregrina, idē de ea nihil ad præsens.

Ad quartum, si de ieiunio exteriorē loquamur, fateor posse hominē ieiunio malè vtī: & ita huiusmodi ieiuniū de se virtus nō est, sed aliquid ad bonū, & malū indifferens. Si autē loquamur de interiorē ieiunio, quod prædicimus, tali ieiunio nō cōtingit malè vtī sicut nec cæteris virtutibus, saltē inclinatiuè, quali ter est accipiendū id quod fuit allegatū, scilicet, virtutibus nemo malè vtitur. Si enim bono summo, qd' Deus est cōtingit hominē malè vtī obiectiuè, nō mirū, si virtutibus, q̄ citra summū sunt, homines interdū malè vtantur.

Ex dictis patet ieiunij ecclesiastici vtilitas, cui si nil aliud cōueniret, q̄ virtus sit, magnā secū afferret vtilitatē, cum tñ quāplures effectus spirituales operetur, maximè si aliis partibus satisfactionis coniunctum sit. Ait enim Leo, sermone. 4. de ieiunio: Curandis igitur lēSIONIBUS, in quas sepe incidunt, qui cum inuisibili hoste conligunt, trium maximè remedium est adhibenda medicina. In orationis instantia, in castigatione ieiunij, in elemosinæ largitate: quæ cum pariter exercentur, Deus propitiatur, cui pa deletur, tentator eliditur. Et post: In omni tēpore, in omniūq; vita huius sæculi, ieiunia nos contra vitia faciunt fortiores. Ieiunia cōcupiscētias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ volūtatis affectus ad maturitatē totius virtutis enutriunt. Et sermone. 8. ad abstinentiam exhortans, ait: Vt à corporeis cupiditatibus sepius liberati in aula mentis possit diuinæ vacare sapientiæ, vbi omni strepitu silente curarum, in meditationibus sanctis, & in delitiis lætetur æternis &c. Cuius obseruantie vtilitas, in ecclesiasticis est præcipuè constituta ieiuniis.

A ieiuniis. Hæc ille. Gregorius etiam in præfatione Quadragesimæ ait: Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia.

Sed quæadmodū ieiunium aliis satisfactio nis partibus coniunctum, præfatas & multas alias vtilitates affert, ita si cæteris sit destitutū virtutibus, vtilitatē, quam habere debuisset, omittet, vt patet ex eo, quod aliās ex Esaię vltimo citatum est. Isidorus etiam in de Summo bono ait: ieiunia cū bonis operibus Deo sunt acceptabilia. Qui autem à cibis abstinent, & prauè agunt, dæmones imitantur, quibus nequitia semper adest. Chrysostrōmus etiam ait: Qui peccat & ieiunat, non ad gloriam Dei ieiunat, nec se humiliat, sed substantiæ parit. Ait etiam Augustinus: Ieiunium verbositatē nō amat, diuitias & superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem commendat. Verūm cum animus non fuerit, nisi ea in quibus inter Doctores nonnulla reperitur controuersia, tractare, in his super sedendum est.

De ieiunio notabiliter

vitam abbreviante.

Illud postremū inquirendū venit, quod nonnullis solet difficultatem facere: An, scilicet, bonū sit, aut saltē licitū ieiuniū, inedia, aliq; abstinentia, per quā vita ieiunantis notabiliter abbreviatur. Et dico notabiliter seu sensibiliter. Nā si per ieiunia vita insensibiliter abbreviatur, non dubitatur ea bona & licita esse, non obstante illa insensibili vitæ abbreviatione. Id patet, quia licitum est, & sæpe meritoriū peregrinari, agros assiduè colere, & alia exercitia corporalia facere, sine quibus est verisimile hominem diutius victurū, idq; licitum est, propter lucrum aliquod temporale acquirēdum: igitur à fortiori licitum erit frequenter ieiunare, propter spirituale bonum, nō obstante, quod ieiunans alioqui diutius esset victurus. Idem etiam patet, quia licitum & honestum est literis assiduè incumbere, frequenter prædicare, atq; docere, & tamen cōstat per huiusmodi literalia exercitia vitam multis hominibus saltē insensibiliter abbreviari. Secundò idem patet exemplo sanctorum Patrum, qui radicibus & herbis, seu oleribus in eremo vtēbantur, & asperrimam vitam agentes fre-

quenter ieiunabant, vnde necesse erat viros extenuari, & radicale humidum paulatim corrumpi, & per consequens vitam eorum abbreviari, quos secundum naturam certum est diutius victuros, si abstinentiæ asperitatem temperassent. Tertio idem patet, quia quauis ieiunia aliqualem corporis ægritudinem inferant, non idē oportet à ieiuniis cessare, modò tanta non sit, quæ mentis fortitudinem impediatur, vt patet ex Bernardo in Canti. dicente, Carnis infirmitas, robur spirituale auget, & vires subministrat. Fortitudo verò carnis, debilitatem spiritus operatur. Si mile quid ait Greg. lib. 8. suorum moralium, iuxta illud Pauli: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Et iterum Bernardus super Cantica, Sermone. 66. ait, Optanda infirmitas, quæ Christi virtute compenatur. Nam virtus in infirmitate perficitur. Itaque ob insensibilem vitæ breuitatem ex ieiunio prouenientem, non opus est ieiunium tanquam illicitum deserere.

Est tamen dubium: An quādo vita per ieiunia notabiliter aut sensibiliter abbreviatur, sit licitum in ieiuniis perseuerare. Et pro parte affirmatiua arguitur primò, quia si esset ieiunium deferendum ob breuitatem vitæ, quam inducit, idē esset, quia tenemur, vel naturali iure, vel ratione charitatis, vitæ longitudinem nobis procurare: quod non videtur, quia tunc sequitur, quod tenemur medicinæ incumbere, aut semper medicos peritos cōsulere, & medicamentis salutaribus vtī, cibisq; delicatis, per quos vita possit prolongari, idq; non solum in necessitate, sed extrā. Nam qui tenetur ad finem, ex consequenti tenetur ad media ad eundem finem ordinata. Sequitur etiā, quod tenemur pauperibus cibos delicatos præbere, & medicamina, nē vita eorū notabiliter abbreviatur. Et sequela patet, quia ex lege charitatis tenemur proximos, sicut & nos diligere, hoc autem esset totam ferme multitudinem damnare.

Secundò licitū est bella, ob iustā causam indicere, & eadem cōmittere, & contrarium dicere, est error damnatus contra Vnicū, & alios: sed per bella constat, non solum vitā abbreviari, sed sæpissimè totaliter extingui, morbosq; seu vulnera incurabilia inde euenire: Igitur, etiam erit licitum ieiunare, non obstante vitæ abbreviatione.

Tertio, licitum est mercatoribus nauigare, similiter & curforibus suū officiū exercere, non obstante vitæ periculo, atq; breuitate, cū quibus hæc fiunt, idq; propter lucrum tem-

T 2 porale

Eporale querendū: Ergo à fortiori propter spiri-
rituale bonū, quod ieiuniū affert, licebit illa
damna corporis subire. Quartò, quia oppo-
sito dato, sequeretur peccare Cartusien. per-
petuam à carnibus abstinentiā obseruantes:
cū sapissimē huiusmodi abstinentia cedat
eis in damnū sanitatis & vitæ. Peccaret etiā
sacerdotes, aut prelati, qui graues pœnitē-
cias confitētibz iniungūt, vt sunt ieiunia perpe-
tua, carcer perpetuus, & interdū fœtulentus, aut
perpetua intra monasteriū clausura, quādo-
quidē hæc solēt vitā notabiliter abbreviare.
Quintò, pro bono corporis aut animæ pro-
ximi potest frater in se aliqua dura & aspera
onera suscipere, vt pro fratre satisfaciat. Po-
test etiā quis cum merito membrū, imò &
vitam pro fratris salute exponere. Sic Chri-
stus vitā pro nobis posuit. Sic martyres fan-
cti sæpe pro fratribz passi sunt. Sic beatus
Sanctulus pro diacono morituro, nē peri-
ret, se mortis exposuit periculo. Sic Impera-
tor quidam vnus oculi iacturā passus est, nē
filius vtroq; oculo, vt per iudicē fuerat decre-
tum, priuaretur. Quæ omnia in sententia, &
multa alia affert Gerson i. 2. parte sui operis,
ad probandum, q̄ sit abstinentia deferenda,
etiam si notabiliter inde vita hominis absti-
nentis abbreviatur.

FVerū quicquid de huiusmodi rationi-
bus sit, aliter videtur respondendum, scilicet,
Quòd si quis ob ieiunia, aut abstinentiā con-
tinuatā, aliquā notabilē ægritudinē incidit,
aut vitam notabiliter abbreviat, si non aliter
his incōmodis mederi potest, quā ieiunia,
& abstinentiam huiusmodi deferendo, indi-
scerta sunt talia ieiunia, & deferēda, maximē
si ægritudo inducta talis sit, quæ sensus inte-
gritatem, aut mentis puritatē impediāt. Hæc
cōclusio videtur certa. Quia certū est ex sen-
tentia omnium, quædā ieiunia indiscreta esse,
nec videtur quæ alia magis inepta, q̄ quæ di-
cta sunt. Vnde Casianus ait, Nimia lasitu-
do ieiunij, frangit orationis vigorē. Et cauē-
dum est nobis, nē cū domare credimus carnē
eam eneruemus, adeò vt impotens sit ad ac-
tiones bonas & honestas. Hieron. etiā de
huiusmodi ieiuniis, quæ corpori notabiliter
nocent, ait: Non refert, vtrum magno vel par-
uo tēpore te interimas. Et de rapina holocau-
stum offert, qui vel ciborū nimia egestate, vel
manducādi, vel somni penuria immoderatē
corpus affligit. Et iterū, Rationalis homo di-
gnitatē amittit, qui ieiuniū charitati, vel vigi-
lias sensus integritati præfert. Et habetur de
consecra. distinct. 5.

Preterea, arguitur ad idem rationē. Religiosi
propter solatiū superuenientiū fratrum iuben-
tur abstinentiā remittere: ergo multo magis
remittēda est propter ægritudinem, aut vitæ
sensibile breuitatē ex huiusmodi abstinentia
prouenientē, quādo aliter, q̄ per abstinentiæ re-
missionē hæc damna vitari non possunt. Et
consequētia patet, quia salus propria, solatio
fratrum est præferēda. Deinde, si ex ieiunio,
aut abstinentia verisimiliter timetur hominē
moriturum, tenetur homo huiusmodi absti-
nentiā deferere, nā alioqui esset homicida sui
ipsius. Et perinde est, ac si seipsum occideret,
iuxta decretū Symmachi dicentis: Nil refert
mortē inferas, vel admittas. Mortē enim lan-
guentibus videtur infligere, qui hanc cū po-
test, nō excludit. Si igit verisimiliter timetur
ægritudo, cū possit esse talis, quæ semel indu-
cta curari non possit, sed paulatim mortē est
allatura, oportebit pro ea vitāda, abstinentiā
deferere. Nec ad id est expectādus extremæ
necessitatis articulus, sed præueniendū est.

Si dicas hæc, quæ adducta sunt, procedere
de ieiuniis voluntariē susceptis, quæ quidē in
casu deferēda sunt, non autē de his quæ sunt
de præcepto ecclesiæ, quia tūc obediendū est,
iuxta præceptū Euangelicū. Contrā videtur,
quòd in casu nulla sit obediētia, ieiunia eccle-
siæ ob causam prædictā deferere, q̄ quidē
ecclesia neminē intendit ad ieiunia obligare
cū notabili dāno vitæ corporalis, aut spūalis.

Vnde amplius confirmat proposita cōclu-
sio. Quia ecclesia à debito ieiunādi excipit in-
firmos: vt, scilicet, ab infirmitate curent, & vi-
uant: Igitur à fortiori, vel saltē à paritate ratio-
nis sunt excipiendi, q̄ ob ieiuniū ægritudinē,
aut sensibile vitæ abbreviationē incidere.
Non em̄ minū necessariū est, corpus ab ægri-
tudine, & morte præseruare, q̄ post inductā
ægritudinē ab ea curari. Itaq; tenēdū est, præ-
fata ieiunia indiscreta esse, atq; deferenda in
casu, siue voluntaria sint, siue ab ecclesia præ-
cepta. Si tamen aliter præfatis dānis corpora-
libz obuiri potest, non opus est à ieiuniis
ex præcepto necessariis desistere. Habēda tñ
est semp̄ ratio scādali, ad quod vitandū, mul-
ta opus est dāna tolerare, maximē si sit scāda-
lum pusillorū, quale est, qd' ex ignorātia, aut
fragilitate solet simplicibus euenire. Secus si
sit scandalū Pharisæorū, de quo parū esse cu-
randū Dñs docuit, qñ dixit: Sinite eos, q̄ cæ-
ci sunt, & duces cæcorū. Ad rationes p̄ priori
snā adductas, dicendū ad primū, q̄ falsū est,
nos ideò in casu teneri ieiuniū deferere, q̄ te-
nemur vitæ lōgitudinē pcurare. Aliud em̄ est
vitam

A vitam prolongare, ad quod per se non tene-
mur: aliud verò vitam aut sanitatem notabi-
liter nobis aut proximis non adimere, & ad
id tenemur. Et consequenter concedendum
est, nos teneri medicos consulere, & salutaribus
vti medicinis, prout necessitas postula-
uerit, idq; non in omni tempore, sed vel post
inductam ægritudinem, vt curemur: vel cū
verisimile est eam euenturam, nisi præferue-
mur. Quod de pauperibus illatum est, simi-
liter est concedendum, quando necessitas si-
militer id egerit, præsupposito quòd nobis
superfint, quæ illis elargiamur, q̄q; non sint
qui de pauperibus curent, quodq; nostra o-
pera illis ad vitam & sanitatem proderit. His
enim concurrētibus culpandi esse, si de
pauperibus, vt dictū est, curā non habemus.

Ad secundum, quod de bello dicitur, non
est simile. Bella enim iusta esse constat, si au-
thoritas, causa, & debitum moderamen cō-
currant, in quibus bellantes, & si vitam peri-
culo exponant, damnandi nō sunt, quando
quidem iustitia, charitas, & publica utilitas
id exposcunt. Pro bono enim publico, priua-
ta vita postponenda est. Aduersarios expu-
gnare, vt iusti postmodum in pace viuant, iu-
stum est. Vnde Ambrosius, libr. 1. de officiis:
Fortitudo quæ bello tuetur à barbaris patriā
vel domi defendit infirmos, vel à latronibus
socios, plena iustitia est. Augustinus etiā ad
propositum contra Manicheos loquens ait,
Quid culpatur in bello, an quia moriuntur
quandoq; morituri, vt dominantur in pace
victuri? Hoc reprehendisse, timidorum est,
non religiosorum & c. Itaq; in bello iusto vi-
tam periculo exponere, iustum est, & laude
dignum. Vitam autem periculo exponere,
aut notabilem ægritudinem incidere per ine-
diam, vigiliis, ieiunia, aliaq; huiusmodi cor-
poralia exercitia, non ita laudandum, sed vi-
tuperandum, cū dicat Paulus: Corporalis
exercitatio, ad modicum vrilis est. Maximē
cū per huiusmodi immoderata ieiunia fi-
nis ipsius ieiunii potissimum sapissimē impe-
diatur, hoc est mentis puritas.

Ad tertium dicendum in parte esse simi-
le, quod de nauigantibus & mercatoribus al-
legatur. Nam si est verisimile, quòd ex nauig-
atione, aut alio corporali labore mors, aut
notabilis ægritudo subsequatur, cui non ali-
ter obuiri potest, nisi à nauigatione & labo-
re huiusmodi desistendo, cessandum est: alio-
qui talis nauigatio temeraria foret, & cōtra
charitatem ad se habendam, sicut & de ieiunio
in simili casu diximus. Non tamen inde

omnis nauigatio & cursus est damnandus, C
cū talia pericula nō semper verisimilia sint.

Ad quartum de Cartusien. dicendū, ab-
stinentiam perpetuam à carnibus de se gra-
ues infirmitates non inducere, nec vitam no-
tabiliter abbreviare, cū constet quā plū-
res sanctos patres & monachos diu absq; esu
carniū vixisse. Si tamen accideret, quòd Car-
thusien. nil aliud quā carnē ad manducan-
dum haberet, aut talem incidere ægritudi-
nem, à qua sine carnis vsu ex peritorū medi-
corum iudicio liberari non possent, nō dubiū
quin possent, imò deberet carnes comedere,
ad cuius oppositum, nec per statutū, nec per
totum potuit obligari. Pro quo regula com-
munis deseruit, scilicet, id quod impediret
voti seu statuti obligationē, si tempore emif-
sionis adesset, hoc ipsum post emissum votū
superueniens, tollit obligationem eiusdem.
Vnde fit, si statutum vel totum de abstinen-
do à carnibus tale sit, vt casum præfatum ex-
tremæ necessitatis includat, incautum est, &
illicitum. Et quanuis tale votum aut statutū
absq; aliqua expressa exceptione, semper ta-
men habet locum extremæ necessitatis exce-
ptio. De his enim procedit vulgare dictum,
In malè promissis, rescinde fidē: in turpi vo-
to, muta decretum.

Ad id autem, quod de iniunctis pœnitentiis
dicebatur, dicendū: Refert qualiter illa onera
peccatori iniungantur, quia vel à confesso-
re in foro pœnitentiæ, vel à prelato in foro iu-
diciali. Si primum, fateor posse tales & tās
esse huiusmodi pœnitentias, quæ sint indif-
cretæ & exorbitantes, vt si in scandalū alio-
rum cedant, aut vitæ periculū, seu salutis, aut
famę dispendium, & tales nō sunt obligato-
riæ, sed prætermittendæ. Si verò sint pœnitē-
tiæ iudiciales, secus est, quia talia fortē deli-
cta homo cōmisit, ob quæ mortem meretur.
Et pro talibus tam asperas iniungere pœni-
tēcias, etiam si vitam delinquentis notabi-
liter abbrevient, nullum est inconueniens.
Non sic de ieiuniis vitam sensibilibiter abbrevi-
antibus, quæ quidem nō in supplicium, &
pœnam pro delictis, nec ad carnem necan-
dum, sed ad domandum sunt instituta.

Ad quintum de satisfactione pro altero di-
catur vt nuper dicebant, scilicet, eam esse de-
bere moderatam & discretam, sicut ea, quā
quis pro seipso assumit. Quod autem dicitur
posse vnū vitā pro altero exponere, fateor:
illud enim ordo charitatis expostulat, vt vi-
tam corporale pro fratris vita spiritali ex-
ponamus, quod ex imiç charitatis esse docet

E Christus dicens: Maiorem charitatem nemo habet, q̄ animā suam ponat quis pro amicis &c. Sic Christus, sic martyres, & apostoli, aliq; sancti fecisse leguntur. Ita similiter vitam corporalem debet homo pro suę anime salute exponere, si oporteret, aut necessariū esset. In casu autem non ita necessarium videtur per ieiunia corpus interimere, vt anima viuat. Ideo ratio nil probat.

Sed insurgeret aliquis dicens: Si ad vitandum corporis notabile infirmitatē, aut vitę breuitatem oportet abstinentię rigorē deferere, ob eandē igitur causam oporteret clericos & religiosos aliosq; homines continentiam deferere quandoquidē per longā continentiam non minū contigit viros & feminas egritudines notabiles incidere, quā per assiduam abstinentiam, & ita liceret clericis & monachis, saltē vxores ducere, vt per vsum legitime cōiugis, possint prefatos morbos euadere. Et consequentia patet, quia sicut a cibis abstinerē fidelibus, ita à coniugio temperare clericis & religiosis ab ecclesia in iunctum est. Et sicut alterū eorum nō est de numero eorū, quę per se bona sunt, sed propter aliud, ita nec alterū. Et sicut ab altero potest homo sine vitio recedere, ita & ab alio.

F Respondet quidā negādo sequelam, quia non potest homo per media illicita vitā aut incolumitatem procurare: clericis autē in sacris & religiosis illicitum est vxores ducere, ex quo per ecclesiam sunt illegitimati. Professio enim & sacer ordo impediunt & dirimunt. Secūs de comestione cibi, aut carnis, quę non est de se illicitum medium ad salutē quærendam & conseruandam. Verū responsio hec valet de clericis & professis, non tamē de aliis, qui virginitatē simpliciter vouerunt, aut perpetuam cōtinentiam seruare proposuerunt, his enim saltē necessariū foret continentiam deferere, vxores ducendo, vt per earum vsum vitā seruarent, si alioqui eam seruare nō possunt, quod tamen negari solet. Ideo dicendum, non esse simile, tum, quia continentia non ita ægritudinem inducit de se sicut abstinentia à cibis. Imò quātō diuturnior est continentia, tantō magis ad corporis, animiq; salutē confert. Tum etiam quia & si accidat hominē ob continentiam ægrotare, cū id ex humore intus genito eueniat, quem natura nititur expellere, non defunt alia remedia, seu medicamina, aut alia corporalia exercitia, per quę humor ille vel consumatur, vel per alias vias à corpore expellatur &c. Sed de his hætenus.

Codex de eleemofyna. **G**

Nunc nonnulla, in quibus doctores diffcultatem circa eleemofynam facere solent, breuiter expediemus, si prius quid, & quotuplex sit eleemofyna, præmiserimus. Est enim opus ad reuelandū indigentiam hominis ex cōpensione, & propter Deum factum. Ita definit Alexander, Tho. et alii. Datur autē nō de quacunq; eleemofyna, sed de perfecta, quę meritoria est apud Deum. Ex ipsa sequitur nō esse proprię eleemofynę, id quod clericis pro missę celebratione, aut p sepultura, aliisq; officiis ecclesiasticis exercendis exhibetur, eo quod omni ministrorū ecclesię indigentia seclusa, debetur eis ob huiusmodi officia, seu ministeria, stipendiū suū, vt patet ex eo, quod Christus dixit Lucę. 10. Dignus est operarius cibo suo. Et Paulus. 1. ad Cor. 9. ex intento pbat, ministris ecclesię suę deberi mercedē, dicens: Quis militat vnq; suis stipendiis? Quod & ex lege veteri probat, quę ait, Non alligabis os boui trituranti. Et rursus ex Christi ordinatione confirmat: dicens: Ita dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Vnde rursus fit, clericos, etiam si alioqui sufficiens habeant patrimonium, non teneri gratis ecclesię ministrare, sed posse cū officium compleuerint, iudicis officium implorando, imò & actione vtendo, quam contra eos ad quorum instantiam officium fecerunt, habent, iura eisdem debita exigere. Inde iterum fit, vt beneficiati ecclesię ministrantes, dominiū acquirant fructuū, & oblationum, aliarumq; rerum, quas ob prefatum ministerium accipiunt. Sed de his aliis.

Sequitur ex eadem descriptione, tria esse requisita ad eleemofynam, scilicet, ex parte dantis, quod habeat aliquid superfluum, quod dare possit: alioqui si de his, quę sibi necessaria sunt, saltē ad indiuiduum, aliquid daret, Deo minimē placeret, cū ordinari charitatis cōtraueniret, ideo propter Deū verē fieri non potest. Ex parte eius, cui datur, requiritur indigentia. Nam quod scienter diuiti datur, nō est eleemofyna, quę quidem opus misericordię est. Ex parte etiam ipsis quod datur, requiritur, quod sit vtilē ad prefatam indigentiam releuandum. Quę omnia satis nota esse suppono.

Opus

A Opus autē huiusmodi consistit aliquādo in verbis, aliquādo in factis. Et sicut duplex est proximi indigentia, scilicet, corporalis, & spiritualis: ita duplex est eleemofyna, scilicet spiritualis: & corporalis, illa ad animę, hæc autem ad corporis indigentiam releuandum. Et quoniā corporales indigentię dicuntur cōmuniter esse septē, ideo totidē sunt eleemofynę corporales. Solent enim homines indigere, cū viuunt, cibo, potu, vestitu, habitaculo, etiam si sani sint. Solent & infirmi, aut incarcerati indigere recreatione, atq; subsidio, vt ab afflictione liberentur. Si autē mortui sint, indigēt sepultura, vt corpus terrę, vnde sumptum fuit, reddatur, & nē hominis corpus in morte dehonestetur, cui in vita suus honor erat exhibendus. His igitur indigentis respondēt septē eleemofynę corporales, quę in hoc versu notātur: Visito, potu, cibo, redimo, teo, colligo, condo. De sex primis videtur Christus mentionē fecisse Matth. 25. De septimo autē, hoc est de sepultura, & si non illic mentio fiat, alibi tamē cōmendātur, qui hoc beneficium mortuis impēdebant, eos, scilicet, sepeliendo, vt Thobias, Joseph, & Nicodemus, vt patet per Augustinum in libro de cura pro mortuis. Et ex lib. Thobias.

B Solent præterea homines aliis septem eleemofynis spiritualibus indigere, quę ad tria ordinantur, scilicet, nē proximus in peccatū labatur, nē lapsus perseueret, & nē deterior euadat. Potest enim homo in peccatum labi ex defectu doctrinę, aut consilii, si nesciat, quid illi credendum sit, quid euegendum, ad quod indiget doctrina & cōsilio. Potest etiā labi ex nimia tristitia, in desperationē cadendo, ad hoc indiget consolatione. Potest cū lapsus fuerit, ob defectum disciplinę, aut correctionis in peccato perseuerare, ad hoc indiget correctione. Potest etiā deterior fieri, vel quia illi offensa in aliquem cōmissa non cōdonatur: vel quia illum non patienter ferūt, & ad hoc indiget aliorū remissione, atq; patientia. Præter hæc autē potest homo ex voluntate peccare & ad hoc indiget oratione iuuante. Hęc autē septem eleemofynę spirituales in hoc versu continentur: Consule, castiga, solare, remitte, ser, ora. Et si vltra præfata quatuordecim opa misericordię alia sint, quibus homines in particulari soleant indigere, ad hæc, quę prædicta sunt, reducantur. Inter has autē melior est spiritualis eleemofyna, quā corporalis, quod ex fine ipsarū factis apertū est. Nam spiritualis ordinatur ad salutem animę: corporalis autē, ad salutē cor-

C poris. Et si obiiciat quis, quod sæpe est spiritualis propter corporalem prætermittenda, quod autē melius est, nō venit propter minus bonū dimittendū. Igitur, Dicendū, q̄ nil inconuenit aliquādo quod de se melius est, propter minus bonū dimittere. Nam nō dubiū, quin vita cōtemplatiua melior sit, quā actiua, iuxta sententiā Christi, qui de Marię vitam cōtemplatiuā tenente, dixit: Marię optimā partem elegit &c. Et tamē si proximum necessitas corporalis exposcat, cōtemplatione dimissa, opus est actiuā vitā exerce. Sicut nō dubium, quin continentia melior sit secundum se, q̄ vxori cōmisceri: & tamen vxore petente, dimissa continentia, vxori opus est satisficere. Huius ratio aperta est, quia quę sunt de consilio, dimittenda sunt propter ea, quę sunt de præcepto, quādo se simul compati nō possunt. Siquidē consilia intelliguntur, saluis præceptis, etiā si alioqui consilia sint de meliori bono. Et quādo necessitas postulat minus bonū exercere, & aliud prætermittere, id quod prætermittitur pro tunc, non esset bonum, sed illicitum, vt cōstat. Ita igitur in præfenti, ceteris paribus, hoc est, cū quę ad vtramq; allicitus sit, præferenda est spiritualis corporali, vt constat: & tamē si cetera paria nō sint, sed necessitas cōpellat corporalem exercere, & nō spiritualē, tunc spiritualis dimittēda est. Nec tunc dimittitur maius bonū propter minus, vt ex dictis patet.

De vtilitate eleemofynę



Valeat autē ipsi agētī eleemofynę corporalis, nō solū ad cumulum gratię & glorię si in charitate fiat, sed ad satisfaciendū pro peccatis, & ad irā dei placādā. Primum manifestū est ex Matt. 25. Vbi Christi pmittit regnū cœlorū his, q̄ Christo opa misericordię pfata ipēderūt. Dicūt autē Christo ipēdūt quādo suis pauperib; ppter Christi ipēdūt, prout ait dominus ibidē, Quod vni ex minimis his fecistis, mihi fecistis. Et Matth. 10. Quicunq; potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquę frigidę tantū in nomine discipuli, Amen dico vobis, nō perdet mercedē suam. Ecclesiastici. 29. etiam dicitur: Eleemofyna viri gratiā hominis quasi pupillā conferuabit. Et iterum: Perde pecuniā propter fratres, & proderit tibi magis, quā aurum. Secundū

T 4 etiam

Etiam est manifestum, & ex plurimis scripturæ testimoniis: ait enim Daniel ad Nabuchodonosor: Peccata tua eleemosynis redime. Et Thobie. 4. dicitur: Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Et Christus in euangelio: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et Iaco. in Canonica: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Quod & Ecclesiasticus dixerat: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna reficit peccatis.

Dubitant quidam, An eleemosyna, quam pauperi extremam necessitatem patienti aliquid largitur, sit illi satisfactoria? Cuius dubitationis ratio aperta est, quia talis eleemosyna non tam voluntate, quam necessitate fit, cum sit alioqui debita: satisfactoria autem dicitur voluntaria redditio æquivalētis, aliis indebiti &c. Dicendum, hoc non obstante, huiusmodi eleemosynam satisfactoriam esse nec ob id, quod ex præcepto fit suam perdit utilitatem. Quod patet ex his, quæ supra in simili questione diximus. Et etiam, quia eleemosyna, quæ homini extremam patienti necessitatem impenditur, melior esse videtur, quæ alia, quæ extra necessitatem extremam fit. Tum, quia secunda est propter primam præmittenda. Tum, quia omittens primam grauius peccat, quæ si secundam omittat: Igitur, à contrario primam faciens meretur magis, quæ faciens secundam. Quam proteruire volenti non deesset, quod ad hæc respondere posset. Quod enim vna propter alteram sit relinquenda, arguit illam, quæ relinquenda est, pro tunc non esse bonam, alteram verò sic. Vbi tamen ambæ simul fieri possunt, non probatur illam esse meliorem, quæ ex necessitate fit, cum opera de consilio videatur magis meritoria, quam quæ de præcepto sunt, ut est communis sententia. Inde etiam patet aliud, quod secundo dicebatur, scilicet, illud est melius, cuius oppositum est peius, non esse vniuersaliter verum: quia fornicatio, quæ castitati conjugali opponitur, peior est, quam ea, quæ virginitati opponitur. Peius enim est adulterium, quam stuprum. Non tamen inde fit, ut castitas conjugalis sit melior, quam virginalis. Similiter odire amicum peius est, quam odire inimicum: sed non inde sequitur, quod diligere amicum sit melius, quam diligere inimicum, cum hoc secundum constet eximie charitatis esse. Sed de hoc vide tractatum de charitate. Ad rem autem redeundo, dicendum aliud esse eleemosynam in extrema ne-

cessitate factam meliorem, aut magis satisfactoriam esse, quæ ea, quæ citra extremam fit, quod ad præsens non discutitur. Aliud verò eleemosynam meritoriam esse, ac satisfactoriam. Et tenendum quod sic, etiã si ratione præcepti debeatur: quandoquidem Deus non solum acceptare dignatur opera, quæ homo ex voluntate facit, sed etiam vitam æternam, his qui mandata eius seruauerint, frequenter in sacris literis promissit.

An autem eleemosyna sit utilior aut magis satisfactoria quæ ieiunium & oratio, videtur, quod sic. Tunc, quia eleemosyna in scriptura sacra tam veteris quam nouæ legis, plus quam ieiunium, & oratio commendatur. Tum etiã, quia eleemosyna videtur effectum ieiunium in se continere, qui est corporis afflictio. Hæc autem dupliciter fieri potest, positiue, scilicet, & priuatiue. Primum fit per flagella, peregrinationem, & similia. Secundum verò per vigiliam, nuditatem, atque abstinentiam, in quibus & similibus, corpus quodammodo suis voluptatibus priuatur. Cum ergo per eleemosynam facta priuatur homo rebus suis, per quas posset corpus si vellet recreari, & non vult, apparet eleemosynam de se esse corporis saltem priuatiue afflictiuam, sicut & ieiunium. Adde, quod eleemosyna ultra ieiunium addit beneficium, quod proximo fit, quod ad charitatem pertinere dignoscitur. Et simili ratione continet in se virtutem orationis, cuius finis est, à Deo aliquid optatum impetrare. Hoc autem non minus per eleemosynam, quam per orationem impetrari potest. Nam satis orat, qui Deo, hoc est Dei pauperibus, aliquid donat. Vnde & inter homines ita videmus accidere, ut facilius per munera, quam per preces, quæ volumus, obtinemus.

Adde, quod ultra quod eleemosyna ipsa pro agente interpellat, ipsi ad huc pauperes suis precibus multam elargienti benedictionem impetrant, iuxta illud domini: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Sicut e contra pauperum maledictio solet eleemosynam negantibus euenire, iuxta illud Ecclesiastici: Ab inope non auertas oculos tuos. Et addit: Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum, qui fecit illum. Itaque doctorum sententia hæc est, ut inter partes satisfactionis potior locum obtineat eleemosyna.

Nec valet ratio quorundam, qui in oppositum arguunt, eò quod ieiunium est magis poenale, quam eleemosyna: igitur, magis satisfactorium.

A satisfactorium. Non inquam valet, quia opera nostra de se pro peccatis satisfactoria non sunt, nisi quatenus à Deo acceptantur: Deus autem magis eleemosynam, quam ieiunium acceptat, ut notum esse suppono cæteris paribus.

De necessitate dandi eleemosynam.



Einde solet dubitari, An sit necessarium & quando eleemosynam corporalem erogare sub poena peccati mortalis? De necessitate quidem eam erogandi, nulla videtur esse dubitatio, quin ad eam teneamur iure naturali, diuino, & humano. De natura

li, apparet, lex enim naturalis est, hæc aliis faciamus, quæ nobis in simili casu iuste fieri vellemus. In qua lege videtur Christus legem decalogi seu charitatis fundare. Cum autem necessitatem patimur, in qua fratris auxilio indigemus, non dubium, quin iuste vellemus huiusmodi auxilium nobis impenditur. Idem etiam probat Richardus. Quia ad legem naturæ pertinet, ut fratres diligamus, & verè vera autem dilectio non est, si in solo affectu sistat, nisi ad effectum deducatur iuxta illud Ioan. in Canonica. 1. cap. 3. Filioli, non diligamus verbo, nec lingua tantum, sed opere & veritate.

Quod etiam sit de iure diuino, patet ex Deuterono. 15. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Quod præceptum constat ad mortalia pertinere. Patet etiam ex Ecclesiastici. 4. Vbi dicitur, Eleemosynam pauperis non defraudes, sed redde ei debitum suum. Vnde & Ambrosius ait, Non minoris criminis est habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis, pauperibus denegare. Idem patet ex Salomone dicente, Qui despicit pauperem deprecantem, sustinebit penuriam. Et iterum: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Idem etiam patet ex lege noua in parabola de Samaritano, qui alligauit vulnera, & misericordiam proximo lauciat impendit. Quam parabolam Christus adduxit & exposuit, ut significaret, quis esset noster proximus, & à nobis qualiter diligendus: & concludit, Factu si-

militer, & viues. Idem apertius explicuit Christus Matth. 25. Vbi docet, quod qui erunt à sinistris, ibunt in ignem æternum, eò quod ait Christus: Esuriui, & non dedistis mihi manducare. &c. Et cum illi obicerent, Quando te vidimus esurientem, & non dedimus cibum? Respondit Christus, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. In quo illud considerandum, quod cum pauperes membra Christi sint, quod pauperibus impenditur, Christo impenditur: & quod pauperibus denegatur, Christo denegatur. Idem apertè docet Ioan. in sua canonica, dicens, Qui habet substantiam huius mundi, & viderit proximum suum necesse habere, quomodo charitas Dei manet in illo? quasi dicat, nullo modo.

Quod etiam sit de iure humano necessarium eleemosynam largiri, apparet ex epistolis Pauli, qui non solum diuitibus eleemosynas in subsidium pauperum fidelium iniungebat, & per seipsum eas exigebat, sed & discipulis suis mandabat, ut diuitibus præciperent, quod eleemosynas facerent, ut patet. 1. ad Timoth. ultimo, dicens, Diuitibus huius sæculi præcipe facile tribuere & communicare. Apparet etiam idem ex capit. Fratrum nostrorum. distincto. 86.

Itaque de necessitate dandi eleemosynam, non videtur dubitandum. Dubitari tamen apud doctos solet, quando sit necessarium eam erogare. Pro quo notandum ex parte dantis triplicia esse bona. Quædam necessaria ad sustentandam naturam sui, & familiæ suæ. Quædam necessaria ad sustentandam statum: Quædam verò quæ nec ad hoc nec illud sunt necessaria, & dicuntur superflua. Ex parte etiam pauperis est triplex indigentia, puta extrema necessitas, & citra extremam, scilicet, arcta, & denique communis. Et ut certa ab incertis distinguamus, non dubium est hominem non teneri ad dandum eleemosynam de his, quæ sibi & familiæ suæ quo ad naturam sunt necessaria. Nam iuxta ordinem charitatis magis tenetur homo sibi & suis subuenire, quam aliis. Excepto, nisi illi alii adeo reip. sunt necessarii, ut nisi illis subueniatur, resp. peribit: tunc persona priuata se & sua debet periculo exponere, ut reip. subueniat. Nec etiã est dubium, hominem non teneri ad dandum eleemosynam de his, quæ sunt illi necessaria ad statum, quando pauper non est in extrema necessitate, nec in arcta, etiam si sit in comuni, ut communis est doctorum sententia. Nec iterum dubium est hominem teneri ad eleemosynam erogandam

E de superfluis naturæ & statui, si pauper sit in extrema necessitate. Et extremâ dico non solum quâdo animam illicò exhalaret, si illi nō subueniatur, sed quâdo apparent in paupere euidencia aut nota signa, quòd si illi nō subueniatur, ad breue tempus deficiet.

Esset tamen nonnullum dubium. An casu, quo homo habeat necessaria ad naturam & statum, & non vltra, & viderit pauperem in extrema necessitate existētē, teneatur de necessariis ad statū illi pauperi subuenire. Cuius dubitationis rationē nonnulli acceperunt: Primo ex dictis Tho. 3. q. 32. arti. 6. Vbi cum cōcludat non esse de praecepto, sed de consilio, eleemofynam dare de necessariis ad statum & subiungens dicat esse inordinatē factum, si quis inconuenienter viuat, & non vt status suus exigit, vt aliis eleemofynas faciat, excipit tamen tres casus, in quibus ait, laudabiliter faceret, qui de necessariis ad statum eleemofynas faceret. Primus, si statum mutet, puta per religionis ingressum. Secundò, quando ea quæ sibi in aliorum eleemofynam subtrahit, de facili resarciri possunt. Tertiò, quâdo occurreret extrema necessitas alicui, aut aliqua magna necessitas reipu. In quibus casibus ait, laudabile esse facere eleemofynam de necessariis ad statum. Et ita videtur dicere esse de consilio in his casibus pauperi subuenire, cum constet primum & secundum casum de consilio esse quibus & tertium ipse annumerat.

Secundò facit ratio, quia si necessarium esset dare de necessariis statui, pauperi extremam necessitatem patienti, maximè ratione ordinis charitatis, qui exigit, vt salua propria vita, bona externa pro pauperibus seu indigentibus exponantur: sed tunc sequitur esse necessarium his qui sunt in statu aliquo consulti, totum statum suum exponere pro paupere in extremis existente, quātumlibet magnus sit status, idque quando nō aliter posset mors pauperis impediri, nisi per praeferatam amissionem.

Verum non est, quòd in præsenti dubitatione debeamus immorari, cum certa sit doctorum sententia bona temporalia pro vita fratris, cum necessitas postulauerit, exponenda esse. Nec in cōtrarium facit, quod ex Thoma citatum est, quandoquidem constat ipsum hoc idem sensisse & dixisse in eadē. q. articulo. 5. scilicet, de praecepto esse, eleemofynam pauperi in extrema necessitate existētē, de necessariis ad statum elargiri, quæ dicuntur superflua respectu naturæ ipsius homi-

nis, & familiæ sibi commissæ. Quod idē sentit & tenet in. 4. Quòd autem ibidem ait, laudabile esse in illis casibus tribus eleemofynā de necessariis ad statum facere, verissimū est vt iacet. Non tamen inde fit, vt necessarium non sit, in aliquo ex illis casibus pauperi subuenire. Stat enim vnum & idem opus laudabile esse, & de praecepto aut necessitate fieri debere.

Ad id autem, quod in ratione tactum est, dicendum, multa esse ob quæ hi, qui in dignitate constituti sunt, excusentur, si nō totum statum suum pro alicui pauperi subueniendo exponant. Tum, quia ad vni pauperi subueniendum, pauca sufficiunt. Tum, quia non ita constat diuitibus, pauperem in tanta esse necessitate, cum id minimè inquirere teneantur. Tum etiam, quia, & si constaret, non tamen constat de negligētia aliorum, qui possunt eidē pauperi succurrere. Deinde fortè ex alia parte maiora incommoda sequerentur, si diues statum suum, & filiorū, & familiæ suæ pro vno paupere exponeret, quàm esset permittere illum in domino mori. Docet enim experientia multos à statu in quo fuerant lapsos, vel in desperationem venire, vel furta, & rapinas committere, vel alia flagitia perpetrare, quæ saluo eorum statu minimè perpetrarent.

Quod autē in cōtrouersia est de quo etiā doctores varia senserunt, hoc est, An homo habens superflua naturæ & statui, teneatur de praecepto & sub pena peccati mortalis eleemofynam facere, etiam si pauperes in extrema necessitate non existant. De qua questione nō parua solet in his scholis esse cōtētio. Pro affirmatiua parte videtur facere beatus Tho. qui in quarto sententiarum, dist. 25. agens de eleemofyna, articulo. 1. ait: Tempore, quo homo tenetur de praecepto eleemofynā facere est, ex parte recipientis, si sit in extrema necessitate, ex parte verò dātis, si habeat superflua naturæ & statui, etiam si pauper non sit in extrema necessitate. Facit etiā Alexander de Hales in. 3. parte, q. 65. Vbi aperte videtur dicere, quòd in duobus casibus peccat mortaliter diues, qui eleemofynā nō dat. Vnus est, si videt pauperem esse in extrema necessitate: Alter est, si nō sit in extrema, sed in arcta, & notabili necessitate: diues autem in bonis abundet. Eiusdem sententiæ videtur Nicolaus de Lyra, super illud Ioan. in Canonica: Qui habet substantiam huius mundi, & viderit proximum suum necesse habere &c. Vbi ait, in eisdem duobus casibus esse necessarium

A sarium eleemofynam dare. Cum eisdē tenet Cōradus. q. 19. Cum eisdem Richardus. in. 4. Et post eū Angelus de Clauasio, verbo eleemofyna. Cum eisdē tenet Dionysius Carthusianus super Canonicam Ioan. supra citatā, qui dicit necessitatem pauperis, cui de precepto est succurrendum, & extendendam esse non solū ad casum extremæ necessitatis, sed etiam ad necessitatem citra extremam notabilem. nec dubito plures alios doctores tā veteres, quàm recentiores, eisdē fuisse sententiæ.

Secundò facit pro eadem sententia decretum Hiero. & habetur. 42. dist. cap. 1. vbi ait, Aliena rapere conuincitur, quia vltra necessaria sibi retinere probatur. Vnde colligitur nō posse hominē superflua naturæ & statui retinere, nec minùs eū retinēdo peccare, quā si aliena arripere. Facit ad idē decretū Ambrosius: Et habetur distinct. 47. cap. Sicut. vbi inter multa alia egregiè dicta, ait, Nemo dicat propriū primum, quod commune est: plus quàm sufficit ad sumptus, violenter obtētū est. Et addit, Nec enim minus est criminis habenti tollere, quàm cum possis & abundans sis, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines. Nudorum indumentum est, quod tu reclusis. Tantorum ergo te inuadere scias bona, quantis possis prestare

B quod velis. Consonat his etiam Basilius dicens: Est panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam cōseruas: discalcia ti calceus, qui apud te marcescit: indigentis argentum, quod possides inhumatum. Quocirca tot iniuriarum, quot dare valeres. Facit & beatus Augustinus ad Macedoniū: Et habetur. 14. q. 4. Quid dicam, dicens, nōne omnes, qui sibi videntur gaudere conquisitis, eisque vni nesciunt, alienum possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iure, quod iuste: & iuste, quod bene. Omne igitur quod male possidetur, alienum est, male autē possidet, qui male vtitur, &c. Hæc ille. Tertiò pro eadem sententia faciunt scripturæ testimonia, ait enim Christus, Nemo potest duobus dominis seruire. Et sequitur, Non potestis seruire Deo, & māmonæ. Seruiunt autem māmonæ, qui diuitias custodiunt superfluas, nec eas his, quos indigere viderint, volunt erogare. Ait etiam, Difficile est diuites ingredi in regnum cœlorū. Et iterum: Facilius est Camelum ingredi per foramen acus, quàm diuitē ingredi regnū Dei. In quo notat Theophylacth, id quod difficile esse dixerat, esse idem, quod impossibile: quandoquidem impossibile est Camelū per

foramen acus transire. De his autem diuitibus ait hoc esse intelligēdum, qui diuitias superfluas retinent, cum alii non vel necessaria habeant. Dixit iterum Christus: Quod superest, date eleemofynā. vbi Beda ait, quòd hic iubemur superflua pauperibus erogare. Facit etiam quod dixit Matth. 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Nudus fui, & non operuistis me &c. Propter quod concludit illos in ignem æternum iuros. Quod autem non loquatur solū in casu extremæ necessitatis, inde apparet, quia indumentū non tale est, sine quo pauper viuere non possit.

Visitatio etiam, qua quis visitat incarceratum, non est illi ad vitam adeò necessaria, quæ sine illa viuere non possit, si alimēta alioqui necessaria, illi non desint, & tamen inter eos qui ad ignem damnandi sunt, cōnumerat homines, qui incarceratos, aut infirmos non visitant. Similiter & eos, qui hospites, aut peregrinos non colligunt, cum tamen sine hospitio possunt quàm plures peregrini, authospites viuere. Facit etiam quod ait Paulus, Diuitibus huius sæculi praeceptum facile tribuere, & communicare. Similiter facit, quod ait Ioan. vt supra citatum est: Qui viderit fratrem suum necesse habere, habens substantiam, huiusmodi vt clauerit viscera sua apud illū, quomodo charitas Dei manet in illo? Quæ omnia videntur procedere nō de extrema necessitate tantum, sed arcta aut notabili.

Quartò pro eadem sententia facit ratio, quia multa sunt, quibus homo indigere potest, quibus si de facto indigeat tenemur ea, cum possumus, illis ministrare, etiam si non extremè indigeant, sed pateat eis alia via necessitatem illam euadēdi: igitur tenentur diuites superflua extra extremam necessitatē erogare. Antecedēs patet, de correctione fraterna, quam tenemur fratribus deliquentibus impendere, vt reducantur, cum tamen ipsi per se possint sine nostra correctiōe reduci. Idem patet, si frater habeat, quæ sibi sufficiunt, & asinus eius in via sub onere cadat, me transeunte, & iuuare potente, teneor ei succurrere, & auxilium meum eidem impendere, etiā si absq; asino & onere eius habeat vnde ipse & familia eius possint sustentari. Assumptum patet, ex illo, quod habetur Exo. 22. Si videris asinū odientis te iacere sub onere, non pertrāsibis, sed subleuabis. Idem patet de eo, qui furci conscius est, & quærente possessore non indicat. De quo ait Hiero. qnō minùs reus est, quā ipse fur, vt habet defurtis, cap. Qui cum fure &c. Et procedit etiam

Etiam si huiusmodi furti indicatio non sit extremè necessaria ipsi possessori. Ad hunc modum possent alia exempla ad propositum allegari. Quintò facit alia ratio, quia si Petrus rem aliquã à Ioanne furatus est, & eam retinet ad sui indigentiam subleuandã, cum Ioannes eadem re non similiter indigeat, nõ tenetur rem illam in cõscientia Ioanni restituere, interim q̄ ea notabiliter indiget. Cui⁹ ratio solet assignari, quia in casu Petrus non retinet alienũ inuito domino, sed poti⁹ ipso consentiẽte, si non actu elicitò, saltem debito. Ex quo arguitur, si dominus in casu actu debito consentit, sequitur quòd stante eadẽ Petri indigentia, debuisset Ioannes illã rem vel donare, vel mutuare, vel commodare eidem Petro: non enim minùs tenetur Ioãnes Petro indigenti succurrere, rẽ suam illi dãdo, quàm in rei suã retentione consentiẽdo. Et procedit ratio in casu, quo & si re illa Petrus notabiliter indigeat, nõ tamen extremè ita ut sine illo viuere non possit. Idem dici solet in casu quo debitor lōgè distat à creditore, ad quem si rem debitam deportaret, notabile damnum pateretur debitor ipse: tunc dicunt posse debitore hũc rem debitam apud se retinere, quia dño consentiente, actu debito eã retinet, nõ scilicet, in rei restitutione dãnũ illud notabile patiat: etiam si talis alio qui habeat, quẽ illi ad vitam sunt necessaria.

F Alii verò aliter sentiunt, & mitiùs in fauorem diuitum loquuntur, dicens eleemosynam non esse de necessitate sub pœna peccati mortalis erogandam, etiam si homo abundet, vbi aut quando non occurrit pauper extremam necessitatem patiens, extra quam, consilium est eleemosynam facere, aut saltẽ non est mortale eam non facere. Pro hac sententia videtur facere Tho. 22. q. 32. significans (vt multis eum interpretari libet) quòd duo requiruntur ad hoc, quòd eleemosyna sit de pœcepto. Vnum ex parte dantis, scilicet, q̄ habeat superflua. Alterum ex parte recipientis, scilicet, quòd sit in extrema necessitate. Addit, alias eleemosynas de consilio esse. Facit & Alexander de Hales, parte. 4. q. 113. vbi dicit, quòd qui abundat, tenetur sub pœna peccati mortalis subuenire patiẽti extremã. Secundò dicit, quòd nõ tenetur de rigore iustitiã alicui extra extremã subuenire, sed de bono & equo. Tertio dicit, quòd illis qui cõmunem patiuntur indigentiam, vt sunt mendicantes ex cõsuetudine, ni si in eis appareat notabilis necessitas, non est demeritoriũ eleemosynam non facere. Adde, quòd cũ ait, illũ

qui abundat, peccare mortaliter, si extremã patienti necessitatem non subuenit, non omnino id affirmat, sed opinãdo id dicit. Ait enim, ille mortaliter peccat, vt opinor. Facit etiã Gerson, qui in regulis moralibus ait: Nemo tenetur de bonis suis, etiam superfluis naturæ & personæ sub pœna peccati mortalis eleemosynam facere, nisi grauis necessitas alteri ipso pœsumere debente quòd alius non succurret, immineret. Quòd autem per illam grauem necessitatem intelligat extremã, apparet, quia statim addit rationem dicti, subiungens: Necessitas enim extrema proximi pœferenda est soli decentiã proprii status, quanto magis superfluitati. Hoc etiam dicit idem Gerson, parte. 2. alphabeto. 32. litera, O. cũ de auaritia tractat, dicens licitum esse superflua naturæ & statui retinere, vbi non occurrit pauper in periculo mortis. Et confirmat ibidem regulam, scilicet, Tunc est mortale peccatum, eleemosynam non dare, quãdo homo abundat, & occurrit pauper in periculo mortis, nec videtur quomodo ei succurratur per alium. Hęc ille, facit etiam Durãdus, qui hanc quæstionem tractans ait, Non est dubium, quin teneatur is, qui abundat, de necessitate subuenire pauperi in extrema necessitate existenti. An autem teneatur de superfluis subuenire pauperi citra necessitatem existenti, ait, Non audeo dicere, nõ condemnem tantam multitudinem diuitum. Cui dicto durandi, Florentinus in. 2. parte cũ de eleemosyna tractat, vbi & Durãdum citat, minime contradicit. Facit & Panormi. cap. Sive ro. de iure iurando. qui putans se loctori sancto conformare, ait illam eleemosynam esse necessariam sub pœna peccati mortalis, quæ sit de superfluo ei, qui est in extrema necessitate: Alias verò eleemosynas esse de consilio. Facit & Baptista, verbo eleemosyna. capit. 1. specialius verò & clariùs verbo, mutu. & c. dicens, extra extremam necessitatem non esse mortale eleemosynam nõ facere, alioqui quã plures diuites essent damnandi: Similiter & confessores, qui illos absoluunt. Facit deniq; Gabriel & Maioris, aliiq; recentiores theologo satis docti ac timorati. Hos doctores in hac quæstione citare pro vtraq; parte libuit, quia hos quos videre potui domi ad manus habebam, sed & ab his citandis abstinuissem, nisi contentionem grauem inter quosdam super hac quæstione motam intellexissem. Non igitur temerè, qui velit, huic postremæ sententiæ adharebit, quæ tot virorum autoritate fulcitur.

Pro

A Pro qua sententia etiam facit ratio: Quia non tenetur homo magis fratri subuenire, quàm frater ipse sibi ipsi: sed inops non tenetur sibi ipsi plus victus & vestitus procurare, quàm sit sibi ad vitam necessarium: cũ sibi liberum sit, omnia bona huiusmodi abdicare, & in paupertate etiam arcta viuere, quod nõ modo licitum, sed valde laudabile est, iuxta dictum Christi. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. & iuxta dictum Pauli: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. & c. Igitur. Deinde, non videtur rationabile dicere, quòd tenemur sub pœna peccati mortalis procurare extraneo, vt bene illi sit, sed vt sit, & viuat. Non enim tenemur, & si possimus, proximis statũ aliquem, aut dignitatem, aut diuitias procurare, sicut nec ipsi sibi. Igitur si homo sit extra necessitatem extremam, habens, scilicet, vnde se ipsum possit sustentare, & eos qui sibi comissi sunt, reliqua quæ illi erogari possunt, non erunt illi necessaria vt sit & viuat, sed vt meliùs illi sit & abũdantiùs aut lautiùs viuat. Deinde nõ est de pœcepto sub pœna peccati mortalis danda eleemosyna, nisi homini ea indigenti: homo autem habens vnde possit se & suos sustentare, nõ propriè dicitur aliorum bonis indigere, ex quo sine alienis bonis viuere potest: & ita si indiget, non eis indiget absolute, sed conditionaliter, vt scilicet, meliùs illi sit. Præterea si ita esset vt prima sententia præterdit, quòd scilicet, in duobus casibus est necessariũ eleemosynam facere, scilicet, quando est homo in extrema necessitate, & etiam ea seclusa, quando habet homo superflua naturæ & statui, quia talia superflua nõ sua ipsius diuitis possidētis sunt, saltem quo ad vsum, sed aliorum indigentium, etiam si in extrema necessitate non sint: sequitur quòd diuites superflua huiusmodi habentes, non possent monasteria, ecclesias, aut alia honesta ædificia facere, nec capellas dotare, si ita esset, quòd talia essent de necessitate pauperibus eroganda. Sequitur etiam quòd tales diuites nõ possent de superfluis aliquem statum, aut dignitatem sibi & suis procurare, si omnia quæ naturæ & statui pœsenti superflua sunt, essent de necessitate pauperibus danda, nec sua ipsorum possidentium essent, sed pauperum. Sequitur etiam, quòd quàm primũ homo perueniret ad talem fortunam, quòd habeat vnde naturam & personam possit competenter sustentare, quòd peccaret mortaliter, negotia vltèriùs exercendo, vt lucraret: quia, non minùs

peccatum est diuitias acquirere, quàm eas retinere. Et sicut qui superflua retinet, aliena retinere probatur: ita qui superflua acquirunt, aliena rapere conuincuntur, & ita erit peccatũ & mortale. Similiter sequitur, quòd etiã erit mortale vltra ea, quæ decent statũ vnus cuiusq; q; alia bona etiam donata accipere, quia erũt superflua. Aut etiam si iure hereditario alicui debeantur qui sufficientia habet, peccaret ea accipiendo, quia aliena acciperet in casu. Nisi fortè hoc omnes velis excusare, dicẽdo, quòd illa bona sibi superflua possunt acquirere & accipere hoc animo, scilicet, vt ea pauperibus erogent: quia sancti non tam superfluoũ acquisitionem, quàm eorum retentionem dãnare videntur. Verũ in hoc idem iudicium est de acquisitione & retentione, vtrunq; enim potest ob malum finem fieri, similiter & ob bonum. Sed sicut potest aliquis superflua acquirere ad alium finem bonum, qui non sit pauperum subuentio: ita & superflua possunt ad similem finem bonum retineri. Ex fine igitur est de acquisitione & retentione superfluoꝝ iudicandum: nam per se nec bonum, nec malum est, sed ad vtrunq; indifferens.

Quod autem mihi in hac contentione tenendum videtur, hoc est, scilicet, quòd de superfluis naturæ & statui necessarium est subuenire pauperi extremam vel quasi necessitatem patienti, si nobis de necessitate huiusmodi, quòdq; non sunt alij, qui tali pauperi velint aut possint subuenire, sufficienter constet. Et cũ dico, vel quasi, intelligo notabilem & arctam necessitatem. Et si extrema nõ sit, sed tanta, quòd nisi illi subueniatur, est verisimile quòd notabiliter vita illius abbreviabitur, aut aliquã ægritudinem notabilem incidet. Hanc puto esse necessitatem, cui sancti & scriptura sacra iubent subuenire, etiam sub pœna peccati mortalis, cui non solum de superfluis statui succurrendum est, sed etiam de superfluis naturæ.

Videtur secundò, quòd extra hanc extremam necessitatem vel quasi, etiã si pauperes communem patiantur necessitatem, non est necessariũ sub pœna peccati mortalis de superfluis naturæ & statui illis subuenire, sed poterũt diuites superflua retinere, modo in bonũ finẽ ea referunt, siue vt melior opportunitas pauperibus succurrẽdi se offerat, siue alia pia causa, quæ in gloriam Dei, & in viuorum, aut defunctorum salutẽ æternam cedat, siue reip. necessitas aut vtilitas ea referuare suadeat. Nec ob id dãnandũ esse arbitror, si quis talia superflua retineat, ad acquirẽdũ sibi, aut suis

honorem

E honorem, dignitatē, aut statum aliquē, quē solent homines licite & honestē prætendere, modò scienter cura pauperum, extrema, vel quasi, necessitate laborantium, non prætmittatur. Si tamen diuites huiusmodi, superflua vel acquirant vel retineāt, non alium finem prætendentes, quàm abundare, & diuitias augere, & eas recòdere & custodire, nil de pauperibus curantes, non tam in diuina largitate quàm in suis diuitiis fidētes, hos nemo est qui excuset, nemo qui non damnet. Hi sunt auari, non tam domini, quàm serui suarum diuitiarum, quorum auaritiam Paulus ad Ephesios scribēs, idololatriam dicit, & dominus seruitutem māmōnis esse dicit. Quę autem de huiusmodi auaris scripta sunt, referre nō oportet, cum multo plura sint, & peiora, quàm quę pro priore sententia sunt allegata. Sequitur iā solam superfluitatem naturę & statui non sufficere ad hoc, quòd abundans teneatur sub pœna peccati mortalis superflua pauperibus erogare. Secundum hæc potest ad rationes seu fundamenta prioris sententię responderi. Ad primum ex doctorum autoritate sumptum, dicendum, illos fuisse illius sententię, quibus ecòtrā alios totidem, & fortè plures obiecimur, qui initio rem sententiam defendunt.

Quantum vnum esset, quod hic difficultatem faceret. An, scilicet, Tho. fuerit prioris an posterioris sententię, cum pro vtraq; solet citari. Puto eum à nostra, quā postremò posuimus, sententia, parum differre. Et quāuis Caietanus doctē & subtiliter sensum & mentem doctoris sancti ex multis suę doctrinę passibus collegerit, non tamen adeò clarū est, ex mēte eius colligi solam superfluitatem naturę & statui sufficere, vt sub pœna peccati mortalis teneatur diues ea quę supersunt, pauperibus erogare, vbi pauperes solam communem necessitatem patiātur. Quòd si in. 4. videatur dicere quòd sic, crederē id procedere casu, quo in alias pias, aut necessarias causas diues ille sua superflua nō reseruārit. Maximè, quòd in quolibet videatur significare ciuitatem non posse tutē superflua reseruare, quę nec tenetur huic vel illi pauperi ea erogare, seclusa extrema necessitate: sed sibi liberum esse, quibus pauperibus velit, ea distribuere. In quo innuit talia superflua nulli pauperi in casu esse debita: ac proindē absq; alicuius pauperis præiudicio, possent talia bona in alias pias causas expendi. Quòd autem dixit. 2. 2. aliquid requiri ex parte dantis, scilicet, superfluitatem: aliquid verò ex parte

recipientis, scilicet, extremam necessitatem: non est tam euidentis sic accipiendum esse, vt Caietanus illud accipit, scilicet, diuisiue: imò videtur, quòd collectiue sit accipiendum, & ambo simul debere concurrere, scilicet, superfluitatem ex parte dantis, & necessitatē extremam ex parte recipientis, ad hoc, quòd eleemosyna facta alicui determinato pauperi sit de præcepto, & sub pœna peccati mortalis agenda. Illic enim non loquitur apertè de superfluo statui, sed de superfluo naturę ipsi dantis, & eorum, qui sibi cōmissi sunt: quod superfluum ait esse necessarium personę. Et de eleemosyna de huiusmodi superfluo alicui faciēda, videtur illic procedere. Et verum est, quòd ait ambo esse simul necessaria, vt talis eleemosyna sit de præcepto, idq; ait in corpore quæstionis. Non enim concederet Caietanus, quòd de residuo naturę sui & suorū, quòd est illis necessariū psonę (de quo Tho. loquitur) sit de præcepto dare eleemosynam, nisi in recipiente sit extrema necessitas, vt ait Tho. Nec opus erat de superfluo personę apertè loqui: quia cognito qd de superfluo naturę sit necessariū eleemosynā facere, sufficienter sequitur esse idem necessarium de superfluo personę. Quòd si velis eum loqui de superfluo etiam statui, idem dicendum, scilicet, quòd ad hoc, quòd eleemosyna sit de necessitate faciēda alicui determinato pauperi, vltra superfluitatem ex parte dantis, requiritur simul extrema necessitas, vel quasi, ex parte recipientis. Vnde sicut sola necessitas extrema pauperis nō sufficit, vt homo teneatur illi de præcepto subuenire, nisi in dante sit superfluitas, ita sola superfluitas non est sufficiens, vt homo teneatur sub pœna peccati mortalis alicui eleemosynam dare, nisi in recipiente sit extrema necessitas, vel quasi. De vtroq; enim in re hac pariter videtur loqui, scilicet, quòd sit necessaria superfluitas in dante, & necessitas extrema in recipiente. Et tunc non habet locum commutatio eleemosynę in alias causas pias voluntarias, quemadmodum haberet, si pauperes extrema, vel quasi necessitate laborantes non occurrerēt. Si cui tamē cum Caietano placeat dicere, quòd doctor sanctus in loco citato, articulo, scilicet, 5. non copulatiue, sed diuisiue loquatur, nō cōtendo. Quòd enim mihi videtur hoc est, vt dixi, quòd non obstante, quòd vera esset Caietani sententia, scilicet, solam superfluitatē sine extrema necessitate sufficere ad hoc qd eleemosyna sit sub pœna peccati mortalis faciēda, id tamen ex dicto articulo, 5. nō videtur

A tur apertè sequi. Ad secundum ex Autoritatibus Hierony. Ambrosij, Basilij & Augustini citatum, dicendum, quòd loquuntur cōtra auaros, qui nil de pauperibus curantes, diuitias superfluas retinent, & his qui indigent extremè vel quasi, non elargiuntur. Quòd autem circa hanc extremam vel quasi necessitatem non loquantur, ex dictis patet, quia tunc non esse diuitibus licitum, illa superflua in causas valde pias expendere, vt supra arguebatur, quod suppono falsum. Nec esset licitum de superfluis statum vel dignitatem alio qui emibilem emere, quod non est qui dicat. Igitur quando hi sancti dicunt, quòd diuites superflua retinentes aliena rapiunt, & non sua, sed quę aliorum sunt, detinent, procedit quando pauperū tanta est necessitas, qd illis talia bona debita sunt: quod extra extremam vel quasi, locum non habet, vt si solū communem patientur necessitatē, quia tunc nō propriè dicuntur pauperes diuitum bonis indigere, cum possint sine illis vitam transigere.

Ad tertium ex dictis Christi sumptum, dicendum, quòd Christus non damnat eos, qui diuitiis seruiunt, quales sunt, qui eas reconducunt & custodiunt, quasi propter se expetibiles essent, nec illis ad proximorum indigentias releuandas, vt deberent, vti volunt. Itaq; contra auaros loquitur, qui de diuitiis, nō de pauperibus quauis necessitate pressis, curāt. de eisdem etiam accipitur, quod dixit, non possē diuites ingredi regnū Dei: quales sunt, qui totum suum aut principale affectum indigentias collocant, quę tamen nō propter se, sed propter proprias & communes hominū indigentias essent quærendę. Quòd autem dixit Lucę. 11. Quod superest, date pauperibus & c. facilius soluitur, quòd id Christus non absolute aut præceptiue dixit, sed potiùs remedium salutare docuit, per quod peccatorum remissionem possent consequi peccatorum. Nam ait, Quod superest, date pauperibus, & omnia munda sunt vobis. Nec hoc posuit tanquàm præcisum & vnicum remedium ad remissionem peccatorum necessariū, quādo alia plura remedia ad id valeant: sed hoc vnicè commendauit, eò quòd multis modis ad satisfaciendum valet, vt ex dictis patet. Quòd etiam dixit Matthę. 25. procedit semper contra auaros, qui cum fratrum indigentiam notabilem agnoscant, charitatis viscera quę illis aperire deberent, inhumanè claudunt. Et ita de alijs dicatur.

Ad quartum, quod petit hanc difficultatem, An semper teneamur proximo operam

nostram impendere ad vitandum damnū ipsius, siue animę, siue corporis, siue honoris, aut rerum &c. Dicendum proximum illum aliquando non habere potestatem, nec voluntatem suam propriam damnū vitandi. Aliquando potestatem habere, sed nō voluntatem. Aliquando verò potestatem simul & voluntatem. Si proximus potestatem habet, si velit, suum damnū euitandi, simul & voluntatem: tunc non indiget opera nostra, nec tenemur ei ad præfatum finem subuenire. Si autem potestatem non habet, qua possit sine opera nostra à damno illo liberari, & nos eum liberare possumus, tenemur ei subuenire: alioqui meritò damnū illud nobis veniret imputandum, iuxta dictū Symmachi, mortem videtur languentibus infligere, qui hanc, cum potest nō excludit. pro quo etiam est Ambro. lib. 1. de officiis: & habetur. 23. q. 3. cap. Non inferenda. Qui non repellit à socio iniuriā si potest, ita est in vitio, quàm ille qui facit. Si etiam potestatem habet ipse suum damnū vitandi, & non voluntatem, nos autem possumus eum à damno illo eripere, tenemur ei operam nostram, si cōmodè possumus, impendere. Inde est, quòd tenemur fratrem delinquentē corrigere, nē labatur: aut si lapsus sit, nē perseueret, etiam si ipse per se potestatem habeat non cadendi, voluntatem autem non habeat, idq; quando per operam nostrā eius salus speratur euentura. Inde est, qd si proximus desperatus velit se in fluiuū proiicere, & possumus nos nostra opera illum, etiam inuitum nē pereat, impedire, tenemur, quāuis ipse per se potestatem haberet nō se proiciēdū.

Si dicas, Non tenemur proximo subuenire, nisi quādo ipse opera nostra indiget: si autem proximus in se potestatem habet illa damna vitandi, iam nō opera nostra indiget. Dicendū, duobus modis proximus dicitur opera nostra indigere. Vno modo, quādo opera nostra est illi necessaria, sine qua, scilicet, damnū euitare non poterit: & tunc indiget opera nostra defectu potestatis. Alio modo, quādo opera nostra, & si necessaria illi simpliciter nō sit, posito tamē, quòd ille potestate sua vti nō velit, est necessaria ei opera nostra, ex suppositione, & est causa sine qua non vitabitur dānum, non sine qua vitari non potest: & tūc indiget opera nostra, defectu volūtatis. Et ita siue opera nostra sit necessaria simpliciter, vt dānum euadat, siue secūdem quid ad sensum dictum est necessarium nostrā operam illi impendere, nē nostra negligētia illius dāni causa simus. Et per hoc patet vera esse exempla



E in argumento posita: sed non inde sequitur, quòd diues teneatur bona sua dare pauperi communem tantum necessitatem patienti, eò quòd tunc pauper ille potestatem habet sibi de necessariis prouidendi simul & voluntatem: non enim presumendum est, quòd volet à necessariis abstinendo perire.

Ad quintum, in quo quaeritur, An Ioanes debeat consentire in hoc, quòd Petrus rem Ioannis detineat, supposito quòd Ioan. re illa nullatenus indigeat. Dicendum, quòd vel Petrus indiget re illa ad aliquid necessarium naturae: & fateor quòd debet Ioanes in hoc consentire, si aliter huiusmodi necessarium procurare non possit. Aut Petrus indiget re illa ad vitandum damnū aliquod notabile: quod non aliter euitare potest, & fateor etiā Ioanem debere consentire, & in utroq; casu rem exigendo, & de manu petri auferendo, peccaret mortaliter: sicut peccaret, si in tali necessitate illam rem nō traderet Petro ad suam necessitatem releuandum. Si autem Petrus re illa indiget ad aliquid, quod est ei ad statum suū necessarium, tunc deberet Ioannes similiter consentire, sed non sub poena peccati mortalis, vt puto, sed tantū venialis, idq; si nullum damnū Ioanni eueniat ex rei suae detentione. Si autem Petrus indiget praefata re ad lucrum aliquod acquirendū praecise: tunc Ioannes non debet in tali retentione consentire, sed rationabiliter dicitur in casu inuitus. Similiter dicatur de alio exemplo ibidem posito. Iam ex his patet argumentum non probare intentum suū, sed hoc solum, quòd si Ioannes in nullo indigeat re illa sibi omnino superflua, & Petrus ea indiget ad necessaria naturae, aut ad vitandum aliquod notabile damnū suum, tenetur Ioannes rem illam tradere, vel donando, vel mutuo dō ipsi Petro, idq; sub poena peccati mortalis. Si autem Petrus ad nullum tale re illa indigeat, sed ad conseruationem sui status tenetur sub poena peccati venialis ad summum rem illam eidem Petro tradere. Si autem ea ad solum lucrum indigeat, nullum est peccatum, vt videtur, eam illi nō dare. Ac proinde si pauper sit in necessitate communi tantum, non video, q̄ Ioan. teneatur rem suam sibi superflua Petro tradere sub poena peccati mortalis, ex quo nec illi est res illa necessaria naturae, nec ad damnū aliquod notabile vitandum, vt pono. Et per hoc patet ad quaestionem. Verum cū haec in genere dicta sint, & verè, si tamen ad casus particulares descēdatur, non facile est, sed nimis difficile quis cui, & quantum tenea-

tur elargiri sub poena peccati mortalis, eò q̄ G incertum est, per quid necessaria à superfluis distingui possint. Incertum etiam est, quae, & quanta necessitas in paupere seu in recipiente requiratur, quantum etiam sit vniciq; ad naturae vel status sustentationem necessariū. Incertum etiam sit, veram esse aut simulatam necessitatem, quae solet in pauperibus apparere: & si vera sit, nō satis certum est, alios diuites adeò auaros esse, vt in nullo velint tali pauperi subuenire. Multaq; alia incerta sunt ob quorum ignorantiam non sunt facile diuites condemnandi, si eleemosynas de superfluis nō faciant. Secus si certitudo superfluitatis simul & necessitatis aut indigentiae haberetur, in qua re non dicerem diuites debere sollicitos esse ad inquirendum, quis quāta necessitate laboret, vt teneatur eisdem subuenire. Nisi fortè praelati sint, quibus specialis pauperum cura incumbit. De quibus aliās.

De quibus bonis fit eleemosyna faciēda, & à quibus personis.



Aliud occurrit H dubium, scilicet, An eleemosyna sit agēda praecise de bonis propriis, an possit etiā de alienis fieri, similiter & de cōmuni bus. Quod enim de propriis fieri possit, non est dubitandum: maximè, si ipsorum bonorum administratio, domino ipsi cōueniat, secus aliās. Quod dico propter mēte captos, & minores, qui & si Dñi rerum sint, liberā tamen rerū administrationē nō habent. Sed nec alii, quorū bona ob causam aliquā sunt confiscata, possunt eleemosynā facere extra casum extremæ necessitatis: quemadmodum nec donare possunt, nec alienare, hi saltem, quorum bona ipso facto sunt confiscata, quales sunt haeretici, qui à die cōmissi criminis, priuantur rerum suarū dominio, etiam si per homines nō sit in eos lata sententia. Quāquam ad hoc, quòd rebus suis actu priuētur, iudicis sententia opus est. c. cum secundū. de heret. lib. 6. Imò generaliter quādocunq; bona alicuius ipso iure, seu facto confiscantur, aut alia poena ipso facto delinquenti iure infligitur, est necessaria sententia, saltem qua declaretur hominem illum tale, vel tale delictū perpetrasse. Exceptis poenis, quae secum trahunt executionem, vt est excommunicatio, quam homines saepe ipso facto sine vltiore declaratione

A declaratione in conscientia incurrunt, Alio qui facile daretur occasio cupidis iniustè multos homines expoliandi, eos poenā iuris ipso facto incurrisse praetendentibus. Nec obstat cap. pro humani. de homicidio. lib. 6. vbi statutum est cōtra Assassinos & eorū fautores, amissionē omnium bonorū, & alias poenas ipso facto incurrere, ita q̄ ex quo de delicto probabilibus documētis cōstiterit, nulla alia sententia requiratur: q̄ hoc intelligit de sententia condēnatiua, non de ea, quae declaratiua est.

Refert tamen lege contra aliquem de linquentē cautū esse, q̄ bona sua publicentur seu confiscantur, aut q̄ ipso facto sint cōfiscata. Si primū, vt in his, qui capitale crimē cōmiserunt, tales ante sententiā latam poterunt bona sua retinere, & eisdem vti, & eleemosynas facere, & ea alienare, & tenebit alienatio, vt ait Innocen. cap. quia propter. de electio. Si secundum, vt est in crimine lesae maiestatis diuinæ & humanae, poterit de linquēs bona possessa retinere, & eisdē ad sui & suorum sustentationē, ante sententiam latā vti, ea tñ alienare non poterit, nec donare, nec de illis eleemosynam facere, citra casum extremæ necessitatis. De his tamen alibi.

B De bonis autē alienis eleemosynam fieri posse ī casu extremæ necessitatis vel quasi nō etiā dubitat: maximè si aliter hōi necessitati subueniri non potest. Huius ratio clara est, q̄ in tali necessitate omnia sunt cōmunia, nec dñs pōt rationabiliter inuit⁹ esse, qñ de bonis suis ali⁹ extremè laborātī succurrit, nō potēs de propriis aut aliter subuenire. Sed hic esset dubiū, An possit aliquis propria & sufficientia bona habens de bonis alterius diuitis accipere, vt extremā necessitatem patiēti subueniat: taliter, q̄ ipse de suis propriis bonis ratam det pauperi: & ab aliis diuitibus absentibus, aut subuenire nolentibus, tantundem accipiat, vt de alienis & suis tribuat pauperi necessaria. Et ratio dubitationis est, quia talis homo in casu id facit erga pauperē, quod alij diuites facere debuissent: ex quo obligatio subueniēdi illi pauperi in casu omnes illos diuites cōcernit. Et ita si alij diuites subuenire nolint, aut absentes sint, non illis in casu fit iniuria. Adde, q̄ quis actu elicito illi alij diuites in suarum rerū ad praefatum finem ablatione non consentiant, benè tamen actu debito.

Respon. Nō videt licitū, quod quaeritur. Ratio, quia sicut nō est licitū alicui aliena ad propriae necessitati subueniendū sine licētia dñi subripere, si ipse habet

aliās vnde possit sibi ipsi subuenire, ita nec erit alicui licitū ad subueniendū alterius necessitati, si habet vnde aliās valeat illi subuenire: quod enim nō est alicui licitū vt sibi subueniat, non erit licitum vt alteri subueniat.

Pro hoc facit. 14. q. 5. cap. Fortè aliquis cogitat. vbi dicit Augustin⁹, q̄ qui à diuitibus auaris aliena accipit, vt pauperibus subueniat, & sic ablata pauperibus distribuat, addit peccatum peccato. Gloss. Quia semel peccauit per furtū auferendo, & iterū in distribuendo, quia alienat, quae restituere deberet. Et cap. Eleemosyna. ibidē dicit, q̄ non debet fieri nisi de propriis & iuste possessis.

Nec valet ratio prius facta, qua dicitur, q̄ ille homo in casu id egit, quod proprius dñs facere debuisset. Si em hoc excusaret aliena furtiuitatem in casu, etiā eundē excusaret, si nil de suis propriis, sed totum de alienis pauperi tribueret: q̄ id ageret, quod alter facere debuisset, ex quo alter teneretur in totum pauperi subuenire, vbi non essent alij, qui possent aut vellent. Exempla etiā clara sunt, vt supra deduximus, per q̄ ostendimus fundamentū illud in multis deficere, vt si persona priuata furē vel homicidā suspēdat, quē iudex suspēdere debuisset, nō excusat à culpa, etiā si id faciat, quod iudex facere debuisset. Similiter si Petrus debeat certam summā pecuniae Ioanni, quā soluere recusat, peccaret Cicero, si propria autoritate se intromitteret ad accipiendū de bonis Petri summā illam, vt creditori satisfaciat, & tñ id agit, quod debitor agere debuisset, & ita de aliis possit exēplificari. Ratio huius est clara, quia in casu praesenti contra facta res aliena dño rationabiliter inuito. Nam cū is, qui aliena accipit, habet ppria, per quae possit pauperi subuenire, & non vult nisi de alienis, meritō rei ablatae dñs erit inuitus, si contra ipsius voluntatē bona sua inuadatur & distrahan. Et ita falsum est, q̄ dñs in casu consentiat actu debito quāq; deberet cōsentire, si aliter extremæ pauperis necessitati subueniri non posset. In quo casu teneret verum aliud dictū, scilicet, quòd licitum est homini de alienis bonis id agere, quod, ille alius agere debuisset, scilicet, quando necessitas sic agere compelleret.

Si quaeras, casu, quo essent decem diuites videntes aliquē fame perire, & nullus eorum illi succurrat, quis eorum peccabit? Ratio dubij est, quia quocunq; eorum signato, est verum dicere, quòd pauper nō indiget ope illius, cū per alios possit eius necessitati subueniri. Respon. Quilibet eorum in casu peccat,

E peccat, quia quilibet eorum tenetur illi succurrere, & quilibet eorum omittit: igitur quilibet eorum peccat. Antecedens certum est, cum non sit maior ratio de vno, quam de alio. Similis difficultas est, si homo habeat vnde vni tantum subuenire possit, & occurrunt duo aut tres pauperes extremam necessitatem patientes, & nulli eorum subueniat, peccat, quia vni non subuenit, & quia alteri non subuenit &c. etiam si ambobus succurrere non possit. Pro quo illud breuiter notandum, quod duplex est obligatio, qua aliquis tenetur ad aliquid. Quaedam absoluta, qualis est ea, qua vnusquisque tenetur diuina mandata seruare, etiam alio seruante. Quaedam conditionata, qua tenetur aliquis ad aliquid, si alius id non faciat, secus alio faciente, qualis est obligatio, qua homo tenetur vxorem ducere ad finem multiplicandi genus humanum, Aut aliter ponatur distinctio, quia quedam est obligatio personalis seu particularis, quae singulos & directe concernit. Quaedam vero communis, quae communitatem, non indiuiduum, directe concernit: & ad haec tenentur, qui sunt de illa communitate, non absolute sed conditionaliter, si, scilicet, per alios huiusmodi obligatio non compleatur. Ac proinde si nullus de communitate illa compleat, vnusquisque peccabit. Vnde ridiculum est dicere, quod peccat communitas, & nullus de communitate peccet, vt quidam dixerunt, in casu, quo nullus de communitate vellet vxorem ducere. Aliud exemplum est aequum notum, si in ecclesia aliqua sint plures sacerdotes, siue religiosi, siue seculares, & quibus non plus vnus quam alius teneatur in Paschate populo missam dicere, & nullus eam dicat, certum est vnumquemque peccare, etiam si nullus teneretur absolute missam illam tunc dicere, nisi conditionaliter, scilicet, aliis eam non dicentibus. Ita igitur in casu, quauis nullus illorum diuitum teneatur tentioe absoluta pauperi illi succurrere, quilibet tamen tenetur tentioe conditionata: ideo nullo succurrente, quilibet eorum peccat.

Redeundo igitur ad rem, si pauper extremam necessitatem patitur, quilibet potest & debet, si propria non habet, illi de alienis subuenire, modo caueat a scandalo. In quo casu currit, quod ait Ambrosius, Fame pasce morientem, si non paupis occidisti. Extra tamen huiusmodi extremam necessitatem nemini licitum est de alienis bonis pauperi subuenire sine consensu veri domini vero seu rationaliter praesumpto, iu-

sta dictum Pauli, docentis non esse faciendam mala, vt eueniant bona. Inde patet, quod nec seruus de bonis domini, nec filius de bonis parentum, nec vxor de bonis mariti possunt eleemosynam extra casum extremam necessitatis facere, nisi accedente domini, patris, aut mariti consensu expresso aut tacito, aut rationaliter praesumpto. Idem dicatur de monachis, seu religiosi, qui sine superiorum consensu nil possunt alienare, & ita nec eleemosynam facere, cum tales in nulla re videantur habere dominium. Non dicatis. Possunt tamen cum peregrinantur, aut in scholis resident, aliquid pauperibus erogare, sicut alij scholares idem possunt, de bonis saltem, quae vsu consumuntur. Nec enim putandum est, patres, aut abbates tam strictos esse, quando religiosi aut filii bona tradunt ad literas incubendum, vt in nullo velint eos pauperibus subuenire. Argumentum, cap. Praeterea de officio delegati.

EX dictis patet ad tertium, An, scilicet, possit quis facere eleemosynam de bonis communibus sibi & aliis. Quae quaestio habet locum in coniugibus, in abbatibus, in capitulis, in sociis, aliisque; bona in communi possidentibus. De vxoribus sententia communis est, eas non posse de bonis communibus donationem, aut eleemosynam facere, citra extremam necessitatem, sine consensu viri expresso, vel rationaliter praesumpto, eo quod talium bonorum libera administratio non vxoribus, sed maritis conuenit. Excepto, nisi ob causam aliquam maritus tali administratione priuetur: quia tunc deuoluit ad vxorem. Ac proinde vxores, quae de communibus bonis vel donationes, vel eleemosynas sine necessitate cogente faciunt, tenentur tantundem, si possunt maritis restituere. Excepto, nisi talis, & tanta sit consuetudo in patria, qua vxores ius acquisierint ad aliqua erogandum, quia consuetudo excusabit. Talis, vt puto, est in dando panem, aut aliquid, quod ex refectioe superfit. Similiter si vxor utiliter agat rem viri, poterit aliquid de communibus bonis erogare, exemplo Abigail, quae datis panibus & certis aliis rebus Regi Dauid contra voluntatem viri sui, eum a morte liberauit. Nam tunc adest mariti consensus debitus, & si non elicitus.

Abbates etiam cum in bonis communibus nonnullam habeant administrationem, poterunt per viam eleemosynae aliquid dare. In quo etiam non parum agit consuetudo per superiores cognita & approbata, aut

A aut saltem permessa, qua possunt in certa quantitate suis consanguineis, aut quibus velint, aliquid elargiri. Capitulum etiam de bonis communibus quicquam donare, aut in eleemosynam elargiri non potest, nisi accedente consensu eorum, quorum interest, idque seculsa semper causa ad oppositum compellente. Idem dicendum de sociis aliqua in communi possidentibus, quod alter sine alterius consensu saltem praesumpto, eleemosynam facere, aut alicui quicquam donare non potest.

PRO capitulo tamen notandum, non esse indistincte dicendum, quod omnium assensus sit necessarius ad hoc, quod possit de bonis communibus eleemosynam facere, sunt enim bona capituli communia in duplici differentia. Quaedam sunt communia collegialiter, quorum dispositio seu dispensatio ad omnes simul spectat absque hoc, quod singuli habeant ius ad portiones illorum bonorum, qualia sunt bona quorundam monasteriorum, aut collegiorum, quae victui & vestitui religiosorum superflua sunt. Similiter & bona quarundam ecclesiarum, quae post distributam unicuique suam portionem, iuxta ecclesiae regulam & consuetudinem, remanent ab ipsa communitate seu capitulo dispensanda. Alia sunt bona communia singulariter, quorum scilicet, certa portio unicuique debita est, nec ad eam massam aliquid pertinet, quod non inter singulos distribuitur. De primis bonis, quae communia collegialiter dicuntur, potest capitulum non solum ob necessitatem, sed ob pia causam aliquid per viam eleemosynae, aut aliter dare, etiam si non ad sit omnium consensus, quia sufficit maior pars capituli, vt patet de his, quae fiunt a maiori parte capituli, cap. Cum in cunctis. De aliis autem bonis communibus singulariter, non sufficit maior pars capituli ad aliquid tale alienandum, donandum, vel in eleemosynam erogandum, nisi omnium, quorum interest, accedat consensus, vt patet ex cap. Cum omnes de constitutionibus. & glof. ibidem. Pro quo etiam facit Innocentius ibidem & alij. Facit etiam regula iuris, Quod ad omnes attinet, ab omnibus debet approbari.

Corollarie sequitur, quod capitulum non potest eleemosynam facere extra casum necessitatis de bonis communibus, quae de iure inter canonicos & portionarios sunt distribuenda sine ipsorum portionariorum consensu expresso, vel rationaliter praesumpto. Et multo minus possunt absque eorundem consensu alias gratias de huiusmodi bonis facere. Non enim sunt aliena bona inuitis dominis contrectanda. Idque di-

exerim, si consuetudo contraria legitime praescripta ius praefato capitulo non tradiderit ad bona communia sine portionariorum consensu dispensanda. Nam hac seclusa, non occurrit ius nec ratio, quae cogat oppositum tenere.

Sed dices, ratione administrationis, quae capitulum habet, conuenit sibi sine portionariorum consensu aliquid de communibus expedere: sicut hac ratione potest maritus de bonis communibus sine consensu vxoris, imo ipsa reclamante, aliquid erogare. Similiter curator, aut tutor potest ratione administrationis de bonis pupilli seu minoris eleemosynam facere absque consensu: igitur ita poterit capitulum sine portionariorum consensu, idque ratione administrationis. Dicendum non esse simile, nec verum, quod haec ratio praetendit: quia in casu capitulum non habet plenam & liberam administrationem illorum bonorum, sed limitatam, iuxta regulam & constitutionem fundatorum, qui non minus ius habere voluerunt portionarios respectu portionis suae, quam canonicos respectu suae: ac proinde praefatae gratiae per capitulum portionariis inuitis factae, in fraudem illorum fiunt. Maritus autem non solum administrationem, sed dominium etiam habet bonorum communium: Capitulum autem non ita. Maritus etiam plenam habet illorum bonorum administrationem: Capitulum autem non nisi limitatam, iuxta regulas & laudabiles ecclesiae consuetudines. Deinde tutor & curator administrationem habet, sed cum hoc habet minoris consensum praesumptum aut debitum, & si non elicitum, similiter & ipsius iuris. Nec enim putandum est curam seu tutelam alicui contra bonos mores, & contra pietatem ad pauperes habendam committi: qualiter committeretur, si curator, aut tutor non posset pauperibus subuenire, & officium pietatis, & fraternae charitatis exercere, qualiter minor, si adultus esset aetatis, exercere debuisset.

Si ultra obijcias, quod tunc nil posset capitulum de bonis communibus disponere sine portionariorum consensu: Dicendum, negando sequela, quia in his, quae sunt necessariae ecclesiae, aut utilia, facultatem habet capitulum de bonis huiusmodi disponendi, in qua dispositione, & si actu portionarij non consentiant, iustum tamen est eos consentire: & ideo perinde est, ac si actu consentiant. Secus si capituli dispositio non in publicum ecclesiae bonum cedat, sed in priuatum & personale. Sed de his haec obiter dixisse sufficiat.

De Eleemosyna facienda de bonis illicitè quaesitis.

V 2

Ex



E



EX dictis apparet responsio ad dubium aliud moueri solitum. San sit facienda eleemosyna de bonis turpiter aut illicitè acquisitis. Si enim pauper extremam, vel

quasi, necessitatē patiat, nil refert, qualiter acquisita sint bona, quia illi tenemur in casu hoc de alienis subuenire, nedū de propriis iniuste acquisitis, quā aliter præfata necessitati succurri non potest. Si tñ pauper sit citra extremam vel quasi necessitatē, sed in cōmuni, esset distinguendum de bonis illicitè acquisitis. Quædam enim sunt certis personis restituenda, his. scilicet quas legimus: quædam sunt, quæ licet non sint certis personis restituenda, licitè tñ à nobis retineri nō possunt. Alia verò sunt, quæ quāuis per mediū aut modum illicitū acquisita sint, iuste tamen possunt à nobis velut propria possideri. Exemplum primi, de his, quæ certis personis sunt restituenda, qualia sunt, ea, quæ per furtum, rapinam, concussionem,

Finiustam exactionem, metum, fraudem, aut per alia huiusmodi media sunt acquisita, & de talibus citra extremam non est agenda eleemosyna, sed suis dominis, aut creditoribus restituenda sunt. Excepto, nisi talia sint quæ functionem recipiunt: nam tunc poterunt illa in eleemosynam dari, modò is, qui ea dat, maneat potens tantundem restituere. Exemplum secundi, de his, scilicet, quæ retineri nō possunt, qualia sunt, quæ per simoniam aut per sententiā iniquā, seu per falsum testimoniū, aut pro alio crimine perpetrando, sunt acquisita. Talia quidem, & si non sint necessariò reddenda his, à quibus accepta fuerunt, non tamen possunt licitè retineri, sed pauperibus sunt eroganda. Nec his assentior, qui dicunt in hoc casu consilium esse ea pauperibus erogare, aut non. De quo aliàs videbitur. Exemplum tertij, de his, quæ turpiter sunt acquisita, & tamen licitè veluti propria retineri possunt, qualia sunt, quæ per actum prohibitū, aut tempore seu loco prohibiti sunt acquisita, hoc est, quando modus acquirendi prohibitus est, non tamen prohibita est ipsius lucrici seu rei acceptio. Quale est, quod per meretricium est acquisitum, aut per contractum cum excōmunicato, aut per negotiationē in tempore aut loco sacro factā: taliter enim acquisita, & si turpia sint ex circumstantia, efficiuntur tamē propria ipsius acquirētis, ideò

acquirens ea potest de illis eleemosynā facere. Excepto, nisi talis, & tali loco fiat, quod inde nasceretur scādalum. Qualiter, seu quam ob causam, phibita est meretrici oblatio publica, vt habetur Deutero. 23. Non offeres mercedem prostibuli in domo Domini.

EX his oritur quædam dubitatio non omninò proposito impertinēs, scilicet, Si quis multa habeat bona, omnia tamen, quæ habet, sint restitutioni obnoxia: & tamen de illis aliqua pauperi in extrema necessitate existenti elargitur, an talis deobligatur à restitutione faciendā in ea parte, quā pauperi huiusmodi erogauit, an potius teneatur, cū ad pinguem venerit fortunā tantundem restituere? Et visum est quibusdam dicere, quod talis ad pinguem veniens fortunā, tenebitur tantundem restituere. Tum, quia si omnia quæ habet, mutuo accepisset, aut per viam depositi ea teneat, & de illis pauperi extremam patienti largiatur, tenebitur tantundem mutuantis, seu deponenti restituere: igitur etiam si ea omnia iniuste rapuerit, tenebitur in casu. Antecedens suppono. Et consequētiam probō. Non enim in casu debet esse deterioris conditionis qui sine culpa res alienas tenet, quàm qui per rapinam & furtum eas acquisiuit.

HTunc etiam, quia si ipsemet, qui aliena possidet, ea in toto vel in parte suæ propriæ indigentia subueniat, consumat, tenebitur postea, si ad pinguem venerit fortunam, tantundem restituere: igitur ad idem tenebitur, si ea ad alienam indigentiam subleuandam consumat.

Econtra verò videbatur aliis, hominem manere ab obligatione restituendi liberū in casu. Tum quia si quis non habens propria, vnde patienti extremam necessitatem subueniat, aliena ad illi subueniendum accipiat, non tenebitur sic accepta restituere. Igitur nec in casu præsentis tenebitur, cū nil videatur referre aliena accipere, vt pauperi subueniatur, aut aliena habita erogare, vt eidem pauperi subueniatur, cū utrobique eadem sit ex parte pauperis indigentia, eadem illi subueniendi necessitas, & idem ex parte subueniētis defectus, cū nil propriū habeat, eadem ex parte eiusdem charitas & misericordia, eadem ad subueniendum obligatio, cū non sit alius modus pauperi succurrendi, quàm qui dictus est. Tum etiam, quia si creditor, cui bona præfata erant restituenda cōsentiret in hoc, quod debitor de illis bonis pauperi distribueret, debitor esset liber à debito restituendi distributum: igitur etiam erit

Aerit liber, si creditor sit absens, seu si non actu consentiat, ex quo in casu sciens pauperis necessitatem, nec esse alium modū, quo illi posset subueniri, deberet si adesset consentire: in huiusmodi autem casibus idem operatur de bitus consensus quod elicitus & actualis: igitur.

Si fortè dicatur, quod creditor non tenebatur cōsentire in hoc, quod debitor subueniret indigenti per viam donationis, cū posset eidem subuenire per viam mutuationis, & ita semper maneret obligatio debitor restituendi. Contra hoc est ratio, quia esto id ita esset, sequitur quod præfatus debitor mutuat illi pauperi de consensu creditoris saltem debitor, igitur eo ipso expirat in debitor mutuantem debitum restituendi id, quod pauperi elargitur, saltē vsq; quod pauper, qui est velut mutuatarius, efficiatur potens acceptum reddere: si tamen nunquam potens fiat, nec creditori satisfaciat, non debitori, sed creditori venit imputandum, de cuius cōsensu res illa mutuat fuit. Vt si mandatarius mutuat pecunias mandatis ad mandatarius ipsius, nō relinquitur in mandatario obligatio illas restituendi mandati. Et ita in casu, siue debitor per viam donationis, siue per viam mutui, id quod debeat, pauperi contulit, cū id egerit ex consensu creditoris, videtur prior obligatio extingui qua, scilicet, tenebatur creditori.

Respon. Huius quæstionis solutio videtur ex alia non huic dissimili pendere, quæ etiam inter arguendū tangebatur, scilicet, si quis in extrema necessitate existens aliena consumat, & post ad pinguem perueniat fortunam, an teneatur pro consumptis satisfacere. Dixit Sco. Richar. & Gabriel distinguendo, quia vel talis indigens occupauerat aliena quæ cōsumpsit, antequam extremam incideret indigentiam, aut existente extrema necessitate aliena accepit & consumpsit. Si primum, ex ipsa iniusta rei alienæ occupatione orta fuit in occupante obligatio restituendi acceptum, quæ superueniente extrema necessitate, fuit sopita: ideò huiusmodi necessitate cessante, reuiuiscit obligatio tantundem restituendi. Si secundum, ex quo ob necessitatem illam res sic occupata facta est occupantis tempore ipsius occupationis, ideò ex tali acceptione nō orta est obligatio restituendi: ac proinde, cessante præfata necessitate, nulla est obligatio quæ reuiuiscat, sicut in primo casu. Quæ responsio satis cōsonat his, quæ dici solent, de operibus bonis ante peccatum vel in peccato factis. Nam priora opera ante peccatum facta, reuiuiscunt, quando homo à peccato recedit. Quæ autem in peccato fuerunt facta, quia nunquam vixerunt, non amplius reuiuiscunt.

Catum vel in peccato factis. Nam priora opera ante peccatum facta, reuiuiscunt, quando homo à peccato recedit. Quæ autem in peccato fuerunt facta, quia nunquam vixerunt, non amplius reuiuiscunt.

Conformiter ad hoc posset in præsentis dubitatione respondere, quod scilicet, præfatus debitor, qui de debitis pauperi largitus est tenebitur, si post modum poterit, tantundem creditori restituere, non obstante quod ob extremam necessitatem pauperis ea consumpsit. Cuius ratio est, quia in debitor illo iam erat obligatio viua restituendi ea quæ acceperat, seu quæ actu possidebat, & superueniente extrema pauperis necessitate, ob quæ coactus fuit aliquid eidem elargiri, vnde p̄ tunc māsit impotēs ad plenè restituendū, fuit sopita præfata obligatio: hæc tamen, accedente pingui fortuna, reuiuiscit.

Ad ea verò, quæ in oppositum pro secunda opinione dicta sunt, dicendū ad primum non esse idem de eo, qui existente extrema pauperis necessitate aliena accipit, vt illi subueniat: & de eo, qui de alioqui debitis eidem pauperi elargitur. Primus quidem non tenetur accepta restituere, quia extrema necessitas fecit, vt non tam aliena quàm ipsius pauperis essent, quæ accepta sunt, cū necessitas hæc omnia faciat communia. De secundo autem qui de debitis prius elargitur, secus est, quia ante necessitatem præcelsat viua obligatio restituendi creditori.

Ad secundum esto in similibus casibus idem operaretur consensus debitor & elicitus: attamen in præsentis casu debitor ille nec consentit actu elicto, nec debito, in hoc, quod debitor donet, vel mutuet indigentem cum damno ipsius creditoris: consentit autē actu debito in eo, quod est necessarium in casu ad pauperi subueniendum: hoc autem esse potest non deobligando debitorem à debito sibi satisfaciendi quando poterit. Si enim deberet cōsentire creditor in hoc quod debitor nomine ipsius creditoris de debitis elargiatur, aut subueniat pauperi, hic consensus releuaret debitorem à debito: verum non tenetur illo modo consentire, cū necessitas pauperis talem consensum non exigat, ex quo pauperi sufficienter subuenitur per debitorem, si debitor nomine suo non creditoris illi necessaria ministrat.

An extremè indigenti sit eleemosyna faciendā donando: An sufficiat eam facere mutuando?

V 3 In di-

E **I**N dictis super alia inuoluit dubitatio, vnde quodammodo pendet, quod ex Scoto nuper dicebas, scilicet, pauperem in extrema necessitate aliena occupatam

& consumentem, non teneri postmodum tantum restituere: secus si ante necessitatis aduentum illa occupauerit, & in necessitate eadem consumperit. Cum tamen Adrianus in hoc nullam videatur differentiam ponere, quod ante necessitatem, vel in ipsa necessitate aliena occupauerit, modo in ipsa necessitate illa consumperit. Et in utroque casu videtur asserere pauperem teneri restituere, quoniam ad pingue venerit fortunam, quia ut ait, dominus rei sic consumptam, non debuit consentire in suae rei occupatione ne donando, cum ad releuandum pauperis necessitatem sufficeret consentire mutuando.

Iam est dubitatio, supposito, quod diues teneatur pauperi in extrema existenti necessaria tradere, An ad id teneatur donando, an satisfaciat, si subueniat mutuando: intendendo, scilicet, obligare ipsum indigentem, ut cum venerit ad pinguem fortunam, tantumdem restituat. Et quod non teneatur subuenire donando, sed satisfaciat si mutuet, aut aliter illi patienti subueniat arguitur primo, quia ex charitate non tenemur sub poena peccati mortalis succurrere proximo necessitatem patienti plus, quam ipsa necessitas exigit, cum illud plus consilij sit, non praecipit. Si igitur possumus necessitati subuenire sufficienter, res nostras illi indigenti communicando per viam mutui, sequitur, quod non tenemur illi res nostras per viam donationis communicare. Cuius exemplum videtur notum si video proximum in tanto periculo constitutum, quod nisi velociter, & cito fugiat a loco in quo est, occidetur iniuste ab inimicis, velociter in ipsum irruere volentibus: ille autem velociter fugere non potest, nisi equum meum illi communicem. Iam in casu teneor quidem equum meum illi communicare, non tamen per viam donationis, sed satis est, si illum eadem accommodem, eundem in se, vel in aequiualentem postmodum mihi reddituro. Et in hoc parum refert illum, qui eget equo meo, diues sit, an pauper.

Aliud exemplum. Imus simul per viam Petrus & ego, quibus latrones occurrunt, qui nobis mortem comminatur, nisi vnusquisque nostrum illis centum ducatos

tradamus: & Petro nullas secum pecunias portante, ego pro illo & pro me ducentos ducatos soluo. Iam in casu Petrus est in extrema necessitate constitutus, nec est qui possit ei subuenire praeter me, per traditionem praefatorum centum ducatorum, non teneor illos ducatos ei tradere per viam donationis, sed satisfacio debito subueniendi, si mutuem.

Confirmatur primo idem, si in patria extrema famis necessitas superueniat, me copiam tritici habente, teneor cum possum ciuibus succurrere extremam necessitatem patientibus, illis triticum comunicando, & tamen possunt protestari, quod mutuo illis, & non dono quodque petam ab eis, quoniam soluere poterunt, ut notat in l. Nefennius. & in l. Alimeta. ff. de nego. gest.

Confirmatur secundo, si aliquis certam aegritudinem incidat, ad cuius curationem magnis expensis & medicinis opus sit, tenebitur quidem medicus suam operam illi impendere, similiter & pharmacopola suas medicinas quantumuis pretiosas, si aliter mortem euadere non poterit, non tamen ad id tenetur donando, cum possint similiter prestari, quod medicus suae operis mercedem & pharmacopola suarum medicinarum pretium ab illo infirmo, quando potens fuerit, repetent.

Tertio ad idem facit, si aliquis robustus laborare potens nil poenitus habeat, cui nisi illico succurratur, fame peribit: ego in tali casu in defectum aliorum teneor illi succurrere, sed non donando, quando quidem possum cum illo pacisci, quod dabo ei quicquid opus fuerit, hac lege, ut postea quam illi subuentum fuerit, & vires sint restitutae, eat in agrum meum, & colat loco mercedis prius susceptae. Non igitur est necessarium indigenti subuenire donando: alioqui si in hoc casu ille indigens pactum nollet acceptare, nec ego illi quicquam donare, posset ille sine peccato inuadere tanquam suas, & sibi debitas: quod tamen est falsum, quia nemo illum indigentem a culpa excusabit, si pacto neglecto, res meas illo modo inuadat, ex quo potest aliter suae necessitati subuenire, suam, scilicet, personam locando.

Quarto ad idem facit exemplum Iacob, qui noluit gratis dare pulmentum fratri suo Esau, quem itinere & venatione fatigatum, fame perire videbat: sed pro pulmento primogenituram petiit.

Quinto facit etiam, quod habetur de furtis. cap. Si quis. Vbi dicitur, Si quis propter necessitatem famis, aut nuditatis

aditatis aliena occupauerit, talis si postea occupatum reddiderit, non cogatur ieiunare. Vnde a contrario, si non reddiderit, ieiunare cogatur. Vnde argumentum sumitur, quod dominus rerum per indigentem occupatarum, non tenebatur res illas occupatas indigenti communicare donando: alioqui non compelleretur indigens eadem suo domino reddere.

Sexto facit etiam, quod habetur cap. Exiit. de verborum significatio ne. lib. 6. vbi significatur, quod tunc licet minoribus de alienis viuere, quando nec per oblationes sponte factas, nec per medicitatem, nec per laborem manuum, vitae suae possunt necessaria ministrare. Vnde colligitur, quod si homo potest per aliquod medium licitum suae necessitati subuenire, non est ei licitum aliena inuadere, & de alienis viuere. Igitur nec etiam alij tenentur ei per viam donationis succurrere, si alia via licita possunt eorum necessitates subleuare, uti possunt, vel mutuando, vel emendo, vel locando, aut aliquo alio licito medio vtendo &c.

Oppositum tamen video communiter teneri, scilicet, quod in certis casibus est de precepto dare eleemosynam, ut ex dictis patet. Nomine autem eleemosynae communiter intelligitur, quod gratis, & liberaliter datur, & propter Deum, ad releuandum proximi indigentiam. Dicitur autem in casu propter Deum dari, illud quod datur, non ut ab homine loco ipsius aliquid recipiatur, nec principaliter speretur, praeter praemium quod a Deo his, qui eleemosynas faciunt, paratum est. Itaque eleemosyna ex communi hominum intelligentia est, quod irrevocabiliter datur. Quod autem per viam mutui, emptionis, locationis, aut alterius contractus traditur, non gratis, & propter Deum, ut dictum est, traditur: ideo proprie non venit nomine eleemosynae intelligendum.

Facit quod dixit Christus, Quod super est, date eleemosynam. Vbi non dixit, mutuate, sed date. Et quod iterum dixit, Cum facis conuiuium, voca pauperes, claudos, & eos, qui non habent, vnde retribuunt tibi. Vbi satis innuit, eleemosynam esse se pauperibus faciendam non intuitu retributionis ab homine speratae, sed gratis, ex misericordia, & propter Deum. Quod etiam ex Ecclesiastici. 4. confirmatur vbi dicitur, Eleemosynam pauperis non defraudes, sed redde illi debitum suum. Si igitur suum est humani modi debitum, absque retributione oportet

illud pauperi reddere, & ita gratis. Facit etiam parabola de Samaritano, qui cum fauciato indigenti misericordiam impendisset gratis, & non ob retributionem eam fecisset, concludit Dominus dicens, Fac tu similiter.

Facit etiam ratio, quia alias sequeretur quod qui mutuatur, aut ad terminum vendit, posset ultra capitale exigere interesse dani & lucri, non solum si diuitibus mutuet, sed etiam si pauperibus quacumque necessitate pressis: quod est contra communem sententiam, quae ait, quod inter alias conditiones requisitas ad hoc, quod mutuans, seu ad terminum videns possit iuste interesse ultra capitale exigere: vna est, quod non sit mutuarius arcta & nobili necessitate pressus, quia tunc ratione indigentiae oportet per eleemosynam subuenire.

Sequeretur insuper, quod si diuites nolent pauperibus subuenire, nisi mutuando, tenerentur praefati pauperes, quando possent, accepta restituere: & non solum hoc, sed tenerentur dare operam acquirendi, vnde accepta restituant. Ac proinde non esset illis liberum in paupertate Evangelica viuere, nec religionem intrare: quandoquidem qui debitis grauatus est, satisfacere debet, si potest, priusquam religionem ingrediatur & profiteatur.

In hac quaestione, quae pro vtraque fuit parte apparentia habet fundamenta, distinguendum mihi videtur, ex parte dantis, & ex parte recipientis. Si enim recipiens tam inops est, ut propria bona actu non habeat, quae retribuere possit, nec artem habet, nec vires, nec industriam, nec denique modum aliquem vnde necessaria vitae possit, nisi mendicando acquirere, ut sunt claudi, caeci, alijque morbo incurabili laborantes, & qui senectute, quae grauis infirmitas est, & incurabilis, sunt confecti, talibus data est eleemosyna gratis & liberaliter, propter Deum, sine spe vlla retributionis ab ipso paupere euenturae. Hi enim dicuntur veri pauperes, qui omni humano subsidio sunt destituti, a quibus nil est, quod sperari queat. Alij sunt pauperes, quibus bona defunt temporalia: habent tamen actu vires, quibus laborare possunt, & operam suam locare. Habent etiam nonnulli artem aliquam, aut industriam, per quam possunt alijs prodesse, vnde mercedem mereantur, aut stipendium, ut propriae possint necessitati subuenire, si velint. Et de his videtur idem iudicium, quod de alijs ope aliena indigentibus, cum tamen bona habeant temporalia, quae retribuere possint, etiam si

V 4 infirma

E infirmi sint, aut alia quacūq; necessitate pre-
si, & his non est necessarium eleemosynam
per viam donationis dare: poterit tamē & de-
bebit, qui potens est, illis in tali necessitate
subuenire de suis bonis illis communicādo,
& tantundem de rebus indigentis accipere
vel sperare. Hi enim non sunt omnino pau-
peres, nec ita humana facultate destituti, qn
vel res suas vendendo, vel propriam operam
seu personam locādo vel aliis obsequium im-
pendendo, possint quæ illis fuerint necessa-
ria, acquirere, & suis necessitatibus succurren-
tibus rependere.

Ex parte verò dantis similiter videtur di-
stinguendum, quia sunt, qui habent
superflua naturæ & statui. Sunt etiam qui &
si superflua habeant naturæ, nō tñ statui. Et
qui utriq; superflua habet, adhuc sunt in du-
plici differentia, quia aut illa retinent & ser-
uant ad ea expendendum in rebus alioqui
reipua aliis miserabilibus personis necessariis,
aut vt diuitias accumulēt & augeant, seu vt
in alios fines inhonestos ea expendant.

Qui igitur de his, quæ sunt necessaria
ad statum aliquid notabile existē-
ti in extrema necessitate largitur, etiā si actu
non habeat vnde retribuere possit, habet tñ
in spe, quia de illo speratur, q̄ veniet ad pin-
guorem fortunā &c. videtur q̄ nō teneatur
gratis necessaria ministrare, satis est, si per viā
mutui conditionalis ea conferat, obligando,
scilicet, illum cōditionaliter. Vt si ad pingue
venerit fortunam, tantūdem reddat, & idem
videtur dicendum, si quis dat in eodem casu
de superfluis statui, quæ alioqui in rebus rei
pub. aut aliis necessariis, seu valde vtilibus e-
rant expendenda, id quæ si sic datum sit in no-
tabili quantitate. Huius ratio est, quia licitū
est alicui obligationem iniungere, ad id ad
quod alioqui ipsa ratio naturalis eum astringit.
Sed qui de necessariis ad statum alterius,
aut ad alias publicas utilitates accepit, & ve-
niat ad pinguem fortunam, ita vt possit suf-
plere, quæ aliis, à quibus accepit, desunt, im-
picē & inhumanè agere videretur, si ad præfa-
tum defectum supplendum, nil velit repende-
re. Secus si de superfluis statui accepit, quæ
non erant ad publicas necessitates seu utilita-
tes reserua, sed ad diuitias augendum, aut
in fines inutiles expendendum.

Et dixi notanter de mutuo conditio-
nali. Nam potest donatio duplex
esse, similiter & mutuatio, scilicet, absolu-
ta: qua, scilicet, alter alteri ita donat, vt in nul-
lo velit eum teneri ad retribuendum, siue ha-

beat vnde, siue non. Similiter mutuatio ab-
soluta dicitur, qua alter alteri mutuat, obli-
gando illum simpliciter ad reddendum si ha-
buerit vnde: si autem quærat & reddat.
Econtra vero est donatio & mutuatio condi-
tionalis ad propositum præfens, quando al-
ter alteri aliquid dat, non obligando illum
simpliciter vt reddat, nec omnino illū à red-
ditione deobligādo, sed hac lege, vt si ad pin-
guem venerit fortunam, reddat acceptum,
non obligando illum, vt det operā, ad talem
fortunam perueniendi. Et talis datio est me-
dia inter donationem simpliciter factam,
& mutationem. Et potest etiam dici mu-
tuatio conditionalis, sicut & donatio. Iam
patet quod dico, si quis det necessaria alteri
existenti in extrema necessitate, qui actu nil
penitus habeat, vnde retribuere possit, dan-
da est ei eleemosyna de superfluis, & de sta-
tui necessariis, non tamen simpliciter donan-
do nec simpliciter mutuando, sed potest mu-
tuari conditionaliter, & donari conditiona-
liter, vt dictū est: illi tamen absolute mutua-
re non licet, quia liberū est tali pauperi post
eā, vel religionem ingredi, vel in Evangelica
paupertate viuere. Dixi etiam si datum sit in
notabili quantitate: quia potest tam parum
esse, vt ad sustentandum dantis statum nota-
bilem defectum non attulerit. Nam tunc im-
pium videretur pauperibus huiusmodi onus
imponere, qui cū omnibus, à quibus aliquid
acceperunt, rationem habere debeant.

Et per hæc potest moderari, quod su-
prà pro parte Scoti in dubio præce-
denti citauimus, de illo, qui in extrema exi-
stens necessitate aliena accipit. An, scilicet, si
ad pinguem veniat fortunam, teneatur tan-
tundem restituere, quia refert, parū aut mul-
tum acceperit. Refert etiam, an quæ accepit,
essent necessaria statui ei, à quo accepit, an es-
sent superflua. Et secundum hoc, variè possit
responderi. Sed de his aliās.

Quia tamen rationes pro priore sentē-
tia adductæ videntur indistinctè
probare q̄ in nullo casu sit necessariū paupe-
ri necessaria p viā donationis ministrare, qd'
falsum esse putam⁹, ideo ad illas breuiter est
respondendū. Ad primū, qñ arguitur, non te-
nemur indigenti plus q̄ indigētia exigit, sub-
uenire &c. Dicendum, q̄ illud dictū tenet ve-
rum de quātitate rei ministratæ, non autē de
modo ministrandi, donando, scilicet, vel mu-
tuando, & ita plus in quantitate ministrare,
consilij est: non tamen semper de cōsilio est,
donando ministrare, sed sæpe est de pcepto.

Ad

A Ad exempla illic posita dicendum, quod pro-
cedunt in casibus, in quibus is, qui re aliena
indiget, habet alias, vnde possit tantundem
reddere. Et procedunt etiam, quando aliquid
in notabili quantitate datum est, quod fortè
esset danti ad statum, vel alias pias causas ne-
cessarium.

Ad confirmationem primam dicendum,
q̄ procedit de his, qui taliter sunt
in extrema necessitate panis, q̄ habet aliūde
bona saltē immobilia, vnde soluere possunt,
quos impiū esset in casu compellere, vt bona
sua immobilia, aut etiā mobilia vendant pro
pretio fortè diminuto, maximè si huiusmo-
di bona sint illis alioqui necessaria ad vitam.
Non autē procedit de pauperibus nil peni-
tus habentibus, vnde soluere possint. Et si ad
hos velis legem citatam extendi, procedet in
casu, quo qui triticum dat alioqui ad statum,
vel alia pia opera, pretio sui tritici indigeat.

Ad secundā confirmationē ex dictis pa-
tet responsio, q̄ ob notabilem quāti-
tatē opere medici aut medicinarū requisitarū
permittit, q̄ in casu illi infirmo ea ministret
per viā mutui, saltē conditionalis, vt dictū est.

B **Ad** tertiam confirmationem dicendū, q̄
in illo casu habet locū mutuatio, seu
locatio, quia quāuis pauper ille laborare pōt
bona temporalia nō habeat, habet tamē per-
sonam locabilem per quā potest necessaria si-
bi acquirere, & retribuentibus retribuere.

Ad quartū de Iacob dicendū, q̄ nō erat
in tāta necessitate famis Esau, qui si-
ne pulmēto Iacob viuere nō posset, nec adeò
pauper erat, qui non haberet, vnde retribuere-
ret. Nec etiam Iacob tam impius fuisset, qui si
in extremis fratrem suū vidisset, pulmētū ne-
cessariū illi denegasset. Sed nec aliquid inde-
bitū petebat Iacob ab Esau, primogeniturā
petens, quā ipsi ex Dei ordinatione, atq; pro-
missione cōstat debitā esse. Itaq; illud non vi-
detur satis pertinēter ad propositū adductū.

Ad quintum dicendum, q̄ illud capitulū
procedit, non de eo, qui est in extre-
ma necessitate famis. Tum quia si in tali exi-
stet, nō esset dicendus fur, vnde cūq; necessa-
ria acciperet, si non esset, qui offerre vellet.
Tum, quia tali nō esset pœnitētia imponēda,
nec cōpellendus esset restituere, si re accepta
extremè indigeret. Ac proinde pcedit de eo,
qui citra extremam existens necessitatem,
aliena furatus est, ob necessitatem aliquam,
quæ illum excusare non sufficiebat. Et ita in
casu Dominus rei sic acceptæ, nec tenebatur
in rei acceptione consentire per viam dona-

tionis, nec per viam mutui.

Ad sextum, quicquid sit de præfata De-
cretali, quæ non ita formaliter sonat,
dicendum, ita esse, nemini licitū esse de alienis
viuere, maximè inuitis dominis rerū ipsarū,
si modū habet honestū, vnde alioqui viuere
possit: & si de mutuo viuere possit, casus ta-
mē extremæ necessitatis mutū nō admittit,
nisi vt suprā diximus. Sed de his hæc tenentur.

De his, quibus est danda elee-
mosyna, & quo ordine.



Einde solet quæ-
ri, quibus est danda elee-
mosyna, malis, scilicet, an
solis bonis? Ad quod si-
ne disputatione breuiter
dicendum, q̄ in extrema
necessitate omnibus dā-
da est ad naturæ sustentationem, etiam si mali,
aut pessimi sint: Vnicuiq; enim mādauit Do-
minus de proximo suo. Omnem etiam pro-
ximū diligere tenemus, & nullum occidere,
qualiter occideremur, si fame pereunti, cūm
possumus, non subuenimus.

Loquendo tamen citra extremā vel
quali necessitatē, videtur
distinguedū. Nam sunt quidā pauperes, qui
de eleemosyna ipsis nō defutura securi, in vi-
tiis viuūt, qualiter fortè nō uiuerēt, si eis de ele-
emosyna negaretur, & cū hmoi incōueniens
certū, aut pbabile est, nō est talibus eleemosy-
na erogāda. De his enim videtur pcedere, qd'
dixit Sapiens: Desudet eleemosyna in manu
tua, quousq; reperias iustū, cui des. Et iterū:
Da iusto, & nē dederis impio. Vnde August.
& habetur. 5. q. 5. cap. Non ois. ait: Vtilius esu-
riētī panis tolle, si de cibo secur⁹, iustitiā ne-
gligit, quā esuriētī panis frāgatur, vt iniustitiæ
seductus acquiescat. Et Hiero. Da pauperib⁹
non locupletibus, non superbis, quo necessi-
tas sustentetur, nō quo augeatur opes & vitia.

Ratione etiā idē patet, quia si peccatē
in nos debemus fraternaliter
ex charitatis pcepto corrigere, vt à peccato
recedat: igitur, ex eodem pcepto tenemur
nō præbere cibū aut arma, vt in vitis perseue-
ret & crescat. Ac proinde si hoc sit verisimile
ex eleemosyna euenturū, illicita erit, si fiat.

Sunt etiam alij pauperes, quorum vitia
nō sic verisimile est per eleemosy-
nas esse fouenda, de quibus præfata incōmo-
da euenire minimè tenentur, & talibus indif-
ferēter

V s ferēter

Eferenter est eleemofyna eroganda. Id significauit Christus, dicens: *Omni petenti te, tribue.* Et iterum Dominus nobis patrem suum in exemplum proponit, vt illum imitemur, qui solem suū facit oriri super bonos, & malos. Alibi etiam Christus iussit, dicens: *Diligite inimicos vestros, & bene facite his, qui oderunt vos.* Constat autem inimicos, & eos, qui nos odiunt, malos esse. Quod autem vita pauperum exploranda non sit, vt discretionem in eleemofyna illis eroganda faciamus, satis docet Augustinus de 5. hæresibus: Cum Loth de hospitalitate cōmendasset, qui aduenas, & peregrinos indifferenter colligebat, & angelos etiam, quos homines esse putabat, hospitio suscepit, addit dicens: *Discite Christiani sine discretionem exhibere hospitalitatem, ne forte cui domū claueritis, cui humanitatem denegaueritis, ipse sit Christus.* Cui consonat Bernardus, dicens: *Ne scrutaris, ne illum forte præteras, quem Deus elegerit.* Similiter & Chrysostomus super epistolam ad Hebræos, & habetur. 42. distin. cap. *Quiescamus. idem tradit, scilicet, quod non examinemus, quales sint, qui eleemofynas postulant, sed sine discretionem omnibus, cum possumus, subueniamus.* Idem habet Hierony. ad Paulinam scribens. Et habetur 16. q. 1. cap. *Si cupis. Quod & sanctū Thobiam cap. 4. filium suum docuisse constat, cum ait: Ex substantia tua fac eleemofynam, & noli auertere faciem ab illo paupere.*

Hæc debent attendere, qui respu. regunt, statuentes omnes pauperes extraneos, seu aliunde venientes à suis populis expellere, nō nisi per vnum, aut duos dies eosdem in populo commorari permittentes. Cum cōtingat extraneos, seu peregrinos multo pauperiores esse simul & meliores, quàm sint pauperes in ipso populo enutriti. Contingit etiam eos sic ab vno populo expulsos in alium ire, à quo similiter expelluntur, & ita fit vt huiusmodi pauperes extraneos compellant semper miseros peregrinari, nullibi requiem inuenientes, aut per vias sine villo remedio, atq; pietate animam exhalare, aut certe vnde possunt, indebitè furari. Et deniq; vel patibulo, vel flagellis poenā, quam forte non merentur, luere. Nec releuat huiusmodi rectores dicere, populū habent naturalem, vbi tales pauperes sustētari deberent, illuceant à suis connaturalibus alendi. Qui hoc dicunt, deberent attendere, plures esse populos, tot, & tantis debitis, impositionibus, seu exactio nibus grauatos, vt vix in illis reperiat, qui

abundent, aut familiam suā, vt deceret, sustentare valeant. Deberent etiam attendere, multos homines, qui mendicant, in locis suis propriis commorari non posse, vel quia exulant, vel quia illic inimicos habent, quos merito timēt, vel quia illic dedecus aliquod & tale passum sunt, vt malint patriam, etiam cum mortis periculo deserere, quā in ea habitare, vel quia loco poenitentiae illis iniunctū est: vt propriū locum deserant, quando id salus animarum, aut populi pax postulauerit. Sunt igitur innumeratae causæ, ob quas possunt & solent homines, deserta patria, aliena quærere loca, vbi cum necessaria non habeant, mendicare coguntur. Si enim in vnoquoq; populo sic institutū esset, vt ibidem pauperibus naturalibus sufficienter prouideretur, si fieri possit, sin autem alius locus propinquus esset ad eorum sustentationem deputatus, qui alterius populi defectū suppleret, adhibitis nōnullis limitationibus, prout casuū varietas aliquoties exigeret, rectè quidem: id tamē in vno tantum, aut paucis locis institutum, multa secum afferre inconuenientia non dubito. Esset autem id tolerabile, vbi populus suos pauperes simul, & extraneos alimētare non posset, tūc enim ceteris paribus potius naturalibus quā extraneis esset subueniendum. Sed hæc missa faciamus.

Inde oritur dubiū, An, scilicet, si omnibus, scilicet, bonis & malis indifferenter subuenire non possumus, teneamur bonos præferre? Dicendum in hoc, ordinem charitatis esse seruandum, cum eleemofyna opus charitatis sit, iuxta illud Ioannis: *Qui habet substantiam huius mundi, & clauerit viscera sua apud indigentem, quomodo charitas Dei manet in illo?* Et ita illos in eleemofyna debemus præferre, quos magis ex charitate tenemur diligere. Vnde Augustinus ait: *eleemofynam, vt Deo grata sit, à nobis ipsis debere incipere, iuxta illud Ecclesiastici: Miserere animæ tuæ placens Deo.* Tunc autem dicitur quis sibi ipsi eleemofynam facere, quādo propriam indigentiam, & miseriam bonis operibus nititur subleuare. Deinde autem parentes, à quibus, id quod sumus, accepimus. Deinde filios, quod carnem nostram dicimus esse. Deinde domesticos, prout Paulus ad Timotheū scripsit. Deinde extraneos, qui si boni sint, malis filiis sunt præferendi, quemadmodum ait Ambrosius super illud Cantorum, *Ordinauit in me charitatem &c.* Similiter in lib. de officiis. Et habetur. 86. distin. cap. *Non satis &c.* Est itaq; præfatus ordo seruandus, prout ra-

Atio & charitas ipsa postulat, modò cetera sint paria. Sunt enim quatuor in huiusmodi prælatione attendenda, scilicet, necessitas, debitū, honestas, & cōiunctio, in quibus possunt pauperes differenter se habere. In primis tamen si alter sit in maxima necessitate & alij citra eam, ille simpliciter est præferendus, cui dans, magis est obligatus ob beneficia ab illo recepta potiora, & plura. Si in necessitate & debito sunt pares, qui iustus est, venit alteri præferendus. Si rursus in bonitate sunt pares, qui domestici sunt, præferatur extraneis. Verum hæc omnia metiri, & exactè velle iudicare, seu cognoscere, difficile est, & fortè impossibile, ne dicam curiosum. Vbi igitur res non patēs est, si bona fides atq; conscientia absit, vno docebit.

Sed fortè obijcies, quod ceteris paribus magis tenemur subuenire malo, quā iusto, quia si malo non subueniā, peribit anima & corpus ipsius, si autem bono non subuenio, peribit solum corpus ipsius: Igitur, cū maiori damno teneamur occurrere, sequitur, quod tenemur potius primo, quā secundo subuenire. Dicendum, si nobis esset certum, quod subueniendo malo liberabitur anima, & corpus eius, quæ alioqui perirent non dubito, nisi quod dimisso bono, tenemur malo succurrere, cum malus sit in multo maiore indigentia, quā bonus: & tenemur magis animam mali, quā corpus boni diligere. Si tamen probabile, quod per nostrum subsidiū malo impensum nō liberabitur anima ipsius mali, tunc bono est potius succurrendum. In his autem casibus particularibus difficile est, regulam generalem dare.

De eleemofyna danda

sanis ad paupertatem voluntariam assumptis.



Aliud superest dubiū absoluendū, An scilicet, sit danda eleemofyna medicantibus sanis & robustis, qui possunt labore manuum sibi necessaria quærere. Et dixerunt aliqui, quod non, quodq; non est illis licitum mendicare, id est, de mendicimonia viuere. Ad quod arguunt primò, quia spontanea mendicatio, videtur contra legem naturalem, & diuinam primitiua institutam. Nam Gene. 3. ad hominem postquam peccauit, di-

ctum est à Domino: *In sudore vultus tui manducabis panem tuum.* Similiter & per Psalmistam dixit: *Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Et Job. 5. *Homo natus ad laborem, & auis ad volatū.* Vide tur insuper esse contra præceptum decalogi: *Non concupisces rem proximi tui, non bouem, non alinum: nec omnia, quæ illius sunt.* Contra quod videtur agere huiusmodi mendicantes, qui cum possint sibi iuste prouidere, de alienis potius viuere volunt.

Secundo arguitur, quod sit contra doctrinā Pauli in multis locis, qui ait: *Si quis non operatur, non manducet.* Et infra de his, qui operari nolunt, addit: *His autē, qui huiusmodi sunt, denuntiamus, obsecramus in Domino, vt cum silentio operātes, suum panem manducent.* Et infra: *Si quis nō obedierit verbo nostro, ne cōmisciamini cū illo, vt confundatur.* Idem etiam Paulus, esto quod officium prædicationis exerceret, non mendicabat, nec de aliorū bonis, sed de labore manuum suarū sibi, & suis, qui illum comitabatur, necessaria quærere, vt ipse testatur, dicens: *Argentum, & aurū, aut vestē nullius concupiui, quoniā ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ (exercebat enim artē scenofactoriā.)* Idē similiter patet. 1. ad Thessa. 2. & 1. ad Corin. 4.

Tertio idem probat, quia huiusmodi spontanea medicitas, vt dicitur, est cōtra charitatē ad veros pauperes habendam, imò est in fraudem verorum pauperū, qui eleemofynis eis debitis priuantur, cū eas sani & robusti mendicando sibi præoccupēt, quod videtur cōtra illud Ecclesiastici. 4. *Eleemofynam pauperis ne defraudes.*

Quarto idem probat, quia omnia bona abdicare, & paupertatem extremā eligere, affert secū quā plura pericula, quæ homo vitare tenetur. Nā qui sic viuere eligunt, exponunt se periculo extremæ indigentiae, & ex consequenti mortis, cū accidere possit, vt nemo illis de necessariis subueniat. Exponunt etiā se periculo graues infirmitates incidendi, quales nimia indigentia seu paupertas inducere solet. Deinde, qui hanc vitam eligunt, potentes sibi labore manuum necessaria quærere, & nolūt: confisi, quod Deus illis prouidebit in tantis necessitatibus constitutis, videtur Deū tentare. Deinde exponunt se periculo furadi, & nomē Domini blasphemandi, iuxta illud Salomonis, qui à Domino petiit, dicens: *Medicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria,*

E nē forte fatiatus, alliciar ad negandū Deum, & dicam: Quis est Dominus? & egestate compulfus, furer, & periurem nomen Domini.

Quintò, quales debent esse pauperes, quibus debeamus eleemofynas erogare, Christus videtur docuisse, dicēs: *Luc. 14.* Cūm facis conuiuium, voca pauperes debiles, claudos, & cæcos, & eris beatus, nō enim habent retribuere tibi &c. Vbi in eo, quod ait: pauperes debiles, videtur excludere sanos, & robustos. Et in eo quod ait: nō habent, vnde retribuere tibi, videtur similiter eosdem excludere. Nam tales robusti, bene habent vnde retribuunt, si operari velint. Ac proinde quod dicitur, voca pauperes debiles, non disiunctim, sed coniunctim est accipiendum.

Sextò, idem probant, ex eo, quod ait Paulus docens, quibus viduis sit de ecclesie bonis subueniendum, dicit eas esse, quæ veræ viduæ sunt. Illas autem dicit verè viduas, vt Hierony. & alij sancti exponunt, quæ omni humano solatio sunt destitutæ, quæ nec sibiipsis sufficere possunt, etiā si operari velint. Et ita cōcludunt, nec licitum esse sanis omnia bona abdicare, & de mendicimonia viuere, nec talibus esse eleemofynas erogandas.

In oppositum est veritas, & ecclesie approbatio, in qua multi sūnt, qui cūm diuites sint, omnia tamen abdicantes, religionem ingrediuntur, & mendicant. Quod tamen damnandum esset, si verum esset, quod præfata opinio prætendit.

In his, quæ dicta sunt, nonnulla tanguntur dubia. Primum, An sit homini sano, & robusto necessarium manualiter, seu corporaliter operari. Secundum, An talibus hominibus sit licitum, relictis bonis, quæ possident, in summa velle paupertate viuere. Tertium, An sit eisdem licitum medicare, cūm possint propriis manibus victum querere. Quartum incidens dubium, An Christus summam habuerit paupertatem. Quintum, An Christus mendicauerit.

Ad primum dubium, An, scilicet, sit necessarium corporaliter operari, dicendum. Ad triplicem finem solent homines manibus operari, scilicet, ad quærendum necessaria vitæ. Secundò ad vitandum otium, & damna ex otio prouenientia. Tertio ad corpus exercendum, & illud rationi subiiciendum, pro peccatisq; satisfaciendum. Pro primo facit, quod supra allegatum est: In sudore vultus tui manducabis &c. Et iterum: La-

bores manuum tuarū manducabis. Pro secūdo facit, quod ait Hierony. ad Rusticum monachum: Semper aliquid operis facito, vt te diabolus occupatū inueniat. Pro tertio facit, quod ait Paulus, annumerans ea, quibus corpus castigatur, dicens: in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis &c. Ob nullum tamen finem ex prædictis video esse de præcepto, aut necessarium manibus operari, cūm aliter possit homo fines illos obtinere. Ad finem enim habendi necessaria vitæ, labor manualis necessarius non est, si homo habet diuitias, vel per viam donationis, vel hereditariæ successione, vel legati, seu fortunæ, aut per aliam viam, vt constat. Similiter ad finem vitandi otii, non est necessarius, quia aliis modis potest euitari: scilicet, literis incumbendo, legendo, docendo, viatando, & alia opera misericordie exercendo. Sed nec ad tertium finem est huiusmodi labor manualis necessarius, cūm possit homo corpus affligere, & illud spiritui subiicere per ieiunia, vigilias, peregrinationes, & alia honesta exercitia, etiā si non sint panis lucratiua, & ita simpliciter ad nullum finem ex dictis est necessarius labor manualis, nisi **H** casu, quo non pateret alius modus suæ, seu proximi indigentia succurrēdi. Aut casu, quo occasione huiusmodi mendicium, & laborare potētium, alij veri pauperes miserabiles extremam necessitatem patietes, eleemofynis sibi debitis priuarentur. Nam tunc qui robusti sunt, non deberent de eleemofynis eū tanta verorum pauperū iactura velle viuere, sed propriis manibus, si possent, deberent sibi victum querere, ad imitationem Pauli, qui non solum ab eleemofynis, sed etiam à mercede sibi ratione prædicationis debita, abstinebat, nē fratribus scandali occasionem præberet, vt scribit ad Corinth. Pro quo facit Hierony. ad Damasum, dicēs: Qui bonis paternis & operibus suis sustentari possunt, si quod pauperū est, accipiunt, sacrilegiū profectò committunt.

Ad id, quod secūdo quærebatur, An, scilicet, liceat sanis diuitias habentibus eas relinquere, & in summa viuere paupertate: res est, quæ quæstione non indiget, cūm sit per ecclesiam iam in fauorem ordinis mendicantium declarata. Ait enim Nicolaus. 3. in Extrauagant. Exiit. Dicimus, quod abdicatio omnium rerum temporalium in speciali, & in communi propter Deum meritoria est, & sancta, quam & Christus viam perfectionis ostendens, & verbo docuit, & exemplo firmavit, quamq; primi fundatores militantis ecclesie, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes

A lētes perfectè viuere, per doctrinæ ac vitæ ipsorum alueos deriuarunt. Vnde apertum est, quod quæritur. Et oppositum fuit error quorundam magistrorum Parisiensium olim per Alexandrū. 4. & Innocētium. 4. reprobatus. Quibus districtè præcepit dictus Alexander, vt errorem suum retractarent. Vide decretalē ipsius, quæ incipit: Non sine multa &c.

Facit ad idem dictum Christi, Si vis perfectus esse, vade, vade omnia quæ habes, & da pauperibus. Vnde Augustin. in de Ecclesiasticis dogmatibus ait, bonum esse de propriis, pauperibus erogare, sed melius omnia relinquere, & cum Christo egere. Et Hierony. ad Heluidiā ait, si vis esse perfecta, & in primo dignitatis fastigio stare, sequere Apostolos, da omnia quæ habes pauperibus, & nuda nudū Christū imitare. Et idē ad Rusticum monachū scribens, qui relicto sæculo, omnia bona à se abdicauerat, ait: Illud durum esset, & difficile, omnia, scilicet, bona abdicare, sed magna facient expectare præmia. Si igitur, homo omnia bona, quæ habet, à se abdicet, nō ex hypocrisis, aut ob alium inhonestum finem, sed verè propter Deum, vt Christi doctrinā seruet, ipsiusq; exemplum imitetur, sancta est huiusmodi abdicatio.

Hinc patet ad id, quod tertio quærebatur, An, scilicet, huiusmodi hominibus vōtū tariam paupertatem assumētibus, licitum sit medicare? Et tenendū qd' sic. Tum, quia minoribus, qui talem elegerunt paupertatem, licitum est medicare, imò & meritorium, prout per summos pontifices est declaratum, puta per Nicolaū, per Alexandrū, & Innocētium, & alios, vt suppono. Tum etiam, cui licitū, & bonum est, omnia bona pauperibus dare, nil sibi reseruādo, licitum erit aliena petere, & de oblati viuere. Pro quo apertè facit Augustin. qui in de opere monachorū ait: Illi, qui in sæculo habebant aliquid, quo facillè sine opificio sustentarent vitam suā, & cōuersi ad Dominū dispertiti sunt, tales ad opera manuum cogi non debent, nec ad acquiēdum victum propriū. Et rationem reddit, dicens: Quia qui de bonis suis pauperes sustentauerūt, de eleemofynis pauperum sustentari debent.

Pro quo etiam facit ratio, Meliora sunt opera spiritualia, quàm corporalia, vt constat, & per consequens corporalia licitum est prætermittere propter spiritualia, prout Christus significauit dicens: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vbi Ambrosius ait: ideo Christum id dixisse, quia maius est animas mortuorum prædicando suscita-

re, quàm corpora mortuorum in terra abscondere. Et Apostoli melioribus incumbere volentes, dixerunt: Non est æquum, nos relinquere verbū Dei, & ministrare mensis. Sequitur ergo eos, qui volunt spiritualibus vacare, non teneri, nec cogendos esse, ad corporaliter operandum cibum, & per cōsequens licitum esse illis de eleemofynis viuere: citra tamen verorum pauperum defraudationem.

Exemplo etiam sanctorum id ipsum patet. Nam legitur de beato Alexio, q' relicto patrimonio, quo abūdabat, per mundū mendicando perrexit, cuius sanctitatē Dominus in morte sua mirabiliter declarauit. Beatus etiā Greg. per trienniū stetit in spelunca, nil omnino manibus operans, de eleemofynis cuiusdam Romani viuens.

Et ita patet intentum, quod nō solum verum est de volūtariis pauperibus, qui religionem aliquam profitentur, in qua officia ecclesiastica pro multis exercent, vnde digni sunt, qui per eos sustententur: sed etiā de aliis, si qui sint, qui mundū relinquētes, velint propter Deū, in paupertate viuere, aliis spūalibus exercitiis incubēdo, etiā si ecclesiastica officia cū aliis in monasterio nō exercent, cū præter hmoi officia ecclesiastica multa alia sint spūalia exercitia, quib' homo vacare potest.

Ad id, quod quarto loco quærebatur de Christo, An, scilicet, habuerit summā paupertatē: Dicendū quod sic. Tū ex his, quæ per summos pōtifices sunt declarata, scilicet, Christum altissimā paupertatē verbo docuisse, & exemplo confirmasse. Tum etiam ex dictis scripturæ. Zacharias enim de Christo loquens atq; prophetizans, ait: Ipse pauper, & ascendens super asinā. Psalmista, etiā in Christi persona ait: Ego mendicus sum, & pauper. Et Threnorum. 3. ait Hieremias de Christo, vt exponit glossa: Ego vir videns paupertatem meam. Ipse etiam Christus de ipso dixit: Vultus foueas habent, & filius hominis non habet, vbi reclinet. Paulus etiam ad Corinth. 8. ait: Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui propter vos egenus factus est, vt vos diuites essetis. Deinde constat Christum altissimam paupertatē docuisse, & sub consilio suis fidelibus tradidisse, quando dixit: Si vis perfectus esse, vade omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et iterū: Nolite possidere aurū & argentum. Et alibi pluries. Nec credendum est Christum vnū docuisse, & oppositū ipsum fecisse, cū scriptum sit: Cœpit Iesus facere, & docere. Nec valet, quod nonnulli dicunt Christum pauperem fuisse nō per abdicacionem dominij

E dominij rerum, sed vsus tantum. Hoc dicunt qui putant Christum, secundum quod homo, verè temporalem regem Iudæorum fuisse, rerumq; temporalium verum dominium habuisse, solūq; rerū vsū abdicasse. A quorum sententia non immeritò recedendum videtur, vt alibi facillè probauimus.

De eo verò, quod quinto loco quærebat, scilicet, An Christus vnq̄ mendicauerit, ambigua res est. Et si quibusdā visum sit, dicere, quòd sic, saltem in illo triduo, quo cū duodecim esset annorū, eum parentes sui in reditu de Hierusalem perdiderunt, vt videtur sentire Bernardus, super Lucæ cap. 2. & alij. Cōmuniter tamen tenetur contrarium. Tum quia mēdicare videtur in pœnam peccati introductū, si enim homo nō peccasset, locum mendicitas non haberet: Christus autē nulli vnquā culpæ subiacuit. Tum, quia Deute. 15. scriptum est: Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos. Et ita non est putandū Iudæos permisisse Christū mendicare, maximè tunc, quando conuiuia potius exercebantur, quàm eleemosynæ, vt fieri solet in solennitatibus præcipuis, tam eundo, quàm redeundo. Tum etiam, quia apostoli nō mendicabāt ostiatim, (de hac enim mendicatione nunc loquor.) Non enim erat egens quisquā inter illos, vt habetur in Actib⁹ apostolicis. Deinde si Christus mendicasset, graue offendiculum videretur euangelio ponere, eò quòd videntes Christum mendicare, facillè putarent id ex impotentia Christi prouenire, qui sibi ipsi providere non posset, ac proinde non reēt de Christi miraculis & virtutibus sensissent. Quicquid sit de rationibus his, quæ nō sunt adeò efficaces, non tamen legitur Christum ostiatim mendicasse, etiam si de oblationibus multorū deuotorū ipse & discipuli sui necessaria vitæ haberēt, adeò, vt de his possent aliis pauperibus subuenire. Illa autē quæ ab aliis accipiebat, non tam ratione indigentia suæ, quàm publici officij docendi, & prædicandi, & aliorū publicā vtilitatem quærendi eidem debebantur. Itaq; stipēdium & merces potius quā eleemosyna dici poterat.

Ex his patet responsio ad principale quæ situm, cū stet tripliciter mendicare: scilicet, ex indigentia, quando non potest homo aliter sibi providere, & est miseranda paupertas. Alio modo, ex amore otij, & hæc est vituperanda. Tertio modo, ex amore Christi, cum desiderio illum imitandi, & rebus spiritualibus vacandi, & hæc est laudabilis, & præmio digna, vt ex dictis patet, ideò licitum

est & laudabile huiusmodi voluntariis pauperibus per eleemosynas subuenire. Potest tamen huiusmodi mendicitas voluntaria per aliqua vitari, scilicet, ratione finis, vt si homo operari recuset, otium quærens. Secundo, ratione scandali, vt si sit laicus, robustus, & nullam religionem professus, quem cū alij videant mendicare, perq; superiores tolerari, facillè alij vitiosū occasionem sument, vt perditè viuant, & vitium & otium quærant. Tertio, ratione impedimenti, quòd mendicando præstant operibus, ad quæ alioquin uerentur, maximè si familiam habeant, cui prouidereteneantur. Quarto, si veros & miserabiles pauperes eleemosynis eisdem debitis, sua mendicitate priuant. His & aliis modis potest voluntaria mendicitas vitari, quæ omnia nos in præsentiarum rescamus. Ob hæc iura ciuilia prohibent, nē robusti & fami mendicent, & eos, quos vagabundos vocant, puniunt, & exterminant, & laborare cogunt. Secus de aliis, quorum vita est per ecclesiam approbata.

Per hæc patet ad rationes suprā factas. Ad primum ex Gene. sumptum: In sudore vultus tui &c. Dicendum, quòd non fuit præceptiuè dictum, sed in pœnam peccati, & modum maledictionis: quemadmodum & ad Euam in pœnam dictum est: In dolore paries &c. Itaq; perinde est, ac si ad Adam dixisset: Terra non sponte dabit fructus, sicut dedisset, si in innocētia permanisset, sed sudore, & labore tuo interueniente. Quod ex Psalmista citatum est: Labores manuum tuarum manducabis: non etiam dicitur præceptiuè, sed per modum benedictionis, ac si dixisset: Beatus vir qui timet Dominum, non laborabit frustra, sed fructus sui laboris colliget. Quod etiam ex Job citant: Homo natus ad laborem: impertinētius est, nam nec de labore manuali panis lucratiuo accipitur, nec præceptiuè procedit, sed prænuntiat mala, quæ communiter homini post peccatum eueniunt, ac si dixisset: Sicut naturale est aui volare, ita & homini naturale est multas miseras & mala in hoc sæculo post peccatum pati. Quod dicitur eos agere contra præceptum Decalogi: Non concupisces alienum: nil probat. Nam illic prohibetur rei alienæ concupiscentia, per quodcunq; medium etiam nepharium. Qui autem rem alienam optat per medium licitum, & non aliàs, non tangit cōtra tale præceptū: alioqui oporteret damnare omnes mercatores, omnes qui res alienas emere volunt, cū ea, quæ de fa-

cto

Etō aliena sunt, sibi ipsi optent. Quod est falsum.

Ad secundum ex dictis Pauli sumptum, dicendum, quòd Paulus in locis illis loquebatur contra quosdā homines otiosos, qui non solūm victum manibus non quærebant, sed occasione ex otio sumpta, alios inquietabant, volentes contra aliorum voluntatem de alienis, seu de his, quæ ecclesiæ offerebantur, viuere. Hos arguit, & hortatur, vt in quiete viuant, & manibus operentur: vt otium vitent, & eleemosynas veris pauperibus relinquunt. Erat enim tunc ecclesia tenuis in fructibus, nec poterat omnium necessitatibus subuenire.

Ad tertium ex dictis patet, quòd velle viueri ex eleemosynis in præiudicium verorum pauperum, non caret culpa ob circumstantiā illam. Quod autem ex Ecclesiastici citatur, nil cōtra propositum agit, quia nō loquitur contra mendicantes, sed contra auros, qui cū teneantur ex debito pauperibus subuenire, vel non subueniunt, vel diminutè, non quantum debent elargiuntur.

Ad quartum dicendum: Si ratio valeret, probaret, quòd omnes deberēt operam dare diuitiis acquirendis, quòd clarè repugnat Euangelio, per quòd docemur, perfectionis esse, omnia bona pauperibus erogare, diuitibusq; ad regnum cœlorum aditum difficilem esse, atq; in Domino non in diuitiis esse fidendum. Quod de tentatione Dei dicitur, haberet locum contra illos, qui nec laborate, nec mendicare curant, omne quod eis necessarium est diuinitus sperantes: qualiter videmus multos ex indiscreta deuotione se totos Deo dimittere, & passim cadere. Quod deinde additur, quòd tales exponunt se periculo furandi &c. Dicendum, quòd non est tale periculum obruens, cui nō possit homo per Dei gratiam, & arbitrij libertatem si velit resistere. Non enim permittit Deus hominem vltra quàm potest, tentari.

Ad quintum dicendum, quòd ad mentem euangelij nil refert legatur coniunctim, aut diuisim, quòd illic dicitur, scilicet, voca pauperes, debiles &c. Nam Christus illic intēdit nobis significare, quæ sit eleemosyna, quam Deus ad æternam mercedem acceptat, illa, scilicet, quam homo homini indigenti propter ipsum Deum facit, & non propter retributionem, quam ab homine, cui eā facit, sperat. Ac proinde locus ille, quem magni faciunt, parum illis suffragatur.

Ad sextum ex Paulo citatum, facillè soluitur, si attendamus ipsam epistolam ad Timotheum, quando ait, quòd verè viduæ sunt de bonis ecclesiæ alendæ: loquitur enim in casu, & pro eo tempore, quo ecclesia erat inops, & paucas habebat facultates, unde posset pauperibus omnibus subuenire, ob quam quidem ecclesiæ inopiam, & nē ecclesia grauaretur, dixit Paulus: Si fidelis habet viduā, aliat eam, nē ecclesia grauetur. Ideò de bonis ecclesiæ non erat alenda, nisi quæ omni subsidio humano erat destituta.

Quæret fortè aliquis, An sicut est licitum, ita etiam sit necessariū, & de præcepto eleemosynas dare huiusmodi pauperibus voluntariis validis? Et iuxta ea, quæ suprā dicta sunt, quando quærebat, quibus sit ex præcepto eleemosyna eroganda: Non video, vnde cogamur sub pœna peccati mortalis prætextu voluntariæ paupertatis illis subuenire. Sicut enim illis voluntarium est à labore manum abstinere & mendicare, ita & nobis voluntarium videtur, eleemosynas illis erogare. Nec videtur nobis necessarium illis subuenire ad hunc finem, scilicet, nē spiritualia exercitia relinquunt, operari coacti. Nam huiusmodi finem, & si bonus, & laudabilis sit, ipsi sibi ipsi prætereendere non tenentur, cū illis de consilio sit, perfectorum vitam imitari. Ac proinde, nec nos tenebimur illos in tali perfectione conseruare, de bonis nostris illis necessaria ministrando: quæ si illis denegamus, cū sibi ipsi, si velint, possint operando subuenire, nullum præiudiciū illis facere videmur. Dico notanter, prætextu voluntariæ paupertatis, quia fortè alia ratione tenemur in communi illis providere pro eo, quòd pro nobis orant, sacrificant, & spirituale verbum seminant, aliaq; spiritualia opera & officia ecclesiastica pro nobis exercent. Naturale quidem videtur, vt nostris benefactoribus grati simus & spiritualia seminantibus, corporalia nostra præbeamus. Dignus nanq; est operarius cibo suo &c. Sed de his hæc tenus.

Finitur Codex de eleemosyna.

Codex de oratione.

De oratione, & ratione ipsius.

De ora-



E oratione varias definitiones assignantur doctores, quanquam non proprie definitiones sunt, sed potius descriptiones quarundam proprietatum, seu conditionum ipsius orationis. Oportet enim orantem contemplari Deum, ipsiusque bonitatem simul & potentiam. & c. Oportet etiam ad Deum, tanquam ad bonorum desideratorum largitorem, affectum dirigere. Interdum etiam orans petit à Deo formaliter, quod desiderat. Interdum, non nisi interpretatiue, ut quando desiderium suum pandit, etiam si nec ore, nec mente, dicat: Domine, da mihi hoc, vel illud. Præterea aliquando orat quis ex compunctione cordis, ut si pro remouendis malis deprecetur. Aliquando verò ex amore & dulcedine, quam sentit Deo adhærens, & ipsum contemplans, cupiens ad perfectionem peruenire. Inde in describenda oratione, quidam attendunt ad hoc, quidam ad illud, alij verò ad illud. Dixit Damascenus: Oratio est ascensus intellectus in Deum. Notat contemplationem in oratione requisitam. Dixit Augustinus: Oratio est pius mentis affectus in Deum directus. Notat, desiderium orantis in quem de beatu dirigi. Dixit Greg. Orare, est amarus in compunctione gemitus, & non composita verba resonare. Notat, unde procedat imperfectorum, seu peccatorum oratio, quia ex poenitentia commissorum. Dixit Bernardus: Oratio est hominis Deo adhærentis affectio, & familiaris quedam, & pia alloquutio, & statio illuminationis mentis ad fruendum Deo, quandiu licet. Notat unde procedat, & quo tendat perfectorum oratio. Dixit glo. ad Thessa. 5. Orare est vota nostra Deo pandere. Notat quid sit interpretatiue orare, ut solet homo homini suam significare indigentiam, & si formaliter non petat, petit tamen virtualiter.

Dixit Damascenus: Oratio est petitio decetium à Deo. Notat quid sit formaliter orare, quia scilicet, petere, quod aliud est, quam desiderare. Et hæc descriptio potest pro definitione accipi, strictè de oratione loquendo, ut scilicet, ad iustam & honestam orationem restringatur. Et quod dicitur à Deo intelligatur mediata, vel immediata. Nam aliquando petitio nostra dirigitur immediate ad sanctos, mediata tamen ad Deum, tanquam ad largitorem bonorum, que desideramus. A qua definitione non multum discrepat Guiller. Parisien. in de diuina Rhetorica, dicens: Oratio

est petitio, que ad Deum dirigitur, vel ad personam, seu personam propter ipsum. Quæ definitio etiam ad orationem iniustam extenditur.

Denique potest defini oratio, magistraliter, & scholasticè loquendo: Oratio est expressio desiderij, facta Deo propter bonum adipiscendum, vel malum remouendum, formata per verbum interius, vel exterius. Et quod dicitur facta Deo, intelligatur mediata, vel immediata, ut supra dicebam. Et datur de oratione honesta, & extendit se ad mentalem orationem & vocalem. Et significat quid in oratione sit petendum, & à quo, tanquam à largitore petendum sit, quia pro indigente, cui vel bonum deest, vel malum adiacet. Extendit etiam se ad orationem perfectorum & poenitentium.

Oratio cuius potentia & virtutis sit.

Quibus præmissis est dubium primum, cuius potentia sit actus oratio, voluntatis, an intellectus? cuius etiam virtutis sit. Et Tho. in. 4. & 22. videtur dicere, quod est ipsius intellectus practici, cuius est subditis imperare, petere ab æqualibus, & precari superioribus, idque per verbum imperatiui modi. Idem videtur tenere Richard. in suo. 4. Et Gabriel in Canone lectio. 61. Cuius ratio videtur, quia orare mentaliter, est loqui ad Deum, petendo ab eo aliquid ab ipso orate, desideratum. Loquutio autem mentalis ad intellectum pertinet immediate & elicitivè, quauis pertineat ad voluntatem, quatenus mouet intellectum, ut loquatur & oret. Tum etiam, cum sæpe orans suadeat, ut optatum impetret, erit oratio sua sua. Suadere autem rationis est: non voluntatis, cuius est desiderare. Et ita orare erit potius intellectus, quam voluntatis. Pro quo etiam facere videtur Aristo. dicens, quod ratio semper deprecatur ad optima.

Contra tamen videtur, quod sit immediatus actus voluntatis, & non intellectus. Tum, quia si immediatus esset actus intellectus, igitur oratio esset cognitio. Quod tamen non videtur, quia nec apprehensiva cognitio est, nec iudicativa, quando quidem qui actu orat, non plus cognoscit, nec iudicat, quam si non oraret, cæteris eodem modo se habentibus. Tum etiam, quia ille actus, que hæc verba significat, fac hoc, da mihi hoc &c. potius ad voluntatem pertinet, quam ad intellectum: nam imperare

A rare non est nisi voluntatis, cui subsunt hi, qui bus imperat. Est enim voluntas velut Regina aliarum potentiarum, que aliis potētibus non subest, sicut alia ipsi subsunt. Tum etiam, quia orare, seu petere mentaliter, est actus meritorius, & immediate in potestate orantis existens, ut suppono, sed actus intellectus non est immediatus, & in se liber: igitur, Oratio actus voluntatis, est potius, quam intellectus. Pro quo faciunt, que alias adduximus, probando intellectum nostrum, non esse in se liberum, sed voluntatem.

Ad secundum, scilicet, cuius virtutis sit actus orare, seu ad quam virtutem pertinet: nam recipere ab alio, non videtur ad virtutem pertinere, cum virtus in actione consistit, non in passione. Igitur desiderare, recipere, non erit actus virtutis, & ita nec petere bonum ab alio. Respon. Non semper actus laudabilis consistit in actione, sed aliquando in solo affectu, aliquando in passione voluntariè tolerata. Primum patet de actu poenitendi, qui si propter Deum fiat, bonus est & meritorius, etiam si solus habeatur sine formali proposito rectè viuendi. Secundum etiam patet, de passione mortis pro republica, pro Rege, pro Christo, voluntariè tolerata. Similiter continentia virtus est, & in actione non consistit, sed in proposito seu affectu non se alicui carnaliter commiscendi. Itaque virtus moralis consistit aliquando in actione, aliquando in passione, aliquando in non actione, aliquando in solo affectu, ut optare proximis beatam vitam, laudabile est, & meritorium, ita & eandem nobis ipsis optare, laudabile est, & meritorium. Orare etiam pro proximis, laudabile est & meritorium. Orare etiam pro nobis similiter.

Refert tamē unde huiusmodi Oratio procedat, ad cognoscendum, ad quam virtutem Oratio pertineat. Si enim solum procedat ex amore proximi, vel proprio, ad amicitiam, seu charitatem pertinet. Si ex animo recognoscendi Dei potentiam & misericordiam, qui potens est, & paratus dona sua humilibus donare, ad patriam virtutem pertinet. Deum enim colimus, quando ipsum tanquam ab eo dependentes oramus, in quo & illius potentiam, & nostram indigentiam confitemur. Patria autem ad virtutem iustitiæ reducitur. Est enim Patria, reddere Deo cultum, ipsi soli debitum.

Hinc videtur Ratio sumi contra Tho. in eo, quod ait Orationem esse actum immediatum intellectus, ut dicebatur in dubio præcedenti, cum tamen dicat ipsemet, quod Oratio est actus patriæ elicitivè. Patria enim

virtus est voluntatis, ut ipse & cæteri fatentur, sicut & iustitia, cuius pars patriæ est, virtus est voluntatis. Si igitur Oratio est actus patriæ elicitivè, sequitur, quod Oratio actus voluntatis est, & si actus intellectus esset, alterius virtutis intellectualis esset actus, scilicet, prudentiæ elicitivæ. De hoc alias.

Quid in Oratione petendum.

Aliud dubium, quod sit in Oratione à deo petendum. Respon. Ex definitione ipsius Orationis patet responsio. Duo enim veniunt petenda, hæc sunt, remotio mali, & collatio boni. Est tamen bonum, quod per se, & secundum se appetibile est, ut vita beata, & virtutes ad eam conducentes. Et talia semper & determinatè petere, licitum est & conueniens. Est aliud bonum, quod prodesse potest, & aliquando obesse, quo, scilicet potest homo male vti, tale est bonum corporis, scilicet, sanitas, integritas, agilitas, pulchritudo, & vita. Tale etiam est bonum honoris & famæ. Tale etiam est bonum fortunæ, seu externum, diuitiarum, vxor, filij &c. Hæc igitur non sunt absolute à Deo petenda, nisi quatenus vel necessaria sunt, vel vtilia aut conuenientia ad vitam beatam, seu quatenus Deo placuerit, ea conferre, & prout ipse viderit expedire.

Primum, scilicet, quod vita beata, & virtutes ad eam conferentes possint peti, apertum est ex Oratione Dominica, qua petimus, Adueniat regnum tuum &c. Et ex scriptura, in qua petimus, Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Et iterum: Dirige me in semitam mandatorum tuorum. Et ex ecclesia, que orat: Da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum.

Secundum, scilicet, quod bona temporalia licitum sit petere, quatenus ad vitam sunt necessaria: patet exemplo Salomonis, qui orando petebat, dicens, victui meo tribue necessaria. Et ex Oratione Dominica, in qua petimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie &c. Quod non solum de spiritali pane, sed de corporali etiam intelligendum est, ut dicit ibidem glossa, & Doctor sanctus in præfenti materia. Et idem etiam patet ex Litanis ecclesiæ, in qua Deum erat pro pluuia congruente, & ut fructus terræ dare & conservare dignetur. Et denique, generaliter licitum est in Oratione petere id, quod licitum est desiderare, ut ait Augustinus

E gustinus ad Probam. Cum ergo licitum sit, non solum bona animæ, sed corporis, & fortunæ desiderare, consequens est, licitum esse ea in Oratione petere.

Tertium, scilicet, quod huiusmodi bona tã corporis, q̄ fortunæ seu externa, non sint absolutè, & determinatè petenda, sed cū remissione ad Dei beneplacitū. Patet, tum quia fortè illa si darentur, nocerent potius q̄ prodesent, de quo certi esse non possumus, vt ait Paulus: Quid oremus, vt oportet, nescimus. Tum etiam exemplo Christi, qui cū patrem oraret, vt calicem eius transferret, suam tandè voluntatē patris voluntati subiecit, dicens: Veruntamen non mea, sed fiat voluntas tua. Tum etiã, ex Dominica Oratione, in qua petimus: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Cui petitioni contrariè videtur, qui absolutè & determinatè aliquid huiusmodi à Deo petit. Talis enim potius videtur petere suam fieri voluntatem, q̄ Dei. Vnde & filij Zebedei à Christo repulsi sunt, cū absolutè mediante matre sua à Christo peterent, vt alterum poneret à dextris, alterum à sinistris in regno suo. Nescitis, inquit Christus, quid petatis.

Corollarie sequitur, nō esse licitum absolutè & determinatè petere in Oratione virtutes omnes morales. Patet, quia multæ sunt virtutes morales, in specie, quæ sine bonis temporalibus, aut corporalibus haberi non possunt: igitur, si talia bona corporalia & temporalia non sunt absolutè & determinatè petenda: igitur, nec præfatæ virtutes. Antecedens patet de liberalitate & magnificentia, quæ sine bonis fortunæ haberi non potest. Patet de fortitudine bellica, quæ sine armis & corporis robore haberi non potest. Patet de castitate coniugali, quæ sine coniuge haberi nō potest. Patet de iustitia reip. gubernatiua, quæ sine dignitate temporalis haberi nō potest. Et ad hūc modum de multis aliis potest exemplificari.

Corollarie sequitur, non solū licitū esse petere bona temporalia, quatenus ad vitã sunt necessaria, sed etiã bona superflua, id est, diuitias, modò ad bonum finē ordinentur, etiã si periculosa sit huiusmodi petitio. Primum patet, quia licitū est, habere diuitias, & meritoriū eas in pijs causis, & gloriã Dei expendere: igitur, licitū est eas ad huiusmodi finē desiderare, & ex consequenti eas petere: cōditionaliter tamen, vt dictum est, Dei voluntati propriū desiderium, & eius executionem submitendo. Secundū

etiam patet ex Salomone petentē à Deo, diuitias & paupertatem nē dederis mihi, nē forte satiatus, alliciar ad negandum, & dicam, est Dominus: Idem patet ex Psal. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum. Christus etiam comparat diuitias spinis, quæ animã pungunt, & sæpe impediunt, nē quis regnum Dei ingrediatur, iuxta dictum Christi, Difficilius est hominem diuitem ingredi regnum Dei, quàm camelum per foramen acus transire.

Si quis obiciat dictum Christi Matth. 6. Primum querite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Super quo Augustinus ait: bona temporalia non esse querenda. Respon. Christus cōtra eos loquitur, qui principaliter de crastino solliciti sunt, quid, scilicet, cras comedent, quid induent, cū tamen hæc nō sint primò & principaliter querenda, non tamen negat, quin secundariò possint queri, & appeti, & peti.

Si rursus obiciat: Psalm. 61. Diuitias si affluant, nolite cor apponere &c. Vbi videtur prohiberi affectus, & desiderium diuitiarum. Respon. quod nō eos damnat, qui diuitias appetunt, sed qui diuitiis cor apponunt quales sunt, qui eas appetunt, vt eis dē fruantur, seu qui totum, aut principalē affectū illis adhibent, finem seu felicitatem in illis collocantes. Qui autē diuitias possident, & petunt & appetunt, vt illis debitè, & vt oportet videntur, non apponunt illis cor suum.

Corollarie sequitur, licitum esse in Oratione petere mortē, vel propriam vel alienam, non absolutè, sed cōditionaliter, scilicet, si homo finaliter non sit corrigendus. Patet hoc exemplo Anastasia, quæ orabat Deum, vt suum maritum Publium de medio tolleret, vt daret locum sanctis, si non erat finaliter corrigendus. Et Cyrillus in quadã epistola ad Augustinum orat Deum, vt hæreticum quendã respiscere nolentem, occidat. Idem etiam potest iusto optari, si timeretur quod diu viuēs, in peccatū cadet. Licitum enim est viris iustis beneficium Dei optare, tale est, eos de hoc sæculo nequã rapere, iuxta illud sapiētie: Raptus est nē malitia mutaret intellectum illius, aut fictio deciperet animam eius. Idem patet de seipso exemplo Pauli dicentis: Cupio dissolui & esse cum Christo. Et lob etiam mortem propriam desiderabat, nec in hoc videtur peccasse vir tam iustus, & à deo commendatus. Pro quo etiã facit, quod dicitur, Melior est mors, quàm vita amara. De duobus autē, quorum alterum

A alterum est eligendum, illud videtur præeligendum, quod melius est.

Quis orandus, Deus solus, an etiam sancti?



Aliud dubiū, quod

orandus est, Deus, an alij sancti? Et primò arguit, quod Deus non sit orandus, quia orare, est ei, quem oramus, nostrū desiderium pandere, vt illud cōpleat, nos autem nil possumus Deo pãdere, qui ab æterno omnia nouit, etiã ea quæ nos intus desideramus, prout dicit Christus: Scit enim Pater vñ cœlestis, quid vobis opus sit, antequam petatis. Igitur superfluum videtur Deum orare, sed sufficit desiderare.

Secundò oramus aliquem, vt voluntatem eius ad id agendum, quod petimus, flectamus, sed voluntatē Dei nos non possumus flectere, aut mutare, vt ait Iacobus in Canonica, cap. 1. Apud quem non est trãsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et numeri. 21. Non enim Deus vt homo est, vt mētiatur, nec filius hominis, vt mutet.

B Tertiò superfluum omnino videtur orare pro eo, quod necesse est euenire, vel impossibile, sed id quod à Deo petimus, est huiusmodi. Nam vel Deus ab æterno decreuit id facere, quod in Oratione petimus, & si sic, necesse est illud euenire, cū Dei voluntas ob sui impotentiam frustrari, aut impediri nō possit. Vel Deus decreuit illud nō facere, & si sic, impossibile est illud fieri, quod petimus. Dicere autē quod Deus nec decreuit ab æterno vnum nec alterum, sed suspensam habuit voluntatem, quousq; quis eum oret, nō est rationabiliter dictū, quia Deus sicut nil ex tempore scit, sed omnia ab æterno sciuit, ita nil ex tempore vult, sed omnia quæ vult, ab æterno voluit, alioqui nouitas aliqua videretur esse in Dei voluntate, quod est falsum.

Respon. Rationes hæc nil probant. Ad primum enim quãdo arguitur, quod orare, est pãdere &c. Esto id ita sit, falsum tamē est, quod nos nō possumus Deo nostra vota pandere. Aliud enim est quenq; docere, aliud ad eum loquēdo, id quod optamus, repræsentare. Igitur ex quo Deus omnia scit, non possumus nos eum quicquam docere. Possumus tamen ei vota nostra repræsentare, vt nos illi humilantes, digni efficiamur, vt quod petimus, assequamur.

C Ad secundum falsum videtur, quod nos non possumus flectere voluntatē Dei aut quodãmodò mutare, si indistinctè dicatur. Nam constat Deum sententiã suam ob opera nostra bona, aut mala sæpe mutare. Si enim ob peccata eramus in ira Dei, ad gehennam ordinati, si tamen per pœnitentiam resipiscamus, mutat Deus sententiã, iuxta illud Hier. 16. Noli subtrahere verbū, si fortè audiat, & conuertatur vnusquisq; à via sua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiã studiorum suorum. Vbi glos. Et pœnitentibus & mutatis ipse pœnitens mutat sententiã. Sic etiã ait beatus Grego. Nouit Deus mutare sententiã, si tu noueris corrigere delictum. cap. Cōmutabilis. 22. q. 4. Sicut igitur per opera pœnitentiæ & virtutum sumus causa, quod Deus sententiã mutet, & nos in sui gratiã admittat, ita & per orationem possumus esse causa, vt Deus ad vota nostra condescendat. Quod fit absq; omni mutatione reali ipsius Dei, quod facile est intelligere, posita distinctione cōmuni, scilicet, quod Deus determinat aliquid facere dupliciter.

Vno modo simpliciter & absolutè, ita vt ad id volendū, non determinet ab operibus nostris, & tamen voluntatē nos non possumus mutare, nec in aliam flectere. De quo procedit illud, quod dixit Samuel: Porrò triumphator in Israël non parcat, & pœnitentia non flectetur, nec vt homo, vt agat pœnitentiam. Et sic procedit, quod supra in ratione hac citatum est. Alio modo vult Deus aliquid facere, iuxta exigentiam nostrorum operum, vt si bona sint, dabit præmium, econtrã si mala supplicium, & hanc voluntatē dicitur mutare secundum nostram mutationē. Sic enim secundum præsentem iustitiam ordinat hodie Petrum ad gehennam, quem cras pœnitentem ordinabit ad gloriam. Et huiusmodi Dei voluntas seu decretū magis videtur & est conditionatū, quàm absolutum. Et cū dicitur Deus mutare propositum, seu sententiã, constat, quod mutatio realis non in Dei voluntate est, sed in nobis, vel in tempore, vt aliàs ad longum explicuimus. Ita igitur stat, quod Deus determinet nō dare nobis, quod optamus, si non oremus: & nobis orantibus, flectatur, & det, quod petimus, id quæ absq; omni mutatione reali ipsius Dei.

Ad tertium. Si ratio aliquid probaret, quæ probaret, quod omnino superfluum & inutile est homini opera bona facere, aut mandata seruare, quodq; nil noceat homini perperã viuere. Patet, quia vel Deus

X 2 ab

E ab æterno decreuit hominem saluare, vel dammare. Si primum, necesse est illum saluari, quicquid agat. Si secundum, impossibile est eum saluari, quicquid agat. Dico igitur, admisso quòd Deus ab æterno decreuit alterum illorum, scilicet, vel dare nobis, quòd petimus, vel negare: non tamen inde fit, vt vel necessarium sit, vel impossibile, quòd petimus, loquendo de necessitate & impossibilitate consequentis. Patet hoc, quia hoc, quòd peto, scilicet, quòd Deus liberet me à certa tentatione, in se merè contingens est, in plena Dei libertate consistens, etiam si alterum ex contradictoriis Deus ab æterno decreuerit. Sicut enim Dei præsentia rebus euenientibus necessitatem non imponit, ita nec Dei decretum. Secus si loquamur de necessitate aut impossibilitate consequentia, nam sic necesse est si Deus decreuit aliquid facere, quòd fiat: & impossibile est, si decreuit illud non facere, quòd fiat, & ita patet, quòd stante necessitate, vel impossibilitate consequentia, seu conditionalis, remanet in seipsum consequens contingens, quòd in nostra Oratiōe à Deo petimus.

Sed contrà videtur replica, quòd orans petat, quòd necessarium est, nam in omni Oratione ponitur, vel subintelligitur conditio, videlicet, si Deus vult: non enim debemus petere absolute à Deo aliquid, etiam si ipse nolit, hoc enim esset diuinæ voluntati reniti, cui tamen nostram tenemur voluntatē conformare. igitur si peto aliquid à Deo intelligo, si ipse velit. Cuius exemplum Christus nobis contulit, quādo ad Patrem orans dixit: Pater si vis, trāser à me calicem hunc. Sed posita hac conditione in Oratione, constat esse necessarium, quòd petimus, scilicet, **Peto Domine**, vt des mihi gratiā, si vis: vt des mihi sanitatem, si vis. **Necessarium enim est**, quòd det, si vult. **Respon.** quòd illa conditio non apponitur ex parte obiecti petiti, sed est conditio Orationis seu petitionis, non rei petite, ita scilicet, vt Oratio sit conditionalis, non res, quam petimus. Et ita stat, quòd dixi, scilicet, cōtingens esse id, quòd in Oratione petitur, non necessarium, quale esset, si petitio tenderet in conditionalem illam, scilicet, si vis Christus fac hoc. Aut dicatur aliter, quòd illa conditio non ponitur in Oratione, vt Oratio fiat conditionalis, nec vt res conditionata petatur, nec ponitur illatiuè, sed submissiuè: ita scilicet, vt orans sub illa conditione non intendat consequentiam facere, seu conditionaliter loqui, sed suam voluntatem, & rem ipsam petitam diuinæ voluntati submittere,

qualis submissio & humilitas in Oratione requiritur. Hoc satis significauit Christus quando dixit: **Trāseat à me calix iste**, verū tamen non mea, sed tua voluntas fiat. Sic etiam quando virgo dicit: **Contraheam tecum**, si patri meo placuerit. **Iy**, si, non illatiuè, seu consequentialiter accipitur, sed submissiuè, vt dictum est. Et tunc nulla est necessitas nec consequentia in re, quā in Oratione petimus.

Sed vltra insurges. **Esto saluetur contingentia rei petita**, non tamen videtur superfluitas Orationis excusari, cum necesse sit impleri, quòd Deus ab æterno decreuit, & impossibile, quòd non decreuit. **Respon.** Sicut opera bona superflua non sunt ad consequendum vitam beatam, ita nec Oratio ad eundem finem superflua est. Sicut enim Deus ab æterno decreuit vitam hominibus dare, sed non nisi mediantibus operibus bonis: ita ab æterno multa bona largiri homini decreuit, sed non nisi mediante Oratione, quæ actus virtutis est, & Deo grata. Et sicut ab æterno præuidit vniuscuiusque opera, secundum quæ vnicuique retribuere decreuit, ita ab æterno præuidit vniuscuiusque Orationes, & petitiones, secundum quas etiam vota complere decreuit, prout sibi eas acceptare placuit. Et ita sicut seclusis bonis operibus tollitur, Deum decreuisse gloriam dare, ita seclusis Orationibus, tollitur Deum decreuisse de fideria complere, vt aliàs latiùs in de prædestinatione explicuimus. Vnde aperte patet, opera nostra, & Orationes, quas ad Deum fundimus, non esse superflua, aut impertinentia, qualia essent, si Deus absolute alterum eorum facere decreuisset, & non secundum exigentiam nostrorum operum & Orationum.

Colligitur igitur Deum esse à nobis salubriter orandum. Nam & prophetæ orauerunt Deum. Christus orauit, & Christus nos orare docuit. Ecclesia Christi sponsa quotidie, & frequentissimè orat, & huiusmodi Orationes sanctas, & salutes esse determinat. Et naturalis ratio hoc idem dicat, esse scilicet orandum superiorem, in cuius potestate est, nostris subuenire miseris. **Hic autem Deus est.**

E Sto igitur, Deus orandus sit, An conueniat orare singulas personas? Quod quæritur, de Spiritu Sancto specialiter: nam de patre, & filio non dubitatur, quin orandi sint. De Spiritu Sancto tamen esset ratio dubitandi: quia, vt ait Erasmus: antiqui, & sancti Doctores Orationes suas non solebant ad Spiritum Sanctum dirigere, sed ad patrem, &

A & filium. Hilarius etiam nonnullam in hac re differentiam videtur ponere inter duas primas personas & Spiritum Sanctum, qui tertia persona est. Ait enim. **de Trinitate: Cōserua**, inquit, hanc oro fidei meæ religionem, vt quòd in regenerationis meæ Symbolo professus sum, semper obtineam, te patrē & filium tuum vnā tecū adorēt, Spiritum Sanctum, qui ex te per vnigenitū tuū est, pmercar. In quo videtur innuere Spiritum sanctum magis promerendum esse, quā orandum.

Respon. Spiritus sanctus sicut pater & filius venit orandus. Id patet ex ecclesiæ ritu. Orat enim ecclesia ipsum Spiritum sanctum immediatè, sicut & patrem, quòd apertū est in Litanis per ecclesiā prolatis & institutis, in quibus Oratio ad patrem, Oratio ad filium, Oratio ad Spiritum sanctum immediatè dirigitur. Patet etiam de multis aliis Orationibus, quæ in missis, quæ ab ecclesia celebrantur, ad Spiritum sanctum immediatè diriguntur. Patet etiam ratione, quia qua ratione pater & filius, eadē Spiritus sanctus orandus est, siquidem oramus patrem, quia largitor est bonorum, à quo similiter omnia pendent: quandoquidē vnus potentia & essentia est cum patre & filio, eiusdem etiam bonitatis & misericordiæ, eadē etiam adoratione colendus. Omnium etiam trium opera ad extra omnia sunt indiuisa.

Nec obstat, quòd antea dictū est. Nam si veteres Orationes solebāt immediatè ad patrem & filium dirigere, non ita ad Spiritum sanctum, non ideo id fiebat, quòd Spiritus sanctus orandus non esset, sicut alia personæ, sed proprietatē Spiritus sancti attendentes, congruentiā quandam in orando seruabāt. Propriū enim est Spiritu sancto esse donum patris & filij. Et congruit magis donū à largitore doni petere, quā ab ipsomet dono. Ideo congruentiā hanc seruantes, à patre & filio donum sibi elargiri petebant, & ipsum donum, quòd Spiritus sanctus est, promereri curabant. Et id sonant verba Hilarij. Nos autem scientes, quòd non solus pater & filius dant Spiritum sanctum nobis, sed ipsemet Spiritus sanctus dat seipsum nobis, tā in se, quā in suis donis, ex quo hoc, quòd est Spiritum sanctum dari hominibus, sit opus ad extrā, qd necesse est omnibus tribus cōmune sit. Ideo veritate sequendo, dimissa præfata cōgruentia, dicimus Spiritum sanctum cum patre & filio adorandum, & cum patre & filio orandum. **Sed** an sancti, qui cū Christo regnant, sint à nobis orandi? Et dixerunt aliqui hæreti

ci, quòd non, eò quòd sancti nobis prodesse non possunt. Pro qua sententia arguunt primò ex Paulo. **ad Thimoth.** Vnus est mediator noster Christus Iesus. Non igitur sancti pro nobis vtiliter intercedunt, alioqui plures essent nostri mediatores apud Deum.

Secundò ex Ioan. in Canon. **Aduocatum** habemus apud patrem Christum Iesum, qui propitiatur pro nobis. Si igitur ipse pro nobis propitiatur, superflua sunt aliorum sanctorum preces, quas pro nobis fundunt.

Tertiò ipsi sancti pro seipsis orantes, à Deo non exaudiuntur: igitur, nec si pro nobis orant. Antecedens probant ex illo Apocalypf. 6. Vbi dicitur, quòd martyres clamant ad dominum, dicentes: **Vsq; quo Domine non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?** Vnde patet eos non exaudiri, alioqui non ita conquerentur de Deo.

Quartò quia sancti in cælo existentes, non sunt in statu merendi, aut demerendi sibi, igitur nec nobis.

Quintò quia Deo soli est exhibendus cultus patrie, iuxta illud Pauli: **Soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum:** sed Oratio est species patrie, vt supra dictum est: igitur, solus Deus orandus est, non homo, etiam si sanctus sit.

In oppositum est veritas, scilicet, quòd sancti sunt à nobis orandi, & inuocandi, qui suis intercessionibus possunt nobis multa bona impetrare. Et quia hoc aliàs in Codice de suffragiis ad longum ostendimus autoritate scripturæ, autoritate sanctorum, & ecclesiæ determinatione, ideo à probationibus super sedeo. Itaq; ad præsens satis est, breuiter soluere præfatas rationes.

Ad primum dicendum, quòd Christus est vnicus principalis Mediator intercedendo pro nobis, cum quo stat, alios esse mediatores intercedendo similiter pro nobis, quanuis Christo inferiores. Nam & domina nostra, à sanctis nostra mediatrix nuncupatur. Cum autem Christus dicitur vnicus Mediator, vnicus, potest accipi pro præcipuo. Si autem præcipuè seu exclusiuè accipiat, dicitur Christus vnicus Mediator participatione naturæ diuinæ, & humanæ. Similiter vnicus est in opere redemptionis.

Ad secundum ex Ioann. nil mouet, quia & si Christus pro nobis intercedat, non inde excluduntur alij intercessores, imò potius sequitur alios sanctos similiter pro nobis

Enobis intercedere, volentes in hoc Christo capiti se conformare. Nec sequitur esse superfluas sanctorum Orationes, quas pro nobis fundunt, quia tunc similiter esset dicendum, superfluas esse Orationes ecclesiae, quas pro nobis, & pro defunctis facit.

Ad tertium ex Apocalypsi, falsum est, quod martyres in suis votis non exaudiantur, quando quidem primam stolam, coronam triumphi illico recipiunt, vindictam etiam, quam petunt, obtinebunt, quae eisdem etiam ibidem promittitur. Nam dicitur ad eos, ut requiescant: Adhuc tempus modicum, donec compleatur numerus confessorum suorum. In quo aperte illis spes datur vindictae, quam petunt.

Ad quartum, quis non sint in statu merendi, sunt tamen in statu liberaliter & per viam gratiae nobis aliquid a deo impetrandi.

Ad quintum, Oratio quatenus dirigitur in Deum mediate vel immediate in recognitionem omnipotentiae Dei, a quo omnia pendent, pertinet ad patriam, & ita orare aliquem tanquam supremum omnium largitorem, nephastum est, nisi is, quem oramus, Deus sit. Et qui illo modo aliquem sanctum oraret, idololatrareret. Oramus igitur sanctos, non tanquam bonorum largitores, sed tanquam intercessores & aduocatos. Et licet in hoc eos quodam modo colamus & honoremus, attamen talis honor illis conueniens est, & non Deo debitus, sed primus.

Esset tamen dubium, An supposito, quod sancti sint a nobis vtiliter orandi, an possit haec veritas per solius scripturae sacrae testimonium aperte & sufficienter probari, conclusa determinatione ecclesiae. Quae inquisitione valeret ad amplius confundendum haereticos, solis scripturis adherentes. De qua questione, cum nonnulli contenderent, videbatur quibusdam pars negatiua probabilis. Oppositum tamen tenendum videtur, scilicet, quod ex scriptura sola sufficienter colligitur, sanctos, vtiliter a nobis inuocari, & orari, sumendo Orationem largam, ut ad deprecationem, seu supplicationem se extendat. Hoc videtur primo, quia in scriptura legitur de Angelis, quod orant Deum, seu intercedunt pro nobis, ut vota nostra a Deo compleantur. Hoc patet Thobias. 12. dixit angelus ad Thobiam: Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & elemosinam dabas, ego Orationem tuam obtuli Domino. Et quid est angelus Orationem nostram Deo offerre, nisi supplicare illi, ut eam adimplere dignetur. Non enim eam Domino offerebat, ut ipsa Oratio Domino

innotesceret, omnia enim aperta sunt oculis Domino. Igitur ad hoc offerebat Orationem Domino, ut Dominus eam compleret. Nec hoc aliter fieri videtur, nisi ipso angelo supplicante, ut Dominus votis orantium condescendat. Et nec angelus id ipsi Thobias narraisset, scilicet, orationem eius Domino obtulisse, nisi ut significaret modum, quo ipse Thobias vota sua fuerit consequutus, mediante, scilicet, ope ipsius angeli. Itaque hinc aperte constat, angelos pro nobis intercedere, & vtiliter.

Præterea legitur Zacharia. 1. angelum afflictioni populi Dei miseratum, sic Dominum rogasse, Domine exercituum, quomodo tu non misereberis Hierusalem, & urbem Iudae, quibus tu iratus es? Unde & obtinuit a Domino clementiam, & consolatorium responsum, quod ipsi populo annuntiaret. Intercedunt igitur sancti angeli pro nobis, & saepe, vel in toto, vel in parte exaudiuntur.

Præterea legitur. 2. Macch. 15. Hieremias (cum defunctus esset) orabat assidue Dominum pro populo Dei dedisseque inde gladium, dicens: Accipe sanctum gladium, munus a deo, in quo delicias aduersarios populi Israel. Sicut & factum est. In quo aperte docemur, sanctos defunctos & Deo amicos pro nobis intercedere, & eorum Orationes quas pro nobis ad Deum fundunt, exaudiri.

Præterea de multis sanctis viris legitur aperte, quod Christum & Deum pro aliis orauerint, eosque exauditos esse, ut paulo post patebit. Ac proinde ut concludit Hiero, hoc idem a fortiori credendum est de sanctis defunctis, cum Christo regnantibus, quod pro nobis orant & exaudiuntur.

Si dicas, ex his non colligi, nisi sanctos pro nobis intercedere, & interdum audiri, non tamen inde fit, ut nos Orationes nostras ad sanctos dirigere debeamus. Illud enim faciunt sancti ex charitate, quam ad nos habent, quod non minus facerent, non orantibus nobis. Respon. Ita est, quod aperte ex dictis non ostenditur, sanctos esse a nobis orandos, sed ipsos Deum pro nobis intercedere. Inde tamen aperte colligitur, illos per nos esse orandos, quia omnis ille potest conuenienter per nos orari, qui sua ope, aut precibus, potest nostra vota honesta complere. Tales sunt sancti cum Christo regnantes, ut ex dictis patet: igitur. Pro quo etiam facit, quod legitur Job. 5. Voca ergo aliquem, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum te conuerte. Ex hoc probat Thobias. conclusioem praefatam. Denique hoc idem videtur ex Hier. 15. Si steterit Moyses & Samuel coram

A coram me, non est anima mea ad populum istum. Et Ezech. 14. Si Noe, Iob, & Daniel orassent pro eis, non eos saluaret. Et tunc constat sanctos illos prophetas defunctos esse, & tamen inde aperte colligitur, sanctos illos solitos esse Deum orare, & a Deo exaudiri. Alioqui quorsum illud dixisset Deus? Itaque ex sola scriptura aperte colligitur sanctos Dei pro nobis intercedere, & multa bona per suas intercessionem nobis impetrare, & ex consequenti, quod sunt a nobis vtiliter orandi.

De animabus etiam quae sunt in Purgatorio solet dubitari, An sint a nobis orandae. Ratio dubitationis est, quia sancti, qui sunt in hoc seculo, possunt a nobis conuenienter orari, ut patebit dubio sequenti: igitur, & animae Purgatorii, quandoquidem non minus charae sunt Deo praefate animae, quam qui in hoc seculo viuunt. Tum etiam, quia illae animae possunt suis intercessionibus nobis prodesse, nam si aliquid obstaret, quominus possent, maxime quia sunt in poenis, sed hoc non obstat, quia sancti viuentes saepe sunt in poenis actu, & reatu, imò & in peccatis saltem venialibus, & tamen possunt nobis apud Deum prodesse. Nec obstat, quod non sint in statu merendi, nam sancti in caelo non sunt in statu merendi, tamen eos vtiliter oramus, & ipsi nobis saepe succurrunt. Cum igitur illos possimus vtiliter & conuenienter orare, qui verbis, aut opere nobis ad salutem prodesse possunt, & animae Purgatorii possint: sequitur, quod eas possimus conuenienter orare.

Contrarium tamen video a Doctoribus teneri, quia in tali statu sunt, quo magis conueniat pro illis orare, quam eas orare, ut patet. Et etiam, quia Oratio ad aliquem prudenter dirigi non potest, nisi is, quem oramus, intelligat, seu audiat, quod ab eo petimus, alioqui inepta & ridenda videtur Oratio huiusmodi. Sed animae in Purgatorio existentes de lege ordinata nostras Orationes, maxime mentales, audire non possunt, nec intelligere: quia nec in proprio genere, ut suppono, ob distantiam, quae inter nos & illas dicitur: nec in verbo, quandoquidem non nisi beati vident in verbo, quae hic aguntur. & ita non sunt a nobis orandae.

Verum non videtur hoc efficaciter probatum. Tum, quia licet in particulari nesciant, quis, & quomodo eas oret, possunt tamen intelligere, aut verisimiliter saltem in genere coniectari, quod miseri viatores sanctarum animarum precibus cupiunt in suis necessitatibus adiuuari, sicut e contra

ipsae similiter per viuentes adiuuari desiderant. Et haec generalis cognitio, sufficit mouere eas, ut orent pro his, qui se illis commendant. Tum etiam, quia possibile est, quod in particulari sciant, quis se illis commendat, licet non in proprio genere, nec in verbo, saltem ex angelorum, qui nos custodiunt, relatione, id scire possunt. Deinde, quia multi affirmant, nonnullas animas inter nos purgari, & inter nos habitare, specialiter in locis illis, in quibus aliqua notanda scelera commiserunt. Et aliquando ad nos peruenire permittuntur, & nobiscum diuina dispensatione loquuntur, & tunc nil obstat, quominus in proprio genere nostras Orationes audiatur, si ad eas loquamur. Ac proinde nil inconuenit eas, & nos inuicem auxiliari seu opem in nostris necessitatibus poscere, cum proximae nostrae sint, sicut & nos sui. Si igitur illae pro nobis orant, & a Deo audiri solent, non dubito, quin possimus nos illis commendare, & ex consequenti eas, ut pro nobis intercedant, deprecari. Sed de hoc postea.

Similiter solet de sanctis qui sunt in via dubitari, An sint per nos conuenienter orandi. Loquor semper de Oratione largam sumpta, ut ad deprecationem se extendat. Verum de hoc minimè videtur dubitandum. Nam certum est, quod sancti in via existentes, possunt iuuare nos per eorum intercessionem. Hoc patet Ioan. 12. ad preces Philippi & Andreae, gentiles quidam cupientes videre Christum, ad ipsum Christum adducti sunt. Et Ioann. 20. ad preces virginis, Christum aquam in vinum conuertit. Et ad preces Apostolorum Magdalena obtinuit, ut a Christo audiretur, & veniam consequeretur. Rogauerunt enim Christum dicentes: Dimitte illam, quia clamat post nos. Et Exodi. 32. Moyses veniam impetrauit sexcentum milibus armatorum. Et innumera sunt scripturae exempla.

Præterea hoc idem aperte patet Gene. 20. Dixit Dominus ad Abimelech, qui uxorem Abrahamae acceperat: Nunc redde uxorem viro suo, & orabit pro te, & viues. Similiter Iob ultimo: dixit Dominus ad eos, qui ipsum Iob increpauerant, iratus est furor meus in vos &c. Et infra: Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia vestra. Et post, Dominus autem conuersus est ad poenitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Ex quibus aperte patet, Domino id attestante, quod sancti viuentes possunt nobis prodesse coram Domino, mediis eorum intercessionibus. Simul

E & q̄ conueniens, & vtile est huiusmodi san-
ctos orare, vt pro nobis intercedant. Quòd
si viuui possunt, à fortiore, vt colligit beatus
Hieron. contra Vigilantium, id poterunt san-
cti, qui cum Christo regnant.

De his quibus cōuenit orare



Aliud dubiū, q̄s
est cui cōuenit orare? In
primis certū est, q̄ Deo
non cōuenit quenq̄ ora-
re, quaten⁹ Deus est, q̄a
non est, quē Deus orare
possit. Oratio enim im-
portat in orante defectū, quia nō potest per
se facere id, quod in Oratione petit, idēo alte-
rum, vt faciat, orat: importat etiam in eo, qui
oratur, superioritatem supra ipsum orātem,
aut excellentiā aliquam. Cū igitur in Deo
nullus defectus aut impotētia sit nec habeat
aliquem superiorem se: Consequēs est, quòd
illi non conuenit orare.

Hebr. 8. Quòd si quis opponat Christum esse
Deum, & tamen teste Paulo &
Ioan. in Canoni. assidue pro nobis interpel-
lat. Dicendum id esse verum, prout Christus
est homo, non prout Deus.

Rom. 8. Si iterum opponat quis, quod ait Paulus
de Spiritu sancto, dicens, Nā quid ore
mus, sicut oportet, nescim⁹, sed ipse Spiritus
postulat, p nobis gemitib⁹ inenarrabilibus.
Qui autē scrutatur corda, scit quid desiderat
Spiritus, quia secundū Deū postulat pro san-
ctis. Dicendū, prout Doctores exponūt, pro
tāto Spiritus sc̄tus dicitur, p nobis orare, seu
postulare, p quanto facit nos postulare. Et si
cut ipse in se nō gemit, sed gemere nos intus
facit, ita in se nō orat, sed orare nos facit. Hęc
autē sp̄i sc̄to attribunt, tanq̄ authori ipsorū.

De sanctis angelis similiter, & de his, qui
cum Christo regnāt in cœlo, non du-
bium est, eos pro nobis ad Deum intercede-
re, vt ex supradictis aperte constat.

De his verò, quæ in Purgatorio sunt, dubi-
tāunt aliqui, an pro nobis orent. Et vi-
des Tho. dicere, q̄ non: q̄a nec beati sunt, nec
sunt in statu merēdi, aut demerēdi, sed tali, in
quo magis alienis Orationibus indigeāt, q̄ q̄
ipsi, p aliis orēt. Verū, salua pace, nō videt hęc
sentētia omninō certa, imō mihi, pabile est,
q̄ pro nobis orent, vel in genere p omnibus
viatoribus, vel pro suis cognatis, aut amicis,
aut benefactorib⁹ in particulari. Pro quo fa-
cere videntur, quæ suprà citauimus ex Iob. 5.

Vbi dicitur: Ad aliquē sanctorū te conuerte, **G**
supple, vt eius Orationibus iuueris, & veniā
impetres. Et tñ tunc temporis sancti nulli e-
rant beati: nōdū em̄ Christus passus erat, nec
regnum cœlorū aperuerat. Similiter quod le-
git. 2. Macchab. 15. de Hieremia defuncto, qui
assidue p populo Dei orabat, & tñ nō in cœ-
lo erat beatus, sed in limbo. Similiter Moses,
& Samuel, & Daniel soliti erant Dñm orare
pro populo Dei, vt suprà citatū est ex Hiere-
mia. 15. & Ezechi. 14. Et tamē tunc tēporis illi
propheta nondū erant in cœlo beati, vt con-
stat ex fide. Igitur etiam, animæ sanctæ, quæ
in Purgatorio sunt, etiam si beatæ non sint,
credendum est, quòd pro nobis orent.

Nisi forte dicas, aliud esse de sanctis ve-
teris Testamēti defunctis, qui erāt
iam ab omni pœna, aliud de animabus, quæ
suorū peccatorū pœnas actu luūt. Verū q̄
pœnas actu soluant, nō tollit amicitia Dei ad
illas, nec ob id sunt in minore gratia Dei &
charitate, q̄ si à pœnis purgatæ essent. Hęc
autē Dei amicitia erat ratio, quare Deus san-
ctorum Patrū Orationes audiebat, etiam an-
teq̄ beati essent. Nec videtur, q̄ illi sancti Pa-
tres essent tunc in statu merēdi magis, q̄ sint
animę Purgatorij, cū omnes sint extra viam.

Præterea de diuite epulone, cū in In-
ferno esset legit q̄ orabat
pro quinq; fratribus, quos in sæculo relique-
rat, vt Abraham mitteret ad eos aliquē pphētā
qui eos instrueret, nē veniret ad locū illū tor-
mentorū. Quare igitur de animabus sanctis,
quæ suos amicos & benefactores in sæculo e-
xistentes charitatiuē diligūt non dicemus, q̄
eorū salutē desiderēt, & Deū pro illis orent.

Videmus etiam inter homines rem-
sic se habere, quòd qui ad
crucem, aut patibulū ob delicta sua ducuntur,
aliquādo rogant iudices ipsos, aut principē,
cuius iussu occidūt, vt post eorū mortem,
eorum corpora breui faciant sepeliri, aut fi-
lios seu vxorē benignē tractent, & exaudiun-
tur. Nec hoc reprehenditur, sed tam in orāte
quām in iudice preces acceptante cōmenda-
tur. Igitur ita credendū est eos qui purgan-
tur, orare Deum pro aliquibus, & Deum, q̄a
clemens est eos exaudire. Ita tenet Gabriel
in Canone, lectione. 15. iuxta finem.

De viatoribus tam iustis, q̄ peccatoribus
certū est, q̄ omnibus eis orare conuenit,
etiā pro seipsis. Omnes enim indigent gratia
Dei, iusti nē cadāt, iniusti verò, vt resurgant.
Non est enim homo, qui nō peccet, vt ait scri-
ptura. Vnde Ioan. Si dixerimus, q̄ peccatum
non

A nō habemus, nosmet ipsos seducimus. Et cui-
libet tam iusto, quām peccatori cōuenit ora-
tionem dominicam quotidie dicere, in qua
quotidie petimus, vt dimittat nobis debita.

Sed contra arguitur de peccatoribus in
mortali existentibus, quòd non cō-
uenit illis orare, quia non conuenit illis Deū
confiteri, & laudare, iuxta illud Ecclesiast. 15.
Non est speciosa laus in ore peccatorum. Et
Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas?

Tum etiam ex illo Ioannis. 9. Scimus q̄
peccatores Deus non exaudit.

Tum etiam ex illo Chrysostom. super
Matthæum: Qui orat, & peccat,
non orat, sed Deum deludit. Pro quo etiam
facit Augustinus in sermone quodam, dicēs,
Qua fronte postulas, quod promisit Deus, si
non facis, quod iussit Deus? Prius audi moni-
tionem, & sic exige promissionem. Similiter
illud Grego. Cū mis, qui displicet, ad interce-
dendum mittitur, irati animus ad deteriora
prouocatur. Similiter facit Ambr. in Psal. 118.
sermone. 22. Volare orationem facit bona vi-
ta, & dat alas precibus spirituales, quibus san-
ctorum ad Deum euehatur oratio. Et sequi-
tur, Peccato grauefcit oratio, & longe fit à
Deo. Tanto autem plus grauatur, quanto im-
probior est vita deprecantis.

Tum etiam facit, quod habetur Esaię. 1.
Cū multiplicaueritis orationē,
non exaudiam. Et datur pro causa: Manus
enim vestre sanguine, id est peccato, plenæ
sunt. Et Threnorum. 3. Nos iniquē egimus, &
ad iracundiam te prouocauimus, idcirco tu
inexorabilis es. Ex quibus, & multis alijs vi-
detur, q̄ peccatori in peccato permanenti,
non conuenit Deum orare, quia frustra ora-
bit, cū exaudiendus non sit.

Respon. Quòd duplices sunt peccato-
res. Quidam sunt in peccato
obstinati, seu in proposito non recedendi à
peccato: & tales certē non sunt digni, qui
à Deo exaudiantur: imō tales non solum nō
exaudiuntur, sed de nouo Deū offendūt, quē
orantes deludūt, vt inquit beatus Chryso. Et
de talibus procedunt, quæ allegata sunt, tam
ex testimonijs scripturæ, quām sanctorum.
Alij verò sunt peccatores, qui sua peccata re-
cognoscentes, pœnitent, & humiliter ad De-
um confugiunt, veniam postulantes: & tales
sine dubio à Deo audiuntur, & in eius gra-
tiam admittuntur, prout in sua lege sapissi-
mē promisit, & exemplo monstrauit: imō
non solum tales à Deo audiuntur, sed ex lege,
& iustitia legis audiri debēt, vt docet Augu-

stinus ad Ro. 5. dicēs: Si Deus confugientes
ad se non reciperet, esset in eo iniquitas, aut
iniustitia. Et ita patet, quibus peccatoribus
cōuenit orare Deū, & quibus nō. Quanquā si
de oratione strictē loquamur, prout est pius
mētis ascēsus in Deū cū debita humilitate, nō
est homo, cui nō cōueniat orare. Obslinatus
tñ nisi ab obstinatione desistat, orare sic non
poterit: & si aliter orauerit, frustra orabit.

Sed contra hanc solutionē insurget quis
p̄iam: Quia nemo magis obstinatus
est, quām diabolus: sed cōstat de diabolo, q̄
Deum aliquādo orauerit, & ab eo fuerit ex-
auditus. Patet hoc Matth. 8. Demones roga-
bāt Christū, dicentes: Si eiicis non hinc, mitte
nos ī porcos. Quod & à Christo obtinuerūt.
Similiter diabolus petiuit à Deo, vt permitte-
retur tentare Iob. Quod & obtinuit. Vnde
glo. 2. ad Corinth. 12. super illud, ter Dominū
rogauit, ait: Exauditor diabolus Iob petens
tentandum, & non exauditur Apostolus,
petens stimulum amouendum.

Secundò idē patet de Iudæis, qui tem-
pore Samuelis petierūt Do-
mino Regem, & datus est illis à Dño, vt petie-
rūt: & tamen in peccatis erant impœnitētes,
imō in hoc ipso actu peccantes, quòd regem
petierūt, vt habetur. 1. Reg. 8. Dixit enim Dñs
ad Samuellem, qui super petitione fuerat iras-
tus: Audi vocem populi in omnibus, quæ lo-
quūtur tibi, non enim te abiecerunt: sed me,
nē regnem super illos.

Respon. primò, q̄ istorū obstinatorū
non erāt orationes, propriē
loquendo, vt dictum est. Nec enim diabolus
Deum orauit, nec Iudæi in casu pposito: sed
petitiones erant, per quas ea, quæ optabant,
à Dño fieri cupiebant. Et quanuis orare non
conueniat obstinatis, bene tamen petere, &
postulare. Dico secundò, q̄ non inconuenit
Deum obstinatorum petitiones aliquando
concedere, idēq; in malum eorū, vt patet de Iu-
dæis Regem petentibus, quibus Dominus
regem in eorū malum cōcessit, à quo durē &
seruilliter erant tractandi: Aut ad aliquem bo-
num finem à Deo intētum, vt. f. Christi pote-
stas ostenderetur: Sicut accidit, quādo dēmo-
nibus cōcessit, vt in porcos intrarent. Aut vt
aliorum bonitas, & perfectio innotesceret, si
cut innotuit patientia, & virtus Iob, ob tenta-
tionem dāmoni à Deo permissam. Aut ob
alium honestū, & conuenientem finem. Atta-
men in bonum ipsius obstinationem Deum roga-
tis, seu aliquid à Deo petentis, non legitur ob-
stinatum à Deo exauditum.



E De damnatis est simile dubium, An ipsis conueniat orare. Ex dictis patet respon- sio, quod proprie loquendo de oratione, non conuenit eis orare. Patet, quia in eis deuotio, & humilitas, & pius mentis ascensus in Deum reperiri non potest, quæ tamen sunt de ratio ne orationis proprie sumptæ.

Si tamen largè accipiatur oratio, ut ad petitionem se extendit, patet quod damnatis conuenit orare. Tum ex his, quæ nuper de diabolo citata sunt qui legitur aliquando à Domino aliquid postulasæ, & id obtinuisse. Tum etiam de diuite epulone dånato, qui orabat p fratribus, quos in seculo reliquerat.

De his, pro quibus orandum est.



A Liud dubiũ, pro quibus orandum est? Respon. De beatis certũ est quod non est pro illis orandum, quãdoquidem in nulla miseria sunt cul pæ: nec pœnæ, nec illi sũt

F aliquantulum obnoxii, nec nostra ope indigēt, qui cum Christo æternaliter regnant. Vnde Augustinus ait, Iniuriam facit martyri, qui orat pro illo, & non ob aliud, nisi qui ab omni profus miseria alienus est, nec nostro indiget adiutorio.

De his, qui sunt in purgatorio æquè certum est, esse pro illis orandum. Tum ex communi omnium catholicorum doctrina, qui tenent, quod suffragia, quæ uiui pro defunctis faciunt, valent illis, ut citius purgentur. Tum ex eo, quod habetur. 2. Machab. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Tum ex illo Thobiz. 4. Panem tuũ & vinum tuum pone super sepulturã iusti (Dixit Tobias filio suo) quod certè inutile esset, si suffragia nostra, p defunctis facta illis non prodesent. Quæ qui dem suffragia, teste Dionysio & Damasceno, ab apostolis in ecclesia fuerunt sancita: Dein de in Concilio ecclesiæ approbata, & iustia. Vnde in concilio Cabilonen. & habetur de consecra. distin. 1. cap. Visum est. iubetur, ut quotidie in ecclesiis, & sacrificiis oretur pro defunctis. Et ita seruat vniuersalis ecclesia. Vi de Augustinum, de cura pro mortuis.

De his verò, qui in inferno dånatorum sunt, esset ratio dubitandi, an sit pro illis orandum. Et quod sic, arguitur, quia ait

Damascenus in sermone de dormientibus, q Traianus Imperator precibus beati Gregorij fuit ab inferno liberatus: vnde post assiduas preces beati Grego. pro illo fufas, vox de cœlo audita est, dicens, vocem tuam audiui, & Traiano veniam do.

Secundò ex eo, quod in dialogis eiusdem beati Grego. legitur de quodam religioso, qui contra votum paupertatis quod fecerat, proprietarius esse volens, pecunias furto abtulit. Quo per beatũ Grego. cognito, iussit fratribus, ut illum mortuũ in sterquilino cum pecuniis illis sepelirent, dicēdo: Pecunia tua tecum sit in perditionē. Ex quo apparet illum religiosum damnatũ fuisse, & tamē postea elapsis triginta diebus, iussit fratribus, ut per alios triginta dies continuos sacrificia pro illo facerēt, & in horum dierum sine per reuelationem habuit beatus Grego. quod præfatus defunctus esset suis precibus saluatus.

Tertiò idem videtur, ex eo, quod ecclesia orat in officio defunctorũ, Absolue Domine animas omnium fidelium defunctorum, & gratia tua illis succurre, mercantur euadere iudicium vltionis. Quod nō videtur comòdè accipiendum de his, qui sunt in purgatorio: nam de illis certissimi sumus, quod etiam nobis non orantibus, euadent iudicium vltionis, ex quo in gratia decesserunt. Igitur de his qui sunt in inferno dånatorum videtur accipiendum. Et confirmatur, quia etiam ecclesia orat, dicens: Domine Iesu Christe libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, & de ore leonis, nè absorbeat eas tartarus, nè cadant in obscurum. Quæ non videntur conuenienter accipi de animabus fidelium, qui in gratia decesserunt: nam de illis certa est ecclesia, quod non absorbeantur à leone, quòdque non casuræ sunt in obscurum locum. Igitur de aliis fidelibus, qui sine gratia decesserunt, sunt accipienda.

Respon. His non obstantibus tenendum est oppositum, scilicet, quod non est orandum pro his, qui æternaliter dånati sunt, qui in mortali peccato impœnites decesserunt. Pro quo facit, quod ait Augustinus: Si scirem patrem meum esse in inferno, non magis orarem pro illo, quàm pro diabolo. Et idem Augustinus iterum ait, & post eum Magister in. 4. distin. 45. Quod qui sine fide per dilectionem operante decesserunt, frustra illis à suis pietatis officia impenduntur. Facit & beatus Grego. scribens Bonifacio

A Bonifacio archiepiscopo, dicens: Quod pro impijs, quamuis Christiani fuerint, Oblationes, & suffragia facere nō licebit. Et idem. 24. lib. Moralium ait: Sancti de his, quos eterno supplicio dånatos esse cognouerunt, ante illum iudicis iusti conspectum, orationis suæ meritum cassari refugiūt. Vbi apertè ait, orationem fufam à sanctis pro damnatis, cassari, & nullam esse.

Hoc idem patet. frustra scilicet pro illis orari, quia id esset contra fidem pugnare, & contra decretum Dei. Fide enim tenemus in inferno non esse redemptionem, ut ait Iob. Et similiter Ecclesiastici. 11. Arbor vbi ceciderit, illic erit. Quod ad statũ gratiæ, vel mortalis peccati referendum est. Et vtraque pagina scripturæ sacræ tradit impijs, & impœnites in ignem æternum esse detrudendos. Non igitur est pro illis orandum.

Quod etiã apertè habemus ex Canonica Ioan. Si quis peccauerit ad mortem, non dico pro illo orandum esse. Et certum est, eos ad mortem peccare, qui impœnites decedunt, quos in puncto ad infernũ descendere non dubitamus, ut ait Iob.

Ad illa verò, quæ in oppositũ antea citata sunt, respon. Ad primũ de Traiano multipliciter dici solet. Vel quod historia illa nō est omninò certa, vel quod precibus Gregorij fuit Traianus suscitatus, & datum illi tempus, ut pœniteret: & veniam consequeretur. Vel q Traianus in morte egit pœnitentiam, cuius insignia nonnulla monstrauit, vnde motus fuit Gregorius ad orandum pro illo nesciēs an in peccato mortali decessisset. Nec credendum est, pro illo orasset, si in peccato finalis impœnitentiæ illum decessisse putaret.

Ad secundũ etiam credendum est religiosum illum sui peccati in morte pœnituisse: Quamuis Grego. ad aliorum terrorem illũ in sterquilino sepeliri iusserit. Et ita precibus Grego. & aliorum fratrum non de inferno, sed de purgatorio fuit liberatus.

Ad tertium illud videtur nonnullam habere difficultatem, scilicet, an ecclesia in officio mortuorum oret pro damnatis, qui in mortali decesserunt. Et hoc videtur falsum, ut ex dictis apparet. Quod si pro his orat, qui sunt in purgatorio, qui scilicet, in gratia decesserunt, non satis conuenire videntur orationes ecclesiæ: in quibus orat, ut illi defuncti ab vltione æterna, à morte æterna, à pœnis æternis liberentur, ut q; in iudicio cum sanctis resurgant. Quæro ergo, aut certum

est eos, qui in gratia decesserunt, à morte eter na, & pœnis æternis esse liberandos, & cum sanctis ad gloriam resurrecturos. Et si sic, ut quid igitur ecclesia oratione ea petit, quæ certissimum est, & necessarium de lege esse ventura, etiam si ecclesia pro eisdem non oraret? Alioqui ecclesia deberet pro beatis similiter orare, q non cadant à sua beatitudine, quod non peccent, q non in gehennam mittantur, q in die iudicij resurgant. Pro hoc autem nō orat, nec orare cōuenit: cum superflua omnino esset oratio, qua petitur quod necesse est fieri. Aut dubiũ est animas purgatorij in gratia decedentes, finaliter esse saluandas, seu à gratia, in qua decesserunt, casuras. Et hoc à nullo catholico solet dubitari: nam quæ anima post præsentem vitã facit, illi nec ad præmium, nec ad supplicium imputantur æternum: Dicente Paulo: Omnes stabimus ante tribunal Christi, & reportabit vnusquisq; secundũ ea, quæ in proprio corpore gessit. Et iterum, ad Gala. 6. Operemur bonum ab oēs, dum tempus habemus, significans ea quæ in præsentem vita facimus, ad bonum, seu ad malum nobis imputanda esse, non quæ post hoc præsens tempus agemus. Quod Ecclesiastes

apertius docet, dicens: Quocumq; potest facere manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erũt apud inferos, quò tu properas. Et multa alia faciunt ad propositum, quæ cum verissima sint, quomodo igitur dubitari potest, an animæ, quæ in gratia decesserunt, eam amittent? aut quod finaliter saluabũtur? maximè cum Deus mentiri non possit, qui verè pœnitentibus suorum peccatorum veniam, & finalem gloriã promiserit. Eos autem, qui in gratia decesserunt, non dubium, quin pœnituerint: nam sine pœnitentia gratiam non essent finaliter assequuti. Non igitur est per ecclesiam dubitandum de huiusmodi animabus, an finaliter ad æternam mortem iudicabuntur. Quomodo ergo in suis orationib⁹ petit, quod à morte æterna liberentur?

Si dicas primò ut supra, q quãuis certum sit de lege eas nobis etiã non orãtibus finaliter esse saluandas: attamen Deus potens est, si velit, absolutè eas in gehennam æternaliter mittere: ideò ecclesia orat, nè id faciat, cū possit. Contrà, quia etiam absolutè potest Deus liberare dånatos à gehenna, & in cœlũ adducere, & ita deberet ecclesia suis precibus hoc ipsum petere. Similiter potest absolutè Deus virginem matrẽ, & omnes sanctos cœli mittere in gehennã, & ex cōsequenti deberet eccle-



Ecclēsia orare, nē id faciat, cūm possit: quando quidem de lege ordinata neutrum potest, de absoluta verō vtrūq; potest. Igitur ecclesia, vel pro vtroq; oret, vel pro nullo.

Si dicas secundò, quòd ecclesia non orat, vt fideles defuncti ab æterna pœna liberentur, nec vt finaliter saluentur, sed vt citius à pœna liberentur, & saluentur. Contrà videtur, quia cūm quā plures orationes fidelium defunctorum legerim, quæ in missali Romano continentur, in nulla tamen earum legi per ecclesiam peti, vt citius à pœnis liberentur: legi tamen in nonnullis peti, vt ab æternis pœnis liberentur. Et vltra ea, quæ in tertio argumento, quòd nobis præsentem ingessit difficultatem, tanguntur, in quibus aperte videtur peti, vt Deus liberet animas fidelium à iudicio æternæ damnationis, sunt aliæ orationes, in quibus petitur, vt Deus animas defunctorum in corporibus ad beatitudinē in die iudicij suscitetur.

Vnde in oratione, quæ incipit, Deus cui proprium est & c. dicitur in die depositionis, petitur sic, & quia in te speravit, & credit, non pœnas æternas sustineat, sed gaudia æterna possideat. Et in alia oratione, que incipit, (Omnipotens sempiternus Deus.) petit, vt anima illa, pro qua oratur, in sinibus Abraham, Isaac, & Jacob recipiatur, vt cūm dies agnitionis tuæ aduenerit, inter sanctos, & electos tuos, eū resuscitari præcipias. Et in alia oratione communi, quæ incipit, (Absolve quæsumus Domine animas famulorū tuorum.) petitur, vt in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. In quibus manifestè patet, quòd nō acceleratio liberationis petitur, sed vt absolute, cū sanctis in die iudicij saluentur.

Si dicas tertio, quòd ecclesia hæc orat nō pro his animabus, de quibus certa est, quòd sint in cœlo, aut in inferno: sed pro his fidelibus, de cuius vita, & exitu dubitatur. idq; sub conditione, scilicet, vt si capaces sint beneficij, quod pro illis à Deo petitur, id assequantur. Et quia ecclesia vt plurimum dubia est de statu defuncti: ideo sic sub tacita conditione precatur. Verūm hoc minimè satisfacit: nam quanuis certa non sit ecclesia ad quem locū vnaquæq; anima à corpore exuta, tendat, est tamen in genere certa, quòd tendit ad cœlū, vel purgatorium, vel infernum. Tum quærerem de intentione ecclesiæ orantis, an intendat orare pro his, qui ad cœlum volant: & hoc est ridiculum, attento eo quod in præfatis orationibus petitur. Aut

pro his, qui eunt ad purgatorium, & tunc stat difficultas proposita: quia omnes illæ orationes videntur præsupponere, quòd animæ, pro quibus oratur, sunt in periculo eundi in æternam damnationem, alioqui si à tali periculo prorsus immunes sunt, quorsum oratur pro illis eo modo, quo dictum est? Aut intendit ecclesia orare pro his, qui ad infernum damnatorum descendunt, vt scilicet in die iudicij cum electis Dei suscitentur: & hoc minime credendum est, ex quo scit ecclesia, quòd in inferno nulla est redemptio, quodq; non est orandū pro decedentibus in impœnitentia: nam tales videntur ad mortem peccasse.

Prætereà pro his, de quorum statu dubitatur, alia particularis oratio in ecclesia fit, quæ incipit, (Omnipotens, & misericors Deus inclina.) in qua petitur, vt si plenam veniam anima ipsius obtinere non potest, saltem vel inter ipsa tormenta, quæ forsitan patitur, refrigerium de abundantia miserationum tuarum sentiat. Quæ quidem oratio auget præsentis quæstionis difficultatem. Nam significat, quòd si anima illa plenam veniam obtinere potest, eam sibi Dominus pro sua misericordia largiatur, (Quod habet locum, si in purgatorio sit) Si tamen plenam veniam obtinere non potest, quod in ipsis tormentis refrigerium patiatur. Quod non nisi de damnatis in inferno videtur cōuenienter accipi. Illi enim soli sunt, qui plenam veniam obtinere non possunt. Et ita apparet, quod ecclesia orat pro damnatis, non vt indeliberentur, sed vt ibi mitius torqueantur.

Auget prætereà quæstionis difficultatem Theophylactus super Lucam. 12. super illud verbum, Nolite timere eos qui occidunt corpus & c. Ait enim post alia: Non omnino igitur postquam occidit, mittit in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Et addit: Nē igitur cessemus per elemosynas, & intercessionem propitium reddere eum, qui potestatem habet mittendi, non semper autem potestate hac utentem, sed & valentem remittere quiddam. Et præmiserat: Vides, quòd non dixerit, Metuatis eum, qui postquam occiderit, mittit in gehennam, sed habentem potestatem mittendi. Non enim semper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, sed sunt in potestate Dei, vt etiam dimitti possint. Hoc autem dico propter oblationes, & distributiones, quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt, etiā his, qui in grauibus peccatis mortui sunt.

Hæc

A Hæc ille. In quibus videtur significare, posse viuos prodesse defunctis, qui in grauibus peccatis decesserunt, id est, mortalibus, idq; per suffragia, & intercessionem viuorum.

Respon. Quantū ad orationes, quæ in ecclesia pro defunctis fiunt, posset primò dici, nō esse necessarium omnes eas ab omni ineptitudine excusare. Multa enim in ecclesia legi permittuntur, quæ quāuis non omnino vera sint, vel omnino apta, conferunt tamen ad fidelium deuotionem excitandam, & augendam. Talia multa credendum est contineri in historiis non sacris, & in legendis sanctorum, & in opinionibus doctorum, & scripturis, quæ omnia tolerantur in ecclesia, interim quòd super illis nulla mouetur quæstio: nullumq; insurgit scandalum. Ac proinde non mirum in orationibus prædictis aliquid minus aptum contineri, & ab ecclesia tolerari: cūm tales orationes factæ sint à personis priuatis, non à Conciliis: nec per Concilia omnino sunt approbatæ.

Posset si hoc non placet, aliter, & secundò dici, quod ecclesia in defunctorum officio nec orat, nec orare intendit, nisi pro his, qui in purgatorio loco detinentur.

Quòd si contingat aliquem defunctum, pro quo ecclesia orat, esse in inferno, pro illo si actu oret, qui nescit eum esse in inferno, tamē intentione pro illo non orat, nisi putans, vel dubitans eum in purgatorio esse. Quo supposito, sciens ecclesia Deum potestatem habere puniendi æternaliter animas illas, per quas cūm viuerent, fuit mortaliter offensus, quòd q; Deus potestatem suam non alligauit scripturis, & promissis, quæ in scriptura continentur, quādo quidem ipse super omnia est, & tam omnipotens post promissa, ac si nil promississet: ideo ecclesia suppliciter Deum orat, nē illa sua absoluta omnipotentia contra animas fidelium, qui in gratia decesserunt, vtatur, ideo orat, vt eas ab æternis pœnis, & à vindicta, & iudicio condemnationis liberare, & vt eas cum suis electis resuscitare dignetur. Ad id autem orandum ipse Christus occasione in Euangelio citato dedit, docens quòd eum debemus timere, qui postquam occiderit quenquam corporaliter, habet adhuc potestatem eum mittendi in gehennam.

Et quādo in oppositum arguitur, quod inutile est orare pro eo, quod de necessitate eueniet: Respon. quod non ita de necessitate eueniet illorum fidelium gloriosa resuscitatio, quin Deus potestatem habeat, contrarium agendi: qui si nollet misericordia cum

illis defunctis vt, à quibus grauiter fuit offensus, iuste posset eos æternaliter punire. Ex misericordia tamen, nō nisi temporaliter punit. Deinde non est inutile sic pro illis orare, imò valde proficuum: nam talis oratio facta eo modo, qui dictus est, pertinet ad latram, ex quo fit in recognitionem diuinæ potestatis: & ita est Deo grata, & accepta, ac proinde redundat in utilitatem defunctorum, pro quibus fit: scilicet, vt mitius in purgatorio torqueantur, & citius inde liberentur. Gaudet enim Deus orari, etiam pro his, quæ alioqui facturus esset. Decreuerat enim Deus post peccatum Adæ, carnem sumere. Decreuitque tempus, quo venturus erat, & grata illi fuerunt orationes sanctorum pro sua incarnatione, & aduentu orantium. Decreuit etiā Deus omni peccatori pœnitenti veniam dare, & tamen grata est illi oratio, qua vel ipse pœnitens pro se, vel alius pro illo orat, vt eius pœnitentiam Deus acceptare dignetur. Decreuit etiam Deus, & promisit ecclesiam suā non deserere, & Conciliis legitime congregatis adesse, & tamen grata est Deo oratio, & hymni, quibus eius præsentia, & fauor, & gratia ipsi Concilio, & ecclesiæ imploratur. Non itaq; mirandum, si ecclesia pro defunctis purgatorij orans, petat aliqua, quæ Deus illis cōcedere decreuerat: qualia sunt, nē æternaliter eos puniat, nē a leone absorbeat: & vt cum electis resuscitentur.

Et quādo vltra replicatur: Si ideo sic orandum pro illis est, quia Deus potestatem habet agendi oppositū, pari forma esset orandum pro damnatis, vt saluentur: & pro beatissimis, vt non damnetur, cum æquè possit hæc facere Deus, sicut sua opposita. Respon. Non est simile. Nam beatis iā penitus offensas cōdonauit, & suos amicos, & conciuos ab omni miseria alienos fecit. Damnatos verò tanquā obstinatos prorsus à se abiecit, nec vult pro his, aut illis orari. Secūs de his, qui in purgatorio actu cruciantur, & capaces sunt nostrorum suffragiorum: quales nō sunt beati, nec dānati. Et ita non solum oratur pro illis, quia Deus potestatem habet absolute eos perdendi, sed quia capaces sunt nostræ opis, & auxiliij, qualiter non sunt beati, nec damnati.

Ad aliud de oratione, quam ecclesia facit pro eo, de cuius statu, seu qualitate dubitat, dicendum, quòd quicquid in illa oratione petitur, pro his, qui sunt in purgatorio petitur, non pro dānatis, sicut de aliis orationibus dictū est. Excepto, quòd sunt aliqui defuncti, qui in fide decesserunt, fuerunt tamen

Emen tam perditæ vitæ, quòd merito de illis dubitari possit, an per preces ecclesiæ possint plenam veniam consequi. De talibus intelligitur oratio præfata, in qua petit ecclesia, quæ si possunt per sacrificia, quæ ecclesia pro illis facit saluari, id fiat: si tamen non possunt plenam veniam consequi, supple, per huiusmodi sacrificia, quæ præsentialiter fiunt, petit, ut mitius illic torqueantur.

Ad ultimum ex Theophylacto citatum, dicendum in excusationem ipsius, quòd cum ait, quòd potestatem habet Deus mittendi mortuos in gehennam, est verum de omnibus mortuis, sed de potentia eius absoluta, quia supra legem est. Et cum ait, quòd suffragia, & orationes ecclesiæ profunt defunctis, qui in grauibus decesserunt peccatis intelligitur de his, qui in peccatis mortalibus decesserunt, iam per poenitentiam quo ad culpam deletis. Sed quia pro illis debitè non satisfecerunt, dicuntur in illis grauibus peccatis decedere, alibi satisfacturi. Et isti sunt, de quibus ait, quòd Deus non mittit eos in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Nam alios, qui in grauibus decedunt peccatis, quæ per poenitentiam non sunt quo ad culpam dimissa, non dubium, quin illico in gehennam mittat. Et pro his non orandum est, sed pro aliis.

Ex quibus aperte patet, quòd Theophylactus concessit, & tenuit esse locum purgatorij. Nam dicit esse aliquos defunctos, quos Deus non mittit in gehennam, quòdque pro illis orandum est. Quæro, illi ubi sunt? vel in coelo beati, & hoc non, quia pro beatis non est orandum. Vel in inferno, & hoc non, quia non sunt missi in gehennam: Igitur in purgatorio, ubi existentes indigent viuorum suffragiis adiuuari. Quod dixerim contra eos, qui Theophylacto imputant opinionem, seu errorem illorum, qui negant purgatorium esse.

Redeundo igitur ad questionem, & ipsam continuando, esset dubiū de viatoribus: An pro omnibus viatoribus orandum sit. Et arguitur, quòd non. Primò, quia multi sunt, qui peccant ad mortem, & pro illis non est orandum, ait enim Ioan. 1. Cano. ca. 5. Qui scit fratrem suum peccare, non ad mortem, petat, & dabitur ei. Est peccatum ad mortem, non dico, ut pro illo roget quis &c. Igitur pro illis ex sententia Ioan. non est orandum.

Idem etiam potest argui de his, qui peccant in Spiritum sanctum, quorum peccatum, inquit Christus, non remittetur eis in hoc seculo, nec in alio. Igitur super-

fluum est pro illis orate.

Secundò pro præcitis non videtur orandū, quia illi sunt à Deo proiecti, superfluum autem omninò videtur velle reducere, quos Deus proiecit, secundum illud Ecclesiastici. 7. Nemo potest corrigere, quem Deus despexerit. Igitur pro reprobatis, seu præcitis orandum non est.

Tertio pro inimicis etià videtur, quòd orandum non sit. Nam iuxta scripturam, & eius exempla, illis possumus mala imprecari, & eorum vindictam petere, ut frequenter sancti mala suis inimicis imprecantur, ait enim Psalmista: Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei, conuertantur, & erubescant valde velociter. Et Apoc. 6. Martyres contra ipsorum persecutores vindictam petunt, cum ad Deum clamant, dicentes: Usquequo non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?

Quartò pro aduersariis nostris, quos iusto bello impetere, & aggredi possumus, non videtur orandum, nec pro vita corporali eorum, nec pro spirituali. Nam cum sciamus eos in peccato mortali esse, maximè si infideles sint, iuste eos in bello occidimus, ubi opera nostra non solum quo ad corpus, sed quo ad animam pereunt, qui forte à peccato successu temporum resipiscerent, si illos viuos relinqueremus. Ridiculum autem videtur, quòd pro illis, ut viuant, orare debeamus, quorum vitam nos realiter licet auferre possumus.

Respon. His non obstantibus dicendum, quòd non est homo viuens, pro quo non conueniat orare. Cuius ratio in genere est, quia pro omni homine orandum est, cui salutem possumus optare: sed non est homo, cui non in genere debeamus, nedum possumus optare salutem. Patet hoc, quia ex præcepto charitatis tenemur omnem proximum, sicut nos ipsos diligere, omnis autem viator noster est proximus: Igitur.

Præterea si pro aliquo orandum non esset, maximè pro homine obstinato, de quo nulla haberetur spes poenitentiae: sed ut Augustinus ait, de nullo homine quantumlibet obstinato desperandum est, quin possit in momento, Deo aspirante, conuerti.

Hoc idem patet ex eo, quod ait Iacobus in sua Canonica cap. 5. Orate pro inuicem, ut saluemini. Quod ad omnes vniuersaliter sine exceptione dictum esse constat, cum omnibus optare debeamus, ut sal-

Auentur, iuxta voluntatem Dei, de quo ait Paulus, quòd vult omnes homines saluos fieri.

Christus etià pro omnibus venit, & pro omnibus passus est, quæruis per peccatum peccatores sint, prout ipse dixit: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam: oim igitur salutem procurauit, & pro omnium salute, quod in se fuit, fecit. Nos igitur Christum imitati, similiter debemus omnibus salutem optare, & pro omnibus orare.

Hoc idem patet, quia ecclesia pro omnibus orat peccatoribus, siue schismatici sint, siue hæretici, siue Iudæi, siue Gentiles, ut patet in officio Sabbathi sancti.

Ad rationes verò ante oppositum respondendum. Ad primū fateor non esse orandum pro peccatis ad mortem, quales sunt qui in peccato obstinati, & impoenitentes decedunt. Ante enim quam decedant, sciri non potest, an peccent ad mortem, cum peccatum ad mortem dicatur esse peccatum finalis impoententiæ. Ad proinde ex hoc textu non sequitur nisi quòd non est orandum pro mortuo, qui peccauit ad mortem. Secus de viuente. Et quod de peccato in Spiritum sanctum dicitur, nego, quod pro illis sic peccantibus non sit orandum, quandiu viuunt, quia tales possunt conuerti, ut aliàs ad longum ostendimus. Nec dicitur eorum peccatum irremissibile, quia simpliciter aut secundum legem remitti non possit, sed propter difficultatem remissionis, ut dicunt, vel quia taliter ex malitia pura peccantes, non sunt poenitui, ut dicit Aristotele. Rarò enim poenitent, cum non habeant in se causam poenitendi, sicut habent, qui ex ignorantia, aut passione peccat. Cessante enim ignorantia, aut passione, quæ eos ad peccandum induxit, illico poenitent. De quo aliàs.

Ad secundum de reprobatis, videtur sentire, & dicere Tho. secunda secundæ quest. 83. ad septimū, quòd pro præcitis orandum est, eò quòd non possumus eos à prædestinatis discernere. Sicut nemini debemus subtrahere correctionis beneficium, quia nescimus quis sit, quem Deus proiecit. In quo si significat, quòd si id sciremus, nec eum corrigere, nec pro illo orare deberemus. Inde etiam fit, quod quantumvis in particulari de nullo viuente sciamus, quod sit præcitus, cum tamen in genere sciamus aliquos esse prædestinatos, aliquos verò præcitos, quòd non possumus orare pro præcitis in communi, quicumque illi sint.

Pro qua sententia videtur facere, quòd Christus non legitur pro reprobatis orasse, sed pro electis, & aliis, qui in eum

erant credituri. Ait enim Ioan. 17. loquens de Apostolis: Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et: Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.

Secundò, pro eadem sententia facit ratio, quia oratio pro reprobatis fusa, est omnino superflua: repugnat enim præcitos à Deo saluari, ergo orari pro præcitis formaliter, superfluum omninò est: & non solum superfluum, sed temerarium, & culpandum: quia qui orat, debet semper suam voluntatem, & petitionem Dei voluntati subiicere. Qui autem pro præcitis orat, ut saluentur, cum sciat voluntatem Dei oppositam esse, talis non solum non subiicit voluntatem suam Deo, sed illi videtur reniti, & aduersari. Ita video aliquos doctores indistinctè respondere.

Infertur inde, quod si Deus reuelat mihi quod pater meus viuens est præcitus, quod non possum pro illo orare. Similiter si Deus reuelat mihi meam damnationem, quia præcitus sum, quod non debeo pro me orare: ne videar diuinæ voluntati contrauenire.

Sed salua pace, aliter videtur dicendum distinguendo casum reuelationis in particulari de reprobatione alicuius. Quia stat Deum dupliciter reprobare aliquem, scilicet simpliciter, & absolute: quia. s. Deus absolute vult illum perpetuo damnare, non ob aliam causam tenentem se ex parte reprobati: & contra hanc voluntatem eundem non est oppositum appetendo, aut orando, quia ultra quod superfluum esset in contrarium niti, esset etiam temerarium, & culpandum. Cognito enim, quod sententia Dei iam sit ad vnum determinata, non est in contrarium orandum. Hoc patet per illud Hier. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Simile quid habetur Hierem. 11. ubi glossa dicit: Prophetæ præcipitur, ne pro eis oret, in quos est iam consummata sententia.

Si quis obiiciat contra hoc, quia Christus sciebat voluntatem patris esse determinatam, ut Christus pateretur, & tamen Christus orando oppositum petebat, dicens: Si possibile est, transeat à me calix iste. Resp. Quòd Christus orabat, non quia illud secundum rationem appetebat, sed ut veram humanitatem se habere monstraret, cuius appetitus sensualis mortem refugiebat: & ut nobis formam orandi traderet, ut in nostris necessitatibus, seu petitionibus, nostram voluntatem diuinæ voluntati semper subiiciamus,

Emus. Sicut ille, qui addidit: Verū tamen non mea sed tua voluntas fiat. Adde, quòd cognita Dei voluntate, non petiit absolutè oppositum, sed conditionaliter, scilicet, si sibi placeret. Et hoc modo non inconuenit aliquid à Deo petere conditionaliter ad cuius oppositum Deus est determinatus.

Alio modo Deus reprobatur aliquem nõ sic absolutè, vt dictum est, sed ob causam tenentem se ex parte reprobat, scilicet, ob eius scelera, aut negligētiam, prout de communi lege Deus reprobatur eos, quos scit in peccato decessuros, iuxta dictum Augustini, dicentis: Deus non est prius ultor, quàm aliquis sit peccator. Et huiusmodi reprobatio, quodammodo pendet ex voluntate reprobat: quia in eius voluntate stat poenitere, & saluari, & econtra impoententem esse, & condemnari. Et pro huiusmodi reprobatōis etiam si nobis fiat particularis reuelatio, licitum est orare, non quidem, vt reprobatī permanentes tales saluentur, sed vt illis gratia Dei, & auxilium conuersionis non desit, vt saluentur, & hoc non est diuinæ voluntati cōtraire. Nec hoc petere, seu orare, est aliquid impossibile petere. Et quòd reuelatio Dei de reprobatione cuiusdam secundum communem legem facta, non tollat, quin contrā orari possit, apparet ex eo, quòd Christus prædixit Petro: Ter me negabis. Et tamen huiusmodi reuelatione non obstante, Petrus potuit, imò debuit velle, & orare, seu petere oppositum. Ac proinde stat, quòd supra responsum est, pro omnibus viatoribus orandum esse, vt ea, quibus ad salutem indigeant, illis non desint, vt finaliter saluentur. Facit pro hoc *Gen. 45. e.* dicens: Quòd sancti orant pro damnandis, scilicet, vt conuertantur, & saluentur, vel saltem, vt rariùs peccent, & mitius finaliter torquantur.

Et per hoc patet ad ea, quæ supra obiecta sunt. Ad illud autem, quòd obiectum est, Christum non pro mundo orasse, sed pro electis, & his, qui in Christum erant credituri: Respon. Quòd intelligitur, quòd Christus non petiit aliquibus salutem æternam nisi credentibus, quia non nisi credentes erant finaliter saluandi: & ideo orauit pro credentibus vt saluentur. Cum quo tamen stat, quòd optauerit omnibus, vt resipiscerent, & crederent, vt tandem salutem consequantur æternam. Itaq; hinc colligitur, quòd nulli optanda est, & petenda vita beata, nisi credenti. Vnicuiq; autem optanda est, & petenda fides, & poenitentia, vt dignus sit, cui

beata vita conferatur. Et ita tam pro credentibus orandum est, quamuis pro illis immediatè vita beata petatur: pro his autem, qui non credunt, non nisi mediatè.

Ad tertium respon. quòd etiam pro inimicis orandum est, dicente Domino, Matthæi. 5. Orate pro persequentibus, & calumniatibus vos. Pro quo & ratio facit, quia non solum amici, sed inimici sunt ex charitate diligendi. Et quanquam in particulari nõ teneamur inimicos diligere, nisi in casibus particularibus quando nostra ope indigent: & ita nec pro illis nisi in simili necessitate orare tenemur, à generali tamen proximorum dilectione, & oratione inimicos non possumus excludere. Quòd si prophetæ, & sancti in scriptura deprecantur, vt pereant inimici, & c. id intelligendum est dici, non orando, sed quòd futurum in illis est, prænuntiando. Aut dicatur cum Augustino, sanctos non imprecari mala inimicis, prout homines sunt, sed prout impij, & inimici: scilicet, vt quatenus tales sunt, pereant, id est, vt tales esse definant, & amici fiāt, & suum peccatum agnoscant. Similiter dici potest ad illud Apocal. 6. quòd martyres non orant contra salutem suorum persecutorū, sed vt sic regnare definant, & per poenitentiam, & humilitatem transmutati, Deo discant esse subiecti. Sic enim significat Augustinus in Homelia quadam de martyribus, illud impletū esse, quòd scriptum est: Ultus sum eos. Quid est, ultus sum eos? Vindicavi me de ipsi inimicis meis. Quomodo me vindicavi? Occidendo in eis errorem, suscitando fidem.

Ad quartum dicendum, quòd hæc simul coherent, quòd possumus iusto bello aduersarios aggredi, & si oportuerit, occidere, imò & à Deo auxilium petere, vt nobis aduersus illos victoriam concedat: & simul cum hoc, quòd pro illis oremus, non vt nos vincant, nec vt corporaliter viuant, sed vt peccati, & iniustitiæ, quam defendunt, poeniteant, & vidētes se superari, & mori, Deo se cōmendant, & animā saluent. Nos enim, vt ait Christus, & si eorum corpus possumus occidere, non tamē animam. Ac proinde, cum corpus occidimus, pro anima orare possumus, & debemus. Quòd si, nobis corpus occidentibus, anima simul perit, mors animæ nõ nobis est imputanda, sed ipsismet, qui causam iniustam suscipere, & poenitere noluerunt. Itaq; pro omnibus orandum, & bona spiritualia pro omnibus sunt petenda. Quamuis temporalia bona, & corporalia non ita.

De

A De necessitate vocaliter orandi, Oratione publica.



Iam de necessitate vocaliter orandi breuiter videamus. Est enim duplex Oratio, Ecclesiastica. s. seu cōmunis, quæ ecclesiasticis psonis iniuncta est: & est Oratio

priuata. De prima non ita dubitatur: nam illi, quibus horas Canonicas dicere incumbit, tenetur eas vocaliter dicere, & non satisfaciūt, si mēte solum eas recitent. Cuius ratio aperta est secundum communem sententiam, quia ecclesia nõ obligat immediatè ad actus mentis: nec satisfaciūt homo ecclesiæ præcepto per solum actum mētis, vt nunc suppono, igitur necessarium est, vt quis præcepto ecclesiæ de dicēdis horis Canonicis satisfaciāt, quòd eas vocaliter dicat, & non sola mente pertractet. Hoc vltra alia communia iura est particulariter declaratū & iussurū in Concilio Basiliensi sessione. 21. scilicet, quòd horæ Canonicæ non inter dentes, nec in gutture, nec syncopatè dicantur, sed integrè voce pronuntient. Si quæras quanta vocis expressio requiratur? Dicendum, quòd quanta sufficit, vt ab astantibus auditu percipiatur: si tamen attendant, & nõ sit impedimentum: alioqui minimè satisfaciunt præcepto.

Si quæras, quæ personæ tenentur ex ecclesiæ præcepto ad dicendū horas Canonicas: Respon. vt aliàs super hac quæstione dixit, quæ qui sunt in sacris ordinati, similiter & beneficiati, siue pingue sit, siue exiguum beneficium. Hoc patet de celebratio. mis. cap. 1. & cap. Dolētes. Similiter. 91. distin. cap. Eleutherius. Et cap. finali. 92. distin. Idem etiam patet ex Concilio Basiliensi. citato.

De beneficiatis autē distinguitur. Nam sunt quidam, qui beneficium habent & fructus percipiunt, alij qui beneficium habent, & fructus non percipiunt. Cum sint alteri referuati. Alij, qui fructus percipiunt, sed beneficium non habent, vt qui pensionem, seu fructus pro pensionem recipiunt.

De primis, qui beneficium habent & fructus percipiunt, non dubium, quin teneantur horas dicere, etiam si ordinati in sacris non sint, etiam si tenue sit beneficium, vt aperte habetur cap. Clericus victū. distin. 90. Vbi dicitur, quòd Clericus, quem sui beneficij fructus alere non possunt, quærat suo

artificio victum sine detrimento officij sui. Et si id sibi difficile fiat, imputet sibi, qui beneficium acceptauit, aut beneficium dimittat. Et procedit hoc dictum, etiam de his beneficiatis, qui fructus non recipiunt, quādo habent ius eos percipiendi, sed per eos stat, quominus percipiant, vt si absentes sint, & nil actu lucentur, aut si parentes vel consanguinei ex eorum volūate fructibus gaudēt.

De secundis, id est, qui beneficium habent, sed fructus non percipiunt, quia sunt ex autoritate & iussu Papæ alteri referuati, Dixerunt aliqui, vt Caietanus, quòd non tenetur saltem ob titulū beneficij ad horas canonicas (Loquor de puro beneficiato non ordinato in sacris.) Mouētur, quia iniustum est alicui imponere onus, cui commodum omne atq; merces denegatur, vt habetur cap. Cum secundum Apostolum. de præbendis. Qui ad onus eligitur, non debet à mercede repellī. Et est regula iuris 1. 6. Qui sentit onus sentire debet & commodum.

Oppositum tamen videtur esse tenendum, scilicet quod beneficiatus ob solum titulū beneficij tenetur ad horas Canonicas, etiam si fructus non percipiat ex quo beneficium cū onere illo acceptauit, alioqui non etiā teneretur ad officium in ecclesia complendum, quòd ipsum exigit beneficium, cum tamen oppositum aperte deducatur ex cap. Clericus. supra citato. di. 90.

Tum etiā quia si beneficium acceptasset cum iure leuandi fructus, absq; dubio teneretur ratione beneficij horas dicere. In hoc autem, quòd sibi referuauit beneficium, & cōsentit, quod fructus alteri referuētur, aperte videtur beneficij onus sibi cū bñficii titulo referuasse, & soli iuri leuandi fructus cessisse.

Tum etiam, accepto beneficio & fructibus alteri referuatis, Quæro, vel neuter eorum tenetur ecclesiæ ministrare, & hoc est absurdū. Vel is, qui fructus pro pensionem percipit, & hoc nemo dicit, nec verū est, igitur restat, quod ipse qui ecclesiam in se suscepit, tenetur eidem ministrare, & horas dicere.

Nec obstat, quod per alios est allegatū, quod ex illis iuribus non sequitur, nisi quod ministrantibus ecclesiæ, sua debeatur merces & stipendium, iure etiā diuino illis suffragante, nisi ipse sponte huic iuri mercedē leuandi cedat, qualiter cedunt quæ Beneficia suscipiunt, alteri fructibus in toto vel in parte referuatis.

De aliis, id est, qui fructus percipiunt, beneficium tamen non habent, quales sunt pensionarij & c. An teneantur hac ratione

Etione ad horas Canonicas. Videtur quod non: quia huiusmodi pensiones dari non solent propter ecclesiasticum officium, sed vel ad sustentandum personam, vel ad iuuandum eam, ut possit literis incubere: vel ad alliciendum nobis & potentes ad id, ut ecclesiam faueant: vel de niq; in praemium, pro eo, quod vel ipsi, vel sui antecessores aliquid in ecclesiam utilitatem fecerunt, aut passim sunt &c. Titulus autem beneficij datur alicui, ut ecclesiam, quae illi committitur, curam suscipiat, & officium solitum de bitum q; ibidem compleat.

Inde videtur, quod qui praestimonium habet, ob id solum non tenetur ad horas Canonicas, sicut nec ad reliquum officium in ecclesia illa comprehendendum, ex quo alter illic est, qui beneficium habet, cui onus illud incumbit.

Ex dictis apparet, quod cui confertur beneficium in commendam, quod interim beneficium habet, tenetur per se vel per alium officium ecclesiae sibi commissum complere, ac si sibi datum esset in titulum. Nam cum ecclesia pastorem carere non debeat, qui eidem minister, is qui in commendam ecclesiam aliquam interim quod alter intulatur, accipit, illud idem onus in illo interim suscipit, quod esset intulatus suscepturus. Est enim velut substitutus alicuius cathedralici, aut alterius officialis, cuius vicem & obligationem in se suscepit tempore substitutionis. Inde fit, ut talis, cui in commendam collatum est beneficium, teneatur ad horas Canonicas: sicut si intulatus esset maxime cum ipsi conueniat ius fructus beneficij percipiendi, si velit.

Sequitur ultra, quod cui Capellania collata data est, tenetur ad horas Canonicas: quandoquidem Capellaniae huiusmodi, & si de iure patronatus sint beneficia sunt ecclesiastica, nec releuantur ab onere recitandi, si per alios officium Capellaniae compleant. Sicut nec caeteri beneficiati a debito recitandi horas Canonicas releuantur per hoc, quod Capellanos habeant, qui ecclesiam sibi collatis ministrent. Sicut nec ordinatus in sacris, ab eodem onere releuatur, si alicui mandet, ut pro se horas Canonicas dicat. Quorum ratio vna est, quia obligatio dicendi horas Canonicas est personalis, id est, personis ipsis, quae ad ordinem sacrum, aut beneficium promoti sunt iniuncta, ideo nisi per se ipsos eas persoluant non satisfaciunt, excepto, nisi ob aliquam iustam causam excusarentur.

De coadiutore autem alicui beneficiato dato esset dubium, An teneatur ad horas Canonicas sicut & principalis: & hoc ob

solam coadiutoriam. Et ratio dubitandi est, quia huiusmodi coadiutor non minus beneficiatus est & intulatus, quam principalis, & mittit in possessionem, sicut & principalis, & seruit ecclesiam aliquam plus quam principalis.

Verum difficile est illum obligare sicut principalem, nam cum vnicum sit beneficium & non plura, & vnica illis ecclesia commissa sit & non plures, satisfactio ecclesiae, si solito ministerio non careat. Non enim tenetur coadiutor in ecclesia illa missam & alia officia seorsum facere, si principalis ea fecerit. Igitur si principalis semel horas Canonicas dixerit ob suum beneficium, dum videtur coadiutorem similiter teneri eadem die horas dicere. Ac proinde crederem coadiutorem ad horas illas non teneri, nisi quando ipse sit defectum principalis onus ecclesiae in se suscipit. Ad hoc enim datur coadiutor, ut deficiente principali, eius vices coadiutor suppleat. Igitur principali horas per se dicente, & excusationem ad eas omittendum non habente, non erit coadiutor ratione coadiutoriae obligatus eas dicere. Hoc videtur tenendum solam rationi innitendo, interim quod aliqua determinatio in oppositum occurrat.

De his etiam, qui religionem aliquam professi sunt, An teneantur ob huiusmodi professionem, etiam si nec beneficia sint, nec in sacris instituti, dicere horas Canonicas illius religionis? Videtur quod non ad id tenetur ob solam professionem. Quia de essentia religionis non est, vouere nisi paupertatem, castitatem, & obedientiam. Excepto, nisi per regulam illius religionis, quam ille proficitur, contrarium sit statutum: nam tunc ob regulam tenebitur. Videatur igitur regula. Habet etiam in hoc locum consuetudo, quae si talis sit in religione illa, ut omnes professi horas Canonicas, ac si ordinati essent, dicant, tenebuntur, ac si per regulam esset statutum.

De aliis autem, qui minores ordines susceperunt, An teneantur aliquid vocaliter recitare, saltim quindecim Psalmos seu Canticum Graduum? Videtur quod nullo iure ad id teneantur. Si tamen in diocesi aliqua talis viget consuetudo, ut alicubi obseruari audiui, standum est consuetudini. Haec obiter dicta sint de necessitate vocaliter orandi, Oratione communi.

De necessitate orandi vo

caliter Oratione priuata.

De

A **D**e necessitate autem orandi vocaliter oratione priuata, est similis quaestio, An sit Christiano necessarium vocaliter orare? Et arguit quod sic, ex illo Cantico. 8. quod in persona Christi dicitur ad ecclesiam suam, Fac me audire vocem tuam. Et rursus, Sonet vox tua in auribus meis.

Item Ecclesiastici. 39. dicitur, Confitemini illi in voce labiorum vestrorum.

Item in Psalmis frequenter fit commemoratio Orationis vocalis: Voce mea ad Dominum clamaui. Et iterum, Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Et alibi saepe.

Item Esaias. 43. Populum istum formavi mihi, & laudem meam narrabit.

Praeterea Christus hoc esse agendum verbo docuit, & exemplo firmavit. Sepe enim legitur vocaliter patrem orasse, non solum cum in cruce esset, sed antequam. In cruce enim voce magna clamaui, dicens, In manus tuas Domine commendo Spiritum meum. Et ibidem plures Psalmos voce dixisse fertur. Ante crucem etiam, quando Lazarum suscitauit, voce ad patrem pro Lazari suscitatione orauit. Et quod voce id a patre petierit, colligitur ex textu, licet ibi non exprimitur. Tum, quia cum Iudaei vidissent illum oculos in caelum leuare, dixerunt, Nunquid non poterat, hic, qui aperuit oculos caeci nati, facere vt non moreretur? argumētum est, quod a patre voce petebat, quod illi putabant Christum per se facere non posse. Sed apertius colligitur ex sequentibus. Dixit enim Christus, Gratias tibi ago pater quia audisti me. Ego sciebam, quia semper me audis, sed propter populum circumstantem dixi, vt credant, quia tu me misisti. Quod non esset pertinenter dictum, nisi populus audisset Christum patrem orasse, & vidissent ipsum a patre exauditum esse. Vnde moti sunt ad credendum, quod a patre esset missus. Quod etiam verbo docuit vocaliter orare, patet Matthaei. 6. vbi formam orandi discipulis suis tradidit, vt dicerent: Pater noster, qui es in caelis &c. Et quod vocali Oratione loqueretur, apparet, quia cum multiloquium, quo gentes utebantur, quando vocaliter orabant, reprehenderet, hanc breuem orandi formam illis tradidit, per quam multiloquium vitarent.

Facit ratio, quia Deus non solum mente, sed voce vult, quod ipsum confitemur, vt ait Paulus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sicut igitur oportet aliquando laudes Dei confiteri, igitur & orare, cum in ipsa Oratione Dei potentiam & misericordiam confitemur. Et ad Philip. 2. ait de Christo, vt illi omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & Infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus noster in gloria est Dei patris. Et. 1. ad Corinth. 14. de mentali & vocali Oratione doctrinam tradens, ait, Orabo spiritu, orabo & mente. Et ita in ecclesia Orare docuit.

Facit etiam quod dicitur Osee ultimo, Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Verbum autem, reddere, necessitatis est. Et ita videtur, quod necessarium sit aliquando vocaliter orare &c.

Contrarium tamen tenetur communiter a doctoribus. Alexander. 4. parte. q. 9. Richardus in. 4. di. 15. Thomas. secunda secunda. q. 83. Durandus in. 4. q. de Oratione. Gabriel in Canone, lectio. 62. Et Angelus, Et Baptista in summis, verbo, Oratione. Et Augustinus ad Probam, & caeteri tenent Orationem priuatam vocalem non esse de precepto absolutam, neque necessariam: nisi quatenus aliquando ea opus est, ad excitandum deuotionem, vel apponendum debitam attentionem, sicut viris imperfectis & parum exercitatis accidere solet, quod nisi voce orent, facile mens euagatur, & perit deuotio. Illis enim ex suppositione in casu esset necessarium vocaliter orare, quando illis est necessarium mente orare. Similiter si opus sit orare vocaliter ad proximam edificationem, aut ad vitandum scandalum, si forte tale oriret, ex hoc, quod homo nunquam orare videatur, aut ob aliam causam urgentem, tunc necessarium esset orare. In se tamen & de se Oratione vocalis, & si fructuosa sit, non tamen est necessaria, nec de precepto.

Ad ea, quae supra contra hoc allegata sunt facilis est responsio. Illa enim, quae ex Canticis citata sunt, ex Psalmis, & ex prophetis, nil de necessitate vocaliter orandi sonant, nec talis necessitas inde colligitur, sed sola orationis commendatio, quod Deo placeat, & a Deo saepe audiat. Nec verbum, reddemus, quod in Osee ponitur, importat illic necessitatem: quae perinde est, ac si diceret, retribuemus. scilicet, per beneficium a deo accepto, vt ex ipso textu patet.

Ad illud ex Christo citatum, fateor quod ipse frequenter orauit vocaliter, non

Y 2 tamen

E tamen inde fit, vt fit nobis necessarium vocaliter orare: quia nec illi fuit necessarium sic orare, nisi forte quando ad aliorum ædificationem erat necessarium, vt dictum est. Nec omnis Christi actio, est instructio nostra, ne cessitatem nobis imponens, vt manifestum est de multis. Fuit enim pauper, fuit castus simpliciter, fuit nudus, fuit peregrinus, fuit prædicator, & Doctor &c. Et tamen non inde inducitur obligatio, vt nos tales simus: quandoquidem multa opera fecit, quæ nobis sunt de consilio, ad quæ noluit nos sub poena peccati arctare. Et quod de Oratione Dominica allegatur, parum valet. Nam Christus illic nec determinatè de Oratione vocali loquebatur, nec illam Orationem præcipiendo tradidit, sed docendo, quod ex textu patet. Dixerant enim discipuli, Domine doce nos orare. Cui petitioni condescendens Christus, tradidit illis breuem orandi formam, intendens, vt siue mentaliter, siue vocaliter orarent, non multiloquio verbali nec mentali apud patrem vterentur, cui breuis & copiosa placet Oratio.

Ad aliud Pauli ad Rom. Et Philip. dicendum, quod Paulus illic significat fidei confessionem vocalem, pro tempore & loco necessariam esse, non ratione sui, sed quando ea opus est, ad proximi ædificationem, seu proximorum in fide conseruationem. Et in simili casu idem de Oratione dictum est, vt supra. Ad illud verò, quod ex epistola ad Corinth. citatum est, videtur, quod sit impertinenter dictum seu allegatum. Nam illic Paulus non intendit præcipere, quod vocaliter oremus, sed quod si velimus vti linguis, quæ ab astantibus non intelliguntur, non solo spiritu vocis oremus, sed mente, scilicet, sensum verborum audientibus significando, vt proficiant. Caterum si modum orandi & psallendi tradidit, intelligatur hunc viris ecclesiasticis, quorum est publicè in ecclesia orare, tradidisse.

De necessitate orandi mentaliter.



Autem fit necessaria saltè Oratio mentalis? Et videtur nonnulli doctores iter se diuersi, vt notat Baptista, verbo, Oratio. §. 10. Et cum quidam teneat hanc partem, quidam illam, hic Doctor nititur eos ad cõcordiam

reducere, dicendo, quod Oratio in se & ratione sui & absolute nõ est necessaria, de precepto Dei. Dat rationem satis frivollam, quæ ait, Si de precepto Dei esset, plura igit essent Dei precepta, quæ decem. Est tamen necessaria Oratio necessitate ex suppositione. scilicet si aliter non potest salus acquiri, aut non aliter possumus peccatum aliquod vitare, aut demonis tẽtationem superare, iuxta illud Matthæ. 17. Hoc genus dæmoniorum non elicitur, nisi per Orationem & ieiunium. Itaque de Oratione in se non est à Deo immediatè datum præceptum, vt dicit.

Oppositum tamen videtur secundum communem sententiam. Pro qua facit illud Matthæ. 7. petite, & accipietis. Et Lucæ. 18. Oportet semper orare. Quod verbum necessitatis est, vt illic notat beatus Chrysostomus. Et Matthæ. 28. Vigilate, & orate, ne intretis in tẽtationem. Super quo ait Hiero. In tẽtationem intrat, qui orare negligit.

Facit etiam, quod ait Iacò. cap. 5. Orate pro inuicem, vt saluemini. Si igitur debemus pro aliis orare vt saluemur: à fortiori pro nobis, quos ex charitate magis tenemur amare. Et Matthæ. 5. Orate pro persecutibus & calumniantibus vos. Et ita tenet expressè Tho. 22. q. 83. art. 3. dicens, quod non solum petere quæ desideramus, sed etiam rectè aliquid desiderare, sub precepto cadit: sed de desiderare quidam cadit sub precepto charitatis: petere autem sub precepto religionis. Quod præceptum ponitur Matthæ. 6. vbi dicit, Petite, & accipietis. Hæc ille. Quod preceptum cum nõ sit datum de Oratione vocali, vt ipse tenet ibidem art. 2. restat, vt sit præceptum de Oratione mentali.

Facit etiam, quod ait Chrysostomus. super Matthæ. dicens: Pro se orare, necessitas cogit: pro altero autem, charitas fraternitatis hortatur.

Et Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus ait, Nullum credimus ad salutem venire, nisi Deo inuitate: nullum inuitatum, nisi Deo auxiliante suam salutem operari: nullum nisi orantem, auxilium sibi promereri: igitur à primo ad vltimum, nullus salutem consequitur sine Oratione.

Facit etiam Grego. in Dialogo, & habetur. 23. q. 4. dicens, Obtineri nequam possunt, quæ prædestinata non fuerint: sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus postulando, mereantur accipere,

Are, quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare &c. Si igitur ita est, quod ad perueniendam vitam peruenire nisi orando non possumus, sequitur necessarium nobis esse orare.

Et quod proprium peccatum sit non orare, apparet, stantibus allegatis. Quia omisio orationis sufficit ad admittendum gratiam præhabitam, alio peccato secluso: igitur in se est peccatum. Antecedens patet, si demus aliquem baptizatum per aliquod tempus uentem, cui intimeretur necessitas orandi ad consequendum perennem vitam, vt supra dictum est: & ille nil aliud illo tempore omitat, præterquam orare: iam talis peccat, per Orationis omisionem, & gratiam perdit, quæ orando conseruaret: igitur, si alio peccato secluso sola omisio Orationis peccatum est, igitur e contra, alio precepto secluso, ipsa Oratio præcepta est. Quod si velis hoc præceptum reducere ad præceptum charitatis, parum refert, dummodo concedas, hominem teneri sub poena proprii, aut noui peccati non solum vitam beatam, & reliqua ad illam necessaria ex charitate desiderare, sed etiam ex religione petere, vt supra ex Thoma citatum est.

B De necessitate sciendi Dominicam Orationem.



Supposito igitur, quod necessarium sit, saltem mentaliter orare, est dubium, an sit necessarium orare secundum formam à Christo nobis traditam in oratione Dominica. Et arguit, quod sic, tamen ex dicto Christi Matthæ. 6. Sic orabit: Pater noster &c. In quo videtur Christus determinasse modum in Oratione tenendum, quæ quidem Oratio est ad salutem necessaria, vt ex dictis patet. Præceptum enim legis in se indeterminatum, necessitate seruandum est, secundum determinationem & modificationem à legislatore traditam, vel ab eo, qui potestatem habet illud modificandi. Exemplum est clarum: Præceptum erat in lege de sabbatho sanctificatio: quod cum indeterminatum esset, apposuit Deus modum sanctificandi sabbathum, scilicet, non faciendum in illo aliquid seruile opus, & ita fuit necessarium seruandum. Similiter præceptum est Christi, de confitendo peccata, quod cum in se sit indeterminatum, ecclesia autoritatè habens, determinauit, quædo, cui, & quomodo sit confi-

tendum. cap. Omnis vtriusque sexus &c. Igitur sic erit in proposito. Præcepit enim Christus, Petite, & accipietis, orate semper. Hic autem videtur modificasse huiusmodi præceptum: igitur de necessitate sic est orandum.

Præterea idem videtur ex concilio Toletan. 4. cap. 9. Vbi dicitur, quod Christus præcepit omnibus, vt Orationem Dominicam dicerent, scilicet, Pater noster &c.

Præterea idem videtur ex concilio Remensi cap. 2. vbi præcipitur omnibus, vt sciant Orationem Dominicam, quæ eam ignorare, nulli Christiano licitum est, vt illic dicitur. Igitur si necessarium est eam scire, necessarium igitur est secundum eam orare, quia non est eius cognitio necessaria, propter ipsam cognitionem, sed propter proximum.

Præterea facit Cyprianus in expositione Orationis Dominicæ: dicens, quod Christus inter cætera salutaria monita, & præcepta, etiam orandi ipse formam dedit. Vnde & ecclesia in missæ celebratione quotidie id innuit dicens. Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audeamus dicere, Pater noster &c.

Quod apertius ipse Cyprianus paulo post dicit, quod aliter orare, quod Christus docuit, non ignorantia sola est, sed & culpa: afferens pro causa, quod Christus dixit Matthæ. 15. Reiciitis mandatum Dei, vt traditionem vestram statuatis.

Respon. Et si salutare sit orationem Dominicam sed in serie & ordine, quo tradita est scire, & secundum eundem ordinem & formam orare, non tamen videtur esse id de præcepto diuino sub poena peccati mortalis obligante. Id videtur, tum ex communi Doctorum sententia, quos videre licuit, quod hoc dicunt. Tum etiam ex Augustino, hoc idem dicente in epistola 89. ad Hilariu, scilicet, quod Oratione Dominica omnibus necessaria est, vt sciatur & dicatur ab illis: non sic, quod ordinatim sciat & dicat, sed satis est vnicuique scire, quid à Deo petendum sit. i. ea quæ in Dominica Oratione continentur, ita, vt si de singulis petitionibus illic contentis interrogetur, sciat illa talia esse petenda, vt quod fiat Dei voluntas, quod remittat nobis peccata, quod liberet nos à malo &c. etiam si formalem ordinem Orationis ignoret. Quemadmodum de articulis fidei in Symbolo contentis dici solet, non esse homini ad salutem necessarium memoriter symbolum retinere, secundum ordinem, quem tenet: satis est, si ad singulos articulos etiam sine ordine propositos respondere sciat. Sic video plures Doctores tenere,

E cum quibus postremò tenet idem Syluester, verbo, sciam. §. 2. Vide eos.

Ad ea verò, quæ contra hoc suprâ citata sunt, dici potest. Ad primū, quod quamuis Christus formā illam orandi tradidit, hanc tamen non præcipiēdo, sed docēdo instituit, vt suprâ dictum est. Et quāuis ipse alibi iussit orare & petere sine modificatione, nunc autem particularem modum orandi tradiderit, non inde fit, vt hic particularis modus cadat sub præcepto, cum nec hunc modū in se tuerit intendens præceptū de orando alioquid dato modificare. Nam si ita esset, prius igitur debuisset præceptum de oratio indeterminate dare, quā ipsam determinationem apponere. Cuius tñ oppositum, ex serie Euāgelij cōstat, tam ex Matth. quā ex Luca. Nec exēpla allegata, de sanctificādo sabbatho, & confessione faciēda, valent ad propositum: quia modus sanctificādi sabbathū à Deo traditus, & modus confitēdi ab ecclesia institutus, præceptiue tradita sunt, vt ex suis locis aperte constat. Non sic Oratio Dominica, vt ex Luc. ii. constat.

Ad aliud ex Concilio Toletano & Remensi, & communi ecclesiæ celebratione, quæ omnia significāt Christum sic orandum esse præcepisse, dicendum, quod nō loquūtur de præcepto strictē, vt sit id, quod sub pœna peccati obligat, sed largē: sicut multa dicitur Deus mandasse, ad quæ noluit nos sub pœna peccati coarctare. Et hæc responsio apparet ex eo, quod ait ecclesia dicens, Præceptis salutaribus moniti. Non dixit, iussi, vel coacti: sed moniti. Quod verbum, rigorem præcepti videtur temperare. Et quod in Concilio Remensi dicitur, quod ignorare Orationem Dominicā nulli Christiano licitum est, intelligatur de ignorantia, qua non solum series & ordo petendorum nescitur, sed qua quid à Deo petendum sit, ignoratur, prout suprâ ex Augustino exposuimus.

Ad aliud ex Cypriano allegatum, quando ait, quod aliter orare quā Christus docuit non solum ignorantia, sed culpa est: Dicendum, quod hoc dicitur contra illos qui alias Orationes per homines cōpositas, Orationi Dñicæ præferunt: & hoc culpa est, vt suppono. Et quod hoc intendat, apparet clarē ex causa, quam ipse affert, dicens, Quia reuicitis mandatum Dei, vt traditionem vestram statuatis. Vbi iterum mandata Dei ad omnes Dei traditiones se extendunt, etiam si non omnes obligatorie sint, vt fiant, quam

uis omnes obligatorie sint, vt non contēnantur. Et ita non videtur sufficienter probatum oppositum huius posterioris sententiæ. Et ex textu ipso Matth. 6. apparet tenendum esse, quod dictū est. Nam Christus non tam intendit illic formam orandi secundum ordinem tradere, quā quid orandum sit, docere. Præmisit enim dicens: Scit enim Pater vester quid vobis opus sit. Et sequitur: Sic enim orabit, Pater noster. Quod adiunxisse videtur, vt sciamus, quid nobis à Deo petendum sit, qui scit, quid nobis opus sit. Itaque satisfacimus, si illa petamus, quæ Christus docuit esse petenda, etiam si non ordine petamus. Et ita nō est de præcepto Dei scienda illa Oratio secundum ordinem. Cum hoc tamē stat, quod periculosē ignoratur Dominica Oratio, & si ex negligentia ignoratur, non caret culpa, vt dicit Cyprianus. Cuius ratio aperta est: quia cum Deus orari velit & rogari, & quid nobis desiderandum sit, & à Deo petendum, ipse Christus in præfata Oratione tradiderit, & docuerit: certē qui negligit scire ipsam Orationē Dominicā, suam videtur salutem negligere. Quāquā hoc potius arguit necessitatē sciendi quid Christus petendum docuit, quam ordinem ipsarum petitionum, quæ in Oratione continentur.

De tempore quo orare oportet.



Ligitur supposito quod necessarium est vni cuique orare, saltē pro se, & pro his, quos videt sua Oratione sumē aut notabiliter indigere, esset dubium, quando sit de

necessitate orandum? Et videtur quod semper, iuxta illud Christi: Oportet semper orare, & non deficere. Et. ad Thessal. 5. ait Paulus, Sine intermissione orate.

Pro quo etiā facit ratio, quia homo semper indiget gratia Dei, vel vt resurgat, si in peccato est: vel vt stet, si gratiam Dei habet. Et semper homo est in malo, pro quo amouendo, orandum est, iuxta illud Ioann. in Canonica: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, veritas in nobis non est. Semper etiam sumus in periculo succubendi dæmonis tentationi, iuxta illud Petri, Vigilate, quia aduersarius vester Diabolus tanquā leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret. Igitur semper orandum.

Opposi-

A Oppositum tñ est veritas. s. quod non est necessariū semper in oratione actu pseuerare, nam certū est necessariū esse homini aliis rebus, & operibus sæpe intendere, quæ aliquādo ad ipsum, aliquando ad proximum, aliquando ad rēp. pertinere, & necessaria esse dignoscuntur. Oportet igitur orare, sed cum temporis interuallo.

Ad illud ergo ex Luca citatū, dici solet, quod oportet semper orare, non loquendo de oratione, actu, & in se, sed de causa eius, quæ est desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio, vt ait Tho. Quia tale desiderium semper debet in homine esse actu, vel habitu. Gerson etiam in 3. parte. 77. libra. 2. dicit certissimū esse dictum Christi, scilicet: Oportet semper orare, intellectum actualiter, vel ytualiter, vel habitualiter. Quod fit, quando quis orare Deum cœpit, si nunquā postea voluntas orandi sit per oppositā voluntatem interrupta. Origenes autem cum gloss. ibidem exponit semper orandum esse, id est, semper bene agendum, seu bene viuendum: quia semper orat, qui semper bene agit. Et ita omnes hi prætendunt orationem semper debere durare, & continuam esse secundum sensum, qui illis visus est. Attamen vt videtur, Christi intentio in loco citato non est dicere, quod debet esse semper permanēs & continua oratio. Et ideo inquirere modos diuersos continuitatis, vt hi inquirent, ad saluandum sensum authoritatis, salua pace, non videtur satis pertinens. Christus enim illic non intendit, nisi quod non simus contenti, si semel à Deo petimus, quod optamus: sed oportet instanter id à Deo petere, & plures. Et quod ita sit, apparet ex textu, quia quare dixerit oportere semper orare, statim declarat per parabolā de iudice, qui reuebat facere iustitiam viduæ petenti, quæ cum importuna esset, & frequēter ad eum iustitiam petitura veniret, dicit Iudex: Quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam. Ex quo intelligimus orationem debere frequentari, quousque Deus condescēdat. Iam certum est, quod illa vidua non orabat iudicē illum continue, sed frequēter: transibant enim dies inter orationem, & orationem. Adde, quod illud dictum. s. oportet semper orare, in loco citato, non est dictū Christi, sed Euangelistæ, id ex parabola colligentis.

Iam igitur, quod impertinētes sint præfata expositiones, apparet, quia secundum primam staret aliquem manere in suo desiderio, qui tamen nunquam à Deo

peteret optatum: & tamen diceretur semper orare. Quod non consonat intento parabola, quæ loquitur de instante, & importuna petitione, vltra quod mente semper vindictam optabat. Nec enim iudex ex desiderio viduæ motus fuit, ad faciendum illi iustitiam, sed ex importunis precibus.

Similiter stando in secūda expositione, qui cœpit orare, & propositum illud nunquā per oppositū interrumpat, dicitur semper orare, quod non est ad propositū parabola. Adde, quod falsū est esse necessariū semper orare in illo sensu: nā quod cœpit orare licitē potest habere propositū ab oratione actuali pro tempore desistendi, vt constat.

Similem difficultatem patitur tertia expositio. Itaque iuxta textum, & mentem parabola, non oportet semper vel continue sine interruptione orare, sed semper, id est, instanter, & importunē, & sic saluatur melius proprietas vocabuli, orare, quo textus ipse vtitur.

Quāquam expositiones illæ veræ sint in se, magis tamen adaptari possunt dicto Pauli citato, scilicet, Sine intermissione orate. Sed nec puto Paulum tam strictē loquūtū, vt cum dixerit, sine intermissione orandum esse, nullā prorsus vo-luerit admitti requiem & cessationē in orando, quam quidem requiem, & cessationem omnino excludunt præfata expositiones, sed voluit frequenter orationes, & crebras, quolibet patres Aegypti vtēbantur, commendare, simul & nos cōmonefacere, nē per negligentiam diu ab oratione cessemus. Sic enim Actuum. 12. legitur de Petro incarcerato, quod in ecclesia fiebant orationes sine intermissione pro eo: & tamen constat aliqua temporis interualla fuisse ad dormiendum, ad comedendum, & ad alia officia charitatis, aut naturæ agendū. Sicut etiam de Anna vidua legitur. 1. Regum, quod sine intermissione rogabat Deum, & à templo non recedebat die ac nocte: & tñ constat, ibat domum, & redibat, & non continue sine interruptione erat in templo. Nec valet dicere, quod nunquā à templo recedebat voluntate & desiderio. Hoc enim & si verum sit, non tamen sufficit ad saluandū textum, quod die & nocte à templo non recedebat. Non enim textus de voluntate loquitur, sed de reali visitatione templi. Similiter verē dicitur nunc, quod in ecclesia Dei semper, & sine intermissione officia diuina dicuntur. Quod saluatur (etiā si ad expositiones illas non recurramus) per hoc, quod singulis diebus, & certis

Y 4 horis

E horis diei ordinariè talia officia cātantur. Ita q̄; semper & sine intermissione orare dicit̄ qui manē Deum orat, & in meridiē, & vesp̄ri, & in nocte, idq; quotidie, vt significat Cyprianus in de oratione dominica.

Ad aliud, quo arguitur, quòd semper homo est in periculo vel indigētia, &c. Esto ita sit, non sequitur quòd semper & pro semper homo oret, satis est, si non sit notabiliter segnis & oscitans, sed vigilet, & pro tempore oret. Est enim præceptum affirmatiuū, ideo non pro semper obligat. Pro tunc autē videtur homo teneri ad orandum, quando tenetur se ad gratiam disponere, siue sacramentū suscipere velit, siue iter, siue op̄ periculosum aggredi, siue grauem & duram sentiat contra se tentationē: & in talibus casibus necessitatis tenetur se deo cōmēdare, & formaliter vel virtualiter orare, & Dei gratiā & fauorē petere. Ultra hęc tpa, nō puto esse de necessitate salutis orādū. Quāuis ad aliquē effectū consequendū, necessariū sit semper & sine intermissione orare ad sensum dictū, non tamē absolute sub pœna peccati mortalis illo modo sine intermissione orandū est. Nec omnia quę Paulus ad Thessalo. in loco citato scripsit, accipienda sunt tanq̄ sint de necessitate salutis obseruāda, vt ex textu ipso patet.

F De modis, quibus oratio deprauari solet.



De qualitate orationis, quo ad bonitatem & malitiā breuiter nonnulla tēgamus. Scim⁹ enim humanos actus ex obiecto & fine, illisq; circumstantiis suam bonitatem, aut malitiā habere, q̄q; oratio si talis sit quę ex gratia fiat, & per eā quod decet in se ob finem bonū, locoq; & tēpore debitis à deo petatur, bona est, & Deo grata. Ecōtrā verò pōt multipliciter deprauari. Primò ex parte obiecti, si quis orādō, aliqd̄ iniustū, aut indecens petat, vt de se constat. Secūdò, si quid alioqui decēs, sed immoderatē, & ultra iustā mēsurā petatur. Est enim, vt inquit Ambrosius, sup̄ba & stulta petitio, eū nō sua forte cōtentus, pes ambit, quę sunt oculi: qualis fuit petitio ap̄lorū Iacobi & Ioannis, quibus Christus r̄ndit. Nescitis quid petatis. Tertiò vitiat̄ oratio ex fine, vt si quis orādō, gloriā & laudē humanā quęrit, ex quo sine nō solū

Matth. 20.

oīo, sed & martirium redditur culpabile. De quo ait Hiero. Huic operi, nō tā præmium, q̄ pœna debetur, & p̄fidie magis tormēta sunt, q̄ corona victorię. Et habetur. i. q. i. Vide quātū bonū talis erat phariseorum oratio, qui in plateis, vt ab hoib⁹ viderentur orabāt. Quos Christus reprehēdit. Quartò vitiat̄ oratio ex parte personę, & loci, vt si publicus cōcubinari⁹ publicē in ecclesia orōnes ecclesiasticas dicat: nā inde scandalū solet oriri. Detalibus enim pcedit, quod dicitur in psal. Peccatori autē dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meū p̄ ostium? Quintò pōt oratio deprauari, ex ignauiā orantis, vt si in oratione petit à Deo aliquod bonum, & cū possit ipse, appolita sua diligentia, ad illud quodāmodo peruenire, negligit, & à solo Deo illud sperat: tales enim qui media congrua ad acquirendū quod petūt, præmittunt, siue gloria sit, siue scientia, siue sanitas &c. magis vidētur Deum tētare, q̄ orare. His igitur & aliis multis modis pōt oratio deprauari, & Deo ingrata esse, vt pōt vnusquisq; per seipsum agnoscere.

Verū esset vnum dubium, An oratio deprauetur per hoc, q̄ sit in peccato mortali ipsius orantis? Et pro parte affirmatiua arguitur q̄ vana sit & superflua oratio, si orās in se peccatum esse cognoscit, iuxta illud. Psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus.

Secundò facit, quod suprā ex psal. citatū est, vbi deus videtur inculcare peccatorē orationes & laudes ad Deū effundentē, dicēs, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meū p̄ ostium?

Facit etiam, quod habetur Prouerb. 28. Qui declinat aures suas nē audiat legem, scilicet, vt eam compleat, oratio eius erit execrabilis. Talis est peccator, qui quia in peccato manet, legem non audit.

Facit etiam, quod habetur Esai. i. vbi dominus ait: sacrificia, & solennitates, & neomenias, & orationes, & alia huiusmodi, quę Iudæi faciebant in cultum & honorem ipsius, omnia hæc esse abominatiōes, & sibi odiosa, & ingrata. Et datur pro causa ibidem. Quia manus vestrę sanguine plene sunt, id est, peccaminosa.

Facit etiam quod ait Grego. in pastoralibus: Cū is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. In quo apparet ingratam esse Deo orationē peccatoris. Peccator enim inimicus est Deo & idem displicens.

Facit

A Facit etiam, quod ait Beda in quadam Homilia, exponens illud Psalm. Voluntatem timentiu se faciet, ait: Qui preces suas Deo oblaturi prius iussa eius implere satagunt, horum, cū ipsi clamauerint, orationes exaudit. Et sequitur ad propositum. Sed illi malē petūt, qui vocem domini iubentis audire obtemperando contēnunt, & nihilominus domini sui vocem exaudire miserando deponunt, quos ipse repellens in euangelio, dicit: Quid vocatis me domine, & non facitis quę dico?

In oppositum tamen videtur, quòd nō ob id solū deprauatur, seu vitiat̄ oratio, quòd orans sit in peccato, alioqui nulla peccatoris oratio Deo placeret. Cuius oppositum patet, quia peccator orans pro remissione peccatorum, non peccat, in dō sępe à Deo exaudit, vt patet de publicano orante & petente: Domine, propitius esto mihi peccatori, & veniā obtinuit. Nō igitur orando peccat. Et Ecclesiastici. 21. dicitur: Fili, peccasti, nō adicias vt pecces iterū, sed deprecare dominū de pristinis, vt dimittatur tibi. Patet etiam à simili, quia ieiunū, & elemosyna, & multa alia virtutū opera nō inficiuntur seu deprauantur ex hoc solū, q̄ in peccato fiunt, cū multa talia Deo grata sint, & ab ipso remunerata, vt aliās abundē patuit: igitur, idem de oratione. Nec obstat, quod legitur Ioan. 9. Scimus, quia De⁹ peccatores nō exaudit. Nam illud non est verbū euangelizans, sed illius cæci, quem Deus sanauit. Et vt ait illic glossa, loquitur nō vt vnctus, id est, nōdum à spiritu sancto edoctus. Patet etiam ratione aperta, quia peccator adhuc in peccato manēs, potest sicut & debet seipsum diligere. Potest ergo sibi salutē animę & corporis desiderare. Potest igitur hæc à Deo humiliter petere: nā vt suprā ex Augusti. dictū est in epistola ad Probam, Pro omni illo licitū est orare, quod licitū est desiderare. Et ita oratio nō per hoc solū vitiat̄, q̄ in peccato sit. Et ita tenēdū est loquēdo de oratiōe priuata. **D**e oratione tamē publica, qualis est, quā personę ecclesiasticę dicunt, cū horas Canonicas persoluunt, esset maius dubium. An scilicet, huiusmodi oratiōes vitientur per hoc, quòd tales recitantes eas in peccato dicunt? Et videtur dicere Adria. q̄ sic. Tum ex eo, quod ait Dionysius ad Demophilum, loquēs de sacerdote nō illuminato per gratiā: Audetq; scelestas blasphemias suas (neq; em̄ preces dixerim) sacris aris inferre, easq; super signa illa diuina ad christi similitudinē dicere.

Tum etiā ex eo, quod de hæreticis ait Hierony. Quotiescunq; congregati sunt in nomine eius, detestatur Deus factorem eorū, & claudit nares suas. i. q. i. Odit &c. Et cap. præcedēte ait Hierony. Sic populus iste hæreticorū omnium est in conspectu meo dicit dominus: Omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocausta, vel elemosyna, vel ieiunia, v̄ corporis castitatē, cōtaminata erūt in conspectu meo. Et sequitur: Quauis enim sancta videantur specie sui, quę offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo, qui pollutus est in anima, polluuntur omnia.

Tum etiam ex cōmuni doctorū sententiā, dicentiū: q̄ quicunq; in mortali peccato exequitur actū sui ordinis scienter, eo ipso mortaliter peccat, iuxta illud Deuterono. 16. Quod iustum est, iuste exequere.

Dura videtur hæc sententiā ita indistincte posita. Nam aut huiusmodi oratio polluitur, seu vitiat̄ propter irreuerentiā Dei quā videtur secū habere, quādo à peccatore fit, qui indignus est, qui ad Deum loquatur, & à Deo aliquid petat, manens ipse in peccato. Aut vitiat̄ ratione officii ipsius orantis, quia, scilicet, ipsum officiu horas canonicas dicēdi, obligat eū, vt in gratia eas dicat, prout videt̄ sentire ex autoritate deuterono. quā pro se citat. Sed primū non apparet, quia tunc nō minūs vitaretur oratio priuata, quā peccator persona priuata dicit, q̄ illa publica & cōmunis, de qua loquimur: quod tamen nec ipse concedit, nec verū est, vt patet ex dictis. Secūdū etiam nō videtur, nisi præsupposito, q̄ quicunq; tenetur ex officio aliquid agere, tenetur illud in charitate facere. Sed hoc sic vniuersaliter dictū, si verū esset, quā plures officiales condemnaret, idq; iniquē. Patet, si discurras p̄ iudices, per aduocatos, per notarios, per reip̄ doctores, per officiales publicos, per cathedricos, per præceptores omnes, per publicos artifices ad id stipēdiatos seu deputatos, per publicos mercatores, & veditores, & dispensatores, & quos cunq; alios, qui ex officio sibi iniuncto tenent ad actus aliquos. Et dicere q̄ ratione officii peccant semper quātus sui officii in peccato faciūt, est absurdū. Et sequela patet, quia ad omēs illos potest similiter illa autoritas applicari, scilicet, iuste, q̄ iustum est, exequere &c.

Videtur igitur distingēdū hoc, quod est hominem esse in peccato, quia hoc potest esse in reatu & in actu, seu

Y 5 actuali

E auctuali proposito Deum scienter offendendi. Si primum, dicendum est, quod non per hoc sufficienter vitatur oratio, siue publica sit, siue priuata, quod, scilicet, orans est in peccato secundum reatum: quia in illo statu potest homo multa bona opera & Deo grata facere, & si non sint meritoria, ut ex dictis patet. Si verò orans sit secundo modo in peccato, scilicet, actu peccando, vel actu proponendo peccare, & deum offendere, siue oret ut minister, siue ut priuatu, spectat sic orando. Nam apertum est eum magnam irreuerentiā Deo facere, petendo beneficium & gratiā ab illo, quem actu offendit, & offendere intendit: talis enim non orare, sed contemnere videtur orando, petens à Deo audiri, cui tamen ipse non vult obedire. De his peccatoribus, qui nec à peccatis desistunt, nec desistere proponunt, loquitur Deus, quando reprehendit peccatores, qui narrant iustitias Dei, & laudes eius in ore assumunt. De eisdem etiam loquitur per Isaiam, quando dicit esse illorum sacrificia & orationes Deo abominabiles. De eisdem loquitur Sapiens in Proverbiis. De eisdem etiam potest accipi, quod ex Grego. & Beda supra citatum est. De eisdem loquitur Psalmista dicens: Si iniquitatem aspexi in corde meo, Deus non exaudiet. De illo qui dem loquitur, qui cum orat, scit se iniquum animum habere, nec ab eo proponit desistere. Secus si peccator scit se Deum offendisse, proponens tamen debito tempore poenitere, & satisfacere. Aut simul peccati poenitens, sed sufficienter, & humiliter aliquid à Deo petit, certè huius orationem Deus non abominatur, nec semper respuit ut prauam, & si non semper eam exaudiat.

Ad ea verò, quæ pro Adriano allegata sunt, facile est respondere. Nam Dionysius & Hierony. de hæreticis & prauis sacerdotibus loquuntur, qui pollutis manibus, & polluto ore, sacra Dei mysteria tractant, scilicet, cum vel celebrant, vel sacramenta conferunt, & suas ibidem orationes intermiscunt, quæ omnia Deo sunt abominabilia. Et tales non dubium est peccare, iuxta Diony. dicentem: Immundis nephas est sacra tractare. Et ratio est, quæ supra data est, scilicet, quia ita peccatis adhærent, quod ab illis recedere, minime proponunt, nec se ad tractandum sacra sicut debent disponunt. Quod autem Hieron. in dicto Decreto ait, scilicet, taliū sacerdotū omnia opera, ieiunium, & eleemosyna, & reliqua polluta sūt, intelligatur de his, quæ ex polluta voluntate procedunt. Vel quod pol-

luta sunt omnia, quia defectuosa, eò quod in fine vltimum, qui Deus est, non refectur, ut ait Thomas super epistolam ad Titum.

Ad aliud, scilicet, quod quicumque in peccato mortali actum sui ordinis scienter exercet, peccat &c. videtur hoc verè dici de actu proprio sacri ordinis, qualis est missam celebrare, aut aliud officium sacrum cum solennitate exercere. Dicere autem horas canonicas non est actus proprius ordinis sacri, ut constat. De aliis autem orationibus, quas sacerdos publicè, vestibus sacris indutus, dicit in missa aut choro, puto distinguendum ut supra. Nec video, quod vestium indutio nouā afferat obligationem ad peccatum, quod seclusis vestibus non esset. De his alibi.

Aliud dubium, An oratio deprauetur per hoc, quod homo absolutè petit à Deo quod vult, non summittens suam voluntatē diuinā? Respon. Quod si nec expressè, nec tacitè suum votū & voluntatē Dei voluntati summittit, superba est, & deprauata oratio. Quod inde patet: Quia qui sic aliquid à Deo petit, perinde est, ac si petat à Deo, Domine fiat, quod ego volo, & non quod tuis. Quod est aperte diuinæ voluntati reniti: quod illicitum est. Tum ex doctrina cōmuni, & specialiter Augustini super illud psal. Non adhaesit mihi cor prauum, dicentis: Cor prauū habet, qui non vult, quod Deus vult. Vnde colligunt, nos debere nostrā voluntatē conformare diuinæ. Quod etiam Christus in oratione dominica docuit, in qua sic orare iussit, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Exemplo etiam ipse Christus idem docuit, quando orando, dixit: Pater transfer à me calicem hunc, veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.

Hic tamē esset dubium, supra etiam tactum, de eo, cui Deus suam reuelat damnationē, An possit pro salute sua orare? Et ex dictis apparet quod non, quia potius tenetur se conformare Dei voluntati cognita, quod esse non potest, nisi id velit, quod deus: alioqui licitum esset in oratione non summittere nostram voluntatem diuinæ.

Dixerunt aliqui, ut Adrianus, quod in tali casu non opus est conformare nostram voluntatem diuinæ, sed possumus, imò debemus oppositū velle idque quia Deus præcipit, ut nos ipsos diligamus, salutem, scilicet, animæ nobis ipsis optando. Cuius simile est in Petro, cui Christus reuelauit, quod esset ipsum negaturus. Et tamen hac reuelatione facta, non tenebatur Petrus suam

A suam futuram negationē velle, sed potius oppositum, ob præceptū de non peccando. Verum, quia hæc responsio difficultatem suam habet, ut alibi ex parte ostendimus, tractādo questionem de obligatione conformandi nostram voluntatem diuinæ in obiectio, ideo breuiter pro nunc dicendum ad casum, quo Deus reuelat alicui suam damnationem, an possit pro salute sua orare, distinguendo ut supra: Quod vel Deus illud reuelat fore, quia Deus ipse sic vult voluntate certa & determinata, & tunc non est licitum oppositum velle, nec oppositum orare, quia esset Dei voluntati reniti, & tunc cessat obligatio volendi salutem propriam absolutè, & ex consequenti cessat præceptū de diligendo seipsum. Si autem Deus reuelat illud fore, non quia vult certè & determinatè sic fore, sed quia præuidet hominē illum in peccato sine poenitentia decessurum, quod tamen in libera facultate ipsius peccatoris est, tunc non tenetur homo velle damnationem sibi reuelatam, sed debet velle oppositum, & pro opposito orare, nec tunc tollitur præceptum de opposito. Et tamen cum hoc stat conclusio supra approbata, quod semper quando oramus, debemus nostrā voluntatē diuinæ voluntati summittere, ita, ut tacitè, vel

B expressè id velimus fieri, quod Deus vult.

Et nota, quæ sit illa Dei voluntas, cui nostram debemus summittere voluntatē, non illa, qua aliquid vult consequenter, sed anteceder, id est, non aliunde, sed à se determinatus. Si enim Petrus præscitus est, seu ad gehennā Dei voluntate ex cōmuni lege ordinatus, ideo est ad illā ordinatus, quia in finali poenitentia scitur decessurus. Petrus igitur potest pro sua salute orare, nec præfatæ Dei voluntati tenetur suā voluntatē summittere, quia Deus illi gehennā non vult absolutè, nisi ob peccata ipsius. Si tamē Deus absolutè determinat est aliquid facere, quod nostro contrarietate voto, oratio tenemur nostrā voluntatē tali Dei voluntati summittere, & non illi reniti, aut remurmurare.

De deuotione in oratione requisita.



Aliud dubiū, An deprauet oratio ad Deū facta ob defectum feruidæ & intensæ deuotionis, ita ut peccet, qui orat, si desit feruida & intensa deuotio? Et visum

est quibusdam quod sic. Pro quo facit, quod habetur Apoc. 3. vbi ad angelum Laodicæ dictū est: vtinā calidus aut frigidus es, sed quia tepidus es, incipiā te euomere de ore meo. Ex quo apparet, quod qui tepidè & remissè se habet in oratione, aut in aliis operibus Dei, est Deo ingratus, & ab eodem repulsus. Pro quo etiā facit, quod ait Hiero. ad Cresiphontem, Tepidus discipulū non diligit Christus. Qui vult meus esse discipulus, ait, tollat crucem suā, & sequatur me. Facit etiam, quod habetur Michæ. 6. vbi dicit: Indicabo tibi o homo quid dñs requirat à te, vtique; facere iudiciū, & diligere misericordiā, & sollicitū ambulare corā domino Deo tuo. Sollicitudo autē tepiditatem & remissionem videtur excludere. Facit etiā, quod habetur Hiere. 48. Maledictus homo, qui facit opera Dñi negligenter. In quo videtur notari, non satis esse homini opera Dei facere, nisi sollicitè & diligenter ea faciat. Quod remissionem iterum videtur excludere. Facit etiā, quod ait Paulus ad Roma. 12. tradens quales nos esse debeamus, scilicet, sollicitudine non pigri, spiritu feruentes. Postremò facit, quod habetur Apocalyp. 2. quod dictum est ad episcopum Ephesinū: Habeo, inquit, aduersum te pauca, quia charitatē tuam primam reliquisti, memento vnde excideris, & age poenitentia, & prima opera fac. De quo Hieronymus scribens ad Cresiphontem ait: Consideremus quantus sit casus temerè contententis, cum tanta ruina dicitur de negligentia obsequentis, vel quā damnationem accepturos credimus in deuotos, cum tantam reprobationem deuotos acceperit.

His non obstantibus, videtur quod non sit necessarius in oratione feruor deuotionis, id est, intensa gradualiter deuotio, seu intensa voluntas: sufficit remissa, modò, efficax sit, ad agendum, quod agendum est, taliter, quod si huiusmodi intentio desit, nec oratio deprauatur, nec peccat ipse, qui orat. Quod autem in agendis operibus Dei talis intensa voluntas non sit sub poena peccati debita, seu apponenda, apparet siue loquamur de operibus, quæ sunt de consilio, siue de his, quæ sunt de præcepto. Nam si de consilio sunt, non est necessaria intentio, sicut nec remissio voluntatis, sicut nec opus ipsum. Si de præcepto, cum præceptum non obliget nos nisi ad sui obseruantia, ad eius autem obseruantiam sufficit voluntas efficax quantumuis gradualiter remissa sit, ut suppono: igitur intentio voluntatis, aut conatus non est necessaria. Hæc patent in præceptis, per quæ opera exteriora præcipiuntur,

E præcipiuntur, quibus satisfacit quis, si ea cõpleat, etiam si intensus conatus, aut intēsa voluntas non habeatur.

Confirmatur de pceptis, per quæ opera interiora iuventur: nam pcepto de diligendo Deū super omnia satisfacit homo, si Deum efficaciter diligit, etiam si eius dilectio non sit valde intensa. Non enim præcipitur, vt intensè diligamus, sed vt diligamus. Et quantum pceptum sit, vt diligamus ex toto corde, ly, toto corde non intensiorem importat, sed voluntatis integritatem. Quia vt alibi ex Augustino tetigimus, ille diligit Deum ex toto corde, qui corde indiuiso eum diligit. Vt si quis cum Deum amat, nil aliud secum amat, quod non propter ipsum Deum amet: talis enim toto corde, id est, integro, & indiuiso diligit. Si verò cum Deū diligit, secum aliquid aliud amat, quod non propter ipsum Deum amet, talis cor habet in Deum & creaturam diuisum, nec toto corde Deum amat, iuxta illud Osee. 1. Diuisum est cor eorum. Itaq; in pcepto illo de diligendo Deum toto corde, nõ cadit actus intensio sub obligatione, sed cordis totalis ad sensum dictum.

Confirmatur de actu pœnitentiæ, scilicet, de cõtritione cuius intensio ex communi sentētia, vt aliàs adduxi, sub pcepto non cadit, alioqui staret hominem detestari peccatum suum propter Deum ex toto corde dilectum, & cum hoc simul mortaliter actu peccare, ob defectum intensiõnis, si sub obligatione caderet ipsa intensio.

Adde quod ait Chrysostomus, & habetur de pœnitentia. dist. 1. Talis. Quod quantulacumq; pœnitentiam quantum libet breui tempore gestam, Deus nõ respuit, nec patitur sua mercede carere. Bona igitur est, & meritoria pœnitentia remissa, nec vitatur per defectum feruoris, aut intensiõnis. Igitur idem de oratione. Adde, quod talis intensio non requiritur ad peccandum, vt suppono: igitur nec ad merendū, cum Deus prior sit ad præmiandū, quàm ad puniendū.

Ad ea autem, quæ supra in oppositum sunt allegata, facilis est responsio, si de tepiditate distinguamus. Est enim quædam, quæ feruori, & intenso conatui opponitur, & illū excludit, & non est talis tepiditas quæ scriptura reprehendit, & damnat. Est alia tepiditas, quæ negligentiam dicit. Negligentia autē omisionem debite diligentia vel operis importat, & hæc culpanda est, & damnanda, sicut & in scriptura damnatur.

Per hoc respondetur ad illud ex Apocalypsi. 3. Vtinam calidus aut frigidus esses, sed quia tepidus es &c. Loquitur de tepiditate negligentia, vt dixi. Illum enim dicit calidum, qui ex amore facit, quod debet. Et qui ex amore potissimum ad obsequendum mouentur, feruidi sunt, & faciunt nõ solum quod debent, sed superabundant. Illum verò dicit frigidum, qui Deum timet, ex quo timore ad agendum, saltem quod debet, mouetur. Hi non repelluntur à Deo. Tepidum autem dicit, qui nec amore, nec timore mouetur ad agendum, quod agendum est. Talis culpatur. Et quod hoc sit ad mentem textus, apparet, quia statim ad eundem Episcopum dicitur, Quia dicis, quod diues sum, & locupletatus, & nullius ego. In quo videtur significari, quod ille episcopus diuitiis satiatus & contentus erat, & sic remissè & negligenter in operibus Dei se habebat, quasi Deo in nullo indigeret. Igitur non damnabatur ille episcopus ob defectum feruoris, alioqui nõ solum tepidus, sed etiam frigidus veniret damnandus, cum frigidus etiam habeat defectum feruoris & caloris, vt constat. Igitur ille textus nil contra dicta facit.

Ad aliud ex Michæa citatum, Respond. quod ex illo non sequitur esse necessarium habere intensum conatum, aut intensam voluntatem in operibus Dei, sed quod debeamus in illis esse solliciti, loquendo de sollicitudine, quæ negligentiam, seu omisionem excludit. Quod etiam significat Paulus, cum ait, vt si præfatam negligentiam & omisionem importat, & ita idē, quod prius. Nec obstat, quod addit, scilicet, spiritu feruētes, quia hoc exhortatoriè dicitur, non pceptiue.

Ad aliud, quod ex Hieremia citatur, ipm verbum negligenter, quod illic citatur, soluit dubium: quia negligentia, non remissionem voluntatis importat, sed omisionem alicuius, quod debeat fieri. Adde, quod in textu Hierem. non dicitur, negligenter, sed fraudulenter, cum ait: Maledictus homo, qui opera Dei facit fraudulenter. Et notat illic propheta eos, qui in complendis diuinis iussis, dissimulatoriè se habent in illis, aliquid, que sito aliquo colore, adimplere omittentes, & ita nil contra dicta.

Ad aliud ex Apocalypsi. 2. apparet, tam ex glos. quàm ex verbis Hiero. illum episcopum fuisse negligentem, scilicet, in reprehendendo subditos etiam si alioqui esset deuotus. Et illa negligentia omisionem importat,

A portat, non feruoris remissionem, & ita nil contra dicta.

Sed fortè iterum obiicies, Qui orationē feruore deuotionis carētem Deo offert, æquiparatur ei, qui animal claudum, aut cæcū, aut debile Deo offert, potens sanum, & bonum offerre: sed huius oblatio deo grata nõ est, sed despectui habita. Igitur qui orationem similiter defectuosam deo offert, perperam offert, cum possit orationē feruidā, & pretiosam offerre. Antecedens patet, ex eo, quod in lege vetitū erat animal claudū, aut cæcū offerre. Et specialiter patet, ex Malachi. 1. Ait Deus: Si offeratis cæcū ad immolandū, nonne malū est? Et si offeratis claudū & languidum, nonne malum est? Et addit: Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuā, dicit Dominus. In quo Dominus arguit à minori: Si is, qui potest regi temporali, aut duci suo pingue animal & sanū offerre, non offerat nisi claudū, aut cæcū, aut languidum, certè non solum nõ erit regi illi grata oblatio, sed displicens, & odio habita, quippe quæ videatur sibi facta in despectum, & irreuerentiam ipsius. Et postea addit: Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino: Cum igitur qui orat, potest orationem sanam & feruidā offerre, & non offert nisi remissam & parum deuotam, videtur irreuerentiam Deo facere, & ita intentum.

Respon. Si hæc ratio probaret orationem minus feruidā deprauatam esse, eò quod possit alia feruentior offerri, pari forma probaretur omnē eleemosynā paruum deprauatam esse, quando pinguior posset exhiberi. Et similiter omnem dilectionem Dei, & proximi remissam, prauam esse, quando potest intensior haberi. Et similiter omne beneficium proximo impensum esset prauum, quādo maius illi fieri potest. Et deniq; omnia opera bona in cultum & gloriā Dei facta, deprauata esse, etiam si ex charitate fiant, si possent ex maiore charitate & feruore fieri. Quæ absurda esse, non dubium est. Ideo dicendū, quod ad literā videtur Deus reprobare oblationē animalis claudi, cæci, aut languidi, vbi potest masculus sanus offerri. In quo intelligimus Deum reprobare omne obsequiū aut opus in obsequiū eius factum, si sit claudum, cæcum, aut languidum, hoc est aliqua prauitate aut macula vitij infectum. Aliud enim est opus imperfectū esse negatiue, quo, scilicet, potest aliud perfectius fieri: Aliud est imperfectū esse positiue, quod scilicet

cet aliqua macula seu vitio infectum sit. Primum potest bonum esse & meritorij, & Deo gratum, vt parua eleemosyna, ieiunium paucorum dierum, oratio ex remissa deuotione facta. Secundum verò, quod propriè per claudum, cæcum, & languidū significatur, id est, quod aliqua circumstantia deprauate fit, illud quidem nõ est bonū, nec à Deo acceptatum. Posset etiam secundò dici, quod ideo offerre animal claudum, cæcum &c. Deo ingratum est, quia offerens præponit terrena cœlestibus, & quarit potius quæ sua sunt, quàm quæ Dei, cum sibi pingua referuet, & sana, Deo autē languida offerat. Nõ sic est in oratione ex parua deuotione facta, quia sic orās nõ ita sibi meliora referuat. Itaq; non est simile, quod pro simili adductū est.

De attentione in oratione habenda.

Aliud dubium, An de praueatur oratio ex defectu attentionis, ita, quod si attentio desit, oratio ipsa vitiosa sit, aut saltem peccet, qui absq; attentione orat?

Et nõnulli, vt Gabriel, in suo Canone dixerunt, quod quæuis necessaria sit attentio in oratione cõmuni, seu in ea, quæ ex pcepto fit, in illa tamen, quæ nõ ex pcepto, sed ex voluntate dicitur, non est necessaria talis attentio, ita vt peccet orans, attentionem non habens. Ratio eius videtur, quia cum oratio in casu nõ sit necessitatis sed voluntatis, ideo sicut sine peccato potest dimitti talis oratio, ita & sine peccato potest abesse attentio.

Non tamen placet in hac re huiusmodi responsio, imò videtur, quod siue oratio dicatur ex pcepto, siue ex voluntate, tenetur orans attentionem apponere, nõ solum ad assequendū fructū orationis, sed ad vitandū culpā in orādo Deū. Tū, quia Christus videt taliter orantes voce tantū & non mēte reprehendere, quādo Mat. 15. dicit: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū longè est à me.

Pro quo facit Cyprianus de oratione tractans, dicens: Quæ segnitia est, alienari & capi ineptis & prophanis cogitationibus, dū Dñm deprecaris: quasi sit aliud, quod debeas magis cogitare, q̄ q̄ cū Deo loquaris. Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipsum non audias? Et addit: Hoc est, ab hoste in totum nõ cauere, hoc est, cum oras Dominum, maiestatem Dei offendere.

Facit



E **Facit** etiā Hugo de sancto Victore, qui de oratione loquens, dicit: Si cum orationem fundimus, quodlibet aliud in corde versamus, etiam si illud bonum sit, à culpa liberi non sumus.

Facit etiam Damascenus & August. dicentes: Oratio est ascensus mētis in Deū, quo à Deo aliquid decēs petitur. Qui igitur mentē cum orat à Deo distrahit, de rebus aliis cogitans, talis non propriē, aut verē dicitur orare. Imò videtur potius Deū irridere, quā eū orare, qui cū ad Deū loquatur, & à Deo aliquid beneficiū petat, faciem mentis retrorsum auertit: perinde enim est, ac si quis cum rege loquens, ab eo gratiam aliquam petat, & simul faciem corporis retrorsum auertat. Quod certē in irreuerentiam & despectū regis cedere videtur.

Facit etiā quodāmodò Bernardus: Sermon. 49. super Cāti. qui non solum dissuadet mētis euagationem ad res impertinētes, seu vanas, sed etiam ad res alioqui pias. Ait enim: Nil aliud dum psallitis, præter id, quod psallitis, cogitatis, nec solas dico vitandas cogitationes vanas & otiosas, sed & illæ aliæ vitadæ sunt, illa hora & loco, quo, scilicet, horæ dicuntur. Et addit, Salubria sunt, sed minimè salubriter inter psallendum ea reuoluitis. Spiritus sanctus enim illa hora gratum nō recipit, quicquid aliud, quàm debes, neglecto eo quod debes, obtuleris. Et quanquā hoc dictum Bernardi particulariter procedat de oratione, quæ ex præcepto dicitur, alia tamen suprā citata cū ratione apposita indifferenter procedunt de oratione, quæ ad Deum funditur, etiam si priuata sit: quod, scilicet, debet apponi attentio, si debet irreuerentia caueri. Itaq; vel homo non oret Deum, vel attentionem habeat. Exempla huius clara sunt. Si quis extra tempus necessitatis, non ex præcepto, sed voluntate vult sacerdoti confiteri, necesse est contritionē habeat, alioqui per irreuerentiam peccabit, etiā si sibi liberū sit confessionē dimittere. Similiter si quis voluntate vult celebrare, aut cōiccare, necesse est prius mentem disponat, ne sacramēto irreuerentiam faciat. Ita igitur si quis vult Deum orare, & ab eo aliquid petere, etiā extra casum necessitatis, opus est attentionem habeat, vt vitet irreuerentiam, quam Deo, ad quem loquitur, faceret, si ad Deum loquendo, mentis faciem ad alia diuerteret, vt suprā dicebatur.

Si arguas: igitur orans semper peccaret, quoties mens ad alia distrahitur, quod esset omnes fermè qui orant, condēnare. Re-

spon. Nō sequitur, nā illa mētis euagatio fieri potest dupliciter. s. volūtariē & inuolūtariē. Primū fit, quando orans aduertit se orare, volens tamen alia diuersa considerat, & hoc est, quod dico, culpa irreuerentiæ non carere. Secundum fit, quando non sciens, nec ex proposito orans ad alia distrahitur, sed vel contra volūtatem, vel præter: & hoc excusationē habet, ob intellectus nostri tam naturalē volubilitatem. Vnde nō est in potestate nostra quin aliquando distrahamur. Et inde est, quod nullum ius obligat orantem, vt continuā habeat actualem attentionem, quandiu durat oratio, satis est, si orans habeat actualē vel virtuale attentionē. Et virtuale dicunt attentionem, quando is qui orat, post habitam in principio actualem attentionem, perdurat in oratione absq; proposito, sed ad alia distrahēdi, etiam si accidat, quod actu distrahatur.

Sed contra obiicies, quod non deprauatur oratio, nec culpa fit durante oratione mētē ex proposito ad alia distrahere, modò illicita nō sint. Quia stat, quod talis in casu orando mereatur: igitur nō peccat se distrahendo ab actuali attentione ex proposito. Antecedens patet, quia sit ita, quod quando cœpit orare habuit intentionē meritoria, qua intēdebat per orationē aliquid bonum à Deo sibi vel alteri impetrare, & ex hac intentione meritoria imperat ori, vt oret, & in oratione perduret, & propositum orandi non interrumpatur per propositum oppositū, iā oratio sic continuata procedit ex voluntate meritoria: igitur est meritoria. Et quod non obstat propositū alia considerādi, apparet, quia licet per hoc interrumpatur attentio, nō tamen intētio meritoria, nec electio, modò opus bonitatem habet potius ex intentione, seu affectu, quàm ex attentione, quæ actus intellectus est. Et patet etiam per exemplum, de eo, qui proposuit propter Deum ad sanctū Iacobū peregrinari, & non interrupto proposito peregrinatur, etiam si interrumpatur attentio, & in itinere ex proposito alia consideret, talis in peregrinādo meretur, quia durat propositū primum virtualiter, etiam si attentio non ita duret, sed interrupta fit.

Respon. Quod argumentum præsupponit vnū falsum, scilicet, quod ad hoc, quod opus continuatū sit bonum, & meritorium, sufficit quod præcedat ex proposito volūtatis meritorio, quod præfuit, & virtualiter manet: hoc enim nō sufficit, quia manente illo virtuali proposito, quod meritorium fuit, quando actu aderat, stat, quod illo per contrarium

A contrarium non interrupto, superueniat alia mala voluntas, qua homo peccet, & tunc opus virtute præfati propositi continuatum, iam non erit bonum aut meritorium. Exemplum est clarum, in eo, qui proposuit peregrinari, & hoc proposito per contrarium nō interrupto, incidit in odium alicuius, vel in furtum, quod in itinere continuatō perpetratur. Et hoc satis notum est. Dico secundo, quod quāuis possit opus aliud, vti est peregrinatio, ex recta intentione præhabita, rectē & sine culpa cum actuali distractione mentis ex proposito facta, continuari, non tamen sic est in oratione. Nam hæc specialiter requirit attentionem, vt dictum est, vt irreuerentia vitetur. Et ideo oratio ad Deum fusa, temeraria videtur & cōtentiua, si ei ex proposito attentio deficiat.

Hoc idem etiā ex alio apparet, quia oratio vocalis signū est orationis mentalis: nē ergo falsum sit signū, necesse est mente oret, qui voce orat, mente autem orare nō potest sine attentione, vt constat: igitur deficiente attentione, deficit mentalis oratio (maximè si ex proposito deficiat,) & ex cōsequenti vocalis oratio manet signum falsum, & ita vitiosum.

B Deinde ex conditione orationis idem patet, de cuius ratione est aliquid desideratum à Deo petere, velle autem petere à Deo aliquid desideratum, siue petatur mentaliter siue vocaliter, præsupponit attentionem, quæ est intellectus aduertentia ad id, in quo voluntas tendit, siquidem nil volitum, quin præcognitum, & ita omnis oratio si oratio est tam vocalis quàm mentalis, prærequirit attentionem, actualem quidē, quando quis à principio orare Deum intendit, virtuale tamen in ipsa orationis continuatione, vt suprā tactum est.

Pro quo facilius intelligendo, vide aliud esse intentionem, aliud attētionem, aliud electionem, aliud orationem, vel opus. Intentio orantis est velle obtinere bonum, quod sibi vel alteri optat. Electio, est velle orare Deum, cum oratio medium sit impetrādi optatum: Opus verò est ipsa oratio. Attentio verò est ipsius intellectus cognitio seu aduertentia: Opus igitur si humanum sit, qualis est oratio, ex electione imperante procedit. Electio ex intentione. Vtrūq; autem, scilicet, electionem & intentionem, sua attentio naturaliter præcedit, quia omnis actus voluntatis, suā præsupponit cognitionem. Sed sicut oratio continuata ex natura sua nō requirit ele-

ctionem seu intentionem actu continuatam, vt constat, cum virtute prioris propositi possit opus continuari: ita nec requirit attentionem actu continuatam. Sed sicut continuando orationem vocalem non verè oratur, sed simulatoriē, aut fallaciter, quando propositū orandi per contrariam voluntatem interrumpitur, ita neq; quando attentio ad alia impertinentia & extranea considerandum ex proposito distrahitur, mutata enim aut interrupta hoc modo attentione, necesse est priorem intentionem orandi quodammodo ex consequenti interrumpi, quæ omnia tanquā facilia suppono, à cæteris abstinendo.

Sed esset iam dubium, supposito, quod attentio sit necessaria, & hæc sit triplex, scilicet ad verba, ad sensum verborum, & ad Deū, ad quem oratio dirigitur, quæ istarum est necessaria ad vitandum culpam? (nam de hac necessitate hic arguitur, non de necessitate attentionis ad impetrandum optatum.) Respon. Ex suprā allegatis apparet, quod attentio ad Deum, à quo bonum petitur, est necessaria, maximè, cū id sit per se de ratione ipsius rationis, scilicet, ascensus mentis in Deum, cū pio & humili affectu.

De attentione verò ad verba ipsa, vt debite pronuntientur, videtur similiter, quod sit necessaria, specialiter in clericis, qui ex ecclesiæ præcepto tenentur vocaliter orare, & bene pronuntiare. Hoc patet, quia attentione ad verba deficiente, exponit se recitans periculo nō dicendi, quod dicendū est, vel nō rectē illud pronuntiandi. Ideo culpa nō caret, attentionem ad verba ex proposito nō habere. In aliis autem, qui orant vocaliter, & nō ex præcepto, esset distinguendum. Quia vel oratio, quam dicunt, est alioqui rectē & prudenter composita, qualis est oratio, quæ in scriptura continetur, vel quæ ab ecclesia ordinata est, & tunc non videtur necessaria particularis attentio ad verba orationis ob periculū prædictum: quia etiam si vel oratio non integrè dicatur, vel non rectē pronuntietur ob defectum attentionis ad verba, nulla videtur culpa. Si tamen sit oratio vocalis, non aliunde ordinata, sed quā ipse orans ex tempore Deo offert, necesse est videtur attentio ad verba, nē, scilicet, si attentio desit, verba inepta & imprudentia dicat, quod culpa non caret, in eo, quā ad regem cœli loqui determinat. Sicut nec culpa carere, quia à rege terræ aliquid per verba inepta & minus ordinata peteret, cū alioqui posset prudēter id petere. Adde, quod ob huiusmodi volūtariam imprudentiam exponit

E se periculo non impetrandi petitem, & ita erit vana & inutilis oratio, quod cauendum est, dum fieri potest.

De attētionē verō ad sensum verborum, an sit necessaria? Videtur quod non semper, nam multi sunt vocaliter orātes, qui sensum nec intelligunt, nec intelligere tenentur, vt patet de monialibus, aut religiosis, aut etiam quibusdam clericis, qui cum latinē, vel Græcē orant, sensum orationis non intelligunt, illis enim sufficit ad verba, vt ea rectē pronuntient, & ad Deum, ad quem loquuntur, attentionem habere. Si tamen sint docti, qui sensum verborū intelligunt, an peccent, si ad sensum non intendant? Nō video vnde ad huiusmodi attentionem teneantur, hi saltem, qui tāquā ecclesiæ ministri, orationibus ecclesiæ vtuntur. Nam cum in talibus orationibus certum sit, nil illicitum, aut ineptum contineri, satisfaciunt sic orantes, si in genere intendant à Deo petere, quod illic continetur, etiam si particulariter ad contenta non attendant. Si tamen qui orat, de suo Marte orationem vocalem componit, & eam Deo offert, necessarium est ad imprudentiam, & indiscretionem vitandum, & nē periculo offendendi eum, quem orat, se exponat, quod ad sensum verborum, quibus orando vtitur, attendat, vt dictum est.

De potestate ecclesiæ

respectu actuum cordis.



Inde tamen

oritur aliud dubiū: supposito enim, quod culpa non caret oratio, vel ipse qui orat, non habens attentionem, quando necesse est eā habere, An

saltem clericus horas canonicas sine attentione dicēs satisfaciat præcepto ecclesiæ, de dicēdis canonicis horis. Et pēdet quæstio ex alia, An scilicet, ecclesia possit immediatē obligare ad actus mentis, qualis est attentio prædicta, aut deuotio. Et an de facto ecclesia clericum obligauerit ad habendū attentionem. An solo iure diuino, vel naturali sit attentio adhibēda. De qua quæstione præcipali alibi duas tetigi opiniones, multis hinc inde textibus, & rationibus allegatis. Tandē illā visum est tunc defendere, quæ tenebat, ecclesiā nō posse directē & immediatē obligare ad actus cordis, cōformiter ad Durādū & Cācellariū Parisiensem, mul-

tosque alios, tam Theologos, quā Iuristas. **G**

Adrianus tamen in tractatu de oratione ad propositum præsentis dubij tenet contrarium. Et probat primō ex Clementin. de hæreticis. per ea, quæ illic citat glos. in verbo, Ipso facto.

Secundō, quia præceptū de celebrando sabbathū est humanū, vt suppono: quia licet olim fuerit diuinū, lex tamen illa vetus, quo ad ceremonialia & iudicialia, quale erat hoc, abolita est, & tamen si quis in sabbatho, hoc est in die, quā ecclesia celebrare præcepit, corde peccet, ille violat sabbathum, cum nil tam aduerfetur celebrationi sabbathi, quā seruit' mortalis culpæ.

Tertiō, Papa potest dispensare in voto mentali: igitur potestas Papæ ad actus interiores se extendit, & ita potest illos immediatē præcipere & prohibere, & pœna aliqua afficere, sicut & actus exteriores etiam occultos.

Quartō, ecclesia potest rei suæ onus, & modum imponere, sicut & Deus in sua lege onus, & modum decimis imposuit, taliter, vt qui decimas essent possessuri seu percepturi, non modō seruirent in tēplo, sed populi peccata comederēt. (Quod videtur Adrianus ad actus Leuitarum, & sacerdotum Deo gratos referre, qui ad remissionem peccatorum populi valerent.) Igitur etiam ecclesia quando decimas, & beneficia confert alicui, potest illi modum imponere, scilicet, vt horas studiosē & deuotē dicat, iuxta cap. Dolentes. de celebratione missarum. Et ita secundum hanc opinionem, certum est clericum non satisfacere præcepto ecclesiæ, de dicēdis horis attentē & deuotē, si scienter, & ex proposito euagatur, imō peccat mortaliter, vt ait, contra ecclesiam, quæ districtē, & in virtute obedientiæ præcipit, vt horæ dicantur studiosē, pariter & deuotē.

Si tamen quis velit tenere alterā opinionem, facile possit respondere ad hæc motiua Adriani. Ad primum de his, quæ citantur in Clementin. de hæreticis. ad longum: vbi supra responsum est, & ostensum, quod ecclesia nec in dicta Clementina, nec alibi puniit immediatē & directē actus cordis, de quo vulgatum decretum est, dicens: Cogitationis pœnam nemo meretur, sed punit commissio nes exteriores, vel omisiones ex tali, vel tali animo procedentes. Nam cum ecclesia non intendat punire specialiter pœna excommunicationis, nisi ea, quæ peccata sunt: & commissio nes, vel omisiones exteriores peccata nō sunt,

A sunt, nisi ex certo animo & voluntate fiant, vt suppono: ideo in dictis textibus, vbi pœna talis infligitur, fit mentio de animo tali, vel de deliberatione, vel de scientia &c. ex quibus ipsa exterior commissio, vel omisio talis est, quæ puniri mereatur. Vide vbi supra.

Ad secundum de sabbatho celebrando, quanq̄ possit cum nonnullis Doctoribus dici, quod per solū peccatū cordis non violatur sabbathū, nec præceptū ecclesiæ, quod in sabbatho non prohibet opera seruilia, id est peccaminosa, sed opera exteriora seruilia, quæ seruorum hominū sunt: & ita non solū non violatur sabbathū per peccatū cordis, sed nec per multa peccata exteriora, quæ nō sunt de numero eorū, quæ per ecclesiā prohibentur. De quo vide Caieta. in summa. Verū admisso, quod de nouo cōtra sabbathū peccat, qui peccatum tam opere, quā corde cōmittit: non tamen dicimus, vt videtur, quod talis agit contra præceptum ecclesiæ, sed contra præceptum Dei & naturæ. Nam eo ipso quod aliquod tempus est specialiter cultui diuino dedicatum, & Deo sacrum: siue sit à Deo, siue ab ecclesia ad id dedicatum: tenetur homo noua & propria obligatione Deum in illo tempore nō offendere. Qui enim tunc peccat, videtur sacrilegium cōmittere, hoc autem iure diuino & humano vitādum est. Exemplum est clarum de loco, si sit Deo sacrum, vt est templum, ad hoc quod illic Deus specialiter cognoscatur & colatur: certē si quis illic scienter peccat, vltra quod sic peccat, videtur nouam offensam Deo facere. Quod saluat absque hoc, quod talis agat contra præceptū ecclesiæ, etiā si contra intentionem ecclesiæ faciat, verū hæc sub pœcepto nō cadit. Et ita Doctor sc̄tus. 22. q. 12. ar. 4. quæ pro se citat Adrianus, non dicit, quod qui peccat in sabbatho violat præceptū ecclesiæ, sed quod violat sabbathū.

Ad tertiū de dispensatione in voto mentali, fateor quod potest Papa dispensare in illo: sed nō inde sequitur, quod possit ad interiora obligare: quia aliud est obligationē tollere, aliud eam inducere. Et potest aliquid obligationē tollere, quod nō sufficit inducere. Patet, nā pater potest tollere obligationem voti per filium aut filiam emissi, vt habetur Numeri. 30. Similiter vir potest irritare votū vxoris. Et tamē nec pater potest filio obligationē voti imponere, nec vir vxori. Similiter consuetudo vitiosē introducta per tempus certū seruata, sufficit tollere obligationem legis de opposito: & tamē nō sufficit obligationem inducere, nisi rationalis sit.

De consuetudine. cap. finali. itaq; non mirū est si Papa, veluti communis pater, possit per dispensationē tollere obligationem voti mentalis, & cū hoc, quod non possit ad actus cordis immediatē obligare.

Ad quartū, esto quod vnusquisq; possit rei suæ cū eam alteri tradit, onus & modum imponere: non solū modū sensibile, seu exteriorē, sed etiā interiorē: ex hoc tamē non sequitur, quod homo possit immediatē authoritatiuē alterū ad interiora obligare. Exemplū est clarū. Potest Petrus dare clerico donū, vel agrū hac lege, vt aliquoties celebret pro illo, vel oret cōtritus, seu confessus: & altero id acceptante, habebit donū cū modo vel onere. Iam certū est Petrū imponere modū rei suæ spiritualem, & tamē Petrus, cum sit priuatus homo, potestatem non habet obligandi alium ad actum cordis. Quod si alter manet ad modum hmoi obligatus, est ratione contractus: quia acceptauit rem cū modo illo, & ipse se ad modū voluit obligare. Sicut etiam Papa concedit indulgentias cum modo, scilicet, his qui contriti sint: & tamen Papa non obligat immediatē ad contritionem, sed ille alius si vult lucrari indulgentiam, tenetur ad contritionem. Si tamen non coneratur, non peccat cōtra præceptum ecclesiæ, quod nullum est de contritione datum. Et ita ad propositum, esto quod Papa conferat beneficia clericis cum modo illo, vel onere, vt scilicet, deuotē & attentē horas persoluant, per hanc viam nulla inducitur obligatio absoluta ipsi clerico: quia nec obligatur beneficium recipere, nec deuotionem illam habere, nisi conditionaliter, scilicet, si acceptet beneficium: tunc ex illa acceptance obligaretur ad deuotionem, quia per viam contractus, vt supra dictum est, & non per viā præcepti ecclesiæ. Quanq̄ nec dicendū est, quod beneficia dentur cum illo modo, alioqui beneficium amitteretur, modo non seruato, quod esset in alium Labyrinthū incidere. Nec cap. Dolentes. restringit ad bñficiatos, vt patet: ideo illa quarta ratio Adria. salua pace nō satis pertinens est.

Caietanus tenet, quod quamuis ecclesia non possit directē obligare ad actus mētis puros, benē tamē potest ad actus mentis obligare, quatenus respiciunt actus exteriores, aut quatenus eos qualificant. Vnde sicut potest prohibere, nē certus actus exterior ex tali animo, puta odio, aut deliberatione procedat, sicut quando excommunicas Inquisitorem, qui ex odio procedit, aut ex amore procedere definit: ita si-

Z militer

E militer potest precipere, ut actus exterior ex certo interiore procedat: in quo quodammodo precipit illum interiore, sed non nisi qua tenus exteriorē qualificat, quem exteriorē directē precipit. Et sic ait: Precipit ecclesia clericis, ut in dicendis horis deuotionem habeant & attentionē, ut inde horarū recitatio qualificata sit, prout intendit ecclesia. Id probat ex cap. Dolentes. de celebratione missarū. Vbi Consilium districtē, & in virtute obedientiæ clericis precipit, ut officium diurnū pariter & nocturnum deuotē & studiosē persoluant. Vbi ecclesia non precipit ipsam horarum recitationem, nam hæc iam olim erat præcepta & iussa: sed quia indeuotē, aut indecētē per clericos id soluebatur, ideò precipit tam strictē modum in recitando tenendum, scilicet, ut deuotē & studiosē fiat. Sed quia non est in hominis potestate cum horas dicit, continuē actu deuotionem & attentionē habere, ideò temperat textus obligationem, dicens, quantum Deus dederit. In quo aperte videtur prohiberi indeuotio, & mentis euagatio ex proposito & scienter habita. Ac proinde peccat contra ecclesiæ præceptum, qui scienter à deuotione & attentione recedit, quando horas dicit. Et ita talis, & si horas dicat omnes, non satisfacit præcepto ecclesiæ, quia modum cadentem sub præcepto voluntariē reicit. Quod satis videtur consonare solutioni, quam nuper dedimus respondendo ad primum motuum Adriani.

Verū ad hæc simul, & cap. Dolentes. dici posset, stando in opinione hæcenus defensata, q̄ cap. Dolentes. cum precipit modū in recitando tenendū (quod non negamus) scilicet, ut deuotē & studiosē horę dicant: illa tamē deuotio & studiositas, de quibus textus loquitur, nō est actus mentis interior, sed exterior modestia & recollectio, qua officium persoluentes, ea cuitēt, quæ deuotionem mētis, & attentionē impediunt. Et q̄ ita sit, apparet ex Clementi. de celebratione missarum. vbi prælati & superioribus precipitur, ut curent sollicitam diligentiam adhibere, ut in ecclesiis cathedralibus & collegiatis, ceterisque aliis, officium diuinū debite, reuerētē, & deuotē celebretur. Ex quo apparet, q̄ sub deuota & debita celebratione non cadit interior mentis deuotio, aut attentio, cum de his non possint ipsi prælati certiorari, quācumq; diligentiam apponant: nec possunt punire eos, qui sine deuotione interiore officium dicunt. Cum tamen illic mandetur prælati, ut eos compeſcant & puniant qui non deuotē & debite officium compleuerint: Ergo videtur, quod cum ecclesia precipit adhiberi deuotionem & attentionem, non de interiore loquatur, sed de exteriorē, ut dixi: qualis est, detens modestia, & recollectio quædam, qua clerici extranea fugientes, quæ deuotionem & attentionē mentis impediūt, horas suas persoluant reuerenter.

Et ad aliud pro Caietano dictum, scilicet, quod videntur hæc æquiparari, posse prohibere ne actus ex tali animo fiat, & posse precipere ut actus ex tali animo fiat: & ideò sicut Papa potest primū, ita & secundū. Videtur, q̄ non parificentur, ut prætendit. Et discrimen est apertū: nam per hoc q̄ prohibet & punit actū ex tali animo procedentē, non sequitur, quod prohibet ipsum animū, nec verum est quod prohibeat: & tamen si præciperet actum ex tali animo procedentē, nec se est precipiat ipsum animū. Vtrūq; patet: quia ecclesia prohibet Inquisitori, ne inquirat, vel inquirere omittat ex tali animo, puta odio, vel amore: & solū, quod exterius est punit, quia solū illud exigit. Patet hoc, quia si Inquisitor ex amore omittat inquirere, peccat contra ecclesiā, & punitur per eam, ut habetur de hæreticis. cap. Multorum. in Clementina. & non peccat per actum interiore, ex quo inquirere omittit, scilicet, per amorem: quia stat, quod ille amor bonus sit. Et ita constat, q̄ per hoc, quod ecclesia prohibet actū exteriorē ex certo animo procedentē, nō inde fit, quod prohibet ipsum animū, ut patet ex casu. Similiter cum prohibet actum exteriorē, ne fiat ex certa scientia, non inde fit, q̄ prohibet ipsam interiorē scientiam, quæ in se mala non est, nec prohibita. Et ita patet primum. Secundū etiam patet, q̄ scilicet, si precipit actum exteriorē ex certo animo procedentem, quod ex consequenti precipit ipsum animum. Patet in casu præfenti, tum ex opinante, tum etiā, quia si clericus dicit integrē horas, & tamen deuotionem mentis & attentionem ex intento non habet, peccat per opinantem: & nō comisiuē, scilicet, orādo, cum horas dicat, sed omisiuē: nō quia horas omittit, sed quia deuotionē & attentionē, quando horas persoluit, nō apponit: & in hoc directē peccat per opinantē contra præceptū ecclesiæ. Et ita ex opinione sequit, q̄ staret hominē peccare cōtra ecclesiam, per solū peccatū cordis, quod est cōtra Thomā suū in. 4. Dist. 25. q. 1. de Simonia. ad primū. Et ita nō occurrit aliquid qd' agat quemq; recedere ab opinione hæcenus defensata, q̄ tenet q̄ ecclesia nec precipit

A precipit, nec precipere potest immediatē actum cordis, sed benē actum exteriorē: & si ad illum exercendū sit necessariū aliquem interiore habere, tunc ex consequenti homo tenetur ad illud nō immediatē ex vi præcepti ecclesiæ, sed eo iure naturali & diuino, quo tenemur illos actus apponere, qui necessarij sunt ad seruandum ecclesiæ mandata.

Tenendo igitur eandē opinionem, apparet non consequenter dixisse Gabriëlem quādo ait, quod si dicens horas ex proposito euagatur, quod non satisfacit præcepto ecclesiæ. Et dat rationem, quia hæc mentis ex proposito euagatio, non præter, sed cōtra intētionē ecclesiæ est. Cōtra tamen videt, quia intentio ecclesiæ secundum eum nō cadit sub præcepto, sub quo, nō nisi actus exteriores cadunt: igitur qui contrariatur intētionē ecclesiæ, etiā ex proposito non peccat contra præceptū ecclesiæ: quod ad interiora, ut dictū est, non se extendit, etiam si alia ratione peccat, videlicet propter irreuerentiā, quæ videt Deo fieri, ut supra dicebatur.

Vnde Durandus cautiū & subtiliū videtur hoc limitasse ad casum, quo horas dicēs, ex proposito se occupat in rebus, vel actibus exterioribus, per quos naturaliter mētis attentio impeditur, tunc em videtur peccare cōtra præceptū ecclesiæ: & per consequens nō satisfacit præcepto ecclesiæ. Sed hoc verū est, supposito qd' supra dicebatur, q̄ ecclesia in cap. Dolentes. districtē precipit, ut horę dicantur deuotē & studiosē, loquēdo de deuotione exteriori, ut supra, quæ excludit opera exteriora attentionē impediētia. Sed si quod dicitur in cap. Dolentes. studiosē & deuotē, de interioribus intelligatur, & per viā exhortationis & nō præcepti, tunc nec etiā staret in veritate dictū Durā. ut apparet.

Itaq; secundum hunc modum dicendi, hæc videtur resolutio, quod Papa non potest immediatē obligare ad actus interiores, nec eos punire. Potest tamē prohibere, & punire actus exteriores ex certo animo procedentes, non tamen potest precipere exteriores actus ex certo animo procedentes. Et ita in officio diuino celebrando non precipit, ut ex deuotione & attentione mētis fiant, sed deuotionē & attentionem cordis suasit, exteriorē tamen deuotionem præcepit, & defectum eius prælati puniendū commisit, ut supra tactum est. Et per consequens satisfacit quis præcepto ecclesiæ de dicēdis horis, si sine deuotione mentis eas dicat, & etiam si attentionem actu non continuet, sed ex pro-

posito euagatur: modò exteriora, quæ attentionem impediunt, euitet.

His tamen non oblatibus, posset probabiliter contrarium teneri, scilicet, quod potest Papa & ecclesia precipere, & prohibere, ac punire actus mentis, non solum prout respiciunt actus exteriores, ut dicebat Caietanus, sed etiā ipsos actus puros. Pro qua sententia primò videtur facere Conciliū Gangren. vbi inter alia dicitur: Si quis oblationes, quæ in ecclesia fiunt, spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorū contemnedas, anathēma sit. Vbi sola credulis mētis anathematizatur. Et iterum ibidē: Si quis ieiunia ecclesiæ putauerit esse contēnenda, per se etiam in sua conscientia iudicans rationē, anathēma. Et iterū ibidē: Si quis nuptias dānās, mulierē religiosam ac fidelē cū viro suo dormientē abominandā crediderit, anathēma.

Et iterum ibidem: Si quis carnē manducantē cum bona fide sine sanguine & suffocato damandū esse crediderit, anathēma. Ad hunc modū multa illic sub anathemate prohibentur, quæ ad interiora cordis spectāt, ut patet.

Facit etiam Concilium Romanū post Nicēnum celebratum, in quo inter multa alia, quæ anathemate feriunt, dicitur: Si quis de patre & filio benē sapit, de sancto autem Spiritu non rectē crediderit, hæreticus est, & anathēma sit.

Facit apertius, quod dicitur in Concilio Toletan. i. autoritate Leonis Papæ congregato, vbi de articulo omnipotentiae Dei, & de articulo distinctionis personarum, & de multis aliis articulis, dicitur: Si quis contraria eorum dixerit, vel crediderit, anathēma. Exemplum de vno. Si quis dixerit, vel crediderit Deitatem Christi passibile, anathēma. Ad hunc modum de multis aliis dictum est, vbi non solum dicere (quod exterius est) sed ipsum credere (quod interius est) anathēma feritur.

Faciat etiam, quod habetur in Concilio Bracharen. vbi inter alia dicitur: Si quis credit, quod aliquas creaturas Diabolus sua autoritate in hoc mundo facit, aut tonitrua, fulgura, siccitates, sicut Priscianus dixit, anathēma. Et iterum ibidem: Si quis animas & corpora humana fatali signo credit astringi, anathēma.

Faciunt præterea Concilia recentiora, specialiter Constañ. vbi tradita est forma in fine Concilij præcedētis contra hæreticos, & eos puniēdi. Et inter alia quæ statuta sunt per Inquisitores interroganda, hoc

E vnum est, Vtrum credāt, quòd illud in sacro Concilio credendū esse determinatur, sit ab omnibus Catholicis credendū, & asserendū? Iterum, Vtrum credant esse de necessitate salutis, confiteri sacerdoti? Iterum, Vtrum credant, quòd Christiani continentes suscipere sacramentū extremæ vnctionis, & solennes benedictiones matrimonij, peccent mortaliter? Quæ quidem ideò statutū à Concilio fuit per iudices inquiri, vt quos reperirent nō ita credere, tanq̄ hæreticos punirent. Et ita aperte videtur ex hoc Concilio ecclesiam posse solam hæresim mentalem punire, habita eius cognitione per confessionem partis. Et ita si ecclesia non punit in iudicio peccata cordis, videtur quòd non sit ob defectum iurisdictionis, sed cognitionis.

Facit deniq; Concilium Basiliē. quod in sessioe. 38. iubet sub pœna excommunicationis, nē libellū cōtra ipsum Concilium per Eugenium quantum factū publicare, approbare, seu defendere quis præsumat, seu eidem quouis modo assentire, credere, aut favere &c. Vbi aperte actus cordis etiam purus prohibetur, & anathemate feritur.

Item hoc idem cōfirmatur ratione apparente. Si quis de hæresi sit notatus, aut accusatus ex suspitione, cum tamē, vt suppono, nec dictis, nec factis, vnquā hæreticauerit. Talis coram iudice stans interrogatus, an Christianus sit, an credat Christum esse Deū, ille ingenuè fatetur, quòd postq̄ fuit baptizatus, mente recessit à fide Christi, & se in errore cordis hætenus perstitisse, & adhuc perstare, & hoc est verū, & vera eius confessio, hic talis absq; dubio punitur per Inquisitores. Et si dicat se nō habere voluntatē ad fidem redeundi, iudicio omnium iustissimè comburetur. Iam manifestum est illum puniri pro solo peccato cordis, & hæresi mentali. Patet, quia exterius nunquā dicto, aut facto hæreticauit. Et in alia confessione, quam interrogatus facit, veritatē dicit, & non hæreticatur: imò si oppositū diceret, mētur. Suppono enim cum intus esse fixum in sua hæresi mentali. Igitur apertum videtur, quòd ecclesia iuste punit solam hæresim mentis.

Nec valet dicere, quòd non punit mentalem hæresim, sed vocalem, cum voce se hæreticū esse manifestet. Non valet, quia confitendo voce, quod mēte tenet, non errat: nec confitendo voce, quod mēte tenet, non errat, nec confitendo peccat: cum veritatem requisitus, aut coactus fateatur. Si enim voce tunc peccaret, non igitur deberent In-

quisitores eum minis & tormentis cogere, vt fateatur, quod mēte tenet. Tum etiam, quia cōfessio proprii erroris potius prodest, quā obest, cæteris paribus, vt suppono.

Nec valet secundò dicere, q̄ confitendo voce se credere Christum non esse Deum, ex cōsequēti voce asserit, Christū non esse Deum, & hoc est hæresis. Non valet, nam aliud est asserere se sic esse, aliud credere rem sic esse: & talis voce non asserit, nisi se credere Christū non esse Deum: non tñ inde fit, vt asserat Christum non esse Deum. Sicut testis, qui de credulitate deponit, nō affirmat rem sic esse, quòd credit rem sic esse. Diuersæ igitur sunt præfatæ assertiones.

Item tertio idē apparet, quia pōt ecclesia phibere, nē actus malus & depravato animo fiat, sicut de multis legit phibuisse: igitur etiā potest præcipere, vt actus bonus, ex bono animo fiat. Et cōsequētia pbatur, quia ecclesia potestatem habet statuerendi leges hominibus salutares, ad hominū autem salutē nō minùs necessariū est mala non agere, q̄ bona agere, & ecōtrā: imò vtrūq; homini diuinit⁹ iniūctū per Psal. Declina à malo, & fac bonum. Igitur verisimile est, q̄ ecclesia possit vtrūq; præcipere, vel neutri: & cū secundū dari nō possit, sequitur intentū, vt supra inferebat. Nā eo ipso, q̄ potest præcipere vt actus benemeritorie aut mortaliter fiat, cū id fieri nō possit, nisi recta existēte volūtate, & debito fine: apparet, q̄ recta voluntas & intentio potest sub ecclesiæ præcepto cadere.

Postremo idem videt, sumpta ratione ex fundamentō contrariæ opinionis. s. Durādi, & Ioan. Gerfon, qui dicunt ecclesiam ideò non posse actus cordis præcipere, aut phibere, quia nō potest præcipere aliquid, cuius transgressorē punire non potest: & cū nō possit acta cordis punire, cū eorū cognitio ad eam non spectet, sequit⁹ &c. Sed contra hanc rationem arguit, quia tunc non posset prohibere actum exteriorem ex tali, vel tali animo procedentem. Patet, quia etiam ecclesia nō potest cognoscere, ex quo animo actus exterior fiat, nisi per cōiecturas vel propriā confessionē, sed modò etiā posset ecclesia cognoscere actū purū mētis, scilicet, ex coniecturis, vel propria confessione: & ita sicut potest phibere nē actus fiat ex tali animo, ita potest prohibere, nē talis animus habeatur, etiam omni exteriore actu secluso. Et ita etiam posset præcipere, vt actus ex tali animo fiat, & poterit ex coniecturis, vel confessione propria cognoscere, si fiat ex tali animo

A animo, nec ne. Et quā ecclesia non possit interiora cordis iudicare cum strepitu iudicii, cum in exteriore foro probari non possint, qualiter fortē multa iura procedūt, in eo q̄ dicunt secreta cordis per hominem iudicari non posse, attamen sine strepitu iudicii, & in foro conscientie pœnā imponere pro peccato cordis, eo ipso non ita irrationabile videtur. Sed de his hæcten⁹. Quæ tamē gratia veritatis inquirēde, sicut reliqua omnia, q̄ in meis codicibus disputantur, dicta esse intelligatur.

De horis canonicis reiterandis.



Hæreticus dicitur aliud suboridubium, Anclericus post horas vocaliter dictas, teneat aliquādo eas redicere, & q̄ ob causam. Et habet locū hæc dubitatio de oratione deprauata & vitiosa ob in debitā circūstātiā appositam. Secundò de oratione defectuosa, cui, scilicet defuit deuotio, vel attētio. Tertio de oratione deuotē & attēte dicta, nō tamen cū animo se quitandi, vel debitum officium perfoluendi.

B De prima, scilicet, quādo ipsa horarum recitatio est ob circūstātiā aliquā deprauata & peccaminosa, dixerūt aliqui, q̄ talis tenetur redicere horas. Ratio, q̄ per eas quas dixit, nō satisfecit pcepto ecclesiæ. Nam ecclesia in præceptis suis semper obligat ad actū bonū, saltē non malū, & nunq̄ actus malus cadit sub præcepto, igitur, in casu cū illo horarum recitatio fuerit actus malus, nō igitur erat de his, quæ sub præcepto cadebant, & ita non satisfactū est præcepto, & per consequens intentū. Respō. Dura videtur positio, & falsa, quod apparet, quia homo potest præceptis dēi & naturæ satisfacere per actus peccaminosos, ita vt nō teneatur reiterare factum. Igitur etiā idē de præceptis ecclesiæ tenendū est. Consequētia videtur nota, & antecedens patet. Naturale ius & diuinum est, vt debitor soluat proximo, quod debet, si ergo Petrus debet Ioanni decē ducatos, & eos illi soluat, & solutioni indebitā circūstātiā apponat, quæ solutionē vitiet, certē ille satisfecit debito, ita vt nō teneatur iterū illud solvere. Ita potest de debito vxorio & paterno, & politico, aut alio quocunq; exemplificari.

Præterea iure diuino tenet quis baptismū suscipere, & econtra

curatus ministrare, & tamē si semel illum susceperit, & alter ministraverit, etiā si ipsa successio & ministratio per aliquā deprauet circūstātiā, satisfaciat vterq; recipiens, & ministrans, ita vt nō oporteat factum reiterare.

Præterea Quod die per ecclesiā statuto ieiunatur iuxta ritū ecclesiæ, etiam per hoc humanam gloriam intendat, satisfacit præcepto de ieiunando, ita vt non teneatur iterare ieiuniū: igitur. Ad hūc modum potest de aliis dici.

Falsa igitur videtur opinio hæc. Et ad rationem quam pro se facit, scilicet, quòd ecclesia nunq̄ præcipit nisi actū bonum, vel saltem non malū. Fateor de actu bono in se, & obiectiue. Nam quod in se, & de se malū est, sub præcepto nō cadit. Attamen illud, quod nō sic malum est, bene cadit sub præcepto, quāuis accidat illud per aliquam circūstātiā extraneam vitari, & tamen illud agēdo, quod iustum est, satisfacit homo, vt reiterare nō teneatur, quāuis de malitia per eum appositā, sit illi pœnitendum.

Sit igitur respōsio: Quòd si horarū recitatio nil aliud habet, vnde sint reiterandē, nisi q̄ per aliquā circūstātiā deprauatē, siue sit circūstātiā loci, aut tēporis, aut finis, vitata est, q̄ nō sunt de necessitate ob id horę reiterandē, secūs si alia causa cōcurrat.

De secundo, id est, de horarū recitatione, cui defuit deuotio & attētio, an sit de necessitate reiteranda. Et nō loquor de illa cui defuit deuotio & attentio actualis solum, quia affuit virtualis, non est dubium, nisi quòd ob illam causam nō est necessariū horas redicere. Sed loquor quādo deest actualis & virtualis, vt quādo ex proposito in ipsa horarū cōtinuatione, ad alia indeuota aut vitiosa diuertitur contēplanda. Respon. Videtur hæc dubitatio ex quæstione supra disputata quodāmodo pēdere, scilicet, An ecclesia obliget & obligare possit præcipere ad exteriora. Nam si id cū multis doctoribus teneamus, quicquid cōmuniter dicatur, consequēter tamē adhuc positionē loquēdo, videtur, q̄ ex quo clericus tenetur ad horas solum ex humano præcepto, hoc autē nō nisi ad exteriora obligat, consequēs est, clericū nō teneri ad deuotionem mētis & attētionē ex præcepto ecclesiæ, & per consequens satisfacit præcepto ecclesiæ, si horas iustas vocaliter ex voluntate eas perfoluēdi dicat, etiā si nō habeat volūtātē eas deuotē & attēte dicēdi, supposito vt dico, q̄ ad id nō teneatur ex ecclesiæ præcepto. Et quāq̄ nonnulla culpa sit horas sine debi-

Eta attentione & deuotione recitare, vt supra dicebatur, illa culpa non contra ecclesie preceptum est, sed contra diuinum vel naturale ius, & ita erit de culpa poenitendum.

Si obiicias, quod clericus ex proposito ad indeuota diuertens, non orat vocaliter, cum oratio vocalis pre-supponat animi orandi actualem, vel virtualem, animus autem orandi Deum est animus deuote & attentè aliquid à Deo in oratione petendi, hoc enim est de ratione orationis, vt saepe tactum est, cum ergo qui ex proposito se ad indeuota diuertit, animum actualem aut virtuale orandi non habeat, consequens est, quod illa euagatione existente, non erat, & ex consequenti non satisfacit, & ita redicere tenetur.

Hec ratio maxime nonnullos mouet ad tenendum contra responsionem datam. Sed certe stando in opinione proposita, nil mouet. Nam aliud est clericum vere orare, quando horas recitat, aliud horas canonicas recitare. Et esto ita sit, quod in ratione dicitur, scilicet, quod orare proprie & vere sit deuote & attentè actualiter vel virtualiter aliquid à Deo petere, falsum tamen est, quod ecclesia obliget clericum ad orandum, quia ex opinione, ad interiorane minem ecclesia obligat: & cum orare, proprie seu strictè loquedo, interiorè deuotionem & attentionem importet, vt patet, certum est ecclesiam non obligare clericum, vt oret proprie, sed vt horas vocaliter dicat, & si deuotionem non apponat, apponit tamen eam ecclesia, cuius minister ipse clericus est. Et ita consequentia hæc non valet: Clericus est intento ad indeuota distractus, non vere orat: ergo non satisfacit precepto ecclesie. Quia licet non vere oret, tamen horas canonicas dicit, quod solum sub ecclesie precepto cadebat.

Si tamen teneatur altera opinio, scilicet quod ecclesia potest obligare, & de facto obligat clericos ad actus mentis, puta ad deuotionem & attentionem interioram, tunc esset maius dubium, An certum sit, quod clericus dicens horas sine deuotione & attentione actuali vel virtuali, teneatur eas redicere. Et pro affirmatiua parte videtur, quia qui tenetur triticum bonum, aut vinum album soluere, aut equum certo modo qualificatum, si triticum soluat non bonum, aut vinum non album, aut equum non talem, qualis solui debuit, non satisfacit & tenetur iuxta obligationem debitam persoluere. Cum igitur secundum hanc opinionem clericus teneatur horas canonicas deuote & attentè persoluere, idque ex precepto ecclesie, sequitur quod cum eas non tales ex-

oluat, tenetur eas quales debet redicere. Nam G perinde est, ac si loco rei integræ soluendæ, reddat rem defectuosam.

Praeterea secundum hanc opinionem clericus tenetur (cum horarum canonicarum illi iniunguntur) orare, cum autem horas dicit sine deuotione & attentione actuali aut virtuali, non orat: igitur ea, quæ tunc dicit, perinde est, ac si non dicat, & ita intentum, scilicet, quod teneatur ea redicere. Et ita videtur tere Palude in suo 4. Et post eum Adrianus in quolibet. Quam obligationem redicendi ita limitent, vt, scilicet, tales clerici teneantur redicere, vel loco eius aliud, auctoritate confessoris, deo persoluere.

Respon. Stando in hac secunda opinione, quod, scilicet, vt unquam; cadat sub precepto ecclesie, scilicet, horas dicere, & modus eas dicendi, scilicet, deuote & attentè, quantum Deus dederit, videtur quod adhuc sit durum, si qui indeuote, aut minus attentè horas semel dixerint, eosdem, vt eas iterum dicant, obligare. Ratio est, quia vt videtur, diuersa videtur precepta super hoc ab ecclesia tradita, vt ex ipso Caieta. apparet. Primum enim per ecclesiam preceptum fuit, vt horarum integrè dicerentur. Deinde secundo in cap. Dolentes. de celebra. missa. fuit iussum, vt deuote, attentè, seu studiosè dicatur. Quod si ita sit, facile absoluit difficultatē. Quia si quis horas dicat, & indeuote aut minus attentè, satisfacit precepto primo, de dicendis horis, etiam si non satisfaciat secundo, de adhibenda deuotione & attentione. Et ita post dictas horas non tenetur ea redicere, & si de defectu deuotionis & attentionis teneatur poenitentiam agere.

Secundo idem apparet ex hoc, quod si quis soluat creditori rem defectuosam, & ipse eam acceptauerit, non tenetur debitor aliam reddere, satis est si pro defectu aliquam aliam recompensam faciat, sed deus acceptat horas canonicas à clerico ministro ecclesie sic dictas: igitur clericus redicere non tenetur, sed per negligentiam deuotionis satisfacere oportet. Antecedens suppono, cum horas acceptet deus ex animo ecclesie, in persona cuius à ministro dicitur.

Per hoc patet responsio ad rationem primam in contrarium. Quia si quis debet triticum tale, aut vinum tale &c. & non reddit tale, tenetur tale reddere. Hoc ideo est, quia creditor non acceptat rem oblatam, cum talis non sit, qualis erat reddenda. Secus in presenti. Probat tamen de rigore, quod si Deus non esset contentus cum tali horarum solutione, esset de rigore illi iterum satisfaciendum.

Ad

Ad secundum probat ratio, stando in opinione, quod talis non in totum satisfacit precepto ecclesie, & ita est, quia in dicendo horas in casu, non tenet modum sub precepto ecclesie cadentem, ipsa tamen horarum recitatio cedit in solutum. Quod si de ecclesie mente constaret, quod scilicet non esset contenta de huiusmodi solutione, nisi cum debito modo horarum soluantur, tunc fateor damnarem clericum ad horas reiterandum, non tamen hoc ita esse video.

De tertio. scilicet de horis recitandis deuote & attentè, non tamen cum animo soluendi officium debitum &c. An sint de necessitate reiterandæ? Respon. absque disputatione, quod sic patet hoc per exemplum simul & per rationem. Si debeo Petro decem ducatos, & do illi decem ducatos animo donandi, non animo debitum soluendi, de rigore conscientie non sum deobligatus à priori debito. Si promisi unum equum, & do unum equum, non animo complendi promissum, sed vel donando sponte, vel animo inducendi eum, cui do, vt beneficiat mihi, certe non maneo liber à promissione complenda. Si mercedem ab aliquo accipi, vt pro eo missam celebrare, & postea non ob stipendium, sed gratis, aut ob aliam causam pro eo celebros, non maneo liber à debito. Igitur ita in proposito.

Et facit ratio pro his omnibus, quia eo ipso, quod rem debitam vel æquivalentem creditori do, non cum animo me quitandi, seu me à debito liberandi, videor aperte volens, & sponte sub eodem priore debito manere, & ita teneor sicut prius.

Inde est, quod si horas dico animo non persoluendi debitum sed recreationis in legendo capiendæ, vel quod scriptum est intelligendi, vel alium horas ipsas docendi, si animus non sit tacitus aut expressus officium mihi iniunctum persoluendi, non maneo à debito liber, & ex consequenti teneor horas redicere.

Si obiicias de ieiunante die ab ecclesia designata, non tamen cum animo se quitandi, non tenetur alias iterum ieiunare. Similiter curatus pro populo celebrans, non cum animo se quitandi, sed gratis beneficiandi, non tenetur iterum pro populo celebrare loco illius diei. Igitur etiam clericus horas canonicas dicens, non cum animo soluendi officium, sed ex particulari deuotione, non tenetur horas iterare: Respon. In parte est idem de his omnibus iudicium, & in parte non. Nam quando ieiunium aut missam celebratio, aut horarum recitatio pro certa die iniunguntur, transacta die, cessat obligatio ieiunandi, & missam illam cele-

brandi, & tales horas persoluendi: quia non fuerunt hæc iniuncta, nisi determinate tali vel tali die: vt ieiunium in tali vigilia, horas de tali sancto in tali die dicere. Et ideo transacta die, non manet obligatio ad illa agendum, siue fuerint in die designata facta siue non. Et hæc est ratio, quare si quis in vigilia assumptionis non ieiunauit, non tenetur postea vice illius in alia die ieiunare. Ita si quis in die assumptionis horas non dixit, non tenetur in alia die vice illius eas dicere. Erat enim obligatio ad certum diem limitata. Si tamen alicui esset iniunctum ieiunium absque diei determinatione, & ieiunaret hac die non cum animo se quitandi, aut cum animo soluendi debitum: tunc non manet liber à debito ieiunij sibi imposto, cum maneat illi tempus complendi, quod illi fuerat iniunctum. Ad propositum, si clericus hac die, mane scilicet dixit horas totius diei ex sua deuotione & sponte, & non cum animo se quitandi sed gratis, cum maneat illi adhuc dies vt possit debitum soluere, tenebitur eadem die horas redicere, secus die transacta.

An autem curatus omittens missam pro populo certa die, qua tenetur celebrare: aut si celebrat pro populo, non tamen cum animo se quitandi, seu debitum persoluendi, sed gratis donandi, teneatur postea alia die pro populo celebrare per se, vel per alium, ne populus beneficio sibi debito defraudetur: esset aliud dubium, & non multum proposito distans. Crederem quod tenetur vel alia die celebrare, vel alium, quod in populi spirituale commodum cedat, in recompensam facere. Et hoc ratione beneficii, quod à populo recipit. Beneficium enim datur propter officium, ideo vel officium compleat, vel receptum restituat. Secus fortè, imò sine fortè, videtur de clericis non beneficiatis, qui horas certa die omittunt: vel si eas dicunt, quod tales, elapsis illis diebus, non tenentur horas prius omittas redicere, nec fortè aliud in recompensam facere: quia aliud est aliquem teneri ad aliquid ob mercedem pro eo susceptam, aliud ex simplici precepto superioris, in quo casu si omittat, satis est de inobedientia poenitentiam agere.

Et procedunt hæc omnia de reiterandis horis, casu, quo clericus certus sit, se horas integrè dixisse. Nam si dubius sit dubio probabili, tunc ob periculum tenebitur reiterare, quantum dubium se extenderit, scilicet, vel in toto, vel in parte, secundum exigentiam dubij, idque quamcumque opinionem ex dictis teneas.

Est itaque resolutio, quod horarum canonicarum veniunt ob duas causas redicendæ, scilicet,

Z 4 licet,

E licet, ob conscientiam recitantis, & ob solutionis defectum. Primum sit, si post semel dictas horas clericus manet dubius, maxime si probabile sit dubium, an integre eas dixerit, nec ne, talis tenetur horas eadem die redicere, iuxta exigentiam dubij, id est, si de magna parte horarum dubitatur, redicatur illa magna pars: si de parua, parua. Et inde est, quod defectus attentionis siue ex voluntate, siue præter voluntatem euenerit, si tanta fuit euagatio, quod facit clericum dubium, an dixerit, vel non dixerit horas, tenetur ob conscientiam dubiam redicere, ne se periculo omittendi exponat.

Secundum fit, quando præcepto ecclesie de recitandis horis non est satisfactum in ipsa horarum recitatione, quia tunc redicende sunt, etiam si alias dictæ sint, ut scilicet, si non animo soluendi de bitum, sed gratis, & ob aliam causam fuerint dictæ, ut supra dictum est.

An autem per horarum interruptionem sint redicende, scilicet, quando cœpta aliqua hora recitari, & nondum cœpta, cessatur à recitatione, & alia loquutio, vel meditatio vel aliud opus per notabile tempus interponitur, an inquit sufficiat postea ad horas redeundo proficere, quod cœptum erat, an potius sit necessarium horam cœptam iterum ab initio dicere, non potest certa regula tradi, eò quod multa sunt & diuersa illa, quæ interponi possunt.

Re, non potest certa regula tradi, eò quod multa sunt & diuersa illa, quæ interponi possunt. Nam si sola meditatio in rebus, maxime bonis, interponatur, aut etiam aliqua loquutio ob causam necessariam aut urgentem oblatam, aut opus aliud breui finiturum, non dicere clericum teneri reincipere, secus alias. Quamquam tutius sit semper horam cœptam in casu reincipere. Sed nec vellem clericos nimis scrupulosos esse, casu quo putat se vix non integre pronuntiasse, vel aliquantulum syncopasse, vel verba aliqua non voce sed gutture dixisse, dummodò defectus non sit valde notabilis, quia tunc satis est de defectibus homini penitentiam agere.

Pro his, quæ supra conclusa sunt, vide Gabrielem in Canone dicentem, quod qui ex proposito euagatur, tenetur horas redicere. Et citat pro se Thomam in 4. dist. 15. ad quartum. Sed illic non dicit Thomas, nisi quod peccant, qui ex proposito euagatur. Citat etiam Gersonem in de Oratione. Sed illic Gersonius dicit, quod tales peccant, vel redicere tenentur, ubi non absolute affirmat, quod redicere tenentur, sed vnum est duobus audet dicere, maxime cum in de regulis moralibus, & in de vita spirituali, lec. 4. dicat, aperte satisfacere præcepto ecclesie eum, qui voce orat, quacumque; metiseuagatione posita. Du-

ran. in. 4. dicit, quod qui ex proposito euagatur interiorius, & horas dicit, satisfacit præcepto ecclesie. Secus si tempore, quo recitat, in opere exteriori distractio se occupat, tamen non dicit, quod tenetur redicere. Idem dicit Caieta. quod talis peccat contra ecclesiam, voluntarie se distrahens, non tamen dicit, quod tenetur redicere. Floren. 3. parte ait: quod qui voluntarie distrahitur, modo horas dicit, satisfacit, licet per contemptum peccet, non tamen tenetur redicere. Palude, quod peccat in casu contra ecclesiam, & tenetur redicere, vel alium loco eius impositum à confessione implere. Mihi videtur quod supra dictum est.

De valore Orationis

pro seipso facta.



Liud dubium de

valore orationis, qua pro se orat, & priuatim: nam de valore Orationis, quæ palio funditur, postea. Premittendum primum, quod est triplex oratio: quædam viua, quæ ex charitate fit. Quædam mortifera, quæ vitiosa & peccaminosa est.

Quædam verò mortua, quæ bona quidem est saltem moraliter, tamen extra charitatem facta.

Iterum tribus modis potest Oratio valere, scilicet, per viam meriti, per viam satisfactionis, & per viam impetrationis. Habet autem Oratio quod meritoria sit, non ex natura sua, sed ex charitate & gratia Dei ex qua fit, sicut & reliqua humana opera, quæ apud Deum meritoria sunt, de quibus ait Esai. Omnes iustitiae nostrae sunt velut pannus menstruatus. Charitas autem dat eis vitam, & pondus & valorem apud Deum, non quod charitas illa creata id habeat à natura sua, scilicet, facere actus ex ea procedentes, meritorios de condigno (nam de hoc nunc loquimur) sed ex Dei acceptatione aut ordinatione, qui in lege sua promissit, opera nostra bona ex charitate facta, remunerare. Hoc dicitur communiter de charitate.

Habet tamen hoc dubia duo contra se. Primum est, quia Deus in lege sua non solum ordinavit & promissit acceptare, seu remunerare actus humanos ex charitate procedentes, sed etiam eos, qui charitatem ipsam quodammodo præcedunt, ut patet de dilectione Dei & proximi, quam peccator primum elicit, per quam à peccato resurgit. Patet etiam de penitentia cordis prima, per quam iterum à peccato resurgit. Hos enim actus, etiam si ex charitate

A charitate non fiunt, sed ad eam disponat, promissit Deus frequenter in lege sua acceptare. Vnde Augustinus super epistolam ad Romanos. Si Deus confugientes ad se non admitteret, esset in eo iniquitas, & iniustitia, quippe qui promissa non compleret. Si igitur ita sit, apparet orationem, & alia opera humana quæ meritoria de condigno dicuntur, non ex charitate habere, quod talia sint: sed potius ex Dei promissione, quam in lege nobis significauit.

Secundo esset contra idem aliud dubium. Quia si sola charitas

daret pondus & valorem orationi & aliis operibus, quæ meritoria dicuntur, sequitur quod omnia opera ex æquali charitate procedentia essent æqualiter meritoria: & oratio quanto ex maiore charitate fieret, tanto esset magis meritoria simpliciter. Quod tamen inde videtur falsum: quia benefacere inimicis & pro eis particulariter orare, maioris meriti est, quam pro amicis id facere. Quod Christus significat Mat. 5. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, & benefacitis his, à quibus prius recepistis, quæ merces est vobis? Nam ethnici hoc faciunt. Et clarè id docet Paulus ad Romanos. 5. ubi Christi charitatem ad nos inde magis commendat, quod cum inimici essemus, pro nobis pati voluit. Ad hunc modum possent plura inconuenientia alia inferri, sed quia alibi non nihil scripti de merito apud Deum, tam de congruo, quam de condigno, ideo ad præsens super sedeo.

B Et breuiter dicendum ad præsens, quod appellando meritum proprie opus, cui de iustitia præmium seu merces debetur, de iustitia inquam legali saltim, illa opera dicuntur apud Deum de condigno meritoria, pro quibus Deus in lege remunerationem promissit: nam secludere Dei promissionem, certè non erit Deo alicui homini alicuius præmij debitor de iustitia, quodcumque; opus bonum homo faciat. Quia igitur humana opera bona propter Deum ipsam facta, similiter & orationem ex amore ipsius procedentem, promissit Deus ad præmium acceptare, ideo currit communis sententia, quod oratio sicut & reliqua opera sunt meritoria, quia ex charitate fiunt. Attamen non ex sola charitate commendandum est meritum, seu valor operis, aut orationis inde procedentis, cum ad id multum conferat voluntatis conatus, & operis difficultas, & operantis perseverantia, & aliqua alia huiusmodi. Quare vel negandum, vel corrigendum videtur quoddam dictum Cancellarij Parisiensis. in de valore orationis cum ait: Quod licet orare pro amicis, aut inimicis, pro paucis, aut multis, &c. valeat præmium acciden-

tale diuersificare, tamen præmium essentiale, quod oranti debetur, semper est æquale, ob charitatem vnam, ex qua oratio procedit.

Dicitur autem oratio satisfactoria, ea ratione, quia de iustitia similiter illi debetur poenæ pro peccatis debita relaxatio, vel in toto, vel in parte secundum exigentiam orationis. Sicut enim promissit Deus pro bonis operibus remunerationem, ita & pro peccatis operibus, quæ sunt fructus digni poenitentiae, remissionem peccatorum. De quo vide supra ubi de satisfactione agebamus. Oratio enim licet non semper de facto cruciet orantem: attamen ex ratione sua est orationis cruciatiua, seu afflictiuua, & ideo inter opera poenalia computatur. Assumptum patet, tum ex eo, quod scribitur Ecclesiastice. 12. Frequens meditatio, carnis est afflictio. Et Ecclesiastice. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnem, & cogitatio illius auferet somnum. Tum etiam, quia oratio in se includit humilitatem, qua homo ea etiam, quibus ad corporis & animæ salutem indiget, diuinæ voluntati per omnia committit, sua propria voluntate postposita, quod in se quid arduum & difficile est: quandoquidem est contra omnem naturam inclinationem. Et etiam, cum propter Deum summè dilectum oratio fiat, ipsa Dei dilectio in se est quid arduum, & naturam nostram valde difficile, quæ contra omnem naturam inclinationem facit omnia nostra, & nos ipsos, pro Deo postponere & contemnere, paratos cuncta mala subire potius, quam ipsum in minimo offendamus: includit etiam, ut plurimum, oratio, cordis cõpunctionem, & dolorem de offensis contra Deum commissis, cuius opere scit ipse, qui orat, indigere. Hæc autem cordis cõpunctio, etiam poenalis est: merito igitur oratio est satisfactoria.

Dicitur verò oratio imperatoria, quia valere solet ad viam gratiæ & liberalitatis ipsius Dei ad id quod in ipsa petitur obtinendum, etiam si de iustitia illud oranti minimè debeatur. Vnde si Deus deneget petitum, non inde arguetur iniustitia.

Sed statim obiicies, quod oranti debeatur de iustitia legis id quod petitur: sicut de iustitia legis debetur merito præmium, & fructus poenitentiae peccati remissio. Nam sicut hæc in lege à Deo promissa sunt, ita & illud, iuxta illud Matth. 7. Petite, & accipietis: quærte, & inuenietis. Et iterum: Quodcumque; petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis.

Dicendum ad præsens, quia de hoc, An scilicet oratio semper à Deo exaudiatur, postea videbitur. Pro nunc autem

Z 5 cõcedendum

concedendū est, Deum se collaturū promissif se, quod illi fuerit in nomine Christi postulatum: concurrentibus tamen nonnullis conditionibus, quibus positus, tunc debetur de iustitia, quod fuerit petitum. Si tamen non omnes condiciones concurrant, auditur aliquando orans liberaliter, quæ audire de iustitia Deus minimè tenetur. De quo post, & tunc erit oratio impetratoria.

Quod autem aliud sit orationem esse meritoria, aliud impetratoriam exemplo aperto beati Pauli constat: qui cum Dominum instanter orasset, ut illi stimulum carnis auferret, meruit petere ex charitate orando, non tamen quod petebat, impetrauit, ut habes. 2. Ad Corinth. 12. E contra similiter fiat orationem esse impetratoria, quæ tamen meritoria non est, ut constat de oratione, quæ sancti pro nobis fundunt, qui multa pro nobis orando, nobis impetrat: & tamen non per viam meriti, quia Deus non ex iustitia, sed ex gratia sua illos exaudire dignatur. Similiter patet de oratione peccatoris, per quam homo sepe impetrat, quod petit: & tamen non est meritoria oratio, cum sine charitate fiat.

Non tamen fiat orationem esse meritoriam, quin satisfactoria sit, ex communi doctrina: quia scilicet omne opus meritorium, est de se satisfactorium: specialiter autem oratio, ob causas supra dictas.

An autem e contra fiat orationem esse satisfactoria, quæ non sit meritoria, questio est inter Scotistas, & Thomistas. His dicentibus, quod opera alioqui bona in peccato mortali facta, satisfactoria non sunt, illis vero e contra. Quam questionem quia alibi tetigi, non opus est eam repetere. Posset tamen ad præsens dici, & ita videtur tenendū, quod quavis operibus bonis ex charitate factis aliqua debeatur remuneratio ex iustitia largè sumpta, prout iustum dicunt sancti illud esse, quod diuinā liberalitate & bonitatem alteri conferre decet, maximè si ex parte alterius aliqua subsit retribuendi ratio: quæ admodum in peccatore opera poenalia propter Deum suspiciente, subest aliqua ratio, ut illi offensa condonetur, & si opera alia virtutum in peccato faciat: similiter adest ex parte sua aliquis remuneracionis causa, quibus positus diuinam decet bonitatem illis condonare, his autem retribuere. Sic legitur retribuisse obstetricibus Aegyptiis, quibus domus ædificauit, quia pueros hebræorum suffocare tempore partus noluerunt: timuerunt enim magis regem coeli, quàm terræ. Sic remunerauit Na-

buchodonosor, pro eo quod bellū strenuè gesserat contra inimicos Dei. Sic temporale imperiū contulit Romanis, ob strenua gesta, & iustitiæ opera, quæ in sua infidelitate faciebant, ut ait Augu. in de ciuitate Dei. Itaque subsistente ex parte hominis peccatoris aliqua retributionis ratione, accedente Dei bonitate, decens est ex parte diuinæ bonitatis, & ita iustum, ut illis retribuatur, vel condonando, quæ admiserunt: vel præmiando, quæ fecerunt. Et hoc modo opera in peccato facta alioqui bona, possunt dici satisfactoria de iustitia largè sumpta, ut modò dictū est: quanquā non de iustitia strictè sumpta: quia Deo non illis condonante, non esset arguendus iniustitiæ. Et per hoc possent opiniones contrariæ aliquantulum concordari, ut etiam alibi tetigi.

Ad propositum ergo de oratione extra charitatem facta, quæ meritoria non est, an sit satisfactoria dicenda: Respō. quod satisfactoria largè dici potest ad sensum dictum, ut patet, non tamen strictè. Quod apparet, tum ex communi dicto Pauli ad Corinth. 13. Si tradidero omnem substantiam meam in cibos pauperum, & fidem habeam, ut montes transferam, & linguas hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Vbi simpliciter significatur, omnem illorum operum in peccato factorum fructum perire, remunerationis & condonationis, quem alioqui opera illa peperissent. Tum etiam, quia Christi discipuli multa bona opera & virtutes fecerunt: tamen quia in peccato erant, à Deo non sunt accepta, iuxta illud Mat. 7. Multi dicunt Dñe Dñe, in nomine tuo prophetauimus, in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: quibus tamen dominus dicturus est, Non noui vos. Discedit à me operari iniquitatis. Tunc ex eo, quod ait Esaias: Omnes iustitiæ nostræ sunt velut pānus mēstruata. Nisi igitur operum maculæ & defectus per charitatem abstergantur, non sunt talia, quibus de iustitia condonatio aut merces debeatur. Tum denique ex illo, quod habetur Hier. 4. Nouate vobis nouale, & nolite super spinas serere. Qui enim super spinas, si mul suffocant semen, & perit fructus. Igitur ut opera nostra fructificent, oportet prius spinas peccatorum à mente excidere: alioqui de iustitia merces nulla illis debetur.

Facit etiā pro hac parte ratio, quia peccator ob culpam specialiter mortalem māsit ex iustitia Dei poenæ æternæ obnoxius: sed per cōtritionē æterna illa poena remissa

missa fuit, & in temporalem cōmutata, non quacūq; sed quam deus ipse per se de peccatore fumeret, vel per tortores suos infligere vellet. Quod si peccator ipse loco vindictæ seu poenæ iudicialis, cui ex iustitia erat obnoxius, velit orationem fundere, vel aliud opus extra charitatem facere, in libera potestate dei, qui iudex est, erit illud loco poenæ acceptare, & si non acceptet, non arguetur iniustitiæ. Accipe exemplum clarum, de iudice humano, seu legislatore, qui pro certo delicto in legem commissio, statuit iustè, quod peccator delicti centum flagellis subiiciatur. Sit ita, quod præfatus delinquens ipsemet, vel per se, vel per alium, quem velit, sibi ipsi centum inferat flagella: certè hic non satisfacit iudici de iustitia: quia iudex si hanc flagellationem acceptare nolit, non erit iniustus, sed poterit per tortores, & iustitiæ executores, illi centum alia flagella inferre. Ita igitur in proposito.

Ex dictis aliquantulum patet, ad quid valeat, & quomodo vnaquæque oratio. Illa enim quæ viua est, ex charitate procedens, qua decens aliquid sicut cōuenit, à deo petitur, illa inquam meritoria est, & valet ad augmentum gratiæ & gloriæ, sicut & quodcūq; aliud opus meritorium, etiā si non semper impetratoria petitionum sit, ut ex dictis patet. Et si cut meritoria est, ita etiā est satisfactoria, idque ex iustitia legis, potius, quæ ex conditione & natura ipsius charitatis vnde sit.

Illam vero orationem quæ mortifera est, & dei offensiuā, nec meritoria est, cum ex charitate, imò contra charitatem sit: nec satisfactoria ex iustitia, eo quod illi non solū non debet condonatio, aut retributio, sed potius supplicium, cum dei offensiuā sit. Sed nec impetratoria, cum digna sit, cui dominus aures suas occludat, & orantem meritò à se longè repellat.

Illam vero orationem, quæ mortua quidem est, at tamen alioqui, moraliter saltem, bona, nec meritoria est, nec satisfactoria, strictè loquendo: solet tamen esse impetratoria. Quorum primum, cum certum sit, similiter & secundum, Tertium patet auctoritate Augustini super illud Ioan. 9. Scimus autem quia peccatores deus non exaudit, ait, quod loquitur homo ille velut inunctus, hoc est nondū factus à spiritu sancto illuminatus: Nam peccatores deum colentes, & humiliter ab ipso aliquid petentes, deus exaudit. Cuius exemplū clarum est de Maria Magdalena, de publicano illo, qui fitebatur peccatum, & dei misericordiam implorabat. De Zachæo, de latrone, de aliisque pluribus, quos nobis scriptura in exemplum p-

ponit. Patet igitur ex his, ad quid valet oratio meritoria, ad quid satisfactoria, ad quid impetratoria,



Ed quæres cum sepe cōtigat orationem nec impetratoriam esse nec meritoria, qualis est oratio, quæ mortua dicitur, ad quid valebit huiusmodi oratio, & eiusdem

continuatio?

Ad id respondetur idem, quod de operibus bonis in peccato factis solet à doctoribus responderi. Valet enim ad multa. Primò ad obtinendum saltè dispositiuè gratiæ, & peccati remissionem: maximè si oratio illa in deum summè dilectū dirigatur, & gloria ipsius potius, quàm aliud temporale queratur. Tunc enim ipsa dei dilectio disponit ad gratiā, imò secundū cōmunem doctrinā, illā habet concomitantem, aut si non habeat deum pro fine, sed aliud quid bonum & honestum, valebit ut bonam inspirationem obtineat, qua ad deum confugiat, ut sic tandem gratiam acquirat. Sic legitur de publicano, quod cum deum oraret, descendit iustificatus in domum suam. Secundò, valet etiam ad promerendum temporalia beneficia. Sic legitur de Nabuchodonosor, quod deus illi dedit regnū Aegypti, eoque in bello diu cum exercitu suo seruiert, & tamē infidelis erat. Vnde intelligimus, ut ait Hieronymus, etiā ethnicos si quid boni fecerint, absque mercede non preteriri. Tertio valet ad euitandum peccatū, ut si fortè tenebatur ex precepto vel voto orare, oratio euitat peccatū, quod non orando incidere, etiā si extra charitatem oret. Quarto valet ad resistendum inclinationi peccati: per opera enim virtutum resistitur vitii in contrarium inclinātib, adeo ut vitia ipsa per virtutum exercitiū, vires amittant, & remittantur. Maximè vero oratio resistit inclinationi superbiæ, ob humilitatem, quæ oratio habet annexam. Cuius simile legitur de eleemosyna: Ecclesiastici. 1. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccato. Quintò valet ad hoc, quod homo habitus bonos in mēte generet, quod non parum sibi proderit, ad faciilius & frequētius merendū, per orationes postsuperuentū charitatis frequenter fusas, quando facile poterit ob consuetudinem propter deum orare, qui ante charitatem non propter deum orauerat. Sextò valet ad impetrandum preces sanctorum pro se: sancti enim videtes in verbo, quod homo

Emo se illis commendat, ipsi excitantur ad in-
terpellandū pro illo: specialiter angelus, cui
illius hominis cura commissa est. Itaq; quis
non semper oratio à deo exaudiatur, vt con-
ferat, quod orans petit, nō inde ab oratione
cessandum est tanq̄ a re inutili: quādo quidē
hæc prædicta & multa alia commoda ora-
tio ipsa potest oranti afferre: maximè quia,
quæadmodum ait Gerson, in de valore ora-
tionis, sunt aliquæ orationes, quæ suam vim
ex opere operato ad aliquos salutares effe-
ctus habent, vt exemplificat de oratione do-
minica, cui vim contulit ipsa dei institutio.
Et de orationibus factis ab ecclesia, quibus
etiā fides formata ipsius ecclesiæ nonnullam
cōfert vim, deo eas, vti decet, approbāt. Quæ
quidem, & si in orante meritum desit, suam
vim aliunde habitam non amittunt.

De his quæ requiruntur ad efficaciam orationis.

F **X** dictis, imò cō-
tra dicta, duæ videntur
insurgere dubitationes:
Vna est, si oratio viua, q̄
ex charitate fit, non sem-
perest impetratoria, quæ
igitur est illa oratio de q̄
Christus sæpe per euangelistas certos nos fa-
cit, q̄ à patre exaudiatur? Si mortua, exaudi-
tur aliquando, quando scilicet deo placet. Si
viua non semper exauditur. Quæ igitur est
illa, de qua Christus dixit Ioan. 16. Amē amē
dico vobis, si quid petieritis patrem in nomi-
ne meo dabit vobis. Et iterum. Quodcunq;
volueritis, petetis, & fiet vobis.

Secūda est, Quomodo verum est, q̄ ora-
tio mortifera seu peccaminosa
non est impetratoria, cum videamus eam ali-
quando à domino exaudiri & adimpleri,
& si non semper. Nam iudei in deserto existi-
tes, petierunt carnes vt comederent (nauscā
n. fecerat eis Manna coelitus datum) & ob-
tinuerunt: nam data est illis coturnix ad
fatietatem. Iterum cū periudices regerentur,
& regimen teneret Samuel, quem dominus
illis præfecerat, petierunt regem, & datus est
illis rex: & tamen constat eos, tā primò, q̄ se-
cūdo peccasse, carnes, & regem petēdo: Deus
enim aduersus eos iratus vtrobq; legitur.

Respon. Non dubium est, vt supra tā-
gebatur, Christum in locis ci-
tatis, & etiā in aliis, promississe orationes no-
stras à patre exaudiendas. Vnde & nobis cer-

titudinem hanc dedit, vt Ioan. 1. Cano. capit. G
vltimo etiam asserit dicens: Et hæc est fide-
cia, quam habemus ad deum, quia quod-
cunq; petierimus secundum voluntatem ei⁹
audit nos. Et scim⁹ quia audit nos, quicquid
petierimus. Scimus, q̄ habemus petitiones,
quas postulamus. Verū id non de quacunq;
oratione, etiam à iusto fusa, intelligendū est,
nisi certas habeat cōditiones, specialiter qua-
tuor, videlicet, q̄ fiat piè, id est ex charitate,
fide & spe. Quod si at perseveranter. Quod
media congrua homini possibilia ad impe-
trandum optatum non negligantur. Quod
idq̄d petitur tale sit, q̄ ad salutē orātis, & dei
gloriā cōducatur. Adde hoc, scilicet, q̄ orans p̄
seipso petat, quod petit. Si enim hæc omnia fi-
ant, nō dubium est, quin oratio à deo exaudia-
tur, & erit impetratoria: modò impedimētū
peccati nō superueniat, quo homo fiat dign⁹
nē audiatur. Nec dico hæc omnia necessaria
esse, vt impetretur, quod petitur: quia multis
ex his deficientibus, solet dominus postula-
ta concedere, sed ex sua gratia & liberalitate,
nō ex promissionis debito. Si tamen omnia
atsint, ex debito promissionis ad votū cōde-
scendet orantis. Quod autē hæc omnia neces-
saria sint, vt certa sit orationis impetratio, fa-
cilè apparebit, si autoritatis scripturæ de
hoc tractantes, in vnum colligantur. Et qui-
dem, quis de charitate expressè mentio non
fiat, bene tamen æquiualeter, idq; in mult-
is locis. Illos enim exaudiendos à deo dicit,
qui mādāta dei faciūt, & verba eius audiūt.
Qui etiam timent deum, qui etiam conscien-
tiam puram à peccato mūdātam habēt. Hos
autē certum est in charitate dei esse. Dicitur
enim Ioā. 15. Si māseritis in me, & verba mea
in vobis māserint, quodcunq; volueritis pe-
tetis, & fiet vobis. Et Ioan. in canonica. cap. 3.
Charissimi, si cor nostrum non reprehēderit
nos, fiduciā habeamus ad deū, & quicquid
petierimus accipimus ab eo, quoniam man-
data eius custodimus, & ea quæ sunt placita
coram eo facimus. Cui consonat psal. Si ini-
quitatem aspexi in corde meo, non exaudi-
et dominus. Ait iterum in psal. Voluntatem
timentium se faciet, & deprecationem eorū
exaudiet, & saluos faciet eos. Et loquitur de
timore sancto, qui permanet in sæculum sæ-
culi, quo scilicet timet quis peccare, nē deum
offendat. Et dicitur timor castus & filialis,
q̄ sine charitate esse nō potest. Igitur si orās
mādāta nō seruet, si cōsciētā à peccato non
mūdāt, si deum non timet, non est cui Chri-
stus promissit eius orationem exaudiendam.
De

A **D**e fide autem & spe, dicitur Matth. 12.
Amen dico vobis, si habueritis fidē
& non hæsitaueritis, non solum de ficulnea
facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle &
iacta te in mare, fiet. Et sequitur: Et omnia
quæcunq; petieritis in Oratione credentes,
accipietis. Et Ioan. 14. Amen dico vobis, qui
credit in me, opera quæ ego facio, & ipse fa-
ciet. Et quodcunq; petieritis patrem in no-
mine meo, hoc faciam. Et. 16. Si quid petierit-
is patrem in nomine meo, dabit vobis. In no-
mine autē Christi dicitur quis aliquid à Deo
petere, qui fidem habet in Christū, omne bo-
num nobis de cælo ob merita Christi eueni-
re credens. Vnde & ecclesia in omnibus Ora-
tionibus, in quibus aliquid à Deo petit, petit
illud per Christū Dñm nrm &c. Et Iacō. in
sua Canonica: Si quis indiget sapiētia, postu-
let eā à Dño. Et sequit: Postulet autē in fide,
nil hæsitans. Non ergo existimet homo ille q̄
hæsitat, q̄ accipiet aliquid à Dño. Ex quib⁹
apertè videtur, q̄ Dñs nō promissit se quenq̄
in Oratione exauditurū, nisi fidem, spem, &
charitatem habeat. Opus enim est orātis atle-
ctum in Deū finaliter tēdere, quod charitatis
est: & credere, q̄ potens est, si velit, quod peti-
tur elargiri, & in sua bonitate confidere: q̄ si
verè expedierit, ad vota condescēdet orantis.

B **D**e perseverantia in Oratione vt certa sit
eius impetratio, apparet ex eo, qd̄ di-
xit Christus Lucæ. 11. vbi post traditā orandi
formam, ait Dñs: Quis vestrū habet amicum
& ibit ad illū media nocte, & dicit ei, Amice
commoda mihi tres panes &c. Et illo dene-
gāte, instāter petat. Et sequitur, si ille perseue-
rauerit pulsans, dico vobis, & si nō dabit illi
furgēs, quia amicus est: ppter improbitatem
tū ei⁹ surget, & dabit illi quotquot habet ne-
cessarios. In quo apertè docemur, nō fatis esse
Deū orare, etiā si amici eius simus, nisi in O-
ratione perseveremus, vt certa sit nostræ peti-
tionis impetratio. Itē Luc. 18. Oportet semper
orare, & non deficere. s. quousq; fiat quod in
Oratione petiit. Et statim ponit parabolā de
iudice, qui viduē iustitiā postulāt, eam nō ni-
si post importunas & frequētes preces ipsi⁹
viduē ipsi facere voluit. Vnde & beatus Gre-
go. in Moralibus ait: Virtutis pōdus Oratio
non habet, quā nequaquā perseverantia conti-
nui amoris tenet. Et Chryso. in De compun-
ctōne cordis, ait: Ab Oratiōe nō recedas, do-
nec accipias finē postulati. Si igit quis ex cha-
ritate, fide, & spe orauerit, si tamē nō perseue-
ret, nō est certa petitionis impetratio, aut O-
rationis exauditio. Vnde nō ab re dixit bea-

tus Iacobus in Canonica: Multum valet de-
C
precatio iustia assidua.

De diligentia humana apponēda ad im-
petrandum postulatum, vt certa sit
petitionis obtētio, satis patet: quia qui aliqd̄
à Deo petit, ad cuius assequutionem ipse hu-
mana remedia conueniētia habet, per quæ il-
lud acquiri pōt & solet, & ea negligēs, à solo
Deo sperat id obtinere: talis in quā non videt
Deum orare, sed tētare. Vt si à Deo peccator
veniā, & mediū ad id ordinatū dimittat, scili-
cet poenitentia: aut si scientiā petat, & literis,
aut lectōni incubere nolit: aut si sanitatē pe-
tat, & medicos, ac medicinā contemnat: indi-
gnus est re vera, qui audiat: quia vel irridet,
vel tētat Deum. Vnde Dñs reprehēdit duos
discipulos filios Zebedæi, q̄ cum peterēt cum
Christo in regno eius sedere, & mediū ad id
esset tollere crucē, & sequi Christū, de medio
tū nil ordinabāt nec cogitabāt. Vnde nō im-
meritò Chrs̄ eos interrogauit, dicēs: Potestis
bibere calicē, quē ergo bibitur⁹ sam &c. Sine
hmōi igit̄ humana diligentia si aliquid à Deo
petatur, non erit certa petitionis impetratio.

De re ipsa, quæ petitur, q̄ talis debeat ef-
se, quæ ad orātis salutem & gloriam
Dei pertineat, vt certa sit Orationis exaudi-
tio, etiā inde apparet, q̄ dixit Chrs̄ Mat. 6.
Quærite primò regnū Dei, & hæc omnia ad-
iicientur vobis. Non regnū vestrum, quo re-
gnetis, sed regnū Dei, quo Deus regnet in
vobis. Vnde in Oratione Dominica, à gloria
Dei petitiones incipiūt, cum primò petitur,
Sanctificetur nomen tuū. Postea, quæ ad sa-
lutem vestrā pertinent, apponunt. Ita & Pau-
lus docet, vt quicquid agimus, in gloriā Dei
faciamus, si scilicet Deo in opere illo placere
volumus. Et quia nescimus, an quod petim⁹,
ad gloriam Dei conferat, scit autem id Deus:
ideo omnia nostra vota opus est Deo cōmit-
tamus. Nam quid oremus, sicut oportet, vt
inquit Paulus, nescimus. Vnde si sæpe iusti
Oratio non exauditur, ideò est, quia vel non
principaliter in ea gloria Dei prætēditur: vel
id, quod petitur, pro tunc ipsi oranti non ex-
pedit. Sicut non expediebat Paulo nec eccle-
sia, quod Deus exaudiret illum, quādo vt au-
ferret ab eo stimulum carnis à Domino pete-
bat, etiam si instanter id petierit, vt ipse dicit.

De postremo, scilicet, q̄ vt certa sit peti-
tionis impetratio, opus est oret pro
seipso &c. id communiter colligūt Doctores,
ex multis suprā allegatis dictis Christi, in qui-
bus nō videtur promittere aliis ab orātibus
sed ipsismet, quod petierint: vt quando ait,
Si quid

E Si quid petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis. Et iterum: Quaecunque petieritis in nomine meo, accipietis.

His igitur, quae dicta sunt, concurrentibus, certi sumus, sicut & esse debemus, quod Oratio erit impetratoria: imò ex debito & iustitia legis complenda petitio: quando quidem Christus ad id sua se promissio ne obligauit. Et quae non statim vota orantis Deus compleat, non propter hoc diffidendum est, quin nobis perseverantibus adimplebit. Differt enim aliquando vota comple re, prout ipse fecit ad gloriam suam, & salutem nostram magis expedire. Et per haec patet ad primam dubitationem.

Ad secundam de Orationibus mortiferis, quae aliquando audiuntur: Fateor, sed in damnationem ipsorum petentium. Quemadmodum in malum Iudaeorum Regem petentium, datus est illis Rex. Vnde & Dominus mala, quae sub Rege passuri erant, illis praedixit, ut habetur. Reg. 8. Similiter in malum eorum datae sunt illis coturnices, quando carnes petierunt: siquidem in earum comestione multi perierunt. Ita etiam credendum est, Deum multorum impoenitentium & obstinatorum Orationes audire, in quibus solum bona corporis aut fortunae petunt, sciens hoc illis in maiorem ipsorum condemnationem cessurum.

Vnde fit, ut nec hi, quorum Orationes huiusmodi semper exaudiuntur, superbire nec illi, quos Deus non audit, diffidere aut desperare debeant. Saepe enim Deus iratus contra Orantem, concedit illi, quod si iratus non esset, denegaret, ut dicit beatus Augustinus. Saepe etiam suis electis denegat, quod petunt, sciens forte si concederet, non illis in bonum esse cessurum. Haec de Oratione, quam quis pro se ad Deum fundit: & de valore atque efficacia eius breuiter dicta sint.

De valore Orationis

pro alio fusa.

De valore Orationis pro altero factae, similiter esset dubium: An pro alio alteri, & ad quod sit autem Oratio aliquando pro beatis, aliquando pro damnatis, aliquando pro his, qui in Purgatorio sunt, aliquando pro viatoribus. Si pro beatis scienter fiat, non est illis ad aliquid valens: imò deprauata est Oratio, & eisdem sanctis iniuriosa. Iniuriam namque facit beato, qui

orat pro illo. Si autem fiat Oratio pro beato sed nescienter, quia nescitur quod beatus sit, valet eidem ad gaudium accidentale: siquidem gaudent sancti videntes quod amici sui in terris viuentes, ex pio & charitativo affectu, qui Deo gratus est, opera bona pro illis faciunt: imò obligantur quodammodo ad antidota, scilicet, ad intercedendum pro illis, ob gratitudinem illis debitam.

Si verò Oratio fiat pro his, qui in Purgatorio sunt, valet illis, ut vel inde totaliter liberentur, vel citius, vel saltem ut mitius torqueantur. Sic enim legitur. 2. Maccha. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Sic etiam ait Grego. Papa: Animae defunctorum quatuor modis soluantur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum. Et habet 13. q. 2. cap. Animae. Sic etiam Augustinus ait in Enchiridio, loquens de Orationibus & suffragiis, quae pro defunctis in Purgatorio existentibus fiunt, dicit: Quibus autem profunt, aut hoc profunt, ut illis plena fiat remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Ex quibus patet, ad quid illis valeat Oratio viuorum pro ipsis fusa.

Si autem pro damnatis Oratio fiat, & scienter seu ex proposito, talis Oratio deprauata est, & voluntati diuinae contraveniens: ideò nullius valoris reputatur: quandoquidem certa est & determinata voluntas Dei, ut qui in mortali culpa vitia finiunt, ad Infernum sine spe vlla redemptionis aeternaliter puniendi descendant. Ideò non immeritò prohibitum est pro illis, saltem ex proposito, orare, ut supra probauimus. Et ultra, idem patet ex cap. Pro obeuntibus. 13. q. 2. ubi dicitur, quod pro impiis, etiam si Christiani fuerint, sacrificia facere, aut alia suffragia non licebit. Et hoc idem iustum fuit in Concilio Bracharen. ut scilicet pro his, qui in peccatis impoenitentes decesserunt, nulla prorsus fiat commemoratio. Et habetur cap. Placuit. 13. q. 5. idem similiter significatur cap. Audiuius. de reliquiis & veneratione sanctorum. quod scilicet ecclesia non tolerat orare pro his, qui in ebrietate decedunt: quia, ut ait Paulus, Ebriosi regnum Dei non possidebunt. In quo aperte significat, non esse orandum pro damnatis. Si autem orare pro illis aliquid esset illis profuturum, certe ecclesia non prohiberet orare pro illis.

Saepe tamen circa hoc obiecerunt nonnulli, dicentes, quod quauis Oratio pro damnatis fusa, non valeat eis, ut ab aeternis poenis liberentur.

Atur: valere tamen potest, ut à temporali poena liberentur, cui obnoxij sunt, ob peccata, de quibus hic doluerunt, non tamè satisfecerunt: nam illa poena in Inferno temporalis est. Nec haec patrum decreta supra allegata, loquuntur de Oratione priuata, sed de publica, quam clerici tanquam ecclesiae ministri faciunt. Ac proinde non videtur probatum, orationem saltem priuatam pro damnatis fusa, illis ad remissionem praefatae poenae temporalis non valere.

Verum quicquid sit de quorundam in hoc puncto opinione, ego arbitror, nullam Orationem, nec priuatam, nec publicam damnatis prodesse, etiam ad temporalis poenae remissionem. Ille enim diues epulo, cum in Inferno esset, & ad Abraham non nihil suffragij, quò mitius torqueret, exigeret, nullum misericordiae verbum audiuit: imò potius significatum ei fuit, ob chaos magnum, quod erat inter damnatos & alios, non posse illis auxiliij quicquam communicari.

Legimus etiam de illo seruo, qui suo conseruo misericordiam non fecit, quod traditus est tortoribus, sine misericordia puniendus: cui dictum est, Non exabis in de, donec soluas nouissimum quadratem. Ex quo intelligimus damnatos sine misericordia luere, quae in hoc saeculo peccauerunt.

Vnde & Iacobus in Canonica: Iudiciu sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Qui autem sine poenitentia in mortali peccato decessit, misericordiam sibi ipsi denegauit. Non igitur minus dignus est, cui misericordia in Inferno denegetur, qui sibi misericordiam non fecit, quam si proximo misericordiam non fecisset: quandoquidem misericordia à seipso incipere debet. Dictum enim est Ecclesiasti. Misere animae tuae placens Deo.

Legimus etiam de eo, qui in Spiritu Sanctum peccauit, hoc est, qui in finali impoenitentia decessit, prout Augustinus exponit, quod non remittetur ei, nec in hoc saeculo, nec in alio. Quod exponens Hugo, & alij Doctores dicunt, quod taliter peccantes, in Inferno sine misericordia punientur, quia soluunt ad vnguem, quod pro hic commissis debebant. Si igitur ita sit ut per haec allegata docemur, apparet nullam Orationem, nullum suffragium hic pro damnatis factum, illis aliquo modo prodesse, quo minus soluunt debitum, usque ad nouissimum quadrantem.

Praeterea nec legimus Christum pro damnatis orasse, nec etiam sanctos, nec ecclesiam. Quod si Christus pro illis unquam orasset, reuera ecclesia Christum imitata, pro eisdem orare permitteret, non solum ora-

tiōe priuata, sed publica: & reuera illi ob suam impoenitentiam & obstinationem digni sunt pro quibus nec Christus, nec sancti, nec ecclesia orēt. Digni etiam sunt, ut si quis pro eis oret, eius oratio in nullo exaudiatur à Deo. Imò & si quis in hoc saeculo velit aliquod opus poenae suscipere, hac intentione ut pro illis loco poenae temporalis praefatae satisfaciatur, digni sunt ut huiusmodi satisfactio à Deo non acceptetur. Quae admodum colligitur etiam ex eo, quod Christus ad discipulos dixit, mittens eos ad praedican dum: Si quam domum intraueritis, dicite primo, Pax huic domui. Et si digni fuerint, pax vestra veniet super illos: sin autem, reuertetur ad vos. Oratio igitur, & alia suffragia, si quae pro damnatis fiant, nullo modo possunt eos à poenis, nec in toto, nec in parte releuare.

Inde etiam cōiter & verè dicitur, quod indulgentiae, etiam si Papa vellet eas ad damnatos per modum suffragij extendere, illis nullatenus prodesse, eò quod indulgentiae valent ex meritis Christi & sanctorum: Christus autem, & sancti, sicut nec ecclesia, sua merita nunquam damnatis applicuerunt.

Vnde & Augustinus. Si scirem patrem meum esse in Inferno, non magis orarem pro illo, quam pro Diabolo. Quod certe inhumanum dictum videtur, si posset sua Oratione patri in Inferno existenti, aliquo modo subuenire.

Non itaque valet Oratio pro altero fusa, nec à Deo pro altero accepta, nisi id quod pro illo petimus, possit adiutorium aut via illi esse, qua possit ad vitam peruenire beatam. Si autem ille alter, pro quo oratur, talis sit cui via salutis penitus clausa est, frustra oratur pro illo. Tales sunt damnati.

Sed de Oratione pro altero viatore fusa, esset dubium, ad quid valeat ei. Specialiter mouetur dubium, de gratia gratum faciente, An valeat illi ad gratiam primam, seu augmentum eius? Videntur aliqui dicere, quod sic. Pro quo videtur facere, quod habet Matth. 9. Videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Super quo Grego. Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem tantum valet fides aliena? Ex quibus apparet, aliorum preces valuisse paralytico, ut remissionem peccatorum, & ex consequenti gratiam primam obtineret.

Facit etiam, quod habetur Luc. 16. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in aeterna tabernacula. Et deficere in proposito Saluatoris, videtur idem esse quod à charitate

Ete excidere. Igitur his, qui sunt in mortali peccato, ad salutem animæ & gloriā preces pauperum valent, quibus elemosynas præstiterant, aut præstant.

Facit etiam beatus Ambrosius, super illud. ad Tim. 4. Corporalis exercitatio, ad modicum utilis est &c. Significās quantū valeat opus misericordiæ indigentibus impensum: quia eorum precibus valde iuuantur ad promerendum Deum, addit. Si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiat, quid fiet de illo? Vapulabit, sed non peribit. Si autem solum exercitium corporale habuerit, perenes pœnas patietur. Ex quo apparet, eum loqui de lubrico carnis mortali, per quod quis à charitate excidit: & illum dicit vapulaturum quidem, sed saluandum, eorum precibus adiutum, quibus misericors fuit.

Facit etiam, quod habetur. i. Ioā. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatū non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti peccatum non ad mortem. Vbi peccatum non ad mortem, videtur omne aliud ab eo quod est ad mortem. Peccatum autem ad mortem dicitur, in quo quis impœnitens decedit. Igitur vnus homo sua oratione potest fratri gratiam primā obtinere, per quam viuat.

Facit etiam, quod habetur in Canonica Iacob. 5. Infirmitur quis in vobis, inducat presbyteros &c. Et addit, & oratio fidei saluabit infirmum. Et si in peccatis sit, dimittentur ei.

Hæc opinio, quam Adrianus prædictis rationibus fundat, si intelligatur, vt nonnulli proteruentes defensare voluerunt, sic scilicet, quod oratio vnus valeat alteri ad primam gratiā, secluso omni boni motu illius: ita vt ex parte illius pro quo oratur, nil aliud necessariū sit, nisi quod obicem nō ponat: videtur mihi opinio falsa, & erronea. Nam certum est, vnicuique necessariam esse fidem acquisitā vt saluetur, quod tanquā certum, & alibi abunde probatum suppono. Et igitur, qui fidem nō habet, quomodo poterit aliena oratio ad gratiā primam prodesse, cui nisi fidem habeat, sacramentum baptismi non prodest?

Deinde quod certū est, peccatori in mortale peccatū lapsō, necessariā esse cordis pœnitentiam, vt viuat. Quod sapientissimè scriptura docet, & apertissimè Augustini decretum canonizatum declarat, dicens: Omnis qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, nisi pœniteat cum veteris vitæ, nouam vi-

tam, scilicet gratiæ, inchoare nō potest, à qua soli paruuli immunes sunt. Quomodo igitur peccatori sine pœnitentia suorum delictorū poterit de lege aliena oratio prodesse, cui Christi sacramentum non prodest, nec confessio, nec baptismus, vt supra deduxi?

Potest secundo modo intelligi præfata opinio sic, quod ex parte quidē peccatoris necessaria sit pœnitentia cordis, vt gratiam habeat: non tamen tanta, quæ per se sufficiat ad gratiam obtinendam, ob sui remissionem. Tunc hac dispositione existente in illo, poterit illi ad gratiam primam prodesse alterius oratio. Verūm contra hunc modum sæpe aliās obicimus, probantes, non esse in contritione seu pœnitentia cordis necessariā intensiōem gradualem: sed satis esse, si efficax sit, etiam si sit remissa, ad hoc quod sit sufficiens dispositio ad gratiam, sicut etiam supra arguendo contra Adrianum in hoc libello de Oratiōe deduxi. Ac proinde, si ita sit quod sine pœnitentia cordis formali aut virtuali non potest peccator gratiam primam habere: & quæcunq; talis etiam si remissa sit sufficit ad gratiam primam: consequens est, orationem alterius ad gratiam primam directē non valere: quando quidem gratia prima correspondet illi pœnitentiæ, seu propriæ dispositioni ipsius pœnitentis, & secundum eius exigentiam sibi præstatur. An autem oratio vnus alteri taliter ad gratiam proficit, quod ultra illam gratiam propriæ dispositioni correspondentem impetret illi alium gradum, non satis certum est: nec enim est secundum legem nec contra legem, sed præter, vt videtur. Et ita in libera Dei potestate erit, salua lege, orationē vnus, ad gratiam alteri conferendam acceptare. Velle autem id probare per auctoritates supra allegatas, est velle probare, quod fiat secundum legem: quod tamen minimè credendum est. Ideo conuenit ad eas respondere.

Ad primū de paralytico, dicendū, quod ex illo loco nō sequitur, quod sola fides altitium, qui pro illo Christum precabatur, suffecerit ad remittendum peccata illi paralytico. Quod patet: tum quia paralyticus, qui in morbum ob peccatū inciderat, sine fide propria vitam gratiæ habere non poterat: Tum, quia dixit ei Christus, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vnde præmisit, Confide: Et adiunxit, remittuntur &c. In quo apparet illum paralyticum fiduciam habuisse in Christo, ideoque remissionem obtinuisse. Et ita nonnulli expositores dicunt, quod quando dicitur, Videns Iesus fidem illorum &c. Ly. illo

rum,

Arum, non solum refert fidem altantium, sed etiam ipsius paralytici. Et quod ait Grego. dicens: Quantum valet fides propria, tantum valet aliena &c. Fateor quod aliena fides valet illi paralytico ad remissionem peccatorum, sed completam, id est, quo ad residuam pœnam culpa prius per fidem & contritionem condonata, ad quam remissionem completam, propria fides paralytici non sufficeret. Vnde putandū est illum ob fidem propriam fuisse consequutū remissionem quo ad culpam & pœnam æternam: fide autē aliorum adiuncta, consequutus est plenam peccatorum remissionē. Et hoc aliud est, quam gratiam primam per aliorum fidem eum consequutum esse, vt patet.

Ad secundum, vt cum defeceritis &c. Dicendum, quod (salua pace) nō rectē exponitur per Adrianum quod dicitur, scilicet, vt dū defeceritis, id est, à charitate cecideritis: cum aliter communiter exponatur scilicet, vt cum defeceritis à vita præfenti, pauperes, quibus benefecistis, in æterna tabernacula vos recipiant. Aut sic, vt cum defeceritis, id est, vt quando vos per vos ipsos regnum Dei introire non suffeceritis, ex quo in hoc seculo pro delictis nō satisfecistis, illi per suas intercessionem vos iuuantes, recipiant vos. Quod certē salua absque hoc, quod illi pauperes impetrent gratiam & gloriā directē ipsi beneficiēt.

Ad tertium ex Ambrosio adductū, dicendum quod impertinenter citatur. Nam ipse significat excellentiā operum misericordiarum super exercitiū corporale, quod est ieiunium, vigiliæ &c. dicens quod peccator, qui in lubricum carnis etiam mortale ceciderit, iustificabitur, & non peribit, si misericordiā faciat, qualiter nō iustificabitur, sed potius peribit, si solum corporale exercitium faciat. Quod pro tanto videtur dixisse, quia misericordia proximo impensa si sit, sicut fieri debet, pro credit ex charitate fraterna, quæ si vera sit, sine charitate Dei haberi non potest, vt alibi latè exponēdo Augustinum deduxi. Quam charitatem non ita requirit corporale exercitium. Quod sic acceptum certē impertinens est, ad probandum opinionem prædictam.

Ad quartum ex prima Ioan. 5. Qui scit fratrem suum &c. dicendū quod dimissis aliis expositionibus, peccatum ad mortem dicitur, in quo quis decedit impœnitens, seu volens: hoc autē sciri potest ab effectu, vt si videamus fratrem seipsum gladio interimere, aut seipsum suspendere, aut precipitare, morte illi cō subsequuta, dicitur tūc peccare ad mortē:

quia post illud peccatum perpetratum, nil aliud sperari de illo potest, quam mors æterna, cum post non sit locus resipiscendi. Dicitur etiam econtrā peccare non ad mortem, quando in vita peccat, & post peccatū videmus sibi superesse tempus, vt conuertatur, & viuat. Pro his dicit Ioan. orandum esse, & dabitur illi vita. Verūm hoc non probat, quod ad Orationem alterius dabitur illi vita sine pœnitentia ipsius. Alioqui impertinens videtur, quod post peccatum commissum super sit sibi tempus pœnitendi, vel non, si sine pœnitentia posset post peccatū vitam habere. Itaque in casu id quod per Orationē impetratur ei, qui peccauit non ad mortē, non est vita immediatē, sed pœnitentia, ad quā sequitur vita.

Ad quintum ex Cano. Iacobi. 5. Infirmitur quis in vobis &c. Dicendum, quod locus ille communiter intelligitur de sacramento extremæ vnctionis, quod valet ex opere operato ad salutem vncti. Et Oratio illa si dei, de qua textus ait, quod saluabit infirmū, potest accipi pro Oratione, quā vnctus dicit, quæ est forma efficax ipsius sacramenti, in qua dicitur: Per hanc sanctā vnctionē, & Dei piissimā misericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid peccasti per gustū &c. Quod si de Oratione multorum presbyterorū illic pro salute infirmi orantiū velis id accipere, dicendum quod talis Oratio saluabit mediātē infirmum, vt dictum est, mediātē scilicet eius pœnitentia illi per orationē impetrata. Quod enim Oratio illa valeat illi infirmo in peccato mortali existētī ad salutē animæ immediatē, seclusa eius immediata dispositione, absurdum videtur.

Videtur ergo resolutoriē quod Oratio vnus pro altero fusa non valet ei immediatē ad primam gratiam, nec ad secundam, sed tantum mediātē, quia scilicet tali Oratione inclinatur Deus ad mouendum eum, pro quo oratur, vt se disponat dispositione, qua dignus sit gratiā promereri, non tamē de lege ultra gratiā propriæ dispositioni respondentē, aliam ob merita vel Orationē alterius impetrabit. Et cum prima pars certa sit, videtur pro secūda hac vltima facere Ezechiel. 18. vbi latè dicitur quod filius non portabit iniquitatem patris, nec iustitiā, nec econtrā. Et iustitia iustī super eum erit, & impietas impij similiter erit super eum. Vbi in toto cap. id satis apertē docet, quod vnus non reportabit gratiā, nec gloriā, aut vitam, propter iustitiam alterius. Sicut nec vnus portabit supplicium propter peccata alterius. Sed si vnus posset alteri immediatē impetrare gratiā primā, aut

& secun-

E secundam, & ex consequenti gloriam correspondentē, falsa videretur præfata sententia.

Facit ad idem, quod ait Paulus. 2. ad Corin. 5. Omnes stabimus ante tribunal Christi, & reportabit unusquisque secundum ea quæ in proprio corpore gessit, non secundum ea quæ per aliū facta fuerint. Huius oppositum fieret, si vnus posset de lege alteri mereri gratiā vltra gratiā correspondentem propriis operibus illius alterius, vt satis de se costare videtur. Restat ergo quod dictū est.

Si tamen aliquis omnino contendens, velit oppositum asserere, aut sentire, scilicet, quod homo possit Oratione sua alteri gratiā gratum facientem, & ex consequenti gloriam impetrare vltra eam, quam ille alter propriis operibus userat consequuturus, nollem contra dicere, neq; tanquā hereticū condēnare, cum videam hæc quæ nuper allegata sunt, taliter posse intelligi, vt sic opinantibus non præiudicent. Nam si rectē attendamus, textus Ezechielis supra citatus, hoc præterevidetur scilicet, quod vniciq; tam pio quā impio in Dei iudicio, iustitia fiet, taliter vt præmiū, quod quis meruit, in alterum non transferetur, sed illi reddetur: & supplicium, quod quis meruit, similiter illi dabitur, non alteri, quæ vniciq; reddetur prout meruit, siue bonū, siue malum. Sic enim initio capitis significatur, quia querebatur Iudæi, quod pœnam quæ patribus suis debebat, ipsi luerent. Dicebant enim, Patres nostri comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Et ad hoc excludendum ponuntur omnia, quæ in hoc textu dicta sunt. Et in fine capitis concludit, Idcirco vnumquēq; iuxta vias suas iudicabo. Ex quibus patet, quid in dicto capite prætendatur, scilicet, quod pœna aut præmium vni debitū, illi reddetur, & non alteri, idēq; de iustitia. Cum hoc tamen stat, quod & si de iustitia non debeatur alicui gratia, aut gloria ob Oratiōē alterius, quod ex liberalitate Dei illi conferatur, modo pœnitentiā debitamq; dispositionem non omittat, nam per illam dignificabitur, saltem de congruo, vt alterius Oratio illi ad gratiam prodessē valeat.

Similiter ad textum Pauli posset respōderi, non enim intēdebat Paulus excludere Dei liberalitatē, qui potest ob merita vnus, alteri gratiā præstare, & gloriam: sed iustitiā Dei volebat manifestare, scilicet, quod neminē præmio aut supplicio illi debito defraudabit, tanquā iustus iudex, qui non solū opera, sed & corda æquissimē iudicet. Cum quo stat, quod dictū est. s. quod referua

ta vniciq; iustitia sua aliquibus ob aliorum G merita ex sua liberalitate abundantiorē gloriam & gratiam conferat: iuxta id quod dixit in Parabola patrisfamil. Amice, non facio tibi iniuriam, accipe quod tuum est, & vade. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Vnde de beato Nicolao legitur, quod astantium precibus cum baptizaretur abundantem gratiam recepit.

Sed ad vltiora transeundo esset dubium, An incertū sit Oratiōē vnus valere alteri ad alia bona citra gratiā. Et videtur quod sic quampluribus exemplis scripturæ. Quod cum certū sit tam ex dictis, quā ex dicendis, nolo hic immorari, sed ad aliud transire, scilicet, cuius, & pro quo debet esse illa Oratio, quæ alteri valitura est. Est enim quadruplex huiusmodi Oratio pro altero fusa, scilicet, iusti pro iusto, iniusti pro iniusto, iusti pro iniusto, iniusti pro iusto. De ea enim quæ à iusto pro iusto, siue viuo, siue defuncto fit, non est dubitatio. De ea verò quæ fit à iusto pro iniusto, similiter certum esse non dubito, eam sæpe validam esse ad mali remotionem, & boni collationem, vt Genes. 19. Recordatus est Dominus Abraham, & liberauit Lot de subuersione vrbium, in quibus habitauerat. Et Exodi. 17. Quandiu manus leuabat Moyses, vincebat Israël: quoties verò remittebat, vincebat Amalec.

Verum in his Oratio non pro iniustis, sed pro iustis valebat, idē ad adduco alia. Nā Genes. 18. orate Abraham Deum, ne vrbes Sodomitarū disperderet, dixit Deus, Si aliquot iustos, etiā si decem tantū ibi reperero, non delebo illos. Quod tractās Ambros. lib. de Abraham, cap. 6. ait: Hic discamus quantum amicus patriæ sit iustus, & quemadmodum non debemus inuidere sanctis, neq; temerē derogare: illorū enim nos fides saluat, illorum iustitia ab excidio defendit.

Item Exodi. 32. Deus ira succensus, erat perditurus filios Israël, & tamen precibus Moysi placatus est. Quod & in Psal. dicitur: Dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetit in confectione in conspectu eius.

Patet etiā ex eo, quod dixit Dominus ad Abimelech: Redde vxorem viro suo, & orabit pro te, quia propheta est, & viues. Pro quo etiā facit, quod habetur in lib. Iob, quod Dominus conuersus est ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis, contra quos Dominus fuerat iratus.

Sed

A Sed argues cōtra hoc, Primò ex eo quod dixit Dominus ad Hieremiam, cap. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam. Respon. Hoc idē erat, quia iam erat Dei sententia aduersus illos determinata, tunc enim non valet orare.

Secundò obiicies id quod habetur Matth. 10. Intrātes domum dicetis, Pax huic domui. Et si digna fuerit, pax veniet super eam, sin autem, reuertetur ad vos. Respon. Duobus modis aliquis dicitur indignus Dei beneficio, negatiuē scilicet, & hoc cōmune est omni peccatori. Et positiuē, scilicet, si actu, vel voluntate Deum offendit. Primo modo Oratio audit pro indignis, vt patet ex dictis. Secundo modo non, maxime cum Dei sententia certa sit aduersus eos ob certā culpam. Vel dici potest, quod si pro quo oratur, taliter indignus sit, in quo nullū opus bonum in gloriā Dei factū, nec bonus in Deum zelus reperitur, & pro taliter indigno Oratio fusa non valet. Si autem taliter sit indignus, quod cum sine charitate sit, attamē in eo solent opera & zelus in Deum reperiri, tunc pro tali orare, vtile est. Et fortē Christus loquebatur de indignis primo modo.

B De Oratione verò quæ fit ab iniusto pro iusto vel iniusto, esset simile dubiū, An valeat ei, pro quo oratur. Et breuiter videtur distinguendum. Vel enim ille iniustus orat in persona ecclesiæ, quia minister est eius: vel in persona alterius iusti, qui Orationem sibi commendauit, vel in persona sua. Si primum aut secundum, valet Oratio eis pro quibus fit, etiā si à peccatore fiat. Quia quauis non habeat valorem ex opere operantis, habet tamen ex parte illius, in cuius persona dicitur Oratio. Si tertium, tunc non ita valet, vt dicunt Thom. Durand. & ceteri. Quia nec ex opere operato, nec operantis: non inquam valet alteri saltem ex iustitia, quanquam ex liberalitate ipsius Dei potest à Deo acceptari ad bonum aliquod tēporale præstandum alteri, pro quo fit. Sicut opera in peccato facta, alioqui bona, solent à Deo acceptari ad præstandum bonum aliquod ipsi operanti, vt supra sæpe deduximus.

Inde tamen oritur dubium, supposito quod Oratio vnus iusti sæpe valet ei, pro quo fit. An valeat ei per viam meriti, an per viam impetrationis liberalis, an per viam satisfactionis. Et quidem de primis duobus non ita dubitatur, sed tenēdū est quod valet, non per viam meriti de cōdigno, ita vt Deus astrictus sit ex iustitia id reddere, quod peti-

tur, sed per viam liberalitatis.

De tertio verò dicunt aliqui, quod valet alteri per viam satisfactionis & iustitiæ. Quia cum Oratio eo quod pœnalis est aut difficilis, est satisfactoria & solutiua pœnæ debitæ ei, qui orat: maxime si in charitate oret, & in eius potestate est vim satisfactionis in alterum transferre, sequitur quod illi alteri cedit in solutum. Addit tamen Adrianus, dummodò ille alter similiter sit in gratia.

Potest exemplo id cōfirmari, si Petrus debet Ioanni decem ducatos, & vnus alius velit eos pro Petro soluere, satis fit illi de iustitia. Ita igitur hic.

Respon. Video solutionem communem satis, sed mihi non omnino placet, nec etiā exemplū. Patet supposita terminorū intelligētia, quod homo non dicitur satisfacere Deo de iustitia, nisi quia Deus, ex lege saltem astrictus est illam satisfactionem loco debiti acceptare. Nā si acceptat merē liberaliter, non est satisfactio ex iustitia: sed Deus in lege non se obligauit ad acceptandū Oratiōē vnus, aut aliud opus pro altero, etiā si cōgruū sit, quod acceptet, vt amicis cōdescēdat, igitur vnus non satisfacit Deo offenso pro altero de iustitia. Quod patet ex exemplo superius posito. Si secundū legem humanā aliquis criminofus debet iudici cētum flagella, & vnus alius volens illum à flagellis liberare in seipso, etiam iudice sciēte, illa cētū flagella sponte suscipiat, certē ille non satisfacit iudici de iustitia pro illo altero criminofus: quia iustē potest iudex procedere contra criminofum præfatum, non obstante facto alterius. Ita igitur in proposito cum peccator ob culpam etiam dimissam sit Deo debitor pœnæ seu vindictæ per ipsum, vel tortores suos sumēdæ, si alter velit opus pœnale pro illo subire, non video quomodo sit Deus astrictus, id loco debiti acceptare.

Nec exemplum allegatū videtur simile: aliud enim est debitū reale, quod homo homini debet, aliud debitū pœnæ ob culpam, quod homo Deo debet. Primum tale est, quod per quēcunq; nomine debitoris soluitur, manet solutum, & res est ad æqualitatem redacta. Debitum verò pœnale ob culpam, non ita de rigore manet per alium solutum, nisi per ipsum, aut in ipso, qui peccauit soluitur. Quod si iudex offensus, alterius solutionem velit acceptare, erit hoc ex gratia, & non ex iustitia strictē sumpta, secus largē sumpta, vt supra tactū fuit. Nec obstat, quod dicitur: Quod quis per alium facit, per seipsum & 2 psum

Epsum facere videtur. Quia etiam si ipse debitor poenae per seipsum oraret, non se quitaret ex iustitia, nisi accedente Dei liberali acceptatione. Si enim Deus se in lege obligasset, aut promississet se fore contentum, quod loco offensa eidem facta, offendens, vel per se, vel per alium aliquod opus poenale subeat, bene quidem, sed hoc esset ostendendum.

De valore Orationis pro multis fusa.



De valore Orationis pro multis fusa, solet esse quaestio, An tantum valeat unicuique eorum, quantum valeret, si pro unoquoque seorsum diceretur. In quo vulgata est

cōtrouersia inter Praepositiuū, & Sco. Tenet Praepositiuus partē affirmatiuā. scilicet quod non minus valet vni eorū per hoc quod pro illo, & pro aliis multis effundit, eō quod vnusquisque eorum pro quibus oratur, supposita eorū dignitate recipit totum valorem Orationis. Ratio positionis est primò, quia bonum spirituale proportionatur spiritui: sed spiritus totus comunicatur, & non per partes: non enim minus habet de anima caput per hoc, quod pedi & manui comunicatur, cū tota sit in qualibet parte. Igitur etiam bonum spirituale totū absque sui diuisione cōicatur, cuiusque cōicatur.

Sed haec ratio non probat quod vult, cū discrimen inter spiritum, & bonum spirituale sit apertum. Spiritus enim indiuisibilis est, ideo non potest per partes cōicari, vt constat. Bonum autē spirituale, quod per Orationē alicui comunicatur, diuisibile est, & partitionē admittit, siue sit collatio boni, siue remotio mali. Patet manifestē de collatione boni, seu de bono collato, siue sit charitas, siue virtutes Theologales, siue morales, siue alia dona positua creata. Certum est ea omnia diuisibilia esse, saltem intensiue. Vnde potest gratiae aut virtutis vnus gradus comunicari vni, & aliis alijs. De malo etiam remotio idem patet, puta de poena debita alicui pro peccatis suis, quae quo ad intentionem & durationem partibilis est. Vnde si valet Oratio ad remittendum decem gradus poenae debita, nil inconuenit vni homini remittivnum gradum, alij alium. Quod si bonum spirituale proportionatur spiritui, non erit in eo, quod dictum est de communicatione per indiuisibilitatem, vt patet.

Secundò idem probat à simili decan G dela coram multis accensa, quae equè illuminat omnes praesentes. Et vox corā multis prolata, aequè ab omnibus astantibus auditur. Sic igitur dicit Orationem omnibus, pro quibus fit aequè prodesse.

Verūm nec haec ratio probat, tū quia eodem modo probaretur, quod Oratio valet aequè his, pro quibus non fit, sicut his, pro quibus fit. Nam cādela si solū accendatur ad illuminandū vnum, non minus illuminat reliquos astantes. Et vox doctrinae si solū dicatur ad docendū vnum, non minus reliqui astantes docebunt. Tum etiā dissimilitudo est nota: nam cādela & vox à natura sua efficiūt effectū in passum aequè appropinquatū. Oratio autē non nisi ex intentione orantis, & voluntate Dei Orationē acceptantis: ideo stat, quod Oratio non aequè profit multis, nec vni quantum si pro illo solo diceretur.

Tertiò idem probat ex Decreto Hiero. de cōsecratione, distin. 5. ca. Non mediocriter. dicentis: Cū Psalmus vel Missa pro cunctis animabus dicitur, non minus, quā si pro vnoquoque diceret, accipitur.

Hinc tamen non sequitur, quod praetendūt, stando in his verbis, quae (dimissis alijs glos.) in se sumpta, hoc videntē directē significare, scilicet, quod Psalmus, vel missa aequalem habet valorem, si pro vno solū dicatur, & si pro multis. Quod intellectū de valore Psalmi, vel missae ex opere operato videtur verum. Et quod non intendat Hierony. dicere quod tantum valet unicuique ex opere operato vna missa dicta pro multis, quantum valet, si pro vnoquoque sua missa diceretur, videtur manifestum. Clarum enim est ex multis missis plus cōmodi animas portare, quā ex vna sola. Sed comparat missam dictā pro vno, ad missam dictam pro cunctis. Et dicit, quod idem est vtriusque valor & fructus. Hoc videtur sensisse Adrianus respondēdo ad hanc auctoritatem Hierony.

Vnde attendendo seriem Decreti, videtur Hierony. intendere eos reprehendere, qui volētes multis animabus per Orationes aut missas proficere, multiplicat Psalmos, & missas, idque cum suae incolumitatis detrimento, & cū magno fastidio: cū tamē factius esset, & vtilius paucos Psalmos & missas pro cunctis, quibus sacerdos prodesse cupit, dicere cū cordis hilaritate, & cōscientiae puritate, quod Psalmos & missas multiplicare cum cordis molestia, & anxietate. Et ita intendit, quod homo plus prodesse multis, quibus prodesse cupit vna missam

A Missam pro multis dicēdo cum cordis puritate & hilaritate, quā pro singulis eorū missas cū anxietate celebrando. Et loquitur seu intelligendū est de valore procedente ex opere operantis, & non ex opere operato. Quod inde patet, quia ad valorem ex opere operato parū refert cordis hilaritas & serenitas. Tum etiam quia loquitur de Psalmo & missa indifferēter. Psalmus autem non ita valet, vt videtur ex opere operato, sicut missa: Igitur de valore ex parte operantis loquitur.

Ex his apparet fundamenta huius opinionis non sufficere ad eius probationem: sed nec ipsa opinio in se videtur multum rationalis, si indistinctē dicatur de valore orationis, quatenus valet ad remissionē poenae, seu ad satisfaciendum, & quatenus valet ad collationem boni. Nam valor orationis per viam satisfactionis, finitus est & determinatus, quia tollit de poena aliquid equi ualens ei, quatenus satisfactoria est. Non igitur cedit in solutum aequaliter pro multis, sicut pro vno solo cederet. Vt si sint decē debitorum, quorum quilibet debet decem, & Petrus soluat decem creditoribus, certē hoc cedit in solutum ex iustitia pro vno tantum aequatē, & si pro multis, opus est vt per singulos solutio diuidatur, vt satis de se constat. Sic in proposito. De collatione etiā boni, quod conferatur eis, pro quibus oratur, non videtur omnino certum, quod scilicet vnusquisque tantum recipiat, ac si pro illo solo funderetur oratio: Nā quaero, an bonum illud sit ex iustitia debitū pro tali oratione, & ei cui applicatur reddendum, an solū per viam gratiae & liberalitatis donetur. Si primum, unicuique merito determinato suum premium determinatum & finitum debetur, & illud in multis diuisum, nulli plenē concedetur, vt patet, sicut si pro vno solo esset oratio fusa, & applicata. Si secundum, nulla est certitudo ad quantum bonum, & pro quibus velit Deus orationem illam acceptare, vt manifestum est. Non igitur est certitudo in hac opinione, sed vel falsa vel incerta, nē dicam temeraria, videtur.

Praeterea si oratio vel missa tantum valeret unicuique eorū, pro quibus fit, quantum si pro eo solo diceret, magna videretur incuria & negligentia sacerdotis, & merito culpanda, si cum pro vno orat, aut missam celebrat, non id pro omnibus facit: cū per hoc, quod pro omnibus id faceret, nec ille vnus quicquā fructus orationis perderet, & caeteri alij tantundem lucrarentur.

De multiplici valore orationis secundum quosdam.



Scotus dicit, omnē orationē seu opus meritoriuū cuiuscumque tripliciter valere: scilicet, specialissimē, & valet ipsi, qui meretur. Generalissimē, & valet toti ecclesiae.

Et medio modo, & valet ei, cui is qui orat aut meretur, vult huiusmodi Orationem applicare. Et primum, scilicet, specialissimū valorem non potest ipse oras alteri à se applicare, nam contra charitatē ageret, quae à se incipit, & contra Dei institutionē, qui unicuique oranti, aut benē merenti suum promissit premium: quandoquidē vnusquisque sui operis fructum reportabit. Secundū valorē. Generalissimū etiam orans non potest à tota ecclesia amouere, & particulariter cui velit applicare. Esset enim hoc etiam contra charitatem quae omnia amicorum communia facit, & omnis iustus, est particeps omnium bonorum operum, quae in ecclesia fiunt, prout significat Psalmista, dicēs: Particeps ego sum omnium timentium te &c. Et videtur inter omnes iustos quaedam charitatis contracta societas, quibus est vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, & vna & communis dilectio, quae se mutuo vt seipfos diligere debent, ideo mutuo sibi sua merita comunicant: non tam ex voluntate humana, quā Dei iussu, qui hanc mutuam dilectionem eos inter se habere praecipit: & ita cum orare eos doceret, ab oratione singularitatem amouit, & vt generaliter pro omnibus orarent, docuit: vt patet in oratione ipsa Dominica, qua petitur: Dimitte nobis &c. libera nos, da nobis hodie. Vbi semper in plurali ponuntur petitiones, non in singulari. Et quanquā multi iusti orationes ad Deum singulariter, vel pro se, vel pro amicis expressē fundant, tacitē tamen, & habitualiter omnes alios iustos includunt. Nec intendunt quenquā à praefata sancta societate excludere. Tertium autē valorem mediū potest ipse orans seu opus meritoriuū faciens applicare sibi, aut alijs, quibus velit. De quo alius.

Et quod hic tertius valor ponendus sit vltra specialissimū, & generalissimū, apparet, quia si non valeret oratio aut Psalmus aut missa nisi illis duobus primis modis, superflue igitur in ecclesia essent ordinatae missae pro viujs specialiter, & alijs pro mortuis: &

& 3 inter

E inter viuos alia pro his, alia pro aliis, si non valeret eis nisi generalissimè.

Si dicas, quod quando specialiter applicatur alicui, aut aliquibus, non recipiunt tantum omnes generalissimè, quantum alias recipere: & ita quod illis subtrahitur, datur aliis, pro quibus specialiter dicuntur. Verum hoc irrationabile est, & contra charitatem, & sanctam præfatam societatem dicere, quod ut his, aut aliis specialiter proficiamus, oportet de bonis aliorum, & eisdem ex lege charitatis debitis subtrahere. Et ita apparet huiusmodi medium valorem nulli ex iustitia esse debitum, nisi cui ipse operans applicauerit.

His præmissis respondet, quod oratio non tantum valet vni pro multis fusa, quantum valeret illi, si pro illo solo funderetur. Cuius ratio est, quia hic valor medius finitus est, cum correspondeat finito merito, scilicet, ipsius operantis (quia de valore medio proueniēte ex opere operatis præcedimus nunc, quanquam idem dicat de valore medio procedente ex parte ecclesie, si in persona eius oratio fiat.) Et cum ait, quod non tantum vni pro multis fusa &c. procedit tam per viam satisfactionis, quam per viam alicuius boni impetrationis, quia per meritum finitum, seu satisfactionem finitam, finita & determinata poena remittitur, quia fit satisfactio per solutionem æquivalentis. Bonum etiam quod per orationem impetratur etiam infinitum est, cum merito finito correspondeat: & ita communicatum multis, non recipiet vnus quantum reciperet, si illi soli totum communicaretur, cum partitionem admittat, ut supra tactum fuit. Hec est opinio cum potissimo fundamento.

Habet tamen hæc opinio dubia contra se. Primum de illo valore generalissimo videtur, quod non solum iustis, sed peccatoribus fidelibus deberet communicari. Quia cum præfata charitatis societas fundetur in mutua dilectione, qua vnusquisque alterum ut seipsum diligit debet: hæc autem dilectio non solum ad iustos, sed etiam ad peccatores se extendit. Iustus enim omnes proximos tenetur ex charitate diligere, & neminem potest excludere. Cum etiam videamus ecclesiam pro peccatoribus orare, sicut & pro iustis, quæ sponsum Christum imitatur, qui pro peccatoribus venit, orauit, & passus est. Sequitur quod illatum est.

Deinde ille valor generalissimus est finitus, an infinitus? Non secundum, quia tunc vnusquisque participantium reciperet bonum infinitum, ad minus aliquis eorum,

imò si omnes sint æquè dispositi, recipient æqualiter de illo bono infinito: & cum finiti sint participantes, necesse est vnusquemque in finitum bonum recipere. Adde quod merito finito, non correspondet nisi bonum finitum. Non igitur est dandum secundum. Si primum datur, scilicet, quod fit finitus valor, sequitur, quod quanto plures sunt iusti in ecclesia Dei, tanto minus vnusquisque participabit de præfato valore generalissimo, & ita noceret ex hac parte iustis, quod in ecclesia crescerent iusti.

Si dicas, non sequitur, quia quantum ex vna parte diminuitur iusto de præfato valore vnus meriti tantum, & forte plus crederet illi ex maiori numero iustorum, qui plura addent merita omnibus communia. Sed contra, nam pono quod numerus iustorum, qui de nouo apponitur, non sit nisi numerus paruulorum, qui baptizentur. Hi non habent merita, quæ aliis communicent.

Deinde si solis iustis in gratia existentibus communicaretur ille valor generalissimus, & non his, qui gratia carerent, sequitur quod quanto quis maiorem gratiam haberet, tanto plus de præfato bono participaret: & quanto quis minorem gratiam haberet, tanto minus participaret: & ita his qui paruam gratiam habent, præiudicarent alij iusti maiorem gratiam habentes. Dico cæteris paribus.

Præterea illud bonum generalissimum esset dubium, quale, & quid est, an sit gratia gratum faciens, an solum alia bona diuinitus data, an solum poenæ peccatis debite remissio? Si gratia gratum faciens, sequitur quod assidue crescit charitas infusa & gratia in paruulis baptizatis, quia in ecclesia assidue fiunt opera meritoria: & ita non staret paruulum in sola gratia baptismali decedere. Similiter adultis saltem iustis etiam cum dormiunt, augetur semper gratia & charitas: & cum gratiæ & charitati sua gloria correspondeat, sequitur quod homo reportabit finaliter in iudicio gloriam essentialē ex alienis meritis proueniētem: cum tamen dicat Paulus, quod vnusquisque secundum sua opera reportabit, non secundum aliena. Et iterum, Vnusquisque secundum sua opera iudicabitur, quia opera illorum sequuntur eos, ut supra tangebatur. Et sicut filius non portabit iniquitatem patris, ita nec iustitiam, ut dicit Ezech.

Si verò illud bonum generalissimum sit aliud citra gratiam & gloriam, quæro, vel debetur ex iustitia, vel datur ex gratia. Primum non apparet, quia Deus non legitur se ob-

A se obligasse, aut promississe ob aliquorum merita bonum dare aliis generaliter, etiā si promiserit se remuneraturum operantem ipsum. Si datur ex gratia & liberalitate ipsius Dei, sequitur incertum omnino esse, quod opinio dicit, de illo valore generalissimo, quod omnibus de ecclesia determinatè communicatur. Quauis enim sæpe legamus Deum ob quorundam preces & merita, aliis multa bona dedisse, à multisque damnis alios eripuisse: ita e contra legimus, iustorum merita & preces aliis, pro quibus fundebantur, minime profuisse. Et sicut Deus in lege Evangelica non promisit se orantem exauditurum, nisi pro se oraret, ita non promisit remunerare nisi operantem. Quod si in casibus particularibus Deus alicui bonum, ob alienum meritum & Orationem promisit, tunc illi ob illam promissionem esset de iustitia reddendum. Vt promisit Deus Abimelech se benefacturum ob Orationem Abraham. Et promisit se amicis Iob condonaturum ad preces ipsius Iob. Attamen quod generaliter bona temporalia, aut spiritualia toti ecclesie promiserit, ob quodcumque meritum viatoris, non ita apparet. Esset tamen hoc amplius inquirendum.

Præterea de valore illo medio, quod communicatur ex intentione orantis, seu bene merentis, esset dubium simile priori. Vel est gratia gratum faciens, vel aliud bonum. Si primum, sequitur quod contra charitatem agit ipse qui orat, & bonum opus facit: applicando valorem illum alteri, cum aliis suum esset. Nam si quis suam gratiam & gloriam correspondentem velit amittere, & in alterum transferre, contra propriam charitatem agere videtur.

Si dicas, quod priuare se tota gratia, & gloria ut alteri tradatur, est contra propriam charitatem: priuare autem se aliqua gratia & gloria, dummodo non omni, ut alteri tradatur, charitatis fraternæ est. Contra, tunc sequitur quod iustus possit ex charitate fraternæ velle priuari valore specialissimo ut fratri tradatur, dummodo aliunde ipse, ut suppono, habeat gratiam. Quod est contra opinionem.

Preterea vel gratia illa debetur ex iustitia, vel datur ex gratia.

Si primum, certè non debetur nisi operanti, iuxta promissiones Dei in scriptura contentas, & ita valor medius non prodest aliis, si gratia sit. Si datur ex liberalitate, iterum incerta est opinio, in eo, quod de valore medio asserit: quia incertum est, quid Deus velit fa-

cere, aut facturus sit ad Orationem, seu meritum alicuius, nisi per scripturam, aut reuelationem Dei constet, cum id ex sua liberalitate pura pendeat. Vbi igitur non habetur reuelatio, nec in scriptura promissio, aut doctrina certa, quomodo potest illud tanquam certum affirmari? Et eadem ratio procedit, si dicatur illum valorem medium esse aliud bonum à gratia gratum faciente.

Item in principali videtur non satis sibi constare, dicens quod Oratio, aut Missa (loquendo de valore hoc medio) plus valet vni, si pro illo solo fiat, quam si pro multis, & tamen dicit posse à quod postquam est Missa applicata vni in primo gradu, si aliis applicetur in aliis gradibus subsequētibz, quod valet illis, & nil primo præiudicatur aut detrahitur. Contra, nam si soli primo applicaretur, & nulli alij in aliis gradibus, totus valor medius Missæ vel Orationis communicaretur illi. Si tamen aliis applicetur in aliis gradibus sequentibus, certè vel illis de valore illo medio nil communicabitur, vel oportet illud subtrahere, seu defalcare ab illo, cui primò Missa fuit applicata.

Nisi dicatur quod totus valor medius, qui de iustitia debetur, applicatur primo, aliis verò in aliis gradibus si bonum aliquod communicatur, erit quod ex gratia velit Deus illis impartiri. Sed si hoc dicatur, iam sequitur quod valor Missæ medius per viam saltem impetrationis, non est determinatus, ut ipse Scot. affirmat, sed poterit Deus illud dare & negare, parum, & multum. Et ita poterit per viam impetrationis tantum dare ei, cui Missa vel Oratio in secundo gradu vel tertio applicatur, sicut ei cui in primo gradu applicatur: imò & plus, si melius sint posteriores dispositi, quam primus.

Respon. Videtur igitur ad questionem respondendum, supposito, ut comuniter tradunt Doctores, quod Oratio pro aliis fusa, potest illis valere per viam satisfactionis, seu solutionis, taliter ut ei pro quo fit, remittatur de poena per æquivalentiam poenæ, seu difficultatis, quæ ipsi Orationi annexa est: & non plus de alterius poena vi Orationis remittatur, quam esset remittendum ipsi oranti, si valor Orationis sibi ipsi & non alteri applicaret. Supposito etiam quod oratio valet per viam meriti de congruo ad impetrandum ex gratia Dei aliquod bonum ei pro quo orat, prout Deo placuerit ob Orationem impartiri.

Est conclusio, quod per viam satisfactionis non tantum valet Oratio alteri, & 4 quando

E quando pro multis fit, quantū valeret, si pro illo solo fieret. Conclusio est certa ex suppositione, quia attenda qualitate Orationis, finita poena erat oranti remittenda, & tanta remittitur his pro quibus oratur, in quos huiusmodi valorem ipse orans transferre intendit. i. pro quibus satisfacere intendit. Igitur.

Sed esset hic dubium, An Oratione pro multis iustis iusta, & quae valeat omnibus eis per viam satisfactionis. Et dixerunt aliqui, quod plus valet ei, qui iustior est. Nam ex quo requiritur gratia in eo, cui debet per viam satisfactionis prodesse, apparet, quod ubi maior fuerit dispositio, plus operabitur Oratione. Sicut medicina, ubi meliorem reperit dispositionem, plus & melius operatur. Respond. Quod in casu potest valere per viam satisfactionis inaequaliter gratiam habentibus, & aequaliter, & inaequaliter, & potest plus valere minus iusto, quam iustiori. Patet, supposito, quod Oratione non valet per viam satisfactionis alteri, nisi secundum intentionem ipsius orantis. Nam si cum pro multis orat, intendit pro illis multis satisfacere, valor in illos transfertur, aliis non. Et ita si intendit aequaliter pro illis multis satisfacere, & aequaliter in illos valor Orationis trāsfertur, & si inaequaliter, inaequaliter. Et si pro vno minus iusto intendit plusquam pro aliis satisfacere, ita fiet.

Vnde exemplum de medicina non valet, quia illa operatur iuxta dispositionem passivi: Oratione vero valet iuxta intentionem orantis, satisfacere intendentis. Et ita impertinens est, ad plus pro aliis satisfaciendum, maior aut minor gratia in illis.

Si obicias, ergo ad satisfaciendum pro altero non requiritur in altero gratia, cum intentio satisfaciendae sufficiat. Respond. negando consequentiam, quia per viam satisfactionis & iustitiae opus vnius, & Oratione non valet alteri in peccato existenti, ob sui indignitatem: quia Deus non eam pro illo ex iustitia acceptat, sicut acceptaret, si dignus esset. Nec illa gratia in illo requiritur, velut dispositio ad effectum Orationis, sed ad tollendum indignitatem, vel obicem, ad quod sufficit quantalacumque gratia.

Loquendo autem de valore Orationis per viam meriti de congruo & liberalitate gratiae Dei, stat quod Oratione pro multis iusta, valeat tantum vni, quantum si pro illo solo iusta esset: stat etiam quod non. Ratio clara est, quia per viam meriti non valet, nisi prout Deus velit eam pro aliis accipere. Regulariter autem acceptat eam potius

pro iustis, quam pro sceleratis, & potius pro iustiore, quam pro non tam iusto, ceteris paribus. Nam per viam gratiae Dei, multum valet dispositio eius, pro quo Oratione funditur.

Sed quoniam Deus non est astrictus, nec ex natura Orationis vel operis, nec ex promissione, qua se ad id lege aliqua aliterit ad acceptandum vnius Orationem pro alio ad alicuius boni collationem, consequens est incertum esse quantum, & cui, & ad quid valeat Oratione pro aliis iusta: & cui magis, & cui minus per viam liberalitatis & gratiae Dei. Nisi quia rationabile est de Deo in hac credere, qui amicissimus, & clementissimus est, quod in homine amico & pio laudamus: sed in homine amico & pio laudamus, quod ad vota amicorum pro amicis aliquid petentium ad ipsorum salutem, & gloriam ipsius, a qua petitur pertinens condescendat, nulli praui dicendo: Imò si non condescendat, his stantibus, videtur reprehensione dignus. Igitur credendum est Deum in simili condescendere. Si tamen non condescendat, non poterit iniustitiae, aut culpae argui, qui nil homini debeat, sed homo illi, qui quicquid boni habet, absque dubio à Deo acceperit. Vnde si homo amicus in casu condescendere nolens aliquando increpatione dignus est, ideò est quia homo homini debere solet, & e contra, & homo homine indigere solet, & e contra: ideò amicitia hominis ad hominem saepe exigit, ut alter in alterius vota condescendat. Non talis est amicitia inter Deum & hominem, nec talis mutua indigentia, nec mutuum debitum, ut constat. Itaque omnino liber est, ad acceptandum Orationem vni pro aliis, tantum, & quomodo sibi placuerit. Quam libertatem Dei in re hac satis scriptura docet, in qua legitur Deum aliquando iniustus propter iustorum preces & merita pepercisse: aliquando vero non iniustus ipsis ob iniustos pepercit. Vnde Hier. 5. Circuiui vias Hierusalem, & aspice, & considerate, & quaerite in plateis, an inueniatis virum facientem iustitiam, quaerentem fidem, & propitius ero eius: scilicet, Hierusalem. E contra vero Iob. 35. Clamabunt. s. iusti, & non exaudiam propter superbiam malorum. Vbi glos. Sicut aliquando Deus suos propter inimicos eripit, ut illi conuertantur, ita aliquando suos non audit, propter damnationem persequentium. Aliquando etiam absolute decreuit malum aliquod immittere, cuius decretum per nullius Orationem mutari potest. Sicut ad Hier. 11. dixit Dominus: Tu noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam. Aliquando vero iniustus

H pro multis fundatur.

A pro aliis orantes, pro ipsismet exaudit, & saluat eos, & non pro his, pro quibus orant, ut habetur Ezech. 14. Si bestias induxero super terram, ut vastem eam, & tres viri isti, Noe, Daniel, & Iob fuerint in ea, vivo ego, dicit Dominus, quia nec filios, nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur.

Si cōferas orationem pro multis, & orationem pro paucis, vel vno iustis, & quaeras quae eorum magis meritoria sit: Respon. Quod ceteris paribus illa gratior est Deo, & magis meritoria, quae pro pluribus fit. Quia quanto charitas fraterna magis dilatatur & extenditur, ceteris paribus, magis grata est Deo. Tū idem etiam videtur ex oratione dominica, per quam Christus docuit nos orare eo modo, quo Deo magis placeremus. Docuit autem non pro vno, aut pro paucis, sed pro omnibus orare, ut de se constat: igitur illa est gratior oratio, in qua pro multis oratur. Dico ceteris paribus, quia aliis si cetera paria non sint, vel ex parte conatus, vel deuotionis, vel difficultatis, vel boni, quod aliis in oratione petimus, stabit magis meritoriam esse orationem pro paucis, aut pro vno iustis, quam si pro multis fundatur.

B Corollariè sequitur, ceteris paribus, gratior esse Deo orationem pro inimicis iustis, quam quae pro amicis funditur. Nam primum maioris difficultatis est, & maioris charitatis, quam secundum, ut supra tetigimus.

Inde est, quod si quis velit pro amicis orare, & illis aliquid boni efficacius per orationem impetrare, assumere conuenit cum amicis aliquem inimicum, pro quo simul oret, ut sua oratio gratior & acceptior sit Deo: vnde facilius poterit amicis impetrare, quod petit.

Inde forte ecclesia, cum pro aliquo specialiter celebrat, aut alicui per orationem prodesse vult, id à Deo petit, in genere pro cunctis fidelibus, aut viuis, aut mortuis orando. Quamquam aliquando, & saepe

in particulari pro multis oret.

Ex dictis patet orationem pro vno saepe esse magis meritoriam, quam pro multis iustis. Ratio, quia forte ille vnus longè plus mouet affectum orantis, ut deuotionem apponat, & efficaciam, seu conatum, quam multi in genere mouerent.

Et quamquam sit, quae oratio pro multis, ceteris paribus, sit magis grata Deo, & magis meritoria: non tamē inde fit quod sit magis impetratoria pro his, pro quibus oratur, quam alia, in qua pro paucis oratur. Hoc ex supra dictis apertum est: quia stat orationem esse meritoriam, & non impetratoriam, ut patet de oratione Pauli, rogantis, ut Deus auferret illi stimulum carnis: cuius oratio meritoria fuit, sed non impetratoria. Ita stat, quod oratio sit multum meritoria, & parum impetratoria etiam si pro multis fiat. Vt si ex magna charitate fiat erit multum meritoria: & si hi, pro quibus oratur, apud Deum indigni sint, quibus Deus petita concedat, non erit impetratoria. Stat etiam, quod sit impetratoria vni ex his, pro quibus oratur, & non omnibus. Vt si ille vnus dignus sit, pro quo exaudiatur oratio, & non alii. Stat rursus orationem pro multis iustis, pro omnibus audiri, & pro omnibus illis impetratoriam esse, & quod oratio ipsa, vel parum, vel nullo modo sit meritoria. Vt si is, qui orat, paruum habet charitatem, aut etiam nullam. Nam Deus aliquando orationem peccatoris audit pro aliis, sicut & pro se, maxime si oratio sit publica, in persona ecclesiae dicta: aut priuata, dicta in persona alterius Deo accepti. Itaque velle arguere aliquam orationem per hoc esse magis impetratoriam aut valentior, quae magis meritoria sit, est inuolidum argumentum. Sicut e contra, velle arguere, quod magis meritoria sit, per hoc, quod magis exaudiatur à Deo, est inuolidus modus arguendi, ut constat: cum aliunde habeat oratio, quod meritoria sit, & aliunde, quod impetratoria.

✠ Finis. ✠

Excudebatur Salmanticæ in officina lite-
raria Andrea à Portonariis, Typogra-
phi longè accuratissimi: Anno
à nato Seruatore, tertio &
quingagesimo supra
Mille Quingen-
tos. Postridie
Calenda-
rum
Iuniarum.



